f *Velut executores.* Nam motus principis eſt ex cœleſti ſumptus

ANDRÆAS DE ISERNIA.

immò contrarium apparet, quod eſſet ritè lata, arg. C. de fal. l. ſatis apertè. Attende tamen, quòd non omni requiſitioni debet parere. Hodie tamen peccatis exigentibus plures ſunt prælati mali, quàm boni. Nam ſi requireretur de aliquo iudiciali facto coram eo, vel quod fieri debuit oportet, quòd producat coram executore, aut brachio ſeculari acta, & proceſſum, extra de proba. quoniam contra falſam. ¶ Litteris, & verbo requirentis non ſtatur, niſi quando extra iudicium diceret excommunicatum, vt quia verberauit clericum: hoc tamen caſu, ſtatur litteris epiſcopi ob rationem, quæ redditur

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

tis Doctorum in iure præſertim Pontificio verè Princeps, & vitæ ſanctitate inſignis in d. cap. nouit 3. not. no. 92. de iudic.

Et quamuis Regum Regi deſcendenti in terris ob eximiã eius charitatem, vt genus redimeret humanum, Reges terræ munera, & tributa obtulerint; quaſi omnis eo adueniente
23 ceſſauerit † iuriſdictio; & ſic omnis ad eius vicarium fuerit tranſlata ipſo ad cœlos redeunte: veriſſimum tamen eſt Chriſtum Dominum nemini imperium abſtuliſſe: ſed omnes in ſua pacifica poſſeſſione reliquiſſe, vt tradit præcitatus Nauarr. loco vbi ſupra num. 130. Cum enim Petro dixit reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, &c. nihil aliud ſignificare voluit, quàm ſe, à quo omnis dependebat poteſtas nolle eam, quam priùs Principibus curam commiſerat, auferre: immò eam confirmare, & approbare: quod etiam canit, Eccleſia in hymno ſollemnitatis Epiphaniæ dicens, *Hoſtis Herodes impie Chriſtum venire quid times, non eripit mortalia, qui regna dat Cœleſtia:* ex quo motus Diuus Thomas de Regim. Principis lib. 3. c. 8. dixit Auguſtum Chriſti vicarium fuiſſe in terris, quàmuis igno-
24 raret ipſe, quid faceret, cum † Princeps ſit Dei vicarius in temporalibus gloſ. rub. in auth. de hæred. & falcid. in princ. collat. 1., ſequitur Didac. Perez in prohem. legum ordinationum 1. quæſt. & Rebuff. in prohem. conſt. Gall. gloſ. 1. Et ſi Petro dixit, paſce oues meas, & quodcunq; ligaueris, &c. intelligendum ſanè eſt (iuxta communem Theologorum, & iuris peritorum ſenſum) de ſpirituali poteſtate, qua illum gentium Principem effecit in iis, quæ ſpectant ad finem ſupra naturalem conſequendum: † quo caſu Imperatori, & Regibus maior eſt; exemplo ducto de luminare minori ad maius, de anima ad corpus, Nam quod attinet ad ſacramentorum adminiſtrationem, nullus, qui Chriſtianus ſit, ne- 25
gare audebit Pontificem maximum, eiuſquè Coepiſcopos in Domino, immo quemlibet † Sacerdotem Principes ſeculares 26
præcellere dignitate; & propterea illis ſubditos eſſe, ita, vt paſſim videamus, non tantum ſummo Pontifici genua flectere; ſed cuilibet ſacerdoti; ſicuti etiam non negamus † Pon- 27
tificẽ maximum adhuc in temporalibus ſupraſtare Principibus, dummodo ea faciat, quæ ad finem ſupra naturalem conſequendum ſunt neceſſaria; vt ſi à fide alienus eſſet Princeps ſecularis, ſi ità negligenter, ac fatuè ſe gereret, quòd Regni perditio timeretur, aut aliquod magnum malum, quod Eccleſiæ, & fidelium vnioni detrimento eſſet; quod pluribus in caſibus omni tempore feciſſe ſum. Pont. oſtenditur in c. alius 15. q. 6. cap. grandi de ſuppl. negligent. prælat. in 6. cap. venerabilem de elect. & per Diuum Thom. de Regim. Princip. lib. 3. cap. 10. quod etiam collegit. Ioſeph Stephanus Epiſcopus Veſtanus in cauſa Sereniſſimi Henrici Borbonij, nũc Franciæ Regis Chriſtianiſſimi 15. concluſ. & eo caſu, dico non Principis poteſtatem tangere, aut lædere Sum. Pont. ſed tanquam paſtorem totius Chriſtiani gregis huiuſmodi Principẽ, vel Regem, qui ex grege eſt, licèt inter ipſos maior ſit, è gre-

ptus arbitrio, vt C. de ſumma Trinit.l.1.in fi. & infra, in conſt. vſurariorum.in princ. vbi plene notabo.

a *A Rege Regum.* Scilicet Deo, qui eſt Rex omnium, vt in Authen. conſtitutio quæ aſcript. & liber.na.li.eſſe vult.§.quia igitur. iuxta fin. collat. 5. & inf. in dict. conſt. vſurariorum

missæ perfectè reddere valeāt rationem. a A Rege Regum, & principe principum iſta potiſsimè b requiruntur, vt ſacroſanctam Romanam eccleſiam Chriſtianæ religionis c matrem, detractorum fidei maculari, clandeſtinis perfidijs non permittant: Et vt ipſam ab hoſtium publicorum incurſibus gladij d materialis potentia tueantur, vtquè pa-

Et qui eſt communis omnium dominus, vt Authen.de monach.§. hinc autem. coll. 1. & de leno.in fi. collat. 2.

b *Requiruntur.* Collige hic duo, ſcilicet, quę ſit materia huius libri, & quis modus agendi, ſiue ordo tractandi: Nam materia eſt, ſicut hic patet, fidei, & eccleſiæ ſtatus, pacis, & iuſtitiæ cultus. Similiter modus agendi eſt ſecundum ordinem iſtius litteræ: Nam primo tractat de ſtatu.

b *Matrem.* Concord. C de ſacroſanct.eccleſ. iubemus poſt hanc.§ 1.in fi. Aliàs autem vocatur imperij mater, vt in Authen. vt determin. ſit numer. cler. circa princ. collat.1.

ADDITIO. *Religionis matrem. Adde c.qui abſtulerit.12. q.2. & quia eccleſia dicitur Apoſtolica: & quot ſunt eccleſiæ militantes: & quare dicitur eccleſia Catholica: & quare dicitur vna? vide de his omnibus per Cardinalem Alexand.in cap. quoniam.de natural.lib.15.diſtinct. Et eccleſia Romana dicitur fons ſacerdotij, ſecundum Oldr. conſil.62. incipiente, Circa hæc veniunt tria.* Superantius.

c *Gladij materialis.* Id eſt, gladij temporalis, cuius poteſtas eſt ad animaduertendum in facinoroſos homines.

ADDITIO. *Adde quando gladius temporalis non poteſt ſe tueri, poſſit quis recurrere ad gladium ſpiritualem? vide per Philippum Francum in c. dilecto. in ſecundo notabili, de ſententia excom.lib.6.* Superant.

Et eſt de mero imperio, quod etiam poteſtas appellatur, vt ff. de iuriſdict.omnium iudic.l 3. & de ambig. ſign.l poteſtatis. Et de iſto gladio dicit regula iuris, Nemo poteſt gladij poteſtatem, &c. Hoc quidem merum imperium in Regno competit principaliter, & pleniſſime ſoli Regi, qui ſolus magiſtro iuſtitiario, & iuſti quos ſtatuit vſq; ad ſuum beneplacitum in ſingulis Regni prouinciis committit vices ſuas ad iſtud merum imperium exercendum, vt infra, in conſtitutione ea quæ ad ſpeciale, & l. eum ſatis. Et ità magiſter Iuſtitiarius, & iuſtitiarij velut prouinciarum præſides habent merum imperium, vt ff de offic præſid. illicitas.§.qui vniuerſas. Habent (inquam) à Rege, vtpote, vt membra Regis, & pars Regiæ curiæ, vt argu. C.de appa. Procon. & le. l. a.lib. 12. & in Authen.vt ordinarię præſe.§. ſi verò ſolo, coll. 5. Et ideo curia magiſtri Iuſtitiarij vocatur magna Curia Regia. Et cura iuſtitiariorum vocatur Curia Regia. Habent enim iuriſdictionem non propriam, vt arg. ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſd.l 1.§ qui mandatam. Sed potius commendatam, ſicut C de offi. vica l. 1. in fin. & de offic. eius qui vicem alicuius obti.in l. ſuggerente. ¶ Dicitur autem iſte temporalis gladius materialis, id eſt, viſibilis & corporeus, qui ſcilicet ſui natura tangitur, & videtur. ſimilis extra de ſac. vnct. c.vnico in princ. & argu.ff.de rerum di. l. 1. §. quidam. quod bene nouit per viſum, & tactum is, in quem tali animaduertitur gladio, vt patet ff de pœn. aut damna. §. 1. Et dicitur iſte gladius materialis, ad differentiam ſpiritualis gladij, qui eſt incorporeus, inuiſibilis: nec palpatur: ſicut eſt excommunicatio, anathema, ſuſpenſio, & eccleſiaſticum interdictum; vt extra de offic. iud.ord.c. quoniam in pleriſquè ad fin. & extra de ſentent. excommun. in decretali noua Innoc. IIII. dilecto &c. vbi plene de hoc. Cuius ſpiritualis gladij poteſtatem pleniſſimam habet Romanus Pontifex, qui vice Dei dicitur prælatus. vt extra de translat.c. 1. & extra de maiorit. & obed.c.ſolitæ.et 24.q.1.quodcunque. Et eſt primus omnium ſacerdotum, vt in Auth. de eccle tit.§.1.collat.9 cum ſit caput, et origo ſacerdotij, vt C. de ſum.Trin.inter claras.§ reddentes circa princ.coll.2.

ADDITIO. *Adde Ant. de Butr.in c.nouit.de iudi. doct.in cap. licet ex ſuſcepto.de foro compet. doct. in cle. paſtoralis. de re iudi. Docto.in cap.1.de iureiu.in extrau. Boniſac. viij.incip. vnam ſanctam. Bartol.in l.1.ff.de acquir.rer.dom. Bart. in extraua. ad reprimendum. Bald.in l.1.C de prec.imper.offer.* Superantius.

¶ Habent etiam huius ſpiritualis gladij poteſtatem ſublimés prælati, vt epiſcopi, vt 16.q.2. viſis. Habent dico ab ipſo domino

ANDRAEAS DE ISERNIA.

tur in glo. extra de proba. cap. poſt ceſſionem. Si enim requireret, vt aſſiſteret, vel caperet talem, et mitteret ad ſe, oportet, quòd conſtet de culpa, quare capitur quis: nam et ſi diceret, quòd eo ſedente pro tribunali deliquit, aut monſtrabit condemnationem. quia poteſt ſtatim puniri, vt d. c. quoniam. aut faciet conſtare de culpa. ¶ Verbo non creditur, nec litteris, vt plenè dicitur in d.cap. poſt ceſſionem. 6. q.3. placuit. 11. q 3. curæ, in glo. Vnde oportet conſtare de iuſtitia requirentis: quia non omnes bona fide &c. ff. de cuſt. reo. diuus.

Poſt

CAROLI TAPIAE.

ge eijcere poſſe cum & ipſe morboſum ſe reddiderit: quo caſu populis poteſtatem habētibus curam electionis relinquet; aſſiſtendo tamen, & paterna charitate monendo; vt eum eligant, qui Reip. adminiſtrationi conueniat; & religioni non ad-

28 uerſetur. Neque id mirum, quia ſi populo † Principem tyrannum licet occidere Caietani adhibita diſtinctione in 2. 2 q. 64. art. 3. & eum, qui à fide vellet abducere, ſecundum Sotum de iuſtitia, & iur. lib. 1 q.6. art. 4. cuius rei exemplum in Apibus habemus ex Aloiſio Granatenſi Dominicanæ familiæ viro Illuſtriſſimo, quæ Regem infeſtum, & fatuum occidunt: quanto id magis Chriſtiani gregis Principi eſt concedendum; cuius finis cum ſupranaturalis ſit; omnia cenſentur ei conceſſa, quæ ad illum conſequendum, & animas ſibi commiſſas ducendum neceſſaria ſunt; quorum, quæ dixi, plura me docuit Nauarr. cit. loco in cap. nouit de iud. notab. 3. num.

29 8. & ſeq. & num. 99. † habet itaq; ſum. Pontif. vtriuſq. gladij poteſtatem, iuxta illud Luc. 22. ecce duo gladij hic, & extrauag. 1. de maiorit. & obed. ſed exercitium vnius ſcilicet ſpiritualis, & certis etiam, (vt diximus) & alijs caſibus temporalis; quod latè ſcripſit Aluar. Pelag. de planctu Eccleſiæ

30 lib. 1. cap. 36. In temporalibus verò Papa ſe non intromiſerit cap. cauſam i l 2. qui filij ſint legitimi; & abundè Archiepiſcopus Florentinus in ſumma in 4. parte tertiæ partis rub. de ſtat. ſum. Pont. niſi iuxta textum in c. per venera bilem.§. rationibus, qui filij ſint legitimi: cum gladij temporalis executionem commiſerit Imperatori, & Regibus c. 1. 40. diſtin. quapropter Epiſcopi temporalium cauſas debent auditium temporalibus iudicibus committere. cap. te quidem 11. q. 1. Neque enim Dominus noſter Ieſus Chriſtus omnem, quam ipſe habebat poteſtatem Petro tradidit, Diuus Thomas de Reg. Princip. lib 3. cap. 10. & poſt eum docuit Nauarr. vbi ſupra nume. 130. not. 5. Non officit enim ſeculari poteſtati, quod

† Imperator inſignia recipiat à Sum. Pontifice; id enim non 31
procedit diuino præcepto; ſed humana conſtitutione appoſita in translatione Imperij: quemadmodum de antiquis ſacerdotibus idem erit dicendum: qui † ſi Reges vngebant, 32
hoc non faciebant, vt ab ipſis poteſtatem acciperent; ſed, vt inſtrumentum illius ſacræ vnctionis; cuius officium pertinebat ad ſacerdotes. Nauarr. locis citatis. nam hæc † ſecularia ſe- 33
cularibus remiſit Dominus: dum requiſitus à quodam, vt diceret fratri ſuo, vt hæreditatem diuideret ſecum; reſpondit. (homo quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem ſuper vos?)

Luce

Digitized by Google

domino Papa, qui vices ſuas eis impartitur, vt in partem ſint vocati ſolicitudinis: non in plenitudinem poteſtatis, vt 2. q. 6. decreto. Et ſic no. duos gladios, quos repræſentat illud diuinum eloquium, Ecce duo gladij hic.

ADDITIO. *Adde Luc. 22. glo. in ver. cœleſtis. in c. 1. 22. diſtinct. glo. in verbo eſt. in c. notiſ, de iud. gl. in ver. ad regem, in c. cauſam quæ, qui fi. ſint leg. & per Doct. in c. ſi duobus de appell.* Superant.

Sicut ſunt duo humano omni generi præſidentes, Vous videlicet, qui ſpiritualibus præeſt, vtpote, dominus Papa, cui attributus eſt gladius ſpiritualis. Et alter, qui præeſt temporalibus, vtpote, princeps, cui datus eſt gladius temporalis, vt probatur in Auth. quo. opor epiſ. in princ. coll. 1. & 90 diſt. cap. duo. Et licèt hæc iura videantur ſuper temporalibus de Imperatore loqui, idem etiam intelligendum eſt de rege in regno ſuo, in quo in temporalibus non habet ſuperiorem, vt ſupra in princ. huius opuſculi eſt plenè probatum. Nam & de rege ſcriptum eſt, Ecce conſtitui te ſuper gentes & regna, vt euellas & diſſipes, ædifices & plantes, vt extra in præal. cap. ſolitæ. §. potuiſſes ¶ Et ſicut Papa in ſpiritualibus, ita princeps in temporalibus habet plenitudinem poteſtatis, vt extra de fil. cle. ſicut accepimus; vt plenè notabo. Quæ duæ dominationes adeò ſunt diſtinctæ, quòd nec ſpiritualium dominus ſe de temporalibus intromittat: nec temporalium dominus ſpiritualib. ſe immiſceat, vt ext. de malo. & obed. c. ſolitæ, & in Auth. vt cle. apud prop. epiſc. conueniantur. §. ſi tantum de criminibus. & §. ſi verò eccleſiaſticum. coll. vlt. & infra in conſt. maieſtati noſtræ. Niſi in caſibus, quos notabo † inf. in conſtitutione, de perſonis, vbi latius proſequar articulum iſtum.

AD-

cem populis, & eiſdem pacificatis iuſtitiam, quæ velut duæ ſorores ſe ad inuicem a amplexantur, pro poſſe conſeruent. Nos itaquè, quos ad

† ADDITIO. *Videlicet in crimine læſæ maieſtatis, & proditionis, & in alijs criminibus in ſignis, vt ibi in gl. vide ſingulare dictum Bal. in l. accepeam C. de vſur quòd clericus poteſt compelli ad reſtituendum depoſitum per iudicem ſecularem. vide Inno. in c. 3. depoſ. Iaſ. in l. ſi fideiuſſor. § ſi ſatiſdatum. ff. qui ſatiſd. cogan.* De Bottis.

Imperij Romani faſtigia, & aliorum regnorum inſignia, ſola diuinæ potentiæ dextra præter ſpem hominum ſublimauit, b volentes duplicata

¶ Vnum tamen non omitto, quòd domini, qui temporalibus præſident: ad requiſitionem prælatorum, qui ſpiritualibus præſunt, debent impartiri eis auxilium brachij ſecularis pro manutenendis eccleſiis, & ſpiritualibus iuribus, vt hic patet, & in l. Græca. C. de ale. luſu. l. alearum vſus, &c. circa medium. vbi dicit, epiſcopis locorum hoc prouidentibus, & præſidis auxilio vtentibus &c. & in fi. l. ¶ Similiter verſa vice prælati ſecularibus dominis auxiliari tenentur, vt in Authen de man. prin. §. publicorum. ibi, auxiliabuntur autem tibi &c. col. 3. & probatur hoc in præal. cap. quoniam in plerisque. & c. dilecto. & 96. diſt. cum ad verum. Sic enim vtriuſque dominationis in humano genere eſt quædam conſonantia bona, vt in præal leg. Authen. quomodo oport. circa prin. Et ex ciuili, ac ſacerdotali virtute omnia melius cuſtodiuntur, vt in Auth. vt in priua. do ſa. mi. non ſi. in me. & in fi. col. 5.

a *Amplexantur.* Vnde Pſalmiſta. Miſericordia, & Veritas obuiauerunt ſibi: Pax et iuſtitia complexæ ſunt.

b *Volentes duplicata talenta.* Tanquàm ſeruus bonus, et fidelis, qui quinque talenta acceperat, et obtulit alia quinque, de quo dicitur in Euangelio Matth Euge ſerue bone, et fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. Ad illam ſimilitudinem hic locus eſt.

c Co-

ANDRAEAS DE ISERNIA, ET ALII.

POſt mundi machinam. *In §. à Rege Regum, & Principe Principum.* Quæro quis eſt iſte Rex Regum, & Princeps Principum. Reſponde, quòd eſt Imperator: quia ſub Imperatore ſunt omnes Reges, & principes mundi, quia Imperator eſt ille, qui eſt dominus, & monarcha totius mundi. l. deprecatio. ff. ad leg. Rho. de iac. ibi, ego quidem mundi dominus. & no. in l. cunctos populos. C. de ſumma Trin. et fide cath et gl. in l bene à Zenone. C. de quadrien. præſcr. Et ab eo omnes iuriſdictiones deriuantur ſicut à fonte, et ipſe vnicus Imperator omnes Reges coronabit, vt notatur in c. in apibus. 7. q. 1. & in cap. Adrianus. 63. diſt. Bartholomæus de Capua.

Sed multi ſunt Reges exempti à Romano Imperio, qui vel ex præſcriptione, vel ex antiquata conſuetudine, vel de facto non recognoſcunt Imperatorem: vt Rex Franciæ, & Vltramontani. Sed dic, quod ipſi ſimiliter de iure ſunt ſubiecti; quia licèt ei non teneantur ſacramento fidelitatis, ſunt tamen ſubditi ratione Imperij Romani, ſub quo eſſe debent, cum et ipſi fuerint de Imperio Iuſtiniani, vt C. de off. præf. prætor. Aph. l. 2. et dixit gl. in l. hac edictali. de pace tenenda. in vſib. feu. et tex. cum gl. in d. c. in apibus. et gl in c. per venerabilem.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOATIONES.

Luc. cap. 12. vt per hoc nos doceret, hæc ad ſeculares pertinere: ideoq; interrogatus de cenſu redendo. reſpondit iuſtiſſimus Dominus; (reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, et quæ ſunt Dei Deo) et propterea Hieronymus citatus in c. Regum officium 23. quæſt 5. dicit, ad Regis officium pertinere iudicium facere, & alia quæ ibi continentur. Ex his habemus fraternitatem quandam inter eccleſiaſticam, et ſecularem iuriſdictionem, ita, vt altera alteri auxilio eſſe debeat, et, vt vulgariter fertur † brachium ſeculare debere iuuara brachium

34 eccleſiaſticum, et è contra, vt habetur in cap. 1. extra de off. Iud. ord. cap. dilecto de ſent. excom in 6 et c. poſtulaſti de homicid et argum cap. cum ad verum. 96 diſt quod tamen non eſt ita ſimpliciter intelligendum, quòd alter alteri teneatur ſtatim auxilium præſtare. ſed ſub aliquali declaratione, et ſic diſtingue plures articulos.

Primus eſt quando ſumus in caſibus merè ſpiritualibus, quorum cognitio ad eccleſiaſticum iudicem pertinet priuatiuè, vt nullo modo ad ſecularem pertinere poſſit, vt putà in crimi-

35 ne hæreſis, et tunc tenetur † iudex ſecularis ſtatim ſuum impartiri officium. c. vt inquiſitionis. §. prohibemus, & c. præſidentes de hæreti. in 6. Canoniſtæ, in c. 1. de off. ord. Ang. in l. diuus la 2. de cuſtod. reorum, Belluga in ſpeculo Principum. §. tractandū in principio ſub tit de propoſiti: Rub 31. ibiq; rationem aſſignat in verſ. & eſt ratio: immo. ſi iudex negligit impartiri, non ſolùm grauat, † ſed etiam poteſt cogi 36

per cenſuras eccleſiaſticas, et hanc opin. Bellugæ tenet Iaſ. in l. magiſtratibus. num. 10. ff de iuriſd. omn. iud. ibiq; alios recenſet: et ſimiliter in articulo degradationis an ſit benè degradatus, vel ne; qui eſt. merè eccleſiaſticus, vt per canoniſtas communiter teneri dicit Luc. de Pen. in l. 1. col. 3. circa fin. C. de priuileg ſcholar. lib. 12. Bal. in auth. clericus num. 6. C. de Epiſ. et cleri. ſed an degradatus poſſit per Iudicem ſecularem puniri; quomodo; et qua pœna? dicemus in ra in conſtitutione de perſonis. Secundus articulus eſt in caſibus, in quibus non eſt incompetens, et tunc; ſi ille, contra quem petitur executio, nihil dicit tenetur impartiri brachium, vt tradit Belluga loco ante citato. num 4. verſ. tu vero plenius.

Tertius articulus eſt, † quando ſententia ex ſui facie eſt ini- 37

qua, nam eo caſu, ſiue ille. contra quem exequi debet, conquæratur, ſiue non, ſententia non debet executioni demandari Innocent. et Bald in cap. 1. num 19. de off. ind. ordin. Bellug. in eo præcitat. Ancha. conſil. 382. num. 8. qui addit idem etiam ſi iudex vehementer ſuſpicetur ſententiam iniquam. Quartus articulus eſt in † ſententia nulla: in quo tamen diſtingue, aut enim euidenter ea ſui facie nullitas appa- 38

ret, et non tenetur exequi, Rom conſ. 51. ibiquè Maudoſius: Aut verò ſunt aliquæ nullitates, quæ reſpiciunt ordinem, vel iuſtitiam cauſæ; tunc non poteſt ſe intromittere, et tenetur

B 2 exequ-

a *Colendo iuſtitiam.* Quæ perfectiſſima eſt omnium aliarum virtutum, vt in Auth. vt omnes obed. iud. prouin. in princ. vbi plene dicitur de hoc, coll. 5.

b *Et iura condendo.* Quorum authoritas diuinas, & humanas res benè diſponit; & omnem iniquitatem expellit, & nihil ea ſtudioſius in rebus humanis inuenitur: & vitæ quaſi proprium, & ſacratiſſimum templum iuſtitiæ conſecratur, vt C. de vete. iu. enu. l. 1. circa princ. & §. cumque. & ideo bene dixit ſupra, duplicata talenta &c. Fructus enim diuinus eſt iuſtitiam ſæpius recenſeri, vt 35. q. 9. c. graue.

b *Mactare.* Et ſic ipſi Deo pro quodam odore ſuauitatis præſentẽ librum cõſtitutionum offerre. Simile in Authen. de leno. in fine. coll. 3. Vt ſic per iuſtitiam, quæ eſt in lege Imperator iſte domino Deo vouerat ſeipſum, vt & ſuum hoc commendet regnum, vt in Auth. vt iu. ſine quo. ſuffra. §. itaque Deo, & ſaluatori noſtro col. 2.

c *Labiorum.* Vnde ſcriptum eſt: labiis regis lex, vt in l. inter claras. § ſcriptum.

ADDITIO. *Adde tex. in c. relatum. 4. q. 4. c. peruenit. 11. q. 1. lib. 2. in §. deinde capta. ff. de orig. iu. l. 3. §. 1. ff. de teſta. Abb. in c. quia in inſulis. de reg. Abb. in c. diligenti. de præſcr. Abb. in cap. veritatis, de iureiu. Abb. in c. nouit. de iud. Abb. in c. in archiepiſcopatu. de raptor.* Superant.

a *Et*

talenta nobis credita reddere Deo viuo, in reuerentiam Ieſu Chriſti, à quo cuncta ſuſcepimus, quæ habemus, *a* colendo iuſtitiam, *b* & iura condendo, *c* mactare diſponimus vitulum *d* labiorum, ei parti noſtrorum regiminum primitus prouidentes, quæ in præſentiarum noſtrarum prouiſione noſtra circa iuſtitiam magis dignoſcitur indigere. Cum igitur regnum Siciliæ noſtræ maieſtatis hæreditas precioſa plerunque propter imbecillitatem ætatis noſtræ, plerunque etiam propter abſentiam noſtram præteritarum perturbationũ incurſibus exticerit hactenus laceſſitum, dignum fore decreuimus ipſius quieti, atque iuſtitiæ ſummoperè prouidere, quo ad noſtræ ſerenitatis obſequia reſiſtentibus aliquibus, etiam qui nõ de ouili regni præfati, nec de noſtro erant, promptum ſemper inuenimus, & deuotum.

Conſtitutiones hæ ſunt in regno ſeruandæ ſublatis legibus, & conſuetudinibus aduerſantibus. h. d. Tap.

Præſentes igitur noſtri nominis ſanctiones in regno noſtro Siciliæ tantum volumus obtinere. Quas, caſſatis in regno prædicto legibus, *e* & † conſuetudinibus aduerſan-

d *Et conſuetudinibus.* Nota, quòd hæ conſuetudines valent in regno, quæ his conſtitutionibus non repugnant. Simile in Auth. de vſu. nau. §. nos ergo & ipſa. coll. 9. ¶ Et dicunt quidam intelligendum de conſuetudinibus, ſcilicet quæ præcedunt leges, ſeu conſtitutiones iſtas, quia tunc conſuetudo vincitur à lege, vt ff. de ſepulchro violato. l. 3. §. diuus. Si vero conſuetudo ſequitur legem, † tunc corrigit legem, vt ff. de legib. & Senatuſc. de quibus. in fin. & ibi no. et not C. quæ ſit lon. conſuetu. l. 3.

ADDITIO. *Vide latè per Gozadin. in conſ. 16 nu. 17.* De Bot.

Sed quicquid dicatur, hoc intellige de conſuetudinibus, tam præcedentibus, quàm ſubſequẽtibus iſtas cõſtitutiones. probatur inf. in cnoſtitutione, vt vniuerſis. Nam ibi dicitur, quod in defectum iſtarum conſtitutionum, debet iudicari ſecundum conſuetudines approbatas.

† Alias, his noſtris conſtitutionibus.

¶ Idem etiam dicitur infra in conſtitutione. cum circa iuſtitiæ. & infra. in conſtitutione puritatem. Vnde ſecundum huius denominationis ordinem, qui ſeruandus eſt, vt in Authen. de hæredibus. & fal. §. inordinatum, & §. ſi verò nullus legatarius, colla. 1. maximè quando ipſa lex expreſſum ſtatuit ordinem, vt no. C. loca. et con. ſi quis conductionis. in glo. ordin. condictione ex hac l. &c. ad fin. Patet aperte, quod omnis contraria conſuetudo vincitur à conſtitutionibus iſtis, etiam poſterior & futura: quia videlicet hæc conſtitutio expreſſim

ANDRÆAS DE ISERNIA, ET ALII.

lem in verſ. minime recognoſcat. extra, qui filij ſint legi. Hoc euenit, quia ab antiquiſſimis temporibus Imperium propter bella eſt diminutum, & non eſt integrum. Barth. de Capua.

Rex Siciliæ in regno ſuo eſt monarcha, et habet omnia iura ad Imperatorem ſpectantia: quia eſt exemptus ab Imperio, cui non eſt ſubiectus, vt in clem. paſtoralis. de ſent. & re iud. et notatur in hoc proœ. Sed eſt ligius Romanæ eccleſiæ, cum habeat Regnum in feudum ab eccleſia, cui omnes dignitates, et poteſtates, ac regalia inſignia fuerunt collata per Papam, vt no. hic, ex quo Regnum Siciliæ fuit patrimonium Petri, et Romanæ eccleſiæ, vt in c. valde neceſſarium. 94. diſt. et ibi gl. et in c. ad apoſtolicæ. de re indic. lib. 6. et gl. in cle. 1. de iureiu. Barthol. de Capua.

ADDITIO. *In §. cum igitur regnum Siciliæ noſtra maieſtatis*

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

exequi Rom. conſ. 51. ibique Mandoſius. Aut verò ſunt aliquæ nullitates, quæ reſpiciunt ordinem, vel iuſtitiam cauſæ; tunc non poteſt ſe intromittere, & tenetur exequi. nam eſſet cognoſcere de iuſtitia latenti, quòd executori denegatur, & ita intelligi debet, quòd tradit Practicus Papienſis in forma execut. ſententiæ verſ. ſapiens num. 14. & ponit Belluga d. nu. 4. Quintus caſus eſt, quando ille, contra quem petitur fieri executio, dicit ſe appellaſſe, & non obſtante appellatione ſententiam executioni demandari iuſſerit, vel à non competenti iudice prolatam dicat: tunc enim iudex laicus poteſt ſuperſedere; nam quilibet executor poſſet hoc facere. Albericus de Roſa in l. epiſcopalem. C. de Epiſcop. audientia, & Oldrad. conſ. 89. Sextus caſus eſt, ſi dicit ſe grauatum in iuſtitia cauſæ; & iſto caſu iudex laicus intromittere ſe non poteſt; & propterea debet executioni ſententiam demandare, quæ omnia, per Bellug. tradita ſunt loco citato. Hæc inquàm procedunt, non modò in iudice ordinario, ſed etiam in dele-
39 gato, quia † iudex delegatus in cauſa ſibi commiſſa eſt ordinarius, immò etiam ordinario maior doct. in rub. ff. de off. eius, quam ſententiam probauit Couarr. pract. quæſt. cap. 10. num. 1. quidquid contra ſenſerit Archidiaconus ab eo ci-
40 tatus. † Quid autem agendum ſit, quando fuerit negligens, vel nollet exequi, ſeu brachium impartiri; vide Iaſ. in l. à diuo pio. §. ſententiam. ff. de re iud. qui etiam voluit. nu. 16. in fine Iudicem Eccleſiaſticum nõ poſſe procedere ad excõmunicationem contra exbanditum iudicis ſecularis, niſi forma canonica præmiſſa. Sed huiuſmodi brachij præſtationem † longè ac putamus antiquiorem eſſe me docuit Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius 2. tomo Annal. anno Domini 272. 41
Dionyſij Papæ 12. fol. 596 littera C. vbi, dum Paulus Samoſatenus Antiochenus Epiſcopus in hæreſim eſſet lapſus, & ab Epiſcopis depoſitus, Sum. Pontificis authoritate accedente, iſq; ab epiſcopali domo egredi nollet Aureliano Imperatore requiſito, imperiali potentia eiectus eſt. cuius quidem Euſebij verba ab Illuſtriſsimo Baronio recitata, ſubnectere hic volui. *Verùm cùm Paulus ex Epiſcopi domo eius Eccleſiæ propriæ exire nollet, Imperator Aurelianus de ea re rogatus ſententiam ſanctiſſimè, quid eſſet agendum decreuit. præcepit enim, vt domus Eccleſiæ illis tribueretur, quibus Chriſtiani Italiæ, & vrbis Romæ Epiſcopi per litteras tribuendam præſcriberent.*

Diuinæ prouiſionis inſtinctu. Præſuppoſita enim malitia gentium, atq; eorum nequitia, † Reges diuina prouidentia ſunt 42
creati, quorum principium Tirannica potius violentia, quàm diuina inſtituit, vt de Cain dicit Auguſtinus lib. 15. de ciuit. Dei.

tibus a antiquatis, his noſtris conſtitutionibus inuiolabiliter ab omnibus in futurũ præcipimus obſeruari. In quas præcedẽtes omnes † Regnum Siciliæ ſanctiones, & noſtras, quas obſeruari † decernimus, iuſſimus eſſe transfuſas: vt ex his, quæ in præſenti conſtitutionum noſtrarũ corpore minime continentur, robur aliquod, nec authoritas aliqua in iudiciis, vel extra iudicia b † poſsint aſſumi.

† *Aliàs regni.*
† *Aliàs nouimus*
† *Alias poſſit.*

preſſim prohibet eam. Lex enim quantumcunque præcedens quando conſuetudinem ſpecialiter prohibet, tollit conſuetudinem ſibi contrariam etiam ſubſequentem, vt C. de vſu. l. eos. §. nec liceat. & C. de furtis, auth. nauigia. & ff. ad leg. Rhod. de iactu. l. deprecatio. Et ita ſeruamus in magna Regia Curia. Pleriq; tamen iuriſperiti cauillantur in parte iſta, propter ſequentia verba. ſcilicet verbum, aduerſantibus, quod demonſtrationem præſentis temporis continet. Et verbum, antiquatis, quod confertur ad tempus præteritum. Non ergo futuras conſuetudines comprehendunt, vt ff. de au. & ar. le. l. ſi ita. & l. ſcribit Mutius § item ſcribit. ff. de lib. leg. l. Aurelius. §. ſi Titius Seio, & l. ſi. circa prin. ſi enim autor conſtitutionis huius voluiſſet hic etiam de futuris conſuetudinibus loqui, adiecisſet verba futuri temporis, ſcilicet ita, aduerſantibus, & aduerſaturis: antiquatis, & antiquandis, vt ff. de verb. obl. ſi ſtipulatus fuerim §. cum ſtipulamur, & ff. de leg. 2. ſi ita ſcripſiſſet. Allegant etiam ſupraſcripti ſubtilizare credentes, non videri futuram conſuetudinem antiquari ſeu tolli, quæ ſcilicet nondum cœperat, vt argum. ff de cond. & demonſt. l. Titio. & ff. de iniu. rup. & irri. l. nam & ſi. §. cum ſi. ¶ Sed adhuc non recedo † ab illa ſententia, quod tam præcedentes, quã ſubſequentes conſuetudines hic tollantur, argumentando ex verbis, vt ipſi faciunt: nam hic generaliter loquitur de conſuetudinibus &c. Et ſic generaliter intelligo, tam de præſentibus, quam de futuris, vt arg. ff. de ſeru. vrb. præd. ſi ſeruitus. & C. quæ res pig. oblig. poſ. l ſi in ſi.

† ADDITIO. *No. quòd pro opin glo. quòd ſcilicet ſubſequentes tollantur, facit: nam hic ſunt verba derogatiua. ergo videtur ſublata poteſtas inferiorib. ſtatuendi contrarium. glo. in ver. concedatur, in clem. 2. de ata. & quali. ex qua Imo. infert in c. 2. ext. de teſtib. Imola, & Ang in l. ſi quæramus. ff. de teſta. quòd ſtatutum permittens pupillum poſſe teſtari, eſt inualidum, quia l ſi. C. de milit. teſt. vbi dicitur pupillum teſtari prohibemus, licet poſſet dici, q eſt tacita prohibitio, & ſic non eundem effectum, quem idem operatur quoad annullandum, quod expreſſa, vt per Abba in c. dilectis, il ſecondo. de preb. ratio diuerſitatis, nam durius agitur quo ad annullationem cum lege, quàm cum homine. l. ſi libertus minorem. ff. de iure patr. Bar. in l. amplius non peti. ff rem rat hab.* De Bott.

Nec repugnat iſtorum cauillatio, qui capiunt ſolum verborum corticem: quoniam præſens verbum atq; præteritum extenditur ad futura, & è contra, ex mente legiſlatoris, vt no. ff. de verb. ſig. l. verbum oportebit, in gl. ord. ibi. ergo &c. & in l. verbum erit. & patet. ff. de an. & arg. leg. l. filia. & l. ſi vxori. §. cum ita & in aliis legibus multis. Nec eſt nouum in iure, vt tempus ponatur pro tempore, vt C. de leg. & conſtit.

ſtit. l. 1. & C. ex quib. cau. inſa. irro. l. ſi Poſſidonium. Quod autem mens legiſlatoris hic fuerit futuras conſuetudines tollere conſtat, cum fruſtra de conſuetudinib. tollendis exprimeret; ſi tantum de conſuetudinibus præcedentibus cogitaſſet, † quæ, vt dictum eſt, per has conſtitutiones ſubſequentes ſine expreſſione aliqua tollerentur.

† ADDITIO. *No. q lex noua tollit legem ſibi contrariam etiam ſi non exprimatur lex aduerſans. ad quod vide Iaſ. in l. ſi. C. ſi contra ius, vel vtil. pub. vbi de clauſula, non obſtante. Contrarium videtur tenere glo. infra de pœna eius, qui cont. aliq. arma extraxe. in verbo, aſperitatem.* De Bottis.

Merito ergo verborum interpretatio eſt etiam ad futuras conſuetudines dilatanda: vt ſic verba conſtitutionis huius aliquid operentur, vt ff de leg. 1. l. ſi quãdo, in princip. cum ſim. Et non videntur inania: ſicut aliàs in teſtamento verba præſentis temporis trahuntur nihilominus ad futurum: ne nullum remaneat teſtamentũ, vt ff. de lib. & poſth. l. placet. Vnde liquet, quòd verbum, aduerſantibus, quod eſt præſentis temporis. futurum etiam reſpicit, vt no. ff. de verb. obl. ſi quis ſtipulatus, in prin. in gl. ord. quare magis &c. Similiter verbum antiquatis, non incompetenter ad conſuetudines futuras aptatur. quaſi dicat, contrariis conſuetudinibus, & futuris antiquatis, ideſt, euacuatis ſ ipſo iure per hanc conſtitutionem, & non dixit antiquandis: quia tunc eſſet opus alia ſententia ad conſuetudines antiquandas, quæ valent, donec iterum tollerentur. Simile in Authen. vt cum de ap. cog §. ſiue igitur omnes, coll. 8. Non ob. etiam ſupradicta prædictorum ſubtilitas, quia tunc eſt verum tolli non poſſe, quod nondum incœperit: nec incipere poterit. Sed quando res poſſet de iure, vel de facto incipere: licet nondum incœperit: † poteſt tamen deſinere, vt ff. vſufr. quemadmo. ca. l. omnes §. 1. & ibi de hoc in glo. ordin. de iure vel de facto.

† ADDITIO. *Vide Alber. in d. l. omnes. §. 2 ff. vſufr. quemadmo. cau. qui latius diſtinguit. & videtur ſe conformare huic opinioni, quia ſaltem ſpe cœperat eſſe.* De Bottis.

a *Antiquatis* Id eſt, ſublatis, ſic. C. de ſacroſanc. eccl. l. decernimus & in hac ſignificatione alibi legitur, ſanè antiquum eſt, & meritò antiquari oportet, vt C de vſu. transf. l. 1. in ſi. quod verbum eſt contra ſenes antiquos, & antiquitates eorum. Marinus.

b *Poſſint aſſumi.* Et ita tam hi, qui allegarent, quàm iudices, qui audirent eas, tenerẽtur crimine falſi, vt C. de Iuſtin. Cod. confir §. igitur. & C. de vete iu. enu l. tanta. § hæc igitur. omnia. ff. ad leg Corn. de fal. l. vlt. Sed ſæpe contingit, quòd probatur in cauſis aliquid præceſſiſſe ante tempora compilationis.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

ſtatis hereditas pretioſa, in ver. ibi, decreuimus ipſius quieti, at què iuſtitia ſummopere prouidere.

Hoc bene: quia Rex eſt pater ſubiectorum in regno ſuo, vt in Auth. neq; iud. ad ſin qui cum habeat regni redditus, & prouentus, regnum defendere debet, & cunctis iuſtitiam miniſtrare, vt regnum pacatum teneat ſine ſubditorum grauamine. Redditus enim quos habet, ad hoc ius gentium conſtituit, vt in terra ſua iuſtitiam faciat. Et ſi ob eius culpam & negligentiam latrones inuadunt, & deprædantur regnum & ſubditos, ipſe Rex de ſuo reſtituere habet damna paſſis, vt dicit Sanctus Thomas. 2. 2. quæſt. 63. Sed malè ſeruatur, quia damna faciunt Reges in regno Siciliæ reſarcire per vniuerſitates, & homines locorum, vbi diſrobationes. & maleficia fuerint commiſſa, non repertis malefactoribus, vt in conſtitutione regni, ſi damna clandeſtina. Petrus Piccolus de Monteforte.

De

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Dei. cap. 14. Andr. in prælud. feud nu. 30. cum ſeq. & Chaſſenęus in Catalogo gl. mundi 5. parte 5. conſideratione, & nos diximus in Rub. ff de cõſt. Principum cap. 1. immo contra Domini voluntatem petenti Iſraelitico populo conceſſus Rex fuit primo Regum cap. 8. Andr. in c. 1. in fine de capit. qui cur. vend. poſtmodum verò Dei prouidentia effectum ſuit, vt Rex populis daretur, vt habetur in cap. 1. de pace tenen. ibi quoniam diuina præordinante clementia, ſolium Regiæ Maieſtatis conſcendimus, & aliis locis per Reſtaur. Caſtald. adductis in tractatu de Imperat. q. 4. in prin.

Principes. Hoc verbum eſt intelligendum, non quòd plures Principes in vno Regno ſint ſimul dominantes, ſed quilibet in ſuo, vel pluribus Regnis: multitudo enim principatus mala, vnus ergo Princeps (ait Philoſophus) & confert ad hoc exemplum apum, quæ vnum habent Regem, vt in c. in apibus 7. q 1. ideoq; Monarchiam † optimum dominandi genus dixere

Digitized by Google

nis, & publicationis conſtitutionum iſtarum: Et ſic ſecundū has conſtitutiones ſuper eo iudicare non poſſumus, vt in Authen. vt cum de appel. cognoſc. in prin. coll. 8. & in Auth. de trien. & ſemiſ. §. non autem diſtinguimus, vbi dicit: & quod præteriit non poteſt ab eo, quod nondum erat, ſubiici, &c. coll. 3. & in Auth. vt fac. no. conſti. per totum coll. 5. Sed quid ſi in eodem articulo appareant conſuetudines tunc temporis obtinentes, ſeu regum præcedētium ſanctiones, quibus his conſtitutionibus derogatur, vel protinus abrogatur, vt inf. patebit in multis legibus huius libri: Nonne tunc allegabimus, & iudicabimus iuxta prædictas conſuetudines, & veteres ſanctiones? & certe ſic, vt in Auth. de nupt. circa princ. vbi dicitur, duo igitur hic præmittit, &c. coll. 4. & in Auth. hæc conſtit. interpre. prio. con. et de his, qui ingrediuntur monaſt. circa fi. collat. 6. & in Auth. conſtitutio quæ aſcrip. §. 1. in fi. vbi dicit, omne præteritum antiquæ ſeruandum legis. Nō ob. littera iſta: quia dat formā futuris negotiis contingentibus, videlicet, poſt cōſtitutiones iſtas, vt C. de legibus et conſtit. l. leges. et dic vt ibi.

IOANNA II. RIT. I.

a IOANNA II. c Dei gratia, d Vngariæ, e Hieruſalem, & f Siciliæ, Dalmatiæ, & Croatiæ, Romæ, Seruiæ, Galitiæ, Laodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæque Prouinciæ, & Forcalquerij g Regina, ac Pedemontis Comitiſſa: Vniuerſis, & ſingulis præſentis edicti ſeriem inſpecturis. Circa reformationem, & augmentum regni noſtri Siciliæ, ac generalis iuſtitiæ Regni eiuſdem, &c. Itaque tam officialium

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

dixere quam plures, inter quos Plato. lib. ciuili relatus à Simanca lib. 5. de Rep. c. 5. inquit *vnius dominatio bonis coniuncta legibus ſola omnium rectiſſima eſt*, & pluribus rationibus cō-probauit in tracta. de Regimi. Princip. lib. 1. cap. 2. Angeli-
44 cus ille Thomas † Aquinas Eccleſiæ Catholicæ lumen, & propugnaculum firmiſſimum, Dominicanæ familiæ ſplendor, & decus, Theologorum omnium Princeps, et Magiſter, Neapolitanæ Vrbis corona, et Aquinatis familiæ Illuſtriſſimæ ſydus radians, bona omnia influens, qui mihi primum occurrit in opere iſto ſub cuius auſpiciis poſt Beatæ Virginis Dominæ meæ auxilium complere ſpero ad Dei gloriam, et proximi vtilitatem, nam ij, qui ad iuſtitiam alios erudiunt ſicut ſtellæ fulgebunt in firmamento cœli Daniel. 12. quod pluribus authoritatibus firmat Simancas de Republica lib. 3. c. 2. et 3. quod opus egregium ſanè, et ſcitu dignum à Chriſtiano Principe ſemper iudicaui, compoſitum quippè eſt ex elegantiſſimis, tùm Philoſophorum, ſed pietate donatorum authoritatibus; tum etiam ex ſanctorum dictis egregiis.

A Rege Regum. Licèt Gloſ. hic de Deo intelligat, qui Rex Regum dicitur, poteſt tamen etiam in Imperatore verificari;
45 is enim inter omnes † ſecolares Principes mundi primus eſſe videtur; diciturq; Dei Vicarius in temporalibus Bald. in l. 1. C. de iure aureorum annulorum, et quandoq; Pontifex appellatur. c. de capitulis cum Gloſa prima 10. diſt. et ſanctiſſimus dicitur in l. quæris. ff. de natalib. reſtit. ac omnium ſupremus dicitur l. penultima vbi Bald. C de bonis, quæ liberis, et latè recenſet Chaſſeneus in Catalog. glor. mundi part. 5. conſid. 57. multa alia, quæ ad imperialem pertinent dignitatem, vide per Corrad. in Templo omni. iudic. lib. 1. §. in principio num. 11. cum ſeq. et in eod. § ſub rub. Imp. eſt domin. mundi. et Reſtaur. Caſtald. in tract. de Imperat. Quod tamen in francorum Rege verificari non poteſt, cum ipſe imperio non ſubiiciatur arg. c. de accuſationibus 3. quæſt. 5. Andreas Iſernienſis in prælud. feud. q. 2. num. 28. Speculat. in tit de appell. §. 3. Carolus de Graſſaliis Regal. Fran. lib. 1. in 7. iure. Immo etiam ipſe vicarius Chriſti, & Rex Regum appellatur, vt per eundem Carolum de Graſſa. in dicto tractatu in princ. Idem etiam de Hiſpaniarum Rege dicendum eſt. c. Hadrianus. 63. diſt. Chaſſen. loco præcitato Couarr. in reg. peccatum par. 2. §. 9. num. 9.

1 a IOANNA † de nomine Ioannis, deque eius excellentia multa dicit Bartholus in ſermone habito in doctoratu Ioannis à Saxoferrato fratris, qui poſt tractatus eiuſdem Bart. eſt poſitus, plura etiam ſcribunt, & accurratè Didac. Perez, & Didacus del Caſtill. in prohem. ad leges Taurinas, in principio, in verb. D. Iuana.

Hi ritus compilati ſunt ſub nomine reginæ Ioannæ: ipſa
2 enim (vt infra dicemus) erat legitima hæres Regni, † atque ideo leges poterat condere, etiam ſi virum haberet, quod docuit eruditiſſimus Ceruantes in præfatione ad ll. Tauri. nu. 25. et ſequ. et Caran. hic num. 30. et ſequ. qui etiam tractat quæſtionem legis fœminæ. ff. de regul. iur. cur ſcilicet officia exercere non valeant, quæ cum ſit nimis triuialis, & parum neceſſaria ne membranas impleam ad doctor. per eum adductos me remitto. Regnum enim non poteſt eſſe penes duos inſolidum, ideoq; maritus adminiſtrare non poteſt niſi Regina ei commiſerit, vt dicit Bal. in c. ſignificauit. num. 4. de reſcrip. quem ſequuntur. Dec. in l. 1. in fin. C de in iuſ. vocand. Martio. Laudens. in tract. de principe concluſ. 176. in cap. regina, et alij, quos allegat Burgos de pace in relect. prohæmij ad ll. Taurinas, qui tamen Bal. doctrinam impugnat, concludens adminiſtrationem viro non eſſe prohibitam, niſi in iis quibus Regina contradiceret à num. 4. vſq; ad 20.

b *Secunda*. Nomen Ioannæ abſq; cognomine eſt appoſitum, quia cognomina † apponuntur ad conſeruandas familias, & 3
illas ab aliis diſtinguendas, quod in Regibus propter eorum excellentiam non eſt neceſſarium; vt dicit idem Burg. de pace in d. prohe ad ll. Tau. in ver. d. Iuana; fuit tamen ſolitum nomen alterius Regis in cognomen aſſumere, vt de Imperatoribus, qui Cæſaris nomen aſſumpſerunt, vel poſtea Auguſti cognomine ſe decorarunt, quod ideo factum eſſe traditur, quòd poſt illorum funera quaſi eadē virtus ad poſteros tranſmitterentur, vt animaduertit. Alexan. ab Alexan. Dier. Geo. cap. 2. vbi adnotauit Tiraquel. quo etiam nomine, & vxores quoq; vtebantur, vt iidem tradiderunt loco citato. Hæc † filia fuit Caroli Tertij huius Neapolitani Regni, et Hungariæ 4
Regis, Roberti ſapientiſſimi Regis neptis, Regno potita fuit Ladislao fratre ſine prole legitimè deficiente. Hæc Alphonſum Aragoniæ Regem ſapientiſſimum adoptauit ex quo Neapolitanum Regnum ad Aragonios Reges legitimè peruenit, ex quibus Auſtriaca † omni æuo ſereniſsima domus Neapolitani Regni dominium conſequutā fuit, cum Ferdinandus 5
Catholicus Ioannam eius filiam Caſtellæ Reginam Philippo Maximiliani Imperatoris filio tot, tantorumq; regnorum hæredem vxorem tradidit, vt ex hiſtoricis accuratè collegit doctiſſimus, et elegantiſsimus Iacobus Mainoldus vir omni laude dignus, nunc in ſupremo apud Regem noſtrum Philippum Tertium Italiæ ſenatu meritiſsimus Regens in eo, quem iuuenis cū eſſet libello conſcripſit de titulis Philippi Regis &c. qui antequam hæc typis traderentur in ſupremi Mediolani Senatus Præſidentem fuit aſſumptus.

c *Dei gratia*. Hoc ideo Reges faciunt, vt ſignificent omnem 6
poteſtatem † à Deo eſſe à quo omne bonum dependet iuxta illud Apoſt. Iacobi in epiſt. 1. omne datum optimum, et omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum, et vt ait Apoſt. ad Romanos. 13. non enim eſt poteſtas niſi à Deo, et illud prouerb. c. 8. per me Reges regnant, &c. quod latè proſequuntur. Chaſſen. in Catalogo glor. mundi 5. parte 1. conſider. et idem Burgos de Pace d. prohæmio, nu. 28. verbo por la gracia de Dios, et ibi Didac Perez, et Didac. del Caſtillo et idem Chaſſen in conſuet. Burgun. in prohæm. verb. por le gracie de Dieu.

d *Hungariæ* † Quàmuis Ioanna iſta 2. Hungariæ Regni poſ- 7
ſeſſionem minimè habuerit, attamen Regni titulum retinuit ex Carolo III. eius genitore, qui Regni illius Rex fuit.

e *Hieruſalem*. † Qualiter igitur Regni titulus ad Ioannam per- 8
uenerit varie dixerunt Hiſtorici, verior tamen eorum ſententia eſt, qui aſſerunt Ioannem de Brenna, qui Regni Hieruſalem dominium obtinuit Federico II. Imperatori atq; vtriuſq; Siciliæ Regi illud in eius filiam Violantem tranſtuliſſe. quod tradit idem peritiſſimus Mainoldus loco citato.

f *Siciliæ*. intelligitur hic titulus de vtraq; Sicilia, † nam, et ſi 9
citra Farum Siciliæ Regnum non poſſederit, titulum tamen rētinuit

Digitized by Google

noſtrorum proceſsibus, quàm fidelium ſtatibus prouiſionis noſtræ remedio ſubuenimus, maximè b in noſtris magnæ, & Vicariæ Curiis, quæ ſub regimine noſtræ protectionis, præcipuè in hac noſtra ciuitate Neapolis, & toto Regno noſtro ſunt iuſtitiæ deputati, harum ſacrarum nouiſſimarum noſtrarum Conſtitutionum edicto irrefragabili, ac firmiter valituro facimus, decernimus, ſtatuimus, & man-

retinuit ex Caroli Primi eius abaui poſſeſſione, cuius tēpore diuiſum Regnum illud fuit, Gallis inde eiectis, & Aragonenſibus admiſſis, & ſic Neapolitanum Regnum tantùm Andegauenſium familiæ remanſit, quod Sicilia citra farum eſt nuncupatum; cuius titulum, qui primus obtinuit Rogerius fuit ex Rogerio Normādo comite Apuliæ ab Anacleto II anno 1130. idq; cōfirmarunt Innocentius II. & Lutius II. anno 1144. Regno inueſtientes, & ex tūc (licèt alij ex Conſtantini donatione, alij ex Carolo Magno) Eccleſia Regni huius dominium obtinuit; nō tñ potui inuenire inueſtiturā Rogerij, neq; ſucceſſorum, vſq; ad Carolum 1. ſed tñ eiuſdem Caroli, & ſucceſſorum, qui anno 1265. ab Vrbano 4. Regno fuit inueſtitus
10 † excepta Ciuitate Beneuentana cum eius territorio, & diſtrictu in ſignum ſupremi dominij, vt inquit Marin. Frecc. de ſub. feud. lib. 1. cap. de prouinciis, & Ciuitatibus Regni. num. 50. Quamuis Carolum Magnum Ciuitatem illam Eccleſiæ donaſſe, quo tempore Imperij coronam accepit ab Hadriano Pontifice anno 774. non nulli grauiſſimi authores aſſerāt, vt idem Marin. loco citato, Colenuc. lib. 2. compen. eo. anno fol. 49. in paruis, & Ceſar Baronius Congregationis Oratorij tunc ſacerdos, nunc ſanctæ Rom. Eccleſ. Cardinalis Illuſtriſſimus vitæ ſantitate, ac doctrina inſignis, Hieronymo. Bonauenturæ, Hugoni, priſciſq; illis ſanctiſſimis, ac fulgentiſſimis Eccleſiæ Cardinibus non diſſimilis annal. Eccleſiaſt. tomo nono fol. 322. quamuis illius poſſeſſionem non habuerit: nam, & ſi Carolus Magnus Beneuentanum Ducem per eius filium Pipinum Italiæ Regem deuicerit omnes tamen, & præcipuè Colenuc lib. 2. fol. 51. in anno 802. tradūt Grimoaldum in eius ducatus poſſeſsione remanſiſſe pace à Carolo habita: Plurimi tamen Hiſtorici, vt Platina in vita Leonis noni, Igleſcas in hiſt. Pontif. in vita eiuſdem, Naucler. in cronic. ſub anno 1049. & alij tradunt illius ciuitatis poſſeſsionē, acquiſiuiſſe Eccleſiam Romanam ab Henrico III. Imperatore, qui eccleſiam Bambergæ beato Georgio dicatam dum in Cathedralem erigi deſideraret, idq; à Benedicto 8. obtinuiſſet, pro quo cenſum annuum centum argenti marcarum cum equo albo, ac falerato conſtituiſſet Leone 9. aſſentiente, cum Ciuitate Beneuentana cenſum permutauit, & ſic corrigitur Marinj locus ſupracitatus, dum in ſignum ſupremi dominij reſeruare affirmat: contrarium tamen apparet, vt etiam infra dicemus.

Ex iis ergo, quæ ſuperius diximus de inueſtituris fundat Ec-
11 cleſia Romana iuriſdictionem, quam habet in Regno, † hoc eſt dominium directum reſpectu ſcilicèt vniuerſitatis, ideſt ipſius totalis corporis, non autem ſingulorum corporum, ſeu partium, & ideo in ſingulis Regni corporibus nihil apud Eccleſiam remanſit: ſed totum, & integrum dominium, & poſſeſsio ſunt tranſlata in dominum Regem; & ideo in his corporibus ſingulis ſolus Rex eſt dominus ſuperior, & ſupremus, & omnia iura maioris dominij pertinēt ad ipſum ſolum, quod perbellè tradit Marinus Caramanicus Regni conſt. glo. primarius in ipſarum prohæmio col 7. verſ. & vltra procedimus. Cuius meminit Bal. in l. 1. in fin. C. vnde legitimi, idem Bal. in prohœm. ff. num. 25. quibus accedunt Afflict. in cap. 1. §. rei aūt n. 9. verſ. ſed pro declaratione de inueſt. de re alien. fact & in c. 1. num. 29. verſ. & hinc eſt de contr. feud. inter pares term. Dec. conſ. 517. num. 10. inquiens hoc communiter à doct. approbari; Pirrus Anglebermeus in conſuet. Aurelia. ſub Rub. de feudis cap. 1. col. 1. in princ. Capyc. in inueſt. feud. in verb. feudorum dominia col. 4. verſ. limitantur prænarrata.

12 Hinc eſt, † quòd ſi eſſet quæſtio de toto Regno, vel de quota ipſius, Papa eſſet Iudex tanquam ſuperior dominus, quemadmodum nihil ad eum pertinet ſi de feudis, quæ alij tenent à Regia Curia, Comitatibus vz. Baroniis, & aliis feudis quæreretis eſſet queſtio, ſed ad Regem ſpectat; quod multis iuribus comprobat, idem Marinus Caramanicus dicta col. 7. vbi etiam quod à Rege non appellatur ad ſummum Pontificem, cum in Regni conceſsione, & inueſtitura omne à ſe dominium abdicauerit, nihil ſibi reſeruans niſi Beneuentanam Ciuitatem, vt diximus, quam vti patrimonium Eccleſiæ, non inſignum directi dominij ſibi reſeruauit, vt ſuperius affirmauimus, Cum inſignum directi dominij reſeruauerit ſibi cenſum annuum, qui nunc eſt ſcutorum ſex mille cum equo Albo phalerato, qui exhibetur in die Sancti Petri Sum. Pontif.

Non deſunt tñ dicentes Regem † Siciliæ etiam reſpectu
vniuerſi feudi directū dominium obtinere, vt firmant Zaſius de feudis ſub rub. de feu. degenerant: num. 43. Capyc. in inueſt. feu. in verbo feudorum clauſulæ col. 83. verſ. transferentes in eum fol. 134. Claud. Seyſel. in ſpeculo feud. ſub rub. de diffinit. & inuent. feudi col. 8. Nec inconuenit, quod totum dominium vaſſallum transferatur, & in feudi natura in aliis non mutetur, cum hoc non niſi de feudi natura ſit: 13
† ideoq; pactum fieri poteſt, vt ſolùm fidelitate retenta dominium transferatur, vt tradit Bal. in l. ſi plures nu. 7. verſic. nam ex pacto C. de condit. inſert. & idem Bal. in l. vnica nu. 29. verſ. idem in perpetuo. C. de confeſ. & in l. 1. num. 3. C. ſi plur. vna ſent. Dec. conſ. 152. col. 3 verſ. præterea dato, Capyc. in loco præcitato: ſufficit enim fidelitatem retinere, ad hoc, vt verè feudum dicatur, addent. ad Alexand. conſ. 24. in verbo naturam volum. quinto. Eſt enim fidelitas ſubſtantiale feudi, † cum feudum à fidelitate ſit dictum cap. 1. in fine verſ. nulla per quos fiat inueſtitura, & ibi Andr. num. 11. Camer. in c. Imperialem fol. 35. col. 4. lit. S. poſt Andre. in §. huius autem generis num. 9. ex quib cauſ. feud. amitt. & diximus in repet. l. fin. ff. de conſt. principum cap. 1. primæ partis. num. 27. quidquid dixerit à nobis inibi relatus Thom. Mari. tracta. de gener. & qual. feud tit. 18. de feud. hab. prop. natur. feud. num. 23. & præcipuè quòd directum dominium ſit ſubſtantiale feud. 14 15

g *Regno*. Regis nomen licèt dignitatis maximæ, & antiquiſſimæ ſit, † imperatoria autem minor eſt, vt inquit dom. Reg. 16
Mainoldus loco citat. de tit. Philip. Regis, fol. mihi 7. attamen antiquius eſt regis nomen, quàm imperatoris. Beluſ. n. vt alios omittam de quibus controuerſia eſſe poteſt primus Babiloniæ Rex fuit, ità & Saul Iudeorum, & Romulus Romanorum, latè Chaſſencus in Catalogo glor. mundi parte 5. conſider. 1. Cum autem Romani exactis regibus nouum regendi populum induxiſſent modum, atq; illis odioſiſsimum eſſet Regis nomen, Iulius Cæſar deuicto Pompeio, republica ſubiugata, Imperatoris nomen, vt minus ſuis odioſus eſſet, aſſumpſit, de quo hiſtorici omnes † Eſt enim Rex in eius Re- 17
gno Monarcha, & plus iuris habet in Regno, quàm Imperator in Imperio, cum ille ad hæredem tranſmittat, iſte verò ſecus, Andreas in c. 1. num. 11. de his qui feudum dare poſſunt, & alibi ſæpè. Et licèt † feminæ officia exercere non 18
quam gloſanit copioſiſsimus Io. Antonius de Nigris,cuius Sa-
cri Concilij verba hic ſubnectere volui: Nullus prima ton-
ſura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus
ante decimum quartum annum beneficium poſsit obtinere,
is etiam fori priuilegio non gaudeat niſi beneficium eccleſia-
ſticum habeat, aut clericalẽ habitum, et tonſuram deferens
alicui eccleſiæ ex mandato epiſcopi inſeruiat, vel in ſemina-
rio clericorum, aut in aliqua ſcola, vel vniuerſitate de licen-
tia epiſcopi quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos ver-
ſetur.

27 Septimo limitatur in clerico † falſum deponente, quo ca-
ſu poſſe à iudice laico cognoſci diserunt Gloſ. Cyn. & Bal.
per illum tex. in l. nullum. C. de teſtibus. contrarium tamen
tradit Panorm.in cap. verum de foro compet. cum aliis col-
lectit per Decia. tracta. criminal. lib 4. tomo 1. cap.9. num.
82.quod verius eſt, & ita ſeruatur,cum nec etiam volens poſ-
ſit clericus iuriſdictionem iudicis ſecularit prorogare, vt de
perſona ſua cognoſcat. d. c. ſi diligenti. Et quòd indiſtinctè
in caſu præmiſſo iudex laicus non poſſit ſe intromittere, nec
in perſona, nec in bonis firmant Innoc. Hoſti. & alij in d. c.
verum. de foro compet. & in hanc opinionem Sacr. Conſil.
inclinaſſe teſtatur Afflict. deciſ. 230. idemq; tradidit poſt
alios Capyc. deciſ.5. num.14. Maranta in eius ſpeculo 6.par-
te actu 15.num.3. & hanc ſectandam pro nunc cenſeo,vt di-
xi cùm magis tuta ſit in conſcientia ſequendo Afflict. d. de-
ciſ. 230. in fine.

28 Octauo nõ procedit huius conſt.diſpoſitio in eo, † qui poſt
commiſſum delictum clericalem habitum, aut profeſſionem
aſſumpſerit, Hic enim à ſeculari iudice cognoſci debet, cũ ex
profeſſo,& præmeditatè delictum commiſerit ea regula tex.
29 in l.1.ff. de pœnis, & in l.ſi quis poſt ff. de iudit. † fraus enim
ipſi opitulari non debet, qui ad effugiendum pœnam à legibus
ſecularibus ſtatutam forum mutat, de his enim dici poteſt,
quòd qui tranſmare ambulant cœlum non animum mutant,
cum peiora peioribus addendo eccleſiæ priuilegiis abutantur,
in quò maximè eſt animaduertendum prout rectè animad-
uertit Couarr. pract. quæſt. c.32.nu 4.verſ. cæterum in fine.
qui hanc limitationem poſt Bart. in l. 1. ff. de pœnis, & alios,
quos allegat,intelligit quo ad punitionem bonorum, non au-
tem quo ad pœnam corpori infligendam ibi in verſ. tertia
concluſio, cuius opinionem tenuit Decian. d lib.4.cap.9. tit.
cler. & relig. tribuunt iuriſd.num.60.& Io. Vinc. Anna ſing.
130. hanc etiam communem eſſe teſtatur Petrus Bellug. in
ſpecul. princip. tit. de propoſitione.§.videndum rubr 15.nu.
21. Petrus à Plazza in epith. delictorum poſt innumeros re-
latos Doct.cap.35. lib. 1. num. 2. Boſſius in praxi tit. de pœ-
nis.num.38. Vincentius de Franc. deciſ. 509. cuius rei ea eſt
ratio, quia perſona clerici, vel monaci profeſſi eſt penitus à
iuditio ſeculari ſeparata,cum ſit Deo dicata, quod † enim ſe- 30
mel dicatum eſt Deo, nulla ratione poteſt in alios vſus con-
uerti, vt habetur leuitici vltimo, *ibi omne, quod Domino conſe-
cratur, ſiue homo fuerit. ſiue animal, ſiue ager non veniat, nec re-
dimi poteſt, quicquid ſemel fuerit conſecratum Sanctum Sancto-
rum erit Domino.*

In iſto caſu aſſumptionis clericatus in fraudem tradunt Co
uar. & Plazza loco citato,(ſi delictum erit tale,quòd pœnam
mortis mereatur) eſſe tradendum iudici eccleſiaſtico degra-
dandum,vt poſtea eum puniendum ſeculari iudici tradat. Ad
huiuſmodi calliditates igitur peſſimorum hominum euitãdas,
qui poſt ſæua commiſſa homicidia, & latrocinia non piæ in-
tentionis; ſed ad euitandam legum, & iuditiorum ſeuerita-
tem; quia tuto in ſeculo viuere non poſſunt; tunc demum
quærunt à religione auxilium, quando aliunde non ſperant;
Pontifex ille maximus Sixtus V. † ſanctiſſima lege proſpexit, 31
nullas declarando habitus ſuſceptiones, profeſſiones, & om-
nia inde ſecuta, iubens habitu ſpoliari; & à religione expelli,
facultatem concedens ſecularibus iudicibus contra eos pro-
cedendi,ſicut ante aſſumptum habitum procedere poterant;
vt habetur in libro Bullarum Sixti V. in anno 1587. decimo
tertio calend. Decembris, cuius memini in commentariis ad
auth. ingreſſi.C.de ſacroſanct. eccleſ. in verb. ingreſsi cap.8.
num.21. ſuper quo adeſt alia bulla Greg XIIII quæ illam mo-
dificat.Hæc opponebam aduerſus fratrem Henricum Meluin-
di militem Hieroſolymitanum, dùm ordine Illuſtriſsimi, ac
Excellentiſsimi D. Henrici de Guzman Oliuarenſium Comi-
tis Proregis optimi, prudentiſsimi, atq; integerrimi, fiſci par-
tet aduerſus delinquentes defenderem: hic enim multis no-
tatus delictis, dum fuiſſet per palatium Magnæ Curiæ ſub fi-
deiuſſoria cautione habilitatus S. Io. Baptiſtæ Hieroſolymi-
tani militum religionem eſt ingreſſus,& poſt hoc captus, & in
carceribus de aliis poſt habitum aſſumptum grauiſsimis inqui
ſitus delictis, ad magnum Magiſtrum ſe remitti petebat; &
obtinuiſſem vtiq; niſi Apoſtolicat diſpenſationis literas ex-
hibuiſſet. quæ expræſſam Sixti V. decreti mentionem facie-
bant. Addebam Summi Pontificis diſpenſationem non ob-
ſtare; quia iſte non expræſſerat ſe pro illis delictis fuiſſe inqui-
ſitum, & carceratum, & ſub fideiuſſoribus relaxatum aufugiſ-
ſe; & propterea aut non poſſe iuuari diſpenſatione quo ad
omnia,tam ante, quàm poſt aſſumptum habitum patrata de-
licta, aut ſaltim debere puniri de delictis ante profeſsionem
commiſsis: dicebam nulli dubium eſſe,quin habitus fuiſſet in
fraudem aſſumptus, cum apertiſsimum eſſet illum non modo
poſt inquiſitionem, quod ſignum fraudis doct. & præcipuè
Couar. citatis locis tradunt; ſed poſt carcerationem aufugiſ-
ſe fideiuſsionis frangendo laqueos, & aduerſus proprium ve-
nient iuramentum; immo poſt ſuſceptum habitum plura fa-
cinora commiſiſſe,quæ omnia apertiſsimè dolum demonſtra-
bant: his accedebat, quòd licèt profeſſus ordinem erat,illum
tamen, qui terreſtribus armis, non celeſtibus vtitur religio-
ſum dici non poſſe, vnde nec actu, nec habitu vitæ mutatio-
nem videbamus. Secundo dicebam poſito, quòd receptæ ſu-
pra notatæ ſententiæ de clericatu in fraudem aſſumpto ſtan-
dum eſſet, eam non habere locum in delictis ante commiſ-
ſit, de quibus iudex laicus poteſt cognoſcere, quia † dum eſ- 32
ſet carceratus ſacros aſſumpſerat habitus, vt fuit deciſum per
multos doctiſsimos viros relatos in quæſt. 144. per cappel-
lam Toloſanam in clerico coniugato ante delictum, qui po-
ſtea cum habitu,& tonſura clericalibus comparuerat; & poſt
Io. Andr. in c.1.de obligat.ad ratioci. non ordinandis tenet
eruditiſsimus Præſid. Vinc. de Franchis deciſ. 209. num.3.
qui in hac etiam cauſa interuenit, & fiſci partes fouebat; du- 33
bium tamen oriebatur, an iſte diceretur † carceratus, dùm
ſide-

ſideiuſſoribus de tenendo palatium loco carceris erat traditus, quod nullum habere ſcrupulum dicebam ex dictis per Grammat. deciſ. 14. num. 3. & 4. vbi ex Angelo dicit, quòd ſtante ſtatuto, vt nobilis pro tali delicto carceretur, ſi fuerit ei aſſignata tota ciuitas, vel totum palatium, erit ſatisfactum; ſufficit enim quod quis non poſsit exire à loco, vt dicatur carceratus, vnde cum iſto caſu præuenta eſſet cauſa, & perſona, ſequebatur effectus deciſ. prædictæ Toloſan. & opinionis d. de Franch. Dum hic articulus tractaretur, ante eius deciſionem proprietarius ſucceſſor in offic. fiſci patroni aduenit: & audiui fuiſſe deciſum contra fiſcum; & remiſſum prædictum fratrem Henricum, & tranſmiſſum ad Magnum Magiſtrum; ego tamen non votaui, quia aduocati fiſci munere functus eram: vidi tamen nonnullos ex dominis dubitaſſe, an iſte propriè dici poſſet carceratus, vt puniri potuiſſet à iudice laico.
34 An autẽ † ſupradicta bulla Sixti V. poſsit extendi ad clericos ſeculares ex identitate rationis, argumento l. fin. vbi Bal. ff. de hæred. inſtit. cogitandum relinquo, & ſub declaratione ſanctæ Rom. Eccleſiæ.

35 Quid autem in eo ſit dicendum, † qui ante delictum votũ emiſit, vel Religionis, vel clericatus; & poſtea aſſumit, vel non aſſumit habitũ, latè Couar. d. c. 32. pract. quæſt. ver. cæterum, Petrus à Piazza loco citato num. 3. quòd autem non ſufficiat votum emittere, niſi & habitum ſumpſerit; vel profeſsionem emiſerit, tradunt ipſi per practicos ità deciſũ eſſet .n. lædere nimium iuriſdictionẽ laicam, & impunita delicta relinquere, quorum opinionem pro nunc approbamus, & præſertim in hoc Regno, in quo delinquentium, & grauiſsimorum criminum ea eſt multitudo; vt vix credi poſsit; dicit tamen Ioan. Vinc. Anna ſing. 130. fuiſſe remiſſum quendam nobilem, qui ante delictum emiſerat votum clericatus ex deciſ. Sacr. Conſ. de qua ſatis dubito, niſi apertè conſtaret abſq; fraude fuiſſe emiſſum, quo caſu procedere poſſet.

36 Nono fallit † in clerico degradato, qui cum ſit priuilegiis clericalibus priuatus & ſeculari curiæ puniendus traditus, non iudicatur amplius, vt clericus, ſed tanquam laicus. cap. 2. de pœnis in 6. & per doct. in cap. cum non ab homine de iudic.
37 Sed qualiter debeat puniri clericus † degradatus à iudice laico, an pœna mortis, vel alia? dicam quod accidit in cauſa Angeli de Rinaldo. Hic dum eſſet clericus lorica armatus cum pugione, & duobus paruulis ſcoppittis aggreſſus Fabritium de Guido propè maiorem Eccleſiam huius ciuitatis cum ictu ſcoppitti interfecit; eumque in terra iacentem pluribus confodit vulneribus, captus ab eccleſiaſt. iudice degradatur, & curiæ ſeculari traditur, conſulto prius Summo Pontifice, & ab eo reſponſo obtento, quòd benè fecerat curia Archiepiſcopalis Neapoli: eo igitur ſeculari tradito iudici, Magna curia Vicariæ pronuntiauit vltimo ſupplicio puniẽdum, à quo decreto, dùm eſſet ad Sacr. Conſ. appellatum, fuit dictum, quod cauſa committatur, & admiſſa appellatione, fuit dubitatum an iudex ſecularis † potuiſſet eum cognoſcere, cum tamen 38
teneretur ſententiam exequi. Agebatur enim de articulo merè eccleſiaſtico, in quo (vt in conſtitutione poſt mundi machinam diximus) iudex ſecularis nihil poteſt addere, vel minuere: ſed tantum eccleſiaſtico brachium præſtare, vt per canoniſt. in cap. 1. de offic. ordin. tenebatur ergo in eo caſu iudex ſecularis ſententiam mortis proferre, prout fecit, à qua non erat admittenda appellatio: nàm cũ iudex eccleſiaſticus eũ degradauit, & tradidit, nihil aliud voluit facere quã vt eius ſent. exeq. demãdaretur, cum & ipſe oẽs pœnas præter mortis inferre poſſit, quæ datur pro enormi homicidio ſm Abb. in c. 1. de iis, qui filii occid. in c. 3. de homicid. in c. at ſi clerici de iudi. num. 39. 40. & 41. atque ita communiter practicari dicit Iul. Clar. in praxi crim. quæſt. 36. verſ. ſed an iudex. Dicebatur pro inquiſito, hic non cognoſci an ſit benè degradatus, vel nè, quia hic articulus eſt merè ſpiritualis † vt dictum eſt, 39
ſed an pœna mortis debeat infligi, licet potuiſſet dicere, non poſſe degradari pro homicidio; ſed tantum in tribus caſibus ſilicèt hæreſis, falſitatis in literis apoſtolicis, & conſpirationis in proprium Epiſcopum, vt in cap. ad abolendam de hæreticis: tamen pro homicidio hoc fieri poſſe tenet Iulius Clarus in d. q. 36. verſ. pariter, & ante eum Angel. in tract. maleſi. in ver. & ſibi caput à ſpatulis num. 38. circa medium, at quia hic allegabat ſententiã iniuſtam, & iniquam ex ſui facie, in quo † caſu, cum agitur de actu irretractabili, poteſt 40
iudex executionis cognoſcere, vt diximus in dict. conſt. poſt mundi machinam in tertio caſu. Præterea dicebatur hic non agi de imploratione brachij pro exequenda ſententia; ſed tantum traditur iudici ſeculari, vt ipſe pœna debita illum feriat ſublato impedimento clericatus, neque de pœna eſt aliquid dictum, vnde ſequitur quod iudicis ſecularis iuditio ſtari debeat; qui ex probationibus luce meridiana clarioribus ſententiam debet proferre. His omnibus, & aliis diſcuſſis in Collaterali Conſ. fuit concluſum in beneficium inquiſiti, qui poſtea fuit condemnatus ad pœnam extraordinariam, & non ordinariam, vt prætendebatur.

Quo verò ad ſecundam partem attinet, vbi ſtatuitur, quòd clericus de aliquo magno inquiſitus delicto à ſeculari iudice puniatur, & gloſ. exemplificat in maledicto ex l. 1. C. ſi quis Imp. maled. & aliis; dic hodie non procedere ex iuris canonici diſpoſitione. cap. ſi diligenti eum concord. de foro compet. nec vllo pacto ſeruatur, cum perſona clerici ſit omnino à iudicis ſecularis iuriſdictione exempta, & vt dicit Andr. hic, etiam de iure communi ciuili non trahuntur clerici ad ſeculare iuditium, credo tamen hanc conſtitutionem æditam ante cap. ſi diligenti, & potiùs tyrannica, quàm Regia diſpoſitione, quia eſſet cõtra libertatem eccleſiæ, vt tradit And. hic.

Alias limitationes proſequere, vt per Decianum loco ſæpius citato, & plura ad materiam vide per Iulium Clarum in eius praxi crim. d. §. fin. quæſt. 36.

a *SI quis clericus.* Si clericus habens rem Baronis, puta fundum: & ipſe habitet Neapol., debet conueniri ſub iudice Baronis, non Neapoli. Quod intelligo de iudice competenti, puta eccleſiaſtico, quia ſub alio conueniri † non poteſt, quantumcunq; vellet Imperator, vt extra de foro compe. ca. ſi diligenti. nam Imperator non poſſet tollere legem Papæ, vt arg. ff. de arbi. l. 3. Et no. quod iſta conſti continet ius commune, vt C. vbi in rem. act. l. ſi. Si quis clericus. in conſtitu. cum iuſtitiæ.

Clericus ratione rei, quæ non ab eccleſia, ſed ab alio ad eum peruenit, conueniri debet in loco rei ſitæ, non proprij domicilij; ſed propter hoc non poteſt capi de perſona. h. d. Tapia.

ADDITIO. *Nota clericum, & religioſum poſſe conueniri coram iudice ſeculari in cauſa ciuili. ſ. vbi retinerent ſeu poſſiderent ipſi bona burgenſatica, quæ ſunt de burſa Imperatoris, ratio erit, quia potius in hoc caſu inſpicitur qualitas rerum, quam qualitates perſonæ, & iudicis eccleſiaſtici, & vt res Imperatoris habeant ampliorem prærogatiuam, quam aliæ res cuiuſcunque. & intellige hanc conſtitut. ſecundum not. in conſtitut. ſi quis clericus: conuenitur etiam clericus coram iudice ſeculari in cauſis criminalibus in duobus caſibus, vt in conſti. de perſonis. Sed qui contineantur appellatione clericorum, omnis ordo ſacer, de iure canonico, 11. q. 1. de perſona. de iure ciuili no. auth. presbiteri. C. de epiſ. & cler. Sed an contineantur Canonici, vide extra de ver. ſig. cap. cum tibi. & qui appellatione Sacerdotum. c. 2. extra de cohabit. cler.* De Bottis.

REX GVL.

SI quis a clericus de hæreditate, vel aliquo tenimen

ADDITIO. *Adde, quòd bona patrimonialia clericorum, gau-*

ANDRAEAS DE ISERNIA, ET ALII.

SI quis clericus. Iſtæ conſtitutiones nihil valent: immo ſunt caſſæ & irritæ: quia ſunt contra perſonas eccleſiaſticas, & eccleſiaſticam libertatem, † vt in auth. caſſa & irrita. niſi quia Imperator potuit tollere illam auth. C. de le. l. digna vox. iure cano. hæc decernuntur corruptelæ.

ADDITIO. *Adde, quæ dicantur ſtatuta contra libertatem eccleſiæ? vide tex. in cap. 2. de verbor. ſign. in 6. Bal. in l. cunctos populos. C. de ſumma Trin. Card. Zabar. in rep. cap. perpendimus. de ſent. excom. Abb. & Ioan. de Imo. in cap. ſi. de rebus eccleſ. non alie. Lap. alleg. 22. Angel. conſil. 48. incip. ex themate dicto, duo dubia*

ADDI-

gaudent eodem priuilegio cum bonis eccleſiæ, vt eſt glo. in ver. obligata. in c. ex literis. de pig. cap. fin. in ver. facultatib. de vi. & honeſt. cle. glo. in cap. ſumuntur. 16. q. 1. Card. Zab. in cap. 1. de dolo. & contumac. Superantius.

a *Reſpondeat.* Vide multa ſimilia ad hanc conſtit. Quæ ponit hic in ſum. qualiter diner. le. bo. ſu. res di. de. l. prima.

to, non ab eccleſia, ſed ab † alijs, vel aliquo * per patrimonium, ſiue aliud teneat appellatum fuerit, volumus, vt de hoc in Curia illius, in cuius terra poſſeſſionem, vel tenimẽtum habuerit, a reſpondeat, & quod iuſtum fuerit faciat, non tamen, vt perſona ſua exinde capiatur, vel b incarceretur.

b *Incarceretur.* Quid in laico, nunquid in cauſa ciuili, ſi non ſatisfaciat, incarcerabitur? credo quòd ſic, quia ceſſio bonorum ad hoc prodeſt ſibi, ne detrudatur in carcerem, vt C. qui bo. ced. poſ. l. 1. Item non eſſet priuilegium clericale, ſi quilibet de populo hoc haberet, vt ff. ad muni. l. 1. & de condi. inſti. l. verba. & de le. 1. ſi quando, & C. de theſau. l. 1. lib. 10.

ANDRÆAS DE ISERNIA, ET ALII.

dubia eliciuntur. Abb. conſil. 63. incip. videtur primo dictum legatum. in 1. vol. Idem Abb. conſil. 84. incip. præſens dubium. in eo. volum.

† ADDITIO. *Vide eundem And. in c. 1 §. eccleſiaſticam. de ſtatu. contra liberta. eccl. & in cap. 1. §. ſed mulier. nu. 4. & in ti. de capit. Contra. & vide ad hanc conſtit. Guliel. Bened. in c. Raynutius, in ver. & vxorem, num. 414. pro feudo tamen, quòd clericus tenet à laico, poterit coram eo conueniri, vt per And. in cap. 1. qualiter vaſal. immo poſſet cogi ad præſtandum iuramentum fidelitatis huic domino temporali, vt ibi, & in c. 1. de noua forma fidelita. & per Iacobi. in tract. de feud. in ver. Princeps, col. 6. in fi. & plures alios caſus vide per Iacobi. in l. 1. ff. de iudic. & Bar. & Bal. in l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Fab. Iordanus.

Nam in liberis rebus, & Burgenſaticis fiſcus ab inteſtato non ſuccedit clerico, cum quo nullam habet cognitionem. 12. q. vlt. cap. vlt. extra de ſucceſ. ab inteſt. cap. 1. & 2. & dictum eſt ſupra, de offi. mag. Cam l. præſenti. in fi. quæ ſimiliter caſſa eſt, quantum ad hoc ſic etiam caſſa eſt ſupra, de offic. Iuſtit. l de perſonis clericorũ. & adde, quæ ibi dicta ſunt. Deceptus fuit hic legiſlator, dum dicit hic attendi huius rei qualitatem, non perſonæ conditio, ſeu iudicij, pro quo eſt, quia res conuenitur non perſona, immo perſona ratione rei quando inanimata eſt, & impropriè dicitur conuenire res. Nam res ſumit cognitionem à perſona, non econtra C. lib. 10. de impo. lucr. deſcr. l. 1. §. 1. de acq. hære. l. per procuratorem. C. de inof teſt. l. fin. in fi. Sic in delictis perſona delinquit, & non res. in Auth. de man. Prin §. oportet. Inde iudicium ſeculare non eſt de rebus clericorum, quia bona eorum ſumunt conditionem perſonarum. 11. q. 1. cap. ex his dignior eſt perſona, quam res. nam res gratia hominum ſunt inuentæ. ff. de vſu. l. in pecudum. de vſufr. l. pen. iux. illud poeticum: Res mihi, non me rebus ſubiicere volo. concor. vt no. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. ſancimus. in fin. Dicunt etiam imperiti, quod Papa, & eccleſia Roma. approbauit iſtas conſtit. & ſic ipſe videtur feciſſe. ff. de verb ſignific. l. lege obuenire ſed iſta affirmatio, ſeu probatio, ſeu confirmatio non apparet. Vnde ei qui eam dicit, incumbit probatio. ff. de prob. l. 2. & ſi approbaret in genere, non videtur approbare id, quod ſpecialiter conceſſurus non erat. ff. de pec. l. qui peculium. ff de inoffic. teſtam. l ſi quando. ſicut patronus remittendo ius patronatus, reuerentiam ſibi debitam non remittit. C. de bon. lib. l. fin. Et epiſcopus remittendo iura epiſcopalia, non remittit cathedraticum, vt extra, de don. c. fi.

SI *quis clericus.* In glo. 1. No. ex hac gl. expræſſum per c. ſi diligenti. de foro compet. cum ſi. clericum etiam in patrimonialibus priuilegiatum, vt non conueniatur niſi coram iudice eccleſiaſtico: ſic etiam no. Io. And. in c. ſi quis in ius. ext. de re iu lib. 6 ſic & pro patrimonialibus non ſoluit collectas, vt dicit c. Regis Caroli II tempore vicariatus in planitie S. Martini, quod incipit, Item ſtatuimus, quòd clerici.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOATIONES.

1 HAnc conſtitutionem ſummauit † Afflict. Intelligens de iudice eccleſiaſt. verbum illud in curia illius; quod percepit ex gloſ. huius tex. ſed parcat mihi tantus vir, quia litera huius tex. hoc non dicit, nec aliquo modo ad illius intellectũ trahi poteſt, ſed veritas eſt, vt infra dicemus in conſtitutione de Burgenſaticis hanc Guliel. conſtitut. editam ante cap. ſi. diligenti, & c. ſi iudex laicus, neq; gloſ dixit ſecundum intellectum Afflict. bene tamen docuit hanc conſtitutionem intelligi debere de competenti iudice eccleſiaſtico; quaſi ſecundum hodierna tempora aliter non poſſit intelligi, quòd voluit Andr. hic, qui dicit hanc conſtit. eſſe contra libertatẽ eccleſiæ, quod nos etiam approbamus, & ſecundum Andreæ opinionem ſeruamus, nec mirari debemus de huius conſtitu-
2 tionis diſpoſitione; quia licèt perſona eſſet exempta † bona tamen patrimonialia non habent idem priuilegium, quod bona eccleſiaſt. & propterea clerici tenentur contribuere ad ſolutionem debitorum per vniuerſitates contractorum antequam quã ad illos peruenerint pro bonis emptis, & donatis, quod ſcripſimus in cap. Regni 98. Et practicatur quotidie in Regia Camera Summariæ. Quemadmodum dubitatum fuit, an cõpetat clerico electio fori apud iudicem ſecularem pro bonis patrimonialibus; de quo articulo Deo dante dicemus in conſtit. ſtatuimus, ſed quod clericus † pro bonis ſtabilibus apud 3
eccleſiaſticum iudicem conueniatur, non erit amplius de hoc dubitandum: cum & iura Pontificia id tradant, & communis praxis admiſerit in Regno, quidquid dixerit Guliel. de Bened. in cap. Raynutius, in ver. & vxorem nomine Adelaſ. deciſ. 2. num. 49. cum ſeq. ex tex. in cap. quo iure 8. diſt. & c ſi quæ cauſæ. §. his ita reſpondetur. 11. quæſt. prima quæ iura nihil obſtant: aliud enim eſt dicere, quòd bona iure Imperiali detineantur; aliud quod clericus conueniri poſſit coram iudice laico † cum bona à perſona conditionem accipiant 4
non è contra l. fin. in fin. C. de inoffic. teſtament. cum alijs per Andr. hic.

Vult hac conſt. quòd clericus, vel quiuis alius religioſus reſpondeat coram iudice ſeculari de quolibet interdicto conuentus. Lal. de Tuſc.

† IMPER. FREDER.

DE Burgenſaticis petitorio, vel quolibet poſſeſſorio adipiſcendæ, recuperandæ, vel etiam retinendæ poſſeſſionis clericum, ſeu etiam quemuis religioſum pecuniaria actione conuentum in ciuili volumus examine reſpondere, rei qualitate potius in hac parte, quæ petitur; quàm perſonæ conditione, ſeu iudicij qualitate penſata.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

DE *Burgenſaticis.* In tex. Reſpondere. No. clericum, & religioſum poſſe conueniri corã iudice ſeculari in cauſa ciuili. ſ. vbi ipſi retinerent, ſeu poſſiderent aliqua bona burgenſatica. quæ ſunt de burſa Imperatoris. Ratio eſt, quia potius inſpicitur qualitas rerũ in hoc caſu, quã qualitas perſonæ, & iudicis eccl. & vt res Imperatoris habeant ampliorẽ prærogatiuã, quam aliæ res cuiuſcunq; alterius. Conuenitur & clericus corã iudice ſeculari in cauſis criminalibus in duobus caſibus, vt in conſtitutione, de perſonis. Et intellige hanc conſtit. ſecundũ ea, quæ no. in conſtit. ſi quis clericus. ſupra tit. 1. Marinus.

CA-

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

ISta conſtitutio cum alia ſupradicta ſi quis clericus, quæ eſt Regis Gulielmi, condita fuit ab Imperarore Federico; & ante capitulum ſi diligenti de foro compet. quòd ab Innocentio III. conditum fuit, qui Pontificatum rexit tempore Federici Secundi huius conſtit. conditoris; & propterea de
1 eius diſpoſitione mirari non debemus; quæ hodie † per cap. prædictum eſt correcta. In aliquibus tamen caſibus clericus coram laico iuditium agit per citatos doct. in fine ſupra dictæ conſtit. de perſonis enumeratos, inter quos præcipuè Maranta, qui in parte 5. diſtin. 11. nu. 33. ponit caſum † quando cle-
2 ricus conuenit laicum coram iudice laico; quia ſi ibi reconuenitur à laico, poteſt in iuditio reconuentionali à iudice laico cognoſci, cuius concluſionis ea eſt ratio, ne iuditium diuidatur, cum ſit vnicum; & hanc communem eſſe doct. ſententiam teſtatur Dec. in cap. at ſi clerici de iudit. num. 148. eamq; antiqua conſuetudine approbatam teſtatur Ioan. Andreas in d. cap. at ſi clerici, quem refert, & ſequitur Gregor. Lopez in l. 57. lib. 6. part. 1. in verbo A'li deue reſponder, & in Regno habemus ritum M. C. V. num. 67. poſitum infra in tit. de ordin. iudit. lib. 3. eam tamen limitat ibi Lopez. Primo vbi reconuentio fieret ſuper cauſa ſpirituali, vel ſpirituali an-
3 nexa: † tunc enim ad eccleſiaſticum iudicem remittenda eſt; cap. tuam de ordine cognit. aliam tamen rationem eſſe arbitror, quàm ſupradictã, quæ ſubſtineri non poſſet, nam communiter laicum retinemus, & clericum dimittimus, ſed quia clericus dum laicum conuenit, agendo, laicus ad eligendam, eius actionem, vel extinguendam ſuum creditum deducit, & ſic potius per viam compenſationis, vel extinctionis, quam ne iudicium diuidatur poſſe conueniri arbitror.
4 Secundo niſi recõuentio † fieret de crimine, etiam ſi ciuiliter ageretur per tex. in cap. vnico de cler. coniug. lib. 6 & Dec. in d. cap. at ſi clerici num. 148.
5 Tertio vbi laicus † clerico iniuriam inferret ad finem ipſum trahendi, ac reconueniendi coram iudice ſeculari: tunc enim ei fraus prodeſſe non debet, Specul in tit. de reconuent.
6 §. 1. verſ. quid ſi laicus. Quarto vbi de crimine † clericus coram laico iudice experitur: tunc enim à laico reconueniri nõ poſſet, Bal. in cap. 1. verſ. item eſt. iſta gloſa de controuer. apud par. termin. licèt ipſe id cogitandum relinquat; Bald. tamen dictum verum cenſeo; nàm cum ex delicto laicus cõ-
7 ueniatur, non debet ex eo commodum reportare, l. itaq. fullo ff. de furt. Secundo principaliter poteſt laicus † iudex clericum coram eo temerè litigantem in expenſis condemnare,
8 Imol. & Felyn. in d. cap. at ſi clerici de iudit. Tertio poteſt clericus citari per iudicem laicum ſi ſua putauerit intereſſe; quo caſu voluntariè comparendo dicitur actor, vt per Bal. & Caſtr. in l. teſtamenta omnia in fine. C. de teſtam. Afflict. deciſ. 2. num. 9. & deciſ. 14 num. 8. de quo vide Grammat. deciſ. 61. num 3. & ſeq. Quarto in cauſa depoſiti, vel ſequeſtri, Bal. in l. ſi fideiuſſor §. ſi fideiuſſor. nume. 4. ff. qui ſatiſ. cogantur, Menoch. de recuperan. poſſeſſ. remed. 15. num. 215. Quinto poteſt laicus † dare curatorem clerico minori coram ſe litiganti, vt extat deciſ. Rotæ 207. in antiquis; & refert Maranta loco præcitato num 38. ibiq; alios caſus enumerat, quos ſuis in locis explicabimus. Quibus addo, primo vbi de inſi-
nuatione, † vel publicatione teſtamenti à laico facti agitur; 10
tunc enim, etiam ſi clericus hæres ſit, apud iudicem ſecularẽ inſinuatio fieri debet. Bal Corn. & Alex. in d. l. teſtamenta omnia. C. de teſtam. & alios cumulat Couar. pract. quæſt. cap. 8. in princ.
Secundo vbi clericus hæres laici † lite contra defunctum 11
cæpta conuenitur, Alber. & Bal in l. venditor ff. de iudit. Soccin. Seni conſi 91. in vltimo dubio lib. 3 & alios refert Couarr. loco præcitato num. 2. & extat de hoc lex apud Hiſpanos 57. in prima partita tit. 6. & ibi per Gregor Lopez in verſ. dimanda, & Vinc. de Anna ſing 132. Tertio vbi cleri-
cus tanquam author † laudatus ad iuditium vacatur: tunc.n. 12
iuditium declinare non poteſt, Bal. & Fulgoſ. in l. venditor per illum tex ff. de iudic. Soccin. d. conſ. 91. poſt num. 10. in vltimo dubio vol. 3. & alios refert Capyc. deciſ. 197. poſt nu. 7. Vinc. de Anna ſing. 45. & hanc opinionem ſeruari in Curia Toloſæ teſtatur Aufrer in addit. deciſ. cappell. Tholoſ. 360. & extat de hac re apud Hiſpanos lex 57 in fine. d. prima partita tit 6. & ibi per Gregor. Lopez.
Sed omiſſa hac in re diſputatione, in S. C. † ſeruatur, quòd 13
cauſa inter actorem, & reum retinetur, & clericus remittatur. verùm ſi velit emptorem defendere, cum ſit voluntarius reus non poteſt forum declinare ità teſtatur Capyc. in d. deciſ. 197. num. 7 verſ. licèt nos teneamus, Grammat. deciſ. 21. poſt num. 9. vbi ità pluries ſeruatum teſtatur. Quarto vbi clericus tanquam tutor, vel curator conuenitur Guliel. de Benedict. in cap. Raynutius in ver. & vxorem deciſ. 2. num. 128. & optimè facit tex. in l. tutorem. ff de his. quibus vt indignis.
Quinto vbi † plures poſſeſſores conueniuntur, inter quos 15
vnus adſit clericus. Tunc enim apud eundem iudicem omnes conueniendi ſunt, ità Bal. in l fin. num 54. C. de edicto. Diu. Adrian tollen. quem refert Gregor. Lopez d. l. 57. verb. demanda in fine. Sed hæc opinio ità ſimpliciter intellecta procedere non poteſt: nàm ſi conueniantur vt ſinguli, & cauſa
ſit diuidua, quilibet in proprio foro conueniri debet; ſecus † ſi 16
plures vt vnicum corpus conueniantur, veluti collegium; tunc enim maior pars trahit ad ſe minorem, ſecundum Bar. in l. fin. num. 15. ff. de colleg. illicit. pro quorum corroboratione vide, quæ dixi in conſt. de perſonis. An autem poſſit Princeps clericos † delinquentes à ſuo territorio expellere; vide Gregor. Lopez d. l. 17. in verbo quæ geladio in fin. poſt Bal. in cap. ſi clericus de pace tenend. & Guliel. de Bened. in d. cap. Raynutius ver. & vxorem in d. 2. deciſ.

Item

CAR. II. VIC REGNI. Cap. 94.

ITem ſtatuimus, quòd clerici * ad ſecularia iudicia nõ trahantur, niſi pro bonis feudalibus ſecundum conuentionem habitam inter ſanctam Romanam eccleſiam, & dominum patrem noſtrum.

Item ſtatuimus, quod clerici, &c. Adde tu, & intellige hoc eſſe verum, quando clerici pro feudo coram iudice ſeculari conueniuntur intentando petitorium, & ſic quando de proprietate ſola agitur, ſecus autem ſi iudicio poſſeſſorio impetuntur, nam tunc cauſa poſſeſſorij eſt agitanda coram iudice eccleſiaſtico, & non poterunt coram ſeculari conueniri, ita pulchrè intelligit, & declarat Luc. de Pen. in l. vnica, in 5 col. ver. vnde clerici. C. de rei poſtu. lib. 10 & adde ad hoc, quòd cognitio de feudo pertinet ad dominum feudi ſolum, cum agitur petitorio, ſecus ſi poſſeſſorio, cap. ex parte, de fo. compet. Hoc c. allegat, & ſequitur Matt. in conſtit. iuſtitiarij nomen, in vlt. col quem omnino vide ſemper: quia pulchrè loquitur, & allegat alia iura.

* ADDITIO. Item ſtatuimus, quòd clerici. *Adde quòd in dicta conuentione declaratur, vt habeat locũ, quando agitur petitorio feudi, non autem poſſeſſorio, quia tunc clericus non conuenitur coram ſeculari. ità refert Luc. de Pen in l 1. col. 4 C. de re. poſtu. lib. 10. vide de cauſa poſſeſſorij Guid. Papæ deciſ 69.*

Iſtius

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 IStius capituli diſpoſitio ortum habuit à prærogatiua Regum Franciæ, qui ex conſuetudine † cognoſcunt de feudorum cauſis quæ ab eccleſiaſticis poſſidentur, de qua teſtatur Carol. de Graſſal. Regal. Franc. lib. 2. iure 11. & 16. Ideoq; Rex Carolus II ex Illuſtriſſ Andagauẽſiũ Regali familia Caroli Primi huius Regni Regis filius, id ſummo Pontifice annuente ſtatutum eſſe in hoc capit teſtatur, quòd autem † Regi feudi 2
ratione ſint clerici ſubditi, hoc ex iuris canonici ſanctionibus,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

atq; eiuſdem iuris doctoribus clarè liquet, c. cæterum de iud.
cap. ex tranſmiſſa, & cap. verum de foro compet. Hinc cle-
3 rici feuda tenentes feudorum conſuetudinibus ligantur.† Li-
cèt enim particularis conſuetudo clericos non liget, vniuer-
ſali tamen aſtringuntur; cum in ea tam laicorum, quàm cleri-
corum conſenſus interueniat, vt poſt Bal. in cap 1. col. 2. de
contr. inueſt. declarat Curt. Iunior. in tract. feudorum prima
parte 2. q. principali num. 4. ibiq; opinionem hanc pluribus
4 comprobat. Nec mirum cum etiam † Eccleſia Romana, & ſi
Imperij mater dicatur, ſi tamen ab imperio feudum teneat,
ſit hoc reſpectu eius vaſſalla, qu a feudataria, non quia mater,
ità Bal in l. ſed ſi propter. §. ſi liberta in fin. ff. de in ius vo-
can. ideoq; omnia ſeruare tenetur, quæ & alij feudatarij ſer-
uant, idem Bal. in l. fin. num. 16. C. ſine cenſu, vel reliq. Curt.
Iun. loco præcitato num. 5. Capyc. deciſ. 27. num 28. & in in-
ueſt. feud. in verſ. feuda dant, col. penult. verſ. limita ſepti-
mo. Nec eſt incongruum; quòd ſuperior ab eius inferiori quã-
5 doq; feudum recognoſcat: ideoq; vxor † licèt viro ſubdita,
poteſt tamen maritum de feudo inueſtire, ac ſui vaſſallum ef-
ficere, vt poſt Bal. in prælud. feud. tradit Capyc. in inueſt. lo-
co præcitato fol. 155. Hinc dubium reditur dictum Andr. in
cap. 1. poſt numer. 4. verſ. item quod dicitur quid ſit inueſtit.
6 dum inquit, † priuatum ſubditum non poſſe proprio Regi feu
dum dare, per quod Rex ſubditus efficiatur; hoc autem in-
conueniens eſſe inquit, per l. interdum. ff. de oper. libert. &
licèt aduerſus Andr. inuehant Capyc. in inueſtit. loco ante
citato, & add. ad Andr. in d. cap. 1. num. 4. in verb. principi;
attamen non meruit tantus vir repræhendi: non enim inquit
feudum non poſſe Regi per ſubditum concedi; ſed quod non
dabit; cum hoc inconueniens ſit; & ſic denegat actum. non
autem potentiam; ad quod facit, quòd tradit Afflict. in conſt.
eaque ad ſpeciale decus num. 18. quod Rex ratione terræ, vel
caſtri, quod habet prælatus in Regno, poteſt præcipere ſub
pœna priuationis caſtri, ne exerceat merum imperium: quia
ratione terræ poteſt eſſe de iuriſdictione, allegat cap. verum
de foro compet. & inueſtituræ regni, & cap. Papæ Honorij.
Hinc etiam tenetur clericus fidelitatis iuramentum præſtare;
quòd ſi nomine eccleſiæ de feudo inueſtiatur, adhuc nomine
ipſius tantùm, non autem eccleſiæ fidelitatis iuramentum præ
ſtat; vt declarat Bal in prælud. feud. num. 56. verſ. ſed dubita-
7 ri. Ex quo ſequitur, quòd ſi prælatus † felloniam committat,
eius vita durante tantum feudum aufertur, cum ipſe tantùm,
non eccleſia deierare videatur, vt inquit Bal. loco præcitato,
& tradit Carol. de Graſſal. regal. franc, dicto libro 2. iure 16.
verſ quod eſt intelligendum. Ex præmiſſis etiam poteſt infer-
8 ri ad quæſtionem, an clerico † felloniam committente, poſſit
dominus laicus de ea cognoſcere, ac feudum auocare, prout
effeciſſe Henricum Imperatorem ex Reſtauro Caſtaldo refert
Decian. in tract. criminal. lib. 4. in tit. clerici, & relig. tribuunt
iuriſd. cap. 9. num. 5. & quamuis Innoc. in d. cap. verum poſt
nume-
numerum ſecundum. verſ. nec etiam ciuiliter, de foro com-
pet. quem Hoſt. num. 3. in fine. Abb. & cæteri ibidem ſequun-
tur, & Marian. Soccin. in cap. ex tranſmiſſa num. 32. eodem
tit. firment laicum iudicem, neq; principaliter, neque in con-
ſequentiam cognoſcere poſſe, cum de delicto agitur, ex quo
clerici perſona ſugillari videtur. Ego verò tantorum virorum
pace ſalua, ac ſub Sanctæ Romanæ Eccleſiæ correctione, cu-
ius iuditio omnia dicta, ſcripta, & vſq; ad vltimum vitæ ſpi-
ritum dicenda, atque ſcribenda ſubmitto; pro cuius defenſio-
ne ſanguinẽ Deo iuuante effundere ſum paratus; contrariam
de iure ſententiam veriorem arbitror. Eſt enim verum (& ca-
noniſtæ non negant) clericum ratione feudi † ſubditum eſſe 9
illius domino directo, vt in hoc regni cap. & in d. cap. cæte-
rum de iudit. vbi latè Dec. num. 2. & hac de re iuramentum
fidelitatis præſtare, & pro eo coram laico iudice conueniri;
vt poſt alios latè deducit Curt. Iun. in tract. feud. d. quæſt. x.
primæ partis, & in 7. parte num. 15. Gregor. Lopez in prima
partita l. 57. tit. 6. glo. que ge lo dia; quibus ſuppoſitis neceſ-
ſariò ſequitur Regis, ſiue directi domini feudi iuditio princi-
paliter ſtandum eſſe: aliud enim eſt agere ad pœnam infligen-
dam, aliud verò ad bona, quæ ab illo tenentur auocanda; po-
teſt enim quandoq; iudex laicus † clericum de crimine puni- 10
re, licèt non quo ad perſonam, cum eius perſona ſit per cara-
cterem totaliter exempta: tamen quo ad bona bene poteſt;
vt poſt Guliel. tradit Caſtrenſ. in l. addictos. nume. 6 C. de
epiſc. audient. quem refert, & ſequitur Gregor. Lopez in d.
l. 57. Auiles in cap. prætor. cap. xo num. 9. in gloſ. vſurpa. &
in cap. 3. in gloſ. iuriſdiction. num. 3. His accedat, quòd in
hoc auocationis iuditio bonorum feudalium agit Princeps ex
vi contractus, cui fidelitas ineſt, qua deficiente contractus
ipſe de per ſe reſoluitur; cum abſque fidelitate feudum eſſe nõ
poſſit cap. 1. §. nulla; vbi not. per quos fiat inueſt. vndè cum in
clerico duo ſint conſideranda, perſona ſcilicèt, & bona, quæ,
cùm ſeparatam, & limitatam † habeant cauſam, limitatum 11
quoque producere debet effectum. l. cancellauerat. ff. de his,
quæ in teſtam. delentur: neque eſt hoc mirum, cum ex eodẽ
fonte, & criminalis, & ciuilis detur actio, poſſitq; de eadem
re coram diuerſis iudicibus experiri. §. ex maleficiis, vbi no-
tat. inſtit. de action. ex quibus à canoniſtis non animaduerſis
(cum extra eorum materiam ſint) veriorem hanc eſſe opinio
nem arbitror; quàm poſt hæc ſcripta, ſed nondum in lucem
ædita, tenuit Scipio Rouitus aduocatus primarius in coment.
ad pragmat. ſecundã, quæ incipit fœlicis memoriæ ſub tit. de
cler. ſalua, qui ampliat non ſolum in petitorio; ſed etiam in
poſſeſſorio. 12
Poteſt etiam † clericus depoſitarius cogi per iudicem lai-
cum, ſi coram eo ſit factum depoſitum, ita Bal. in l. acceptã.
C. de vſur. & alij adducti per Ioannem Vinc. Annam ſing.
127. aliiq; additi per Fabium eruditiſſimum filium noſtri S.
C. Conſiliarium, de quo pluries cum laude memini.
Item

Item ſtatuimus, quòd officiales, vel ſeculares, perſonæ, &c. Vide omnino conſti. regni, maieſtatinoſtræ, & ibi Matt.

Officiales Regni non cognoſcant de crimine eccleſiaſtico, neque impediant in ipſorum cognitione Prælatos. h. d. Tap.

CAROL. II. VIC. REGNI.
Cap. 104.

Item ſtatuimus, quòd officiales, vel ſeculares perſonæ ſe nullatenus intromittant ad cognoſcendum de aliquo crimine eccleſiaſtico, nec impediant prælatos, vel ipſorum ſubofficiales, quin de ipſo crimine liberè cognoſcant, & vt puniant, vt eſt iuris.

Matt. hoc c. allegat. & idem Matth. in conſt. ſtatuimus, in 2. col. in rub. de vſu. pub. quod dicit eſſe intelligẽdum, vt ibi per eum. M.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOATIONES.

1 Hoc capitulum eſt in viridi obſeruantiã, & in tantum eſt hoc verum, vt ſi † incideret articulus ſpiritualis in aliqua cauſa, tunc remittitur ad iudicem eccleſiaſticum, vt puta ſi dum allegatur clericatus, & dubitatur de validitate, vel inualiditate ordinis, vel collationis beneficij, remittitur tunc iſte articulus decidendus ad iudicem eccleſiaſticum, quo deciſo, iudicatur per iudicẽ ad quem ſpectat eius cognitio, vt latè Vinc. de Franch. deciſ. 189.

PRAGM. iij. De iuriſd. non turb.

Officiales eccleſiaſtici non exerceant iuriſdictionem contra laicos, ſed ſuos adeant iudices competentes. h. d.

PHILIPPVS Dei gratia Rex, &c. Reuerende vir, Regiæ dilectiſſime. Per lettere, & informatione che ci ſono ſtate inuiate per la Regia Audientia di queſſa Prouincia, ſemo auiſati, come per la Corte voſtra Arciueſcouale ſi è proceſſo à citare laici ſotto preteſto di vſure, & che ſimilmente ſe pigliaua per quella informatione contra vn

Digitized by Google

vn laico di biaſtema, con hauerlo citato che compareſſe à dire la cauſa perche non è incorſo in eſcomunica. E di più pretendendo la detta voſtra Corte, che certe donne, quali habitauano dalla parte di dietro dell' Eccleſia di San Matteo doueſſero sfrattare, come donne inhoneſte, lor'hà fatto mandato per via d' Editto, che fra termine di tre di sfrattaſſero ſotto pena di eſcomunica, & nõ eſſendo sfrattate l'ha publicate eſcommunicate. & oltre di ciò, hauendo hauuto parole certi Gentil'huomini di queſſa Città con alcuni preiti, detta Corte Arciueſcouale ci ha pigliato informatione, e citati detti laici à dire la cauſa perche nõ ſono eſcomunicati, liquali eſſendono comparſi alcuni di loro ſono ſtati compoſti ad vna torcia di cinque libre di cera per vno: del che ſemo rimaſti molto marauigliati, eſſendo queſte cauſe attinenti alla giuriſdittione Regia, & credemo che queſto non poſſa procedere dalla mente voſtra, ne che per voi ſene habbia notitia, eſſendo come ſete tanto affettionato al ſeruitio di ſua Maeſtà, per tanto ci ha parſo daruene notitia, attalche poſſiate rimediarlo, e rimettere dette cauſe alla detta Regia Audientia, alla qual ſpetta la cognitione di quelle, tanto più ch' in tempo dell' Arciueſcouo Seripanno, ilquale pretendea far sfrattare ſimilmente donne inhoneſte, che ſtauano accoſto detta Eccleſia, e procedere in ſimil' altre cauſe, non ci proceſſe, nè fe procedere da ſua Corte, ma hebbe ricorſo à detta Regia Audientia; e da quella fu prouiſto al tutto, di maniera ch' il medeſimo potrete far'eſequire voi, con far hauere ricorſo alla Regia Audientia predetta, nella quale ſarà miniſtrato breue complimento di giuſtitia, prouedendo voi, che per l'aduenire, detta voſtra Corte non s'intrometta in dette cauſe, nè in altre ſimili, toccanteno alla Regia giuriſdittione, e così l'eſequirete e farete eſequire, non fando lo contrario, per quanto deſiderate far coſa grata alla predetta Maeſtà, & à noi. la preſente reſti al preſentante.

Datum Neapoli die xx. Decemb. 1566.
Don Peraſan.
Vidit Pignonus Regens.
Vidit Patignus Regens.
Lobera pro Secretario.
In Cur. 9. fol. 65.
Dirigitur Archiepiſcopo Salernitano.

Item

CAROL. II. Cap. 97.

ITem ſtatuimus, quòd prælati, & perſonæ eccleſiaſticæ, & Barones, vniuerſi, & ſinguli homines fideles domini patris noſtri de regno poſſint per mare portare, & facere portari de vna terra ad aliam infra regnum, frumentum, & alia victualia, & legumina prouenientia eis ex maſſariis ipſorum, vel redditibus terrarum ſuarum, ſine iure exituræ, vel dohanæ. Emptitia vero ſine iure exituræ, ſoluto iure dohanæ, dummodo de portub. licitis, & ſtatutis, & cum barcis paruis, a centum ſalmis infra extrahantur. exonerentur ſimiliter in portub. licitis, & ſtatutis. Et dent fideiuſſoriam cautionem; & habeant reſponſales de exoneratione ipſorum a Portulanis illorum portuum, in quibus exonerata fuerint, infra certum terminum, qui pro locorum diſtantia competens præfigatur.

Citatus per curiam, ſi dicat ſe clericum, debet comparere, & de clericatu docere, vt ad ſuum iudicem remittatur. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 65.

ITem a ſi aliquis clericus * citatus fuerit, vt laicus de mandato dictæ curiæ pro aliqua criminali cauſa vel ciuili, bannitus, vel foriudicatus, & voluerit poſtea ſuam purgare contumaciam, ad purgandum ſuam contumaciam debet in eadem curia perſonaliter comparere, & ipſa curia cognoſcet de ſuo clericatu prædicto, cum habitu, & tonſura demõſtrato, & cõſtito ipſi curiæ de clericatu huiuſmodi, eadem curia remittit ipſum ad ſuum iudicem competentem, & hoc quotidie obſeruatur.

a *Item ſi aliquis clericus citatus fuerit, &c.* Vide omnino aliũ ritum infra, char. 5. col. pen. incip. item ſeruat ipſa curia., quòd nullus clericus, &c. qui alia plura addit. Ego autem huiuſmodi ſum ſententiæ, quòd iſti duo ritus, ex quo tendunt contra libertatem eccleſiaſticarum perſonarum, nõ debent ſeruari. l. priuilegia, & auth. caſſa. C. de ſacroſanct. eccleſ. & immo fortius dicit ibi tex. quod etiam debent penitus aboleri à capitularibus, & à libris ſtatutorum.

* ADDITIO. Item ſi aliquis clericus. *Contrarium eſt conſilium Capollæ 11. & Alex. conſ. 8. & 9 vol.* primo. *Vide etiam cap. 1. de cleric. coniug. in ſexto. & Abb. in cap. Ioan. eo. tit.* De Bott.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

NVnc ritum circa extraordinariam clericatus cognitionẽ, impugnant aliqui, qui multum iuriſdictioni eccleſiaſticæ
1 detrahi putant, ſi † à iudice ſeculari de clericatu ſummaria, & extraordinaria adhibeatur cognitio, quaſi multum nobis iudicantibus profit, aut nobis commiſſam iuriſdictionem extendat, ſi illum, aut alium ſe clericum aſſerentem iudicemus, immemores ampliſſimæ Regis noſtri commiſſę nobis iuriſdictionis, & cenſurarum, in quas incidunt; qui de clericorum perſonis præter ſibi de iure commiſſa cognoſcunt. Hi quidem ſi ſcrupuloſum de hac re noſtrum iuditium conſpicerent, aliter fortaſſe diiudicarent. ſed ille ſupremus, atque æternus vtriuſq; cenſuræ, ac rerum omnium iudex videt, & iudicabit noſtram de clericatu inquiſitionem non alio tendere; quàm vt facinoroſos homines non modo laicos, ſed irrationales belluas ſub clericatus falſo clipeo delinquentes hoc tutamine priuare quemadmodum comperta veritate ſtatim illos remittimus, & proprio iudici tradimus. nam certiſſimum, & indubitatum eſt, Canonicis ſanctionibus aduerſari, ſi intelligamus hunc ritum procedere in iudice citante aliquem, vt clericum, cum vt aliàs diximus ſit pœnitus incompetens, quemadmodum intelligendo hunc Ritum in iudice citante laicum, qui vt laicus nominatur, & reputatur, arbitramur non aduerſari iuri canonico, ſi iudex ad remittendum eum ſuo iudici eccleſiaſtico vellet extraiudicialiter videre bullas, vel ipſis non exhibentibus teſtes audire etiam extraiuditialiter, qui de ipſius clericatu deponerẽt; quod ſecus eſſet, quando epiſcopus haberet eum in fortiis, & peteret remiſſionem actori, quo caſu deberet concedi.
Ideòque cum aliquis † aut citatus, aut captus, clericum ſe 2 aſſerit

D 2

aſſerit, & clericatus legitimè conſtat illico remittimus ad ſuum iudicem: cum verò captus in habitu ſeculari ſe clericum dicit, & vel bullas, nō oſtendit, ſed illas deperditas allegat, teſtibuſq; probare intendit ſe exemptū, vel illas minoris ordinis offert; ſed alias conditiones in Sacra Tridentina Sinodo traditas non habet; aut aliàs apparenter de eius clericatu non docet; tunc, vt eccleſiaſticam tueamur iuriſdictionem, non ità feſtinanter procedimus, ſed dilationem concedimus, vt de eius clericatu legitimè doceat, quem cum clericum eſſe repertum conſtat, ſtatim remittimus. Quam extraiuditialem cognitionem, non modò in Regno iſto † ex antiquiſſima, & immemorabili præ-
3 ſcriptione habemus, ſed à pluribus doct. admitti demonſtrabimus; quod in primis nos docuit Archid. in cap. frequens 54. diſt. Bal. in l. ſi qua per calumniam. C. de epiſc. & cler. Petrus Bellug. in ſpecul. princ. §. videamus rub. 11. tit. de propoſit. nume. 5. verſ. & hæc videtur veritas. Guid. Papæ deciſ. 138. qui de forenſi illius Prouinciæ vſu teſtatur. Tiber. Decian. ſæpius citato tit. cler. & relig. trib. iuriſd. tract. crimin. lib. 4. c. 9. num. 111.

Quod verò ad hunc ritum attinet, vbi dicitur, (quòd debet perſonaliter comparere cum ſuis documentis) fuit dubitatum
† an expedita citatione ad foriudicandum, aduerſus quam cō- 4
ſanguinei, & amici comparent inquiſiti ad eum defendēdum, poſſit allegari clericatus? in quo practica eſt, vt non admittantur bullæ, & aliæ de inquiſiti clericatu probationes, cum ſi ipſe ſit clericus liberam habeat comparendi facultatem, ſecurus de eius remiſſione ad iudicem eccleſiaſticum, recipiuntur
† tamen extra proceſſum ad inſtructionem iudicis, ne contra 5
eum mortis inferat ſententiam; cum per illam, quæ de foriudicatione profertur, licitum ſit occidere: cum ergo de maximo ibi agatur præiuditio, cautiùs agitur, non ſic vbi de citatione ſimplici agitur; aliud n. in eo caſu ſeruatur, q ſeruari vidi, & teſtatur peritiſſ. S.N. Conſil. Præſid. Vinc. de Franch. deciſ. 329. C. Tap.

IO-

IOANNA II. Rit. 235.

Item *a* ſeruat ipſa curia, q nullus clericus * poteſt cōparere, niſi principaliter * cū documentis clericatus, alias non auditur in declinando forum curiæ ipſius, & ipſo ve-

a ADDITIO. *De clericis fac duas principales regulas, vnam criminalem, & aliā ciuilem. Et adde quòd prima regula eſt, quòd clerici non poſſunt corā ſeculari de crimine conueniri. Nec valet te conſuetudo contraria, ſiue agatur ciuiliter, ſiue criminaliter. Nec poſſunt perſonaliter, aut pecunialiter condemnari à ſeculari. Iſta regula fallit. Primo niſi Papa conceſſiſſet de clericis certi loci poteſtatē. Secundò fallit in clerico falſum deponente, quia executione reali puniatur. Perſonalis tamen reſeruatur epiſcopo, & eodem modo in expenſis in cauſis ciuilibus litigans. Et idem de vtente falſo inſtrumento. Idem quando nollent in ciuilibus deponere, quia poſſunt à ſeculari per arreſtationem equi, vel aliam leuem coertionem cogi. Tertiò deficiente poteſtate eccleſiaſtica, quia tunc ſecularis poterit punire, maximè facientes ſchiſma in eccleſia Dei, ſi eccleſia non poſſet illos corrigere. Quarto fallit in actualiter degradato, quia effectus eſt de foro ſeculari, de quo per Lucam de penna in l. 2. C. de priuileg. ſchol. Quinto fallit in clerico verbaliter depoſito, & incorrigibili, excommunicato, & contumace, anatematizato, qui à ſeculari comprimitur abſque degradatione actuali. Sexto in ioculatore etiam in ſacris conſtituto, qui monitus ſecundo, vel tertio non deſiſtit, nam ipſo iure eſt priuatus ſuo priuilegio. Septimo in coniugato non deferente veſtes, & tonſuram clericalem. Octauo in clerico in minoribus conſtituto, qui duas vxores habuit, aut viduam, vel corruptam. ſecus de monacho, vel conſtituto in ſacris: quia priuilegium clericale non amittit. Nono fallit in macellatoribus, vel tabernarijs, quia ſi tertio moniti non deſtiterint, vel tale officium reaſſumpſerint, vel perſonaliter exercendo, puniuntur à laico, maxime coniugati, non coniugati ſi incedant ſine habitu, & tonſura. Decimo ex delegatione ſedis Apoſtolicæ ad hoc. Vndecimo quando poſt capturam à laico aſſumpſit habitum clericalem, ſecus ſi ante iudicium inchoatum. quod intelligo, vt cognoſcat de cauſa, & non de perſona, ex quo clericatus illum omnino eximit à laici poteſtate, quod extendas etiam ad proceſſum. Duodecimo in Francia eſt præſcriptum, in fractione ſaluæ guardiæ, & etiam in portatione armorum offenſibilium. Decimotertio quando clerici offenderent officiales Regios, quos modos vide per Bar. in l. vni. ff. ſi quis iuſd. non obtem. puta, in omni genere contumacia impeditiuæ partes iudicis, & eius officium, vt non veniendi, non patiendi, non reſpondendi. Item propter calumniam. Item propter offenſam in perſonam officialium. Decimoquarto vbi clerici vellent vſurpare iuriſdictionem Regiam, quia tunc mulctatur à laico. Decimoquinto ratione alicuius artis vel officij, quo caſu. ſi in eo deliquit, eius ſuperior licèt laicus, cognoſcit. Decimoſexto fallit in clerico officiali laicorū ratione eius adminiſtrationis. Decimoſeptimo in clerico aſſaſſino, qui criminaliter punitur à laica. Decimooctauò in clerico, qui poſt aſſumptum clericatum immiſcuit ſe enormibus & ſceleris, & diu in illis perſeuerauit, habitu & tonſura dimiſſis. Idem de buffonibus, ſeu hiſtrionibus, & galiofardis, qui per annū illam artem exercuerunt. Decimononò, in clerico, qui relicto ordine clericali, & habitu in apoſtaſia, tanquam laicus conuerſatur. Vigeſimo in clerico in minoribus conſtituto, qui effectus miles exercet arma. Vigeſimoprimo fallit in clerico arma militaria deferente, qui ſi tertio monitus non deſtiterit, omne priuilegium perdit.*

Secunda regula ciuilis † eſt, clerici in cauſa ciuili etiam volentes de iure non poſſunt coram ſeculari iudice conueniri, contraria conſuetudine non obſtante. Fallit primò in cauſa ciuili feudali, vt quando inter duos vaſſallos tractatur, quis ipſorum ſit potior in feudo, quo caſu laicus dominus eſt iudex, quod non procedit quando ageretur criminaliter, vel ciuiliter de delicto. Secundò fallit in epiſcopo, vel clerico habente iuriſdictionem temporalem iure feudi. Nā dato quòd vaſſalli ſint clerici, tamen ad ſuperiorem temporalem appellabitur, quod non procedit ſi epiſcopus habet hæc ex collatione, cum reſeruatione alicuius ſeruitij à domino temporali, vel ab eo iuriſdictionem recognoſcit. Tertiò fallit in cauſa reconuentionis, quod non procedit quando in fraudem hoc fuiſſet actum, vt ibi reconueniretur. Idem ſi laicus procuraſſet conueniri. Idem ſi conueniret pro re famoſa, vel iniuria laicum. Idem ſi cauſa tangeret rem ſpiritualem, vel illi annexam. idem ſi reconueniretur de crimine. Idem ſi veniret reſtringenda perſona clerici, in quibus caſibus laicus non habet iuriſdictionem. Quartò fallit in actione reali, vel hypothecaria, pro qua ſecundùm multos conuenitur coram laico, tamen in contrarium eſt communis opin. Quintò fallit quando clericus laudatur in authorē, quia tenetur de euictione, nam tenetur coram ſeculari cauſam agere, & defendere. Sexto fallit † quando clericus efficeretur hæres laici, cum quo cauſa erat inchoata, quia tenetur proſequi cauſam coram iudice defuncti, & eſt opinio æquior, licèt multi contrà. Septimo in emancipatione, quæ debet fieri coram laico. Octauo in inſinuatione donationis, quæ ſimiliter debet fieri coram laico. Nono fallit in inſinuatione teſtamenti, quando per ſtatutum debet fieri. Decimo fallit ſi clericus, & tertius vellet impedire executionem ſententiæ laici, qui coram eo, &c. Vndecimò vbi vellet, contradicere publicationi teſtamenti, in quo eſt hæres inſtitutus laicus, ſi habet intereſſe tenetur contradicere coram laico. Duodecimo fallit in confectione inuentarij per laicum citatis creditoribus, ſi clericus ſit creditor, vel legatarius tenetur coram iudice inuentarij comparere. Decimotertio in clerico ſucceſſore prædoni. Decimoquarto in clerico depoſitario ex ordine iudicis ſecularis, & idem in ſequeſtris. Decimoquinto ratione adiuncti, & cauſæ connexitatis, vt ſi vnus ſit clericus cum tribus fratribus laicis conuentis trahitur coram ſeculari. Decimoſexto fallit ratione reconuentionis. Decimoſeptimo ratione abſurditatis euitandæ, quia vnus iudicaret aliter, quàm alter. Decimooctauo ratione adminiſtrationis, puta, datis pluribus tutoribus, quorū vnus erat clericus. Decimonono ratione vniuerſitatis, quia data maiori parte conuentorum laicorum, conueniuntur etiam clerici coram laico. Vigeſimo ratione reclamationis à laudo ſuper compromiſſo facto per clericum, & laicum, quo caſu clericus reclamans debet adire iudicem laici. Vigeſimoprimo ſecundum aliquos in hypothecaria reſpectu bonorum propriorum ipſius clerici, quod an ſit verū, non firmo. Vigeſimoſecundo ex delegatione per epiſcopum facta laico cognitionis cauſarum ciuilium, & pecuniarum. Vigeſimotertio in appellatione à banno facto per laicum ſuper bonis clerici. Vigeſimoquarto ſi dubitatur an ſit clericus, vel communi opin. reputatur laicus citatus à laico non comparens poteſt puniri, & condemnari in expenſis, quod extende etiā ad clericum certum, quando ex facie citationis apparet cauſa, propter quam concluderetur citantem habere iuriſdictionem in eum. Vigeſimoquinto in poſſeſſorio ſi allegat ſe turbari ab alio clerico, vel laico, & intentat interdictum retinendæ, ad quod etiam ſunt c. regni, ad regale faſtigium, finis præcepti charitas, & alia procedit tam ſi contra clericum, quam ſi contra laicum, &c. Et idem ſi intentatur cap. reintegran,

Digitized by Google

niente datur terminus ad probandum de clericatu, oblata per eum quadam petitione declinatoria fori. & raro quaſi dictus proceſſus finitur. vnde eo ipſo, quòd datur terminus intelligatur eſſe remiſſum, multoties etiam finitur proceſſus, & interponitur decretum eum eſſe clericum, & remittitur ſine ſeruientibus, & ſi eſſet ſuſpectus, & de graui re, cum ſeruientibus, & ſub fida cuſtodia ad Archiepiſcopum, & ſi idem Archiepiſcopus vult petere copiam inuentorum contra eum curia mittit ſibi. Et hæc ſeruantur per ipſam Curiam, quamuis iura Canonica his prædictis videntur aliquantulum refragari.

regran. etiam ſi circa recuperationem, cum talia poſſeſſoria habeāt plurimum facti. Vigeſimoſexto in proprietatibus omnium beneficiorum, quorum collatio ſpectat ad Regem. Vigeſimoſeptimo pro reparatione eccleſiæ ſecundum aliquos. Vigeſimooctauo pro cenſibus, & tributis, pro quibus non ipſi, ſed eorum res videntur conueniri. Vigeſimonono in prouiſione tutelæ. Trigeſimo in curatore clerici minoris litigantis coram laico. Trigeſimoprimo in clerico negociatore, quia de eius negocijs tenetur ad gabellam, & alia, vt laicus. Trigeſimoſecundo in clerico patiente ſe condemnari, & executionem à laico committi, quia licet poſtea alleget priuilegium, condemnatur tamen ad expenſas. Et non declinans forum laici venit puniendus arbitrio iudicis, tanquam tranſgreſſor &c.

Quod extenditur ad concubinas eorum, de quibus etiam iudex laicus cognoſcere non poteſt, niſi in notorijs. Item extenditur ad vxores clericorum incedentium in habitu, & tonſura. Item ad familiam clericorum. Item ad eremitas. Item ad rectores hoſpitalium de licentia epiſcopi ædificatorum promittentes caſtitatem. Item ad fratres Tertij ordinis. Et hic attende opportune, quòd in concernentibus litis ordinationem, vt datione libelli, inſtantia, & ſimilibus, in præmiſſis caſibus ſeruabitur ius laicorum, in deciſorijs, ſi ratione contractus, & tunc ſecundum loci contractus, rōe delicti locus delicti, ſi agitur de re ius loci, in quo res ſtat. ſi vero eſſet ſtatutum reſpiciens perſonam, non ligaret clericum, de quo vide plenè per Andr. de Iſer. in conſt. regni, ſi quis in poſterum, per Ang. in Auth. vt cleri. apud proprios epiſcopos. Philippum in c. 1. de arb. in 6. & omnino Fel. in c. eccleſia Sanctæ Mariæ extra de conſt. in 7. concluſione, num. 17. Abb. ibidem, & in cap. licet, & in cap. quod clericu, extra de for. comp. & in cap. cum ſit generale, vbi moderniores, eo. tit. Paul. de Caſtr. in l. priuilegia, & in auth. caſſa C. de epi. & cler. And. in cap. 5. de his, qui feu. da. poſ. col. 2. Alex. conſi. 5. in 5. vol. & conſ. 186. 2. vol. vbi inuenies hæc. quæ, quia notabilia, hic inſerui per concluſiones veras. Cæſar de Perrinis Neap. V. I. D.

† ADDITIO. *No. quòd ab epiſcopo habente iuriſdictionem inferiorem appellatur ad iudicem ſecularem, de quo Gul. in cap. Raynutius, in ver. & vxorem. 2. dec. num. 25. & Couar. in cap. 4. prac. quæſt. num 2. Et adde, quòd clericus ante declinationem fori tenetur recognoſcere ſcripturam, vt per eundem Gul. Bened. in d. cap. Raynutius, in ver. & vxorem. 2. deciſ. num. 234.* De Bott.

† ADDITIO. *Ad hanc ſextam fallen. vide Couar. 8. cap. prac. qq.* De Bott.

* ADDITIO. Item ſeruat ipſa curia, quod nullus clericus. *Adde quòd clericus non deferens habitum, & tonſuram, ter monitus non deſiſtens perdit priuilegium clericale, cap. in audientia, de ſent. exc. & ſi fuit occiſus, non incidit occiſor in pœnam, cap. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. ſed ſine monitione perdit omnia priuilegia, ſi exercet ſæua vel contraria ordini cap. 1. de apoſta. An laicus poſſit accuſare clericum primæ tonſuræ, & ſic an talis clericus retineat priuilegia clericorum. vide per Ant. Corſ. in ſuis ſing. in ver. accuſatio. 1. car. col. 4. vide Alex. in l. quid ergo. § ſi hæres, de leg. 1. quem §. legit vnà cum l. ſi ſeruus plurium, in fi. vbi tenet, quòd occidens clericum deprahenſum in facinore, non incidit in canonem, ſi quis ſuadente. Bal. in cap. cum veniſſent. col 4. de eo, qui mitt. in poſſ. tenet, quòd ſtatutum de compromiſſis non comprahendit clericum primæ tonſuræ, vt per Glo. in cap. nullus, in ver. tonſura, de temp. ord. in 6. Phil. Dec. in c. eccleſia, col 2. ver ſecundo principaliter. de conſt.*

Quid ſi clericus eſt contumax coram Iudice ſeculari, an remittatur nō purgata contumacia, Gram. in voto 27. per totum vbi concludit, quod ſic. Et quid ſi eſt proceſſum ad ſententiam, vel executionem in cauſa ciuili, vel criminali, vide eundem deci. 6. nu. 16. 19. & in voto 18. et Couar. in c. 33. prac. qq. fol 223. col. 2. verſ. ſecundo eſt. Et quid ſi clericus confiteatur ſe laicum, ibid. fol 224. col. 1. & Guido Papæ dec. 73. vbi laicus cognoſcit de clericatu. vide latiſsime Couar. in d. cap. 33. pract. qq. per totum. Adde, quòd idem eſt de iure communi, vt per Boer. in deciſ. 303. poſt Bal. in l. eos. § ſuper his. C. de appel. vide Pet. Duen. in regu 42. verſ. vndecimo limita & Couar. loco citato, vbi cum expenſis debeat fieri remiſſio.

Adde quòd clericatus poteſt probari per vnum teſtem. ita Felin. in c. licet in fi. de teſtib. & in c. cum cauſam, col. 4. in fi. eod. tit. Gram. in conſ. 110. in ciuili. Vide etiam Bal. in l. ſi qua per calumniam, col. 2. C. de epiſ. & cler. vbi dicit, quòd ſi reperitur clericus in habitu ſtatim debet remitti: ſecus ſi ſine habitu. Immo ſtatim, quòd oſtendit literas clericatus. debet remitti, vide in Bal. in l. non ignoras. C. qui accuſ. non poſ. & an debeat remitti cum actis factis coram Iudice ſeculari, vide Bal. in l. eos. §. ſuper his, de appel. & Io. Andr. in regula non licet, in Mercurial. vbi an ſufficiat producere literas Papæ, in quibus appellat eum clericum, vide etiā per Ang. in l. ſi prius. in fi. de ope. no. nunt. vide etiam Bald. in l. 3. in fi. C. de re. iud. vide etiam Anto de But. in conſ. 83. vbi nullo modo permittit clericum debere aſtringi à laico, vide Guid. Pap. in dec. 73. vbi etiam de clerico coniugato, vide Gram. dec. 81. Adde quòd interim non eſt excarcerandus pendente iudicio clericatus. ita Iano. in cap. vt fama, de ſent. excom. in 6. ſequitur Francus in c. ſi Iudex. § non ſit. 3. no. eo tit. ibiq; dicit, quòd interim eſt ſuperſedendum in negotio principali. & ibi habes, an talis probatio poſſit fieri coram iudice ſeculari, vide omnino ad materiam de clericatu, & quid ſi non incedit in habitu, & quis ſtatus debeat conſiderari, & an teneat iſte ritus, & quis poſſit cognoſcere de clericatu, melius per Alex. in conſ. 8. 1. vol. Cæpol. conſi 15. & Hipol. ſing. 383. vide ſi clericus non portans habitum perdat priuilegium, conſilium relatū in repertorio Franc. de Aretio per extenſum in ver. priuilegium ceſſat Andr. de Iſer. in conſt. apoſtatantes, loquitur latius, & Soc in conſil. 20 col. 16. inter conſilia Curtij. De Bott.

* ADDITIO. Principaliter. *Limita, quia poterit comparere per procuratorem, & implorare iudicis officium, ne calumnioſe vexetur ab aduerſario ita Bal. in l. plane, ff de petit. hæred. vide omnino Imo. in l. fi. col. 52. à quib. appell.* De Bott.

CA-

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

PRæſuppoſita huius Ritus diſpoſitione, ille, qui clericali pri-
1 uilegio vult ſe iuuare, † tenetur bullas ordinis ſui exhibere, & probare iuxta Sacri Tridentini decretum ſeſſione 23. cap. 6. clericalem tunicam, atque tonſuram detuliſſe, & in diuinis ſeruitium præſtitiſſe. ſolent etiam pleriq; ad euitandas huiuſmodi probationes, vt delictorum commiſſorum pœnam effugiant à manu iudicis laici, allegare ſe eſſe in ſacris ordinibus diaconatus, vel ſubdiaconatus conſtitutos, & bullas exhibent, quæ ex pluribus coniecturis iudicibus conſtat eſſe falſas, prout meo quidem tempore, tàm in Magna Curia, quàm in Sacro Conſilio diuerſis in cauſis fuit tractatum: & dubita-
2 tum numquid † iudex laicus de bullarum falſitate cognoſcere poſſit; in quo articulo dicebatur Ritum iſtum nihil diſpoſuiſſe, immo, nec diſponere potuiſſe, ac iuxta ipſius traditionem eſſe receptum ſufficere cum ſuis documentis authenticis cōparere, & licèt hoc ita receptum ſit, tàm de iure, quàm in praxi procedere in falſitate latenti: quemadmodum actum fuit in cauſa cuiuſdam de Magiſtris, qui tanquàm laicus paſſus erat ſe cognoſci à Magna Curia, & in inſulam relegari, antequàm de iſto vltimo delicto, quod homicidium erat cum ſacrilegio notaretur, in quo ſe clericum aſſerebat, & ſubdiaconum, qui collectas ſoluerat vt laicus, cæteriſq; actus ſeculares plurimos geſſerat, neque minoribus ordinibus ſe initiatum docebat; fuit tamen remiſſus ad iudicem eccleſiaſticum, quia bullas ſubdiaconatus authenticas in M. Curia præſentauerat, quia hæc omnia erant extra bullam. Attamen in cauſa illius

Digitized by Google

illius de Guido inquiſiti de crudeli homicidio in perſonā fra-
tris Marij Blanchi, equitis Hieroſolymitani filij Baronis Oliue-
ti, fuit aliter deciſum per Sacrum noſtrum Conſilium facta re
latione coram Illuſtriſſ. & Excellentiſſimo Domino Ferdinan-
do de Caſtra Comite de Lemos vigilantiſſ. Prorege in Col-
laterali Conſilio, exiſtentibus in eo Dominis Marthos de Go
roſtiola, Io. Franciſco de Ponte. ac D. Petro de Caſtellet. Hic
enim poſtquàm contra ipſum Magna Curia Vicariæ mortis
ſententiam promulgaſſet, atq; ad Sacrum Conſilium appel-
laſſet, ibiq; ad indultum generale admitti petiiſſet, excluſus,
clericum ſubdiaconum ſe aſſeruit, & bullas Epiſcopi manu
ſubſcriptas præſentauit; aduerſus quarum validitatem multa
per fiſcum, & partem quærelantem adducebantur, extrinſe-
ca tamen: at vnus ex dominis ponderauit duo ſigna paten-
tia, quorum alterum erat in veteri papiro nouam ſcripturam
impoſitam, alterum verò quòd in ea macula quædam inſpi-
ciebatur, quam cera ſigilli magni ſuper impoſita cauſauerat;
ex quibus, (vt patentibus ſignis) ſequebatur iudicis laici eſſe
cognitionem, iuxta doctr. Marci Antonij Nactæ in conſil. 633.
& Foller. in prax. criminali verbo item quod commiſit falſi-
tatem num. 32. quæ ſigna docet tex. in c. inter dilectos de fi.
de inſtrumentorum, & cap. licet de crim. falſi, & Menoch.
de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 2. caſu 187. cuius ratio eſt, quia nō
ſunt bullæ. l quoties ff qui ſatiſd. cogant.

3 Gaudet, & hoc priuilegio clericali, ſi bullas † alicuius be-
neficij eccleſiaſtici oſtendat, vt per eiuſdem Sacr. Concil. Tri-
dent. patres fuit determinatum loco citat. cuius, & practicæ
Concilij meminit Gonſaluus de Pace in praxi ad prælud. 2.
tom 1 num. 6

Hoc tamen hodie non ità ſimpliciter ſeruatur, cum Sixtus
V Pontifex Maximus literis apoſtolicis datis ſub quinto idus
4 Ianuarij anni 1588. declarauerit eos, qui beneficia † eccleſ-
cleſiaſtica ſi in habitu non incedant, ipſo iure intelligi priua-
tos: ex quo inoleuit practica in M. C. V. quam ſeruari vidi,
& ordinaui quo tempore aduocati fiſci munere fungebar, vt
5 † deſcribatur habitus in quo fuit quis captus: quia ſi ſecularis
fuerit non admittitur, qui vult allegare beneficium; niſi fuerit
etiam probatus habitus: vnde ad excludendum falſas teſtium
depoſitiones, cautela erit, quam diximus. Hoc autem benefi-
cium quotuplex ſit, & à quo poſſit conferri, pluribus declarat
Petr Gregor. Toloſ. in ſyntagma iuris part. ſecunda lib. 6. cap.
3. 5. 6. & 7.

Vbi autem de validitate, † vel inualiditate ordinum, vel 6
collationis beneficij dubitari contigerit, articulus iſte ad ec-
cleſiaſticum iudicem remittitur, prout in Sacro Conſil deci-
ſum teſtatur D. Præſid. de Franch. deciſ. 189. In quo caſu ſo-
let perſona clerici pœnes laicum retineri; donec cauſa valadi-
tatis, vel inualiditatis per eccleſiaſticum determinetur: & pro
pterea ibi idem de Franch. in fine ſubdit fuiſſe remiſſum cle-
ricum, & conſignatum de concordia. Ideoque in alia cauſa,
dum eſſem iudex in M. C. Vicariæ, & ageretur de remittendo
clerico beneficiato, apponebatur pro parte Regij fiſci inqui-
ſitum non poſſe beneficium retinere, ex quo illius erat inca-
pax ex iuris canonici diſpoſitione, quia illegitimus c. 1. de fi-
filus præsbit. lib. 6. & ex traditis, & allegatis in d. deciſione;
immo per ſententiam Archiepiſcopi Capuani id fuerat decla
ratū; vnde omninò debebat per Magnam Curiam cognoſci,
inquiſitus verò replicabat à ſententia fuiſſe appellatum ad
Summum Pontificem, & cauſam ab ipſo commiſſam Epiſcopo
Cauenſi, qui de appellatione cognoſceret, ex quo, † appel- 7
latione pendente nihil erat nouandum, cap. 1. extra de ap-
pellat l 1. ff nil nouari appella. penden. ſed his replicabatur
per fiſcum appellationem fuiſſe deſertam, & ex ea illum iu-
uari non poſſe, authen. ei qui appellat. C de temp. appell. &
l. fin. §. illud C. eod. & in conſt. Regni appellationum tempo-
ra Huic obiecto replicabat carceratus legitimo carceris im-
pedimento eam proſequi non potuiſſe; & propterea aduer-
ſus lapſum temporis reſtitutionem competere l. & Attilici-
nus ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. l. 1. §. ſi quis propter inunda-
tionem, vbi Bar. ff. de itin. actuq; priuat. His omnibus diſcuſ-
ſis referente optimo, atq; elegantiſſimo viro Fabio Riccardo
Regio Conſiliario, tunc in Magna Curia Vicariæ ad cauſas
criminales decidendas, (vt moris eſt) per biennium deſtina-
to, hic articulus deſertionis appellationis fuit remiſſus deci-
dendus ad iudicem appellationis, qui cum eum admiſiſſet ad
appellandum, & poſtea reformaſſet ſententiam Archiepiſco-
pi Capuani pronuntiādo beneficium ritè in inquiſitū collatū,
effecit, vt ad iudicem delicti remitteretur, qui erat Archie-
piſcopus Neapolitanus. Iudici † enim loci delicti, non autem 8
originis inquiſitus tradi debet, iuxta tradita per Vincen. de
Franch. in deciſ. 37. poſt Couarr. pract. quæſt cap. 11. & ità
communiter ſeruari vidi poſtea in Sacro Conſilio, quoties de-
cidendus occurrit aliquis articulus, qui ſapiat ſpiritualitatem,
remittitur cauſa ad eccleſiaſticum. C. Tap.

Item

*Citatus per Curiam allegans ſe cleri-
cum coniugatum non remittitur ad iu-
dicem eccleſiaſticum. hoc dicit Tap.*

IOANNA II. Rit. 66.

ITem a quòd ſi aliquis * ci-
tatus fuerit de mandato di
ctæ curiæ, & ad citationem ip-
ſam compareat in dicta cu-
ria allegans ſe eſſe clericum
coniugatum, & gaudeat pro-
pterea priuilegio clericali,
huiuſmodi priuilegium per
dictam curiam ſibi non ad-
mittitur, ſed tanquam con-
tra laicum contra eum pro-
ceditur per curiam memora-
tam.

a *ITem quòd ſi aliquis
citatus fuerit, &c.*
Matth. in conſti. ſi dā-
na. 15. colum. ver. ſed
iuxta hoc quæro, &c.
dicit ſe credere, quòd
iſti ritus debeant intel-
ligi in ciuilibus, non in
criminalibus, per ca-
pit. 1. de cler. coniug.
lib. 6.

*AD-

*ADDITIO. Item
quòd ſi aliquis. *Cleri-
cus coniugatus conueni-
tur in magna Curia Vi-
caria quid ſi clericus re-
conuenitur, eſt alterca-
tio inter Canoniſtas, an
procedat coram Iudice
ſeculari, vt in cap. at ſi
clerici, de iud.* De Bot.

Huius

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOATIONES.

HVius Ritus diſpoſitio corrigitur ex pragmatica Ferdinā-
di primi incip. nuper ad Maieſtatem ſub tit. de cler ſal-
uat. cui conformatur diſpoſitio capit. Regni 248. quod hoc
tit. eſt ſituatum, & iuris canonici diſpoſitioni conformatur,
1 vt in cap. 1. de cler. coniug. in 6. viget † tamen ipſius Ritus
diſpoſitio, vbi clericus coniugatus habitum non defert cleri-
calem, ac in diuinis non deſeruit iuxta Sacri Concilij Triden-
tini diſpoſitionem in 23. ſeſſ. cap. 6. de reform. & poſt Ca-
rauitam hic tradit Scipio Rouitus in d prag. nuper; & ante
eum hoc idem tradiderat Auendaneus in cap. prætorum de
exequend. mandat. cap 22. num. 7 verſ. & vltra, & in aliis ca-
ſibus traditis per Foller. in pract. crim. verb audiantur excu-
ſatores num. 164.
2 Quid autem † ſi clericus coniugatus delictum committat,
ac poſtea ſecundas contrahat nuptias, vel aliter priuilegio cle
ricali priuetur, an poterit ſeculare iuditium declinare, dicas
attendi ſtatum in quo erat tempore commiſſi delicti: ideoq;
ad eccleſiaſticum iudicem remittendum, dixit Bal. in l. affini-
tatis in fin. C. communi. de ſucceſſ. Alex. in l. nemo poteſt.
ff. de
ff. de legar. 1. & in ſimili caſu tradit Grammat. deciſ. 10.
Hoc autem fori priuilegio nedum gaudet clericus coniuga-
tus, verùm & eius † vxor quæ forum, & conditionem mariti 3
ſequitur. l cum quædam puella. ff. de iuriſd. omn. iudic. gloſ.
in cap. clericum il primo. 11. q. 1. & in c eos 32. diſt. Gemin. in
cap. 1. § fin. col. pen. verſ. quid de vxore de cleric. coniug.
lib. 6. Didac. Perez lib. 1. ordina. tit. 3. l 1. verſ. vxor etiam
col. 8. contrarium tamen cenſuit hodie ſeruandum Auendan.
in d. cap. 22. num. 7 verſ. item ex dicta. Nàm cum omnes
clerici clericali priuilegio gaudere non poſſint, niſi habitum
deferant clericalem, ac in diuinis ſeruiant, prout per extra-
uag Alex. in Hiſpaniarum Regno ſtatutum extat, idemq; ha-
betur in Trident Concil. d ſeſſ. 23. de reform. cap. 6. & hæc
in fœminis verificari non poſſunt, ſequitur, vt & ipſe eo priui-
legio potiri non poſſint: de cuius dicto eſſet dubitandum,
ideoquè cogita cum caſus accurrerit, alias ampliationes ad ma
teriam vide per gloſ & doct. in d. cap. clericum, & per Bel-
lug. in ſpeculo Princip. §. videamus rubr. 11. & ad eum ad-
dent. & per Couarr. pract. quæſt. cap. 31. num. 6 & per Di-
dac. Perez loco cit.

PRAGM.

Digitized by Google

Diaconi ſaluatici, ſeu clerici primæ tonſuræ non gaudeant priuilegijs clericorum, niſi quatenus eccleſiæ interſint, & in diuinis officiis permaneant. h. d.

PRAGMATICA IIII.

de cler. ſeu diac. ſaluat.

FERDINANDVS, &c. Quemadmodum canonicis, ciuilibuſq; Conſtitutionibus præceptum eſt, quod clerici, qui verè Religioni inſeruiunt, Eccleſiaſtica fruantur iuriſdictione, atque libertate: Ita eſt iuri diuino, & humano conſentaneum, vt, qui ſe falſo, & dolo clericos profitentur, cum ſint re ipſa merè laici, nihilominus, iudiciis, legibuſque ciuilibus ſubiaceant, ne impunitate, & veluti quadam licentia, peccandi præbeatur occaſio, & huiuſmodi fraudum, & circumuentionum fructum percipere glorientur, cum itaque in hoc noſtro Regno, quamplures hi ſunt merè laici, tam coniugati, quam ſoluti, qui ſub velamine cuiuſdam ſpiritualis characteris, primæ tonſuræ clericatus aſſumunt, quo ſe magis exceſſibus, & criminibus immiſcere poſſint, & gladij ſæcularis iudicium euadere, forum ciuile declinare, laicales ſolutiones, fiſcaleſque functiones, ac cętera munera, oneraque ciuilia euitare, quo fit, vt per eoſdẽ falſos clericos, qui ſe vulgo diaconos ſaluaticos appellant, plurima enormiſſima contra ius, & fas patrentur, in Dei Opt. Max. contemptum, Regalis faſtigii dedecus, iuſtitiæ, ſtatuſq; pacifici euidẽtiſſimam læſionem. Idcirco volentes huic morbo, ne populos inficiant, ſalubriter mederi, priſcis legum ſanctionibus prædeceſſorum Regum ordinationibus inhærentes, ex certa ſcientia, noſtriq; ſacri Conſilij deliberatione matura, conſulto, inuiolabiliterque per hanc noſtram Pragmaticam ſanctionem, ordinamus atque ſancimus, quod omnes, & ſinguli ſupradicti diaconi ſaluatici vulgo appellati, ſeu clerici primæ tonſuræ, præſentes, & futuri, qui gaudere decernunt, atque decreuerint priuilegio clericali, diuinis officiis horis congruis deſeruire, & perſonaliter intereſſe eccleſiæ, actu deſeruire debeant prout ſacrorum canonum inſtituta præcipiunt, & ad eorum ſpectat officium, quo caſu, quam diu in ſtatu clericali, & officio permanſerint, & à ſecularibus negotiis ſe abſtinuerint, volumus, quod eccleſiaſtica fruantur libertate, & fori eccleſiaſtici priuilegio gaudeant, verum quia rationi, & honeſtati repugnat, quod clerici rebus temporalibus, & laicalibus ſe immiſceant, eiſdem muneribus publicis, & officiis Regiis, & laicalibus decernimus non lætari, quod ſi nomine ſolum clericos, & diaconos de cętero voluerint profiteri, cum moribus, habitu, & officiis, ac exercitiis ſint merè laici, cauſa id facere in fraudem dignoſcatur, eos veluti vere laicos cenſemus, atque decernimus foro ſæculari eſſe ſuppoſitos, & coram iudicibus ſæcularibus ciuiliter, & criminaliter poſſe, & debere conueniri, munera, oneraque ciuilia ſubire conſtituimus, ſolutiones, functioneſque fiſcales non euadere. Qua propter Illuſtriſſimis, & Reuerendis Don Alphonſo de Aragonia primogenito, Duci Calabriæ, Don Federico de Aragonia, & Don Ioanni, Apoſtolico Protonotario Locũtenentib. noſtris generalibus, & cęteris filiis noſtris mentem noſtram declarãtes: Præterea huius Regni Magiſtro Iuſtitiario, & Magno Camerario, & cęteris huius Regni Collateralibus, corumque Locatenentibus, & ſubſtitutis, Vice Regibus, Iuſtitiariis, Theſaurariis, Commiſſariis, Iuriumq; Fiſcalibus, Perceptoribus, Capitaneis, Iuſdicentibus, Aſſeſſoribus, Officialibus, Magiſtratibus quibuſcumque, cęteriſque cuiuſuis ſtatus: gradus, conditionis, poteſtatis, dignitatis, & officij exiſtant, maioribus, & minoribus, præſentibus, & futuris, ad quos ſpectat, ſeu ſpectabit, & præſentes peruenerint, ſcienter, & conſulto dicimus, & mandamus, quatenus ordinationem, & Pragmaticam præſentes in ſingulis locis iuriſdictionis eorum, voce præconia in conſuetis locis publicari faciant, & publicationem ipſam annotari, ne quiſquam valeat ignorantiam allegare, eandemque vero ita publicatam teneant, obſeruentque ad vnguem, teneri, obſeruariq; faciant per quoſcumque, omni ſiniſtra interpretatione ceſſante. In quorum fidem præſentes fieri iuſſimus, Magno Maieſtatis noſtræ ſigillo pendenti munitas.

Datum in Caſtellonouo Neapolis per Magnificum Virum Lucam Tozolum Romanum Locumtenentem, Fundorum Comitis, Logothetæ, & Protonotarij. Die 23. Aprilis. 1479. Rex Ferdinandus. Paſchaſius Garlon. Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutiis.

PRAGMATICA V.

de cler. ſeu diacon. ſaluat.

Trina monitione præuia clericis arma portantibus tollantur, vt Deo debitum reddant cultum. h. d.

ROBERTVS Dei gratia Rex, &c. Armorum vſus ſanctione canonica, clericis eſt expreſsè prohibitus, quãuis humanis legibus inconſultò principe, generaliter ſit omnibus interdictus; Arma quidem clericorum, ſint orationes, & lachrimæ, qui commode nequeant ſęculo, & Deo pariter militare, cum enim de ſorte ſint Domini, bonis moribus, & religioſo habitu ſuę profeſſionis vocabulum prębere teneantur, vt inter cętera clericali modeſtię congrua arma non ſumant, minus longe percutiant, ac cum ipſis incedant eius prohibitio dicto ex diuino maxime præcepto colligitur, & ſanctorum Patrum doctrina ſæpius declaratur, namque Princeps primus inter illos electus à Domino, dum exerceret materialem gladium, vt Magiſtrum ſuum à Iudæorum iniuria defenſaret, vocem eius audiuit apertè, dicentis: Conuerte gladium tuum in locum ſuum. Ac ſi expreſſe inhiberetur eidem, ne ferro percuteret, ac materialis gladij exercitium non haberet vlterius. ſanè ad audientiam noſtram frequens pulſauit inſtantia, mentemq; clamoſa inſinuatio fatigauit, quod nonnulli clerici Regni Siciliæ, ex electione diuinæ ſortis deputati diuinis obſequiis, minus debito munus huius electionis implentes, arma ſumunt illicitè, cum his enim incedunt, ſępe percutiunt, & ex ipſis, ſeditiones graues, nefandos

Digitized by Google

dos exceſſus, & turbulenta ſcandala frequenter inducunt, in quibus eo moleſtiùs premimur, impreſſius anxiamur, quo per hoc clericalis forma in fonte contemnitur, cum irreuerentia noſtræ authoritatis, & nominis, à ſubiectorum periculo petantur, ac diuini nominis iniuriam imprudenter, non ne per hoc diuinns cultus diſpendioſè negligitur, & exempli pernicioſi materia damnabiliter in laicis properatur? nonne poteſtatem habentes à diuina poteſtate legitima, qui non ſinè canſa contemnimur, imperio regiminis quodammodo minoramur; Ea propter fidelitati tuæ, præſenti noſtra iuſſione præcipimus, quatenus ſublato cniuſcumque moræ diſpendio vniuerſos Archiepiſcopos, Abbates, Priores, Præceptores cuiuſque ordinis, & alios eccleſiarum prælatos, decretæ vobis prouinciæ ex poteſtate culminis noſtri requiratis expreſſè, quod quilibet clericos ſuæ iuriſdictioni ſubiectos, cuiuſcumque ſtatus, & conditionis exiſtant, exhortetur, & moneat trina monitione pręmiſſa, vt nullus eorum portet arma prohibita, publicè, vel occultè, de qna monitione, & requiſitione ſcriptum competens vobis habere pro cautela volumus, tempore veſtro prodncendum. quòd ſi poſt trinam monitionem præfatam clericos ipſos inueneritis armæ portantes, non obſtante priuilegio clericali, de quo, propter talem contumaciam, & exceſſum, ſubſidium aliquod habere non debeant, contra eos procedatis liberè, ſicut facti granitas exigit, & rigor iuſtitię patitur, ſed non ante tertiam monitionem iam dictam, clericis ipſis arma ferentibus, maximè arma, quę portant ſine aliqua tamen iniuria perſonali tollatis, vt ex his nocere nequeant, per quod tollatur ipſis diffidendi materia, ſuccedatur non nocendi facultas, & ſic denagantium reformetur audacia, quod diuino numini deuotum pręſtent obſequium, & cultus debitus clericalis ordinis reuerentiùs impendatur, quo, & dignitati veſtrę, & authoritati pariter honor inde perueniat, & ſubiectis noſtris amœnitas optatę tranquillitatis accedat. Volumus igitur, & mandamus vobis, vt vos, & ſucceſſores veſtri ordinationem hane in toto Regno, vbi vnus adiacens fuerit, & ingruentia caſus ſuaſerit, oportunè ſeruetis tenaciter, donec prouiſum conſilium aliud duxerit ordinandum. Datum &c.

Pragmatica in antiqnis in tit. contra diaconos ſaluatieos.

REx Aragonum vtriuſque Siciliæ. Magnifici Regenti, &c. Gindici * della gran Corte della Vicaria. Noi intendiamo, chè molti varij, & diuerſi delinquenti per euitare la condegna punitione, allegano eſſere clerici, benche primę tonſurę tantum. Et cum clipeo di detto clericato intendono potere declinare il foro ciuile, preſentando le ſignificatorie del Vicario, facile à ſignificare ſe detti delinquenti adimpleſſero quello gl' incumbe per potere fruire i priuilegij clericali. Et eſſendo queſto molto pernitioſo al ben viuere, & bene publico di queſto Regno: come la eſperientia ogni dì dimoſtra, non ſenza giuſtiſſima cauſa la feliciſſima memoria del Re Ferrando primo promulgò pragmatica ſanctione edita alli 23. di Aprilè 1469. Intitulata, quòd Diaconi vulgo dicti Saluatici &c. Continente in effetto, q Diaconi primę tonſurę deberent vbique aſsiduè, & continuè incedere in habitu, & tonſura clericali, & in diuinis officiis horis congruis deſeruire, & perſonaliter intereſſe, ac eccleſię actu deſeruire perſonaliter, per poter godere i priuilegij clericali, altramente in cunctis foſſero trattati come meri laici, & ciuiliter, & criminaliter ſe conneneſſero coram indicibus ſecularibus, come più largamente in detta pragmatica ſi contiene, il tenore della quale volemo ex certa ſcientia s'habbia per expreſſo, ac ſi in queſte noſtre lettere fuſſe di verbo ad verbum inſerto. Et perche la Catholica Maeſtà del Re noſtro ci ha ordinato, che tutte le coſe ordinate, diſpoſte, & ſancite per la prefata felicè memoria del Re Ferrando, in le quali ſi inclndè detta pragmatica, che ſi debbiano inuiolabiliter oſſeruare: Per tanto noi volemo, & per la preſente ordiniamo, & comandiamo expreſſe ex certa noſtra ſcientia, che tanto per queſſa gran Corte della Vicaria, come per qnoſcunque iudices, in quihuſeunque cauſis etiam pendentibus, quarum ſtatus habeatur pro expreſſo, in tutto queſto Regno ſi debbia ad vnguem oſſeruare detta pragmatica del Re Ferrando primo, iuxta ſui ſeriem & tenorem. Decernentes expreſſe eadem certa ſcientia noſtra, tutto quello foſſe ſtato in contrario attentato, & de cætero ſe preſumeſſe attentare contra la forma, & tenore della pragmatica prefata, ex nunc pront ex tunc, & econtra, ſia nullo, irrito, & inane.

* ADDITIO. Magnifici Regēti &c. Giudici &c. *Iſta pragmatica, & eius diſpoſitio expirauit finito officio, & regimine diſponentis, vt declarat Pernus in conſ. 14. & refert Capic. in deciſ. 161. in fi.* De Bot.

Dat. Neap. in Caſtro Nouo, 10. Martij 1519.

Il Conte Locumtenente generalè.

V. Montaltus R.

CA-

Domus perſonarum eccleſiaſticarum ſunt immunes ab hoſpitiis, & omnia bona ipſorum, quæ in ipſis continentur; niſi de conſenſu ipſorum; & tunc non exerceantur in eis iuditia criminalia. hoc dicit Tap.

CAROL II. VIC. REGNI. Cap 96.

ITem ſtatuimus, quòd domus * prælatorum, religioſorum, & aliarum eccleſiaſticarum perſonarum, ſine voluntate ipſorum, cauſa hoſpitandi ab officialibus, vel aliis perſonis, eis inuitis nullatenus capiantur. Et ſi de voluntate ipſorum prelatorum, religioſorum, & aliarum perſonarum receptę fuerint, ibi cri-

ITem ſtatuimus, quòd domus prælatorum religioſorum, &c. Hoc c. refert, & ſeqnitur Luc. de Pen. in l. fin. C de med. & profeſ. lib. 10. & ſubdit, quòd eſt c. inclici Regis Car II. & quod clerici, & eccleſia non teneantur in domo recipere ſtipendiarios, ſicut alij ciues tenet Bar. in l. 1. C. de mun. pat. lib. 10. per l. 1. C. de epi. & cle. M.

* ADDITIO. Item ſtatuimus, quòd domus. *Dicit hic Luc. quod in aliis non prælatis liberè poſſunt hoſpitari Iudices, & ſic decidit quæſtionem occurrentē nūc, vtrum vniuerſitas teneatur dare domum ero*

uſti-i

ali c

Digitized by Google

Iuſtitia miniſtranda. Idē tenet ipſe Luc. in l. fin. C. de profeſ. & medic. lib. 10. vbi meminit de hoc cap. & limitat, niſi eſſent domus publicæ. idē Luc.

minalia iudicia exercere aliquatenus non preſumat. Nec lectos, vel res ipſorum accipiant. Et ſi ſecus factum fuerit, poſt emendationem, & reſtitutionem damni, ſi Comes fuerit, vel Baro, qui contrafecerint, teneantur ad pœnã xij. vnciarũ auri: Si ſimplex miles, ad ſex, & ſi Burgenſis ad tres.

Luc. in l. 3. C. de metal. lib. 12. & in l. vnica, C. de pala. & dom. do. lib. 11 ver. & nota. vide Bar. in l reſcripto. §. fi. de muner. & hono. De Bottis.

CA-

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

AMplia huius capituli diſpoſitionem etiam ad parentes, & fratres habitantes ſimul cum eorum filiis, & fratribus clerici, quia ſunt exempti ab onere hoſpitandi, dummodo id non faciant in fraudem, quæ colligitur, ſi domus commodam patiatur diuiſionem, vt practicatur in regia camera; de qua praxi teſtatur Mutius Surg. illius tribunalis ex Præſidentibus in additionibus ad lib. Marci Antonij fratris de Neapoli illuſtr. fol. 412. vir quidem eruditiſſimus, qui tamen tradit eo caſu teneri patrem, & fratres, aut alios conſanguineos cohabitantes ad contribuendum in pecunia.

Clerici

ITem ſtatuimus, quòd clerici, &c. In ver. *qui clericaliter viuunt, &c.* Ergo ſi clericaliter nõ viuunt, tunc tenentur. ita ponderat Matthæus in conſtit. apoſtatantes, in pen. colum. Adde quòd qui imponit collectam non debitam eccleſiæ, incurrit ſacrilegium. l. placet. C de ſacroſanct. eccleſ. Matth. in conſtitutione . multæ leges in 2. col. vbi pulchrè loquitur. refert, & ſequitur Luc. de Pen in l. 1. in ſecunda col. ver. vnde ſi res eccleſiaſtica. cum ſequen. col. C. de imponen. lucr. deſcript. lib. 10. vbi omnino vide, quia pulchrè loquitur. ¶ Vtrum autem hodie eccleſia teneatur ſubire munera, & collectas, quando Rex accederet ad exercitum, vel in caſibus, in quibus verſatur publica vtilitas? hanc quæſtionẽ pro, & contra ponit, & examinat Lucas in l. 2. verſi. ſed an hodie, & c. cũ quatuor col. ſeq. C de qui. mune. & præſt. lib. 10. & ibi tandem concludit quòd ſic, per plura iura, & rationes, vt ibi per eum. Et ibi in fi. colum. verſ. item an hodie, ponit aliam quæſtionem pulchram, an clerici hodie teneantur ad cuſtodias ciuitatum. & tandem concludit, ꝙ ſic, per plura iura, & rationes, vide eum omnino. ¶ Vtrum autem poſſit adhiberi remedium, per quod clericis, & eccleſiaſticis pro ſuis poſſeſſionibus collecta imponatur? vide omnino Bart tradentem duos pulchros modos, ſeu cautelas in l. reſcripto. § fin. verſi. ſed quæro vtrum, &c. ff de muneribus, & honor. vide omnino ibi. ¶ Vtrum autem valeat ſtatutum, quòd ſi quis vendiderit poſſeſſionem, de qua ſubuentiones, & collectæ Regiæ curiæ debeantur, vel aliter alienauerit in clericum, vel aliam perſonam immunem ab ipſis ſubuentionibus, & collectis, talis alienans, & hæredes eius ad præſtationem collectarum teneantur? hanc quæſtionem ponit, & examinat prò, & contra, Lucas de Penna in l. fi in 1. col. ver. not. argumentum ex hac lege, &c C. de præd. & omni. reb. nanicul. lib 11. vide eum omnino. Quid autem de eo, qui emit redditus clericorum, aut Regis, vel Baronis? dic quod non gaudet immunitate, qua gaudent ipſi vendentes, circa translationẽ redditũum ipſorum. ita no Archid. in c. quanquam. de cenſi. lib. 6 refert, & ſequitur Lucas de Penna in l. 2. in 2. col. C. de iu. reipub. lib. 11. ¶ Adde hic, quòd non poteſt induci conſuetudo, quòd clerici ſoluant collectam de bonis patrimonialibus, quia eſt contra libertatem eccleſiaſticam ita no. inquit Panor in cap. meſſana eccleſia. in fi. de electio. Et dum ſupra allegat Archid. Adde quòd illud dictũ voluit prius Spec. in tit. de immunit. eccleſ. in fi. & eum refert Gemin. & Philip. Franch. in d. cap. quanquam, & ita nuper conſului contra emptores redditũum Epiſcopatus ciuitatis, caſtri, & ſequitur glo. in clemen. fina. in verſi. non negociandi. de cenſibus ¶ Adde quòd ſi ſit aliqua poſſeſſio ſic æſtimata, appreciata, & allibrata in libro communis, & deinde deueniat ad clericum quocunq; titulo, tunc clericus non tenetur ſoluere collectas, vel dara ratione illius. Iſtud eſt pulchrum conſilium Bart. in conſi 189. incipien. ſi aliqua poſſeſſio, &c. Vbi per plura fundamenta ita tenet, & concludit, vide omnino eum, & dictum Spec. ſupra relatum, refert & ſequitur Land. in tractatu de fiſco in verſ. 116. incip. emptores redditũum. ¶ An autem clerici, & eccleſiæ pro bonis eorum teneantur ad collectam, quam vaſalli ſoluunt Baroni? hanc quæſtionem latiſſimè examinat prò, & contrà, Luc. de Pen. in l. fin. in 2. colum. verſi. huius gratia ſubiicio quæſt. cum 7. ſeq col. C. de exact. tribu. lib. 10. Et tandem concludit, quòd ſic, per plura fundamenta, vt ibi per eum, quem omnino vide, & tene menti: quia facit

E pro

* ADDITIO. Item ſtatuimus, ꝙ clerici. *Ad hoc. c. vide Fel. in c. eccle. S. Mariæ. col. 55. rxt. de conſtit. vbi de gabellis. & Aſſl. in conſt. apoſtatantes. numer. 20. & Couar in cap. 31. col. fin. pract. qq.*

Clerici clericaliter viuentes non contribuunt in collectis, tam pro bonis eccleſiaſticis, quàm patrimonialibus eorũ iuxta portionem tangentibus. d. Tap.

CAR. II. VIC. REG. Cap 98.

ITem ſtatuimus, quòd clerici, * qui clericaliter viuũt, non cogantur communicare cum alijs in collectis, & exactionibus alijs quibuſcunque, nec pro bonis eccleſiaſticis, nec pro patrimonialibus de portionibus eos legitimè contingentibus.

Intelligas in collectis perſoluendis Regi, non Baroni. ita Luc. in loco prædicto. col. 4. videlicet in l. vnica. C. de pala. & dom. do. lib. 11. vide omno l. ſi quis poſtea. de indic. eſt ſubſcripta apoſtilla quocunque titulo ſint talia bona in eos tranſlata. ita ampliat hoc cap. Luc. de Penna in l. ſi diuina. col. 2. C. de exact. trib. lib. 10. De Bott.

¶ An clerici teneantur ſoluere collectam de bonis per eos emptis, & acquiſitis? Tu de hac quæſtione vide multum egregie per Panor. in cap. fin. in pen. col. de vita, & honeſt. cler. & Gemi. in d. cap. hic allegato, de immun. eccleſ. qui ſequuntur opinionem Arcbid. & ibi vide plenè per me ad Gemin. ¶ Vtrum autem clericus pro collectis prædiorum poſſit trahi ad forum iudicis ſecularis? Bald. in l. de his in princip. C de epiſ. & cler. pulchrè examinat, & concludit quòd non. ¶ Adde quòd clericus non poteſt defenſare à collectis bona fratrum, quæ vnà cum eis poſſidet diuiſa, vel indiuiſa, prætextu priuilegij ſui, ità no. inquit Luc. de Pen. in l. fin. in vlt. col. verſ. & ſic facit apertè, &c. C de annon. & tribut. lib. 10. ad quod allegat etiam l. 3. C. de epiſ. & cler. & Spec. in tit. de clerico coniugato. verſ. quid ſi clericus coniugatus, &c. Et ibi etiam ponit, quòd immò ſi quis alienaret fraudulenter bona ſua in clericum vel alium, vt propterea poſſit collectas, vel alia munera euitare, perdit bona, quæ alienauit, & ſunt fiſco applicanda, & tantundẽ is, qui huiuſmodi rei miniſter fuit, ſoluere debet ex ſuis bonis. allegat textum notabilem, & quaſi ad literam in l. adire. §. in fraudem. ff. ad municip. Et quando clerici teneantur ſoluere collectas, & quando non, vide pulchrè, & notabiliter Andr. de Iſer in tit. quæ ſint regalia. in ver. & extraordinaria collat. in 3. col. in princ. & vide omnino in hac materia vnam auream quæſtionem, quam ponit Lucas de Pen. in l. fi. in 2. col. verſi. huius gratia ſubiicio quæſtionem de facto, &c. C. de exact. tribut. lib. 10. cum ſeptem ſeq. col. & ibi etiam in 4. col. verſi. non obſtat etiam cap. &c. vbi declarat quomodo intelligatur hoc capit. vide eum omnino. ¶ Vtrum autem Papa poſſit clericos, & corũ bona per immunitatem eximere ab onere collectarum, quæ Principi ſeculari iuſte debentur? hanc quæſtionem ponit, & concludit quòd non, Luc. de Pen. in l. fin. in fi. C. de exact. tribut. lib. 10. ¶ Adde quòd ſi res eccleſiaſtica pro qua non ſubit onus collectarum eccleſia, perueniat ex locatione in cenſum, vel emphyteuſim ad laicum, non erit ipſe laicus immunis ab onere collectarum pro ipſa, ita tamen, quòd in æſtimatione ipſius rei deducatur ea ſumma, quam pro ipſa re nomine penſionis, vel cenſus præſtat eccleſiæ, ita Andræas de Iſer. in tit quæ ſint regalia. in ver. & plauſtrorum, & nauium præſtationes, in 2.

col.

Digitized by Google

pro pluribus caſtris, quæ ſoluunt annuatim tot vncias Comiti, & Baroni: quia ad eam collectam tenentur clerici, & eccleſiæ. Adde quòd clerici, & prælati eccleſiarum prætextu ſuæ dignitatis non valent ſe excuſare à collectis, quæ fiunt pro defenſione patriæ, & pro expellendis inimicis patriam deuaſtantibus. ita no. inquit Bertrandus, quem ibi ſequitur Iacob Rebuf. in l. 1. verſi. & ſic facit hæc lex, &c. arg. illius tex C. de naui non excuſan. lib. 11. tene menti, quia faciet tibi honorem, quia pauci ſciunt. ¶ Verum autem collecta poſſit imponi clericis? vide Bart. in l. vnica in 3. col. verſi. item quæro vtrum collecta, &c. C. de mul. & in quo loco lib. 10. & ibi per me ad eum. ¶ Adde hic pulchram quæſtionem contra ruſticos, & laborantes terras eccleſiarum, ſeu clericorum ad medietatem, ſeu ad affictum, an teneantur ſoluere collectas, & gabellas, de parte frumenti eis contingentis, & alia onera, quæ imponuntur per dominum temporalem? hanc quæſtionem ponit, & examinat prò, & contra, Freder. de Sen. in conſil. 106. & tandem determinat quòd ſic, & ipſum refert, & ſequitur Petrus de Anch. in clem. 1. in 4. no. de decim. & Bened. de Peruſio in quodam ſuo conſilio incip. Si imponendis collectis, &c. in fi. cui conſilio ſe ſubſcripſit Ioan. de Mon. Sperello de Peruſio. Quod conſilium ego habeo ad pennam, & ſubdit Freder. de Senis, quem refert, & ſequitur Pet. de Anch. quòd ſi dominus temporalis videns, quòd non poteſt grauare eccleſiam directè, & expreſſè, grauat indirectè, grauando ſcilicet nimis ruſticos, & colonos ſuos, ita quòd eccleſia non inuenit, qui velit laborare poſſeſſiones ſuas. In illo caſu hoc non debet tolerare Epiſcopus, ſicut in ſimili prouideret ſuis, de decim. cap. in aliquibus. de immun. eccle. c. fi. lib 6. Et illud dictum etiam Archid. refert, & ſequitur Frederic. de Sen. & Petr. de Anchar. in locis præall. Tu de hoc articulo, an clerici teneantur ad collectas pro poſſeſſionibus hæreditariis, quibus ſucceſſerunt patribus, vel aliis perſonis, vide omnino Tancr. examinantem prò & contrà, in ſua compendioſa, in rub. de quæſtio. cir. cautelas, in 10. quæſtione. Tandem concludit quòd non, per plura iura, & fundamenta. Et ſubdit, quòd hæc eſt veritas. Tandem ſubdit vnam cautelam, quòd in ciuitatib. quilibet ciuis promittat pro ſe, & ſuis hæredibus ſoluere perpetuò omnes collectas de bonis ipſorum præſentibus, & futuris, quæ quocunque tempore per commune imponerentur, & ad hæc obligent omnia eorum bona, nam per hoc pactum poterit exigi à clerico, vt ab hærede ſeu poſſeſſore bonorum obligatorum communitati: quia res tranſit cum ſuo onere. vide eum omnino, & tene menti, quia pauci ſciunt hanc cotam. Adde hic Bart. formaliter dicentem, nota iſtam legem contra clericos, vt propter iſtam ſocietatem, quæ venit in comitatu, deprædando, & occidendo, vt poſſent clerici grauari ad datia, & collectas, & alia onera ſordida: vt contra dictas gentes reparetur. ita Bar. & dicit ibi Ioannes de Platea formaliter, & facit iſta lex, vt eccleſia teneatur ad collectam pro recolligendis pecuniis dandis gentibus armigeris totum comitatum deprædantibus, vt diſcedãt, vt dicunt Bar. & Ioannes de Plat. in l. nullus. C. de cur. publ. libro 12. tene menti, & vide omnino per me ibi. ¶ Et pro hoc cap. noſtro volente, quòd pro bonis patrimonialibus clerici ſunt exempti à collectis: adde Andreã de Iſer. idem dicentem in conſtitutione, ſtatuimus. in 1. colum. allega l. 2. C. de epiſ. & cler. licet non alleget hoc capitulum, quem refert & ſequitur Matthæus ibi in 6. colum. ſubdens eſſe menti tenendum, quia non ſolet allegari ad hoc. tene menti, & ibi etiam ponit, quod clerici pro bonis emptis tenentur ad collectas, & allegat Luc. de Pen. vide eum, & deciſionem Frederici de Sen. ſupra relatam, refert & ſequitur Ioan. de Platea in l. ſenatorem, in ver. quid autem de ruſtic. & colo. eccleſia. C. de dign. lib. 12. ¶ Adde hic, quòd ſi eccleſia emit rem ſubiacentem tributo, res illa tranſit cum onere tributi. Bald. in l. ſi debitor. C. de diſtract. pign. refert & ſequitur Matth. in conſtitut. hac edictali. in 2. notab. & ibi etiam ex hoc infert Matth. quòd ſi clericus emit res ſtabiles, quæ ſunt ſcriptæ in cataſtro pro collectis, tenetur pro iſtis bonis emptis ſoluere collectas regias. & dixit Card. in clem. 1. in 2. oppoſ. de immu. eccle. ꝙ ſi res ſemel aſcripta in collectis tranſiret in eccleſiã tranſiret cum onere ſuo, niſi daretur pro dote, vel pro fundatione eccleſiæ. Refert, & ſequitur Matth. vbi ſupra. & dixit pulchrè Bald. in conſilio ſuo incip. Quidam laicus, &c. quòd clericus ſuccedens laico, cogitur ad collectas in præteritum impoſitas ſoluendas, non ad imponendas refert & ſequitur Alex. poſt Bar. in l. Titia ff. ad municip. & Matth. vbi ſupra, & dixit Bal. conſil. 148. incip. Præmiſſo ſtatuto. In 1. vol. quod ad clericos tranſit cum onere ſuo ſuiſq; vitiis. Refert, & ſequitur Matth. vbi ſupra. M.

ADDITIO. *Quæritur an clerici teneantur ſoluere collectas cum laicis de bonis patrimonialibus, vel per eos emptis, ſeu aliter acquiſitis? & quantum ad primum eſt clarum, quia clerici eodem priuilegio gaudent pro rebus patrimonialibus, quo pro bonis eccleſiarum ſuarum, vt notatur in cap. fi. de vita, & honeſt. cleric. & ad maiorem cautelam ſuper hoc emanauit cap. ſigni reſcriptum, Item ſtatuimus, quòd clerici, qui clericaliter, &c.*

Sed de rebus emptis eſt maius dubium: Si fortè venditores de illis rebus prius ſoluebant collectam, dubium facit: quia collecta imponitur perſonis pro poſſeſſionibus ipſarum l. reſcripto. l. fin. & l. munerum la 2. §. patrimoniorum. ff. de munerib. & honor. vnde cùm ante acquiſitionem res erat affecta onere collectarum, videtur quòd tranſire debeat in clericum cum onere collectarum. ff. de contrah. empt. l. alienatio. & l. traditionibus. de acquiren. rerum domin. l. omnes. C. ſine cenſu, vel rel. Tamen cõtrarium tenet Archid. in cap. 1. de immunit. eccle. lib. 6. quia collecta non eſt perpetua, nec certa: imò ſecundum varietatem negotiorum imponitur & interdum in minori, & interdum maiori quantitate, ſecundum ꝙ neceſſitas requirit: igitur tale onus non dicitur durare, poſtquàm res peruenit ad perſonam priuilegiatam: & hanc partem dicit eſſe tenendam, & Io. Andr. ſequitur hoc in nouella: & ita conſuluit Bart. vt refert Bald. in l. placet. C. de ſacroſanct. eccleſ. Ratio eſt, quia collecta debet imponi perſonis ſubditis: Sed clerici non ſunt ſubditi laicis, & ita notat Bart. in l. vni C. de mulie. & in quo loco. lib. 10. & laici, vel ciuitas, qui vel quæ imponunt collectam clericis, non ſolum pœnam excommunicationis, & interdicti incurrunt, vt in cap. clericis. de immu. eccle. lib. 6 ſed etiam in duplum tenentur reſtituere, quod acceperunt à clericis, vt no. Archid. in cap. vni. de big. lib. 6. Et prædicta vera, niſi tractaretur de communi vtilitate, de quo per Iac. Butrig. in l. ad inſtructionem. C. de ſacroſan. eccle. Ad hoc quæ notat Speculator in ti. de cenſi. §. nunquid dictã. ver. pone quædam vicinia. Nic.

ADDITIO. *Quæritur, qui contineantur clericorum appellatione? dic præsbyteri, diaconi, lectores, & cantores, vt no. in auth. præsbyteros. C. de epiſc. & cler. & extrà de verb. ſign. cap. ſi eccleſia. la tex. ibi, clericaliter. Ergo ſi non viuunt clericaliter, † non competit eis hoc beneficium. C. de epiſc. & cler. l. ſi qua per calumniam. & l. generaliter. de hæret. l. 1. argu. ff. de pecul. l. libera. Et qui dicuntur clericaliter viuere? qui omnibus aliis relictis, Dei omnipotentis inhæreãt miniſteriis: vnde ceſſante cauſa ceſſat effectus, ſic. C. de reſtit. mil. l. 1. C. de epiſ. & cler. auth. ſed neque, & auth. ſi ſeruus. ibi, eos legitimè contingentibus. niſi cauſa neceſſitatis imponatur, vt no. Andr. de Baru. C. de muneribus patrim. l. 2. lib. 10. & vide quæ ibi notantur. Ad hæc faciunt quæ no. C. de exact. tribut. l. fin. eod. lib.*

ADDITIO. *Vide Abbat. in conſi. 6. vol. 1. & Doct. in clemen. præſenti. de cenſib.* De Bottis.

CA-

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

AD huius cap. ornatum vltra ea, quæ ſuperiùs diximus in conſtitutione Prædeceſſorum, vide quæ latè ponit Didac. Perez. lib. 1. ordina. tit. 3. l. 1. Azeued. ad l. 1. tit. 3. lib. 1. nouæ recollectionis, & latiſſimè per plures ampliationes, & limitationes proſequitur Petr. Duenas in reg. 100. poſt Thom. Parpal. in repet. l. placet poſt num. 22. cum ſequ. C. de Sacro ſanct. eccleſ.

Huius autem cap. diſpoſitio principaliter limitatur non procedere † in iis, quæ ad publicam totius populi vtilitatem diſponuntur, cum ab illis neq; clericorum perſonæ eximantur, iuxta doctr. Innoc. in c. quia pleriq; de immun. eccleſ. Diu. Thom. in 1. 2. q. 96. Lucas de Pen. in l. fin. num. 8. C. de exact. tribut. lib. 10. & in l. cùm ad fælicißimam num. 2. C. de quibus muner. nemini liceat ſe excuſare libr. 10. Vincen. de Franch. deciſ. 9. Io. Ant. Niger in repetit. extrauag. clemen. 7. de vita, & honeſt. cleric. num. 194. lex, † enim pro bono

publico

publico emanata, æquiparatur bono eccleſiarum, vt tradunt Petr. de Anchar. Calder. & Laur. de Pinu inter conſ. eiuſdem Calder. ſub rub. de conſt. conſ. 11. in fine, & refert Meſſias Hiſpanus ad prag. panis concluſ. 5. nu. 31. tale enim † ſtatutum
3 non ſolum laicorum, ſed etiam clericorum vtilitatem reſpicit, & ideo conſequens eſt, vt & ipſi quoque clerici huiuſmodi ſtatuto ligentur, quod etiam firmat Butrig. in l. ad inſtructionem. C. de ſacroſanct. eccleſ. Barbat. conſ. 1. vol. 3. Aſtenſis in ſumma lib. 5. tit. 3. Syluester. in verb. immunitas il 1. col. fin.

Hinc ſi vniuerſitas aliquid ſolueret pro ſe redimenda ab hoſtili manu, qui e poſſeſſiones deuaſtarent, incenderet, aliaque
4 mala afferret, tenerentur † etiam clerici in ciuitate territoria poſſidentes ad partem ſibi competentem ſoluendam, cum ex tali ſolutione etiam clericorum bona ab inuaſionis periculo eximantur. conſulit Anchar. conſ. 96. ſuper dicto dubio, & Bar. in l. nullus. C. de curſ. publ. lib. 12.

Ex eodem fonte naſcitur, vt teneantur clerici, † vbi pro
5 murorum ciuitatis, vel pontium conſtructione collecta imponitur, d. l. ad inſtructionem, vbi Doct. notant. C. de ſacroſ. eccleſ. Alex. conſ. 68. num. 13. vol. 2. Ant. de Butr. in cap. non minus de immun. eccleſ. Io. de Platea in rubrica in princ. per illum tex. C. de priuileg. dom. Auguſt. lib. 11. Ioan. Rebuff. in l. ſi diuina domus num. 3. verſ. fallit propter pias cauſas. C. de exact. tribu. lib. 10. & in l. hac deuotiſſima num. 3. verſ. ſed an teneantur C. de quib. muner. lib. 10 & ibi Io. de Plat. in fine; ibiq; ex hoc infert teneri etiam eccleſiam tempore neceſſitatis conferre pro emptione frumenti, & aliarum ſpecierum, & idem affirmat in l. 1. C. vt nemini liceat in compar. ſpecierum lib. x & cum Butr. tradit in l. ſi diuina col. pen. ver. ſecundo fallit. C. de exact. tribut. lib. x. Bar. Veronenſis de ſeruit. ruſt. prædiorum ſub rub. ſeruit. viæ nu. 46. cum ſeq. poſt Cardin. in clem. 1. q. 19. de vit. & honeſt. cleric. Capyc. in inueſt. feud. in ver. feudorũ clauſul. fol. 121. in ver. clericis à collectis, Carol. de Graſſal. regal. franc. lib. 2. in 6. iure. Dec. in c. eccleſiæ ſanctæ Mariæ num. 274 de conſt. Præmiſſa tamen
6 opinio intelligi debet, vbi propter † belli neceſſitatem conſtructio fieret, ſecus ſi ex voluntate, veluti ad ciuitatis ornatum: tunc enim procederet Abb. opinio in conſil. 37. lib. 1. & Ruin. conſ. 3. col. 7. lib. 5. prout ita has opiniones conciliauit Carol. de Graſſal. loco præcitato verſ. cogi, Petrus Duen. in d. regul. 100. limitatio decimaſexta in fine. Confirmantur præmiſſa ex eo, quòd Aſtenſ. tradit in ſumma tit. 15. lib. 4. quòd ſi neceſſitas imminet, & clerici ſunt diuites, tenentur contribuere propter communem vtilitatem; cuius dictum, cæteri ſummiſtæ approbant, & præcipuè Syluester in verſ. immunitas. Et tandem, quotieſcunq; neceſſitas vrget, quæ clericos proximè tangit, ita quòd bona, & perſonæ ipſorum eſſent in periculo, tenentur clerici contribuere, quod ſecus eſſet cauſa prædicta ceſſante, in quo caſu quando facultates laicorum non ſufficiunt, tenentur etiam clerici contribuere, iuxta tex. in c. aduerſus de immuni. eccleſiarum.

Hinc etiam ſequitur, quòd impoſita collecta pro cuſtodia
7 ciuitatis etiam clerici contribuere tenentur, † iuxta ea, quæ habentur in cap. peruenit, & cap. non minus de immunit. eccleſ. Calder. conſil. 2. ſtatuto Peruſino col. 2. in princ. ſub tit. de cenſibus, quibus accedat quod tradit Bal. conſil. 280. vol. 2. incip. præmiſſo ſtatuto in fine, poſt Bart. in l. reſcripto, §. ſciendum ff de mun. & honor. inquiens teneri clericos ad ea conferre, quæ Reipub. expendunt in quibus vniuerſorum ſalus, & incolumitas procuratur, ſubdens, in his caſibus debere ſe ipſos offerre, vt quod omnes tangit ab omnibus ſentiatur, & Capyc. in inueſtitu. verb. feudorum clauſulæ f. 121.

Hinc etiam deciditur poſſe pro tuitione ciuitatis neceſſi-
8 tate † expoſtulante eccleſias incaſtellare, vt habetur per Innoc. & Io. Andr. in cap. cum eccleſia de immun. eccleſ. & poſt Luc. de Penna in l. ſi diuina num. 9. C. de exactorib. tribut. lib. 10. tradit Capyc. loco ante citato. cum nulla ſit maior iuſtitia, quàm patriam, infirmos, ac debiles ab hoſtibus liberare, cap. fortitudo, cap. ſi quis, cap. non inferenda 23. q. 3. prout tenentur clerici inuigilare pro cuſtodia, & tuitione ciuitatis tempore belli, cap. peruenit de immun. eccleſ. Lucas de Penn. in l. 2. col. fin. verſ. item an hodie. C. de quibus muner. liceat ſe excuſ. lib. 10. & Petrus Gregor. Tholoſ. in ſintag. iuris lib. 3. cap. 8. par. 1.

His accedat, quòd ſtatuta concernentia conſeruationẽ paſcuum, & dum ligant † laicos vicini populi, ſed etiam clericos
9 & religioſos, qui propter conſeruationem boni publici tenentur ea obſeruare, tradunt communiter Doct. in cap. quòd clericis de foro compet. & Meſſias in loco ſuperius citato nu. 40.

Infertur etiam ex præmiſſis, quòd ſi Princeps † certum 10
pretium, & iuſtum frumento ſtatuat, & clerici ad eius edicti obſeruantiam teneantur ſub mortalis peccati pœna, idque expreſſè per pragmaticam ſanctionem Hiſpaniæ editam ſuper taxa panis ſtatutum exiſtat, ibiq; Soti, Nauarri, & Medinæ opiniones recenſentur, quas ſequitur Ludouicus Meſſia. in d. prag. concluſ. 5. Io. Vinc. de Franch. deciſ. 9. poſſuntq; tempore neceſſitatis cogi ad vendendum frumentum, Io. de Platea in l. vnica circa fin. per illum tex. C. nemini licere in comparatione ſpecierum lib. 10. & in l. fin. num. 5. verſ. item mittentur. C. de exact. tribut. lib. 10. Præmiſſorum autem ratio
ea videtur, quia publica † vtilitas omni priuilegio anteponenda eſt, vt poſt alios tradit Iaſ. in l. ſi ex toto col. 1. ff. de leg. 1. 11
Ideoque † immunitas alicui, conceſſa non extenditur ad onera, tempore belli ſubeunda; niſi expreſſum dicatur, vt per Doct. in d. l. ſi ex toto, & per Io. Anto. de Nigris in d. clem. 12
de vita, & honeſt. clerico. num. 97. Hinc dicebat Bal. in l. iubemus. C. de ſacroſanct. eccleſ. immunitatẽ † alicui conceſ- 13
ſam non includere caſum publicæ vtilitati contrarium, quod pluribus comprobat ipſe idem in conſ. [illegible] vol. 3. Secunda ratio videtur. nam ſtatuta, quorum ſuperiùs mentionem egimus, alíaque illis ſimilia eccleſiaſticæ libertati minimè repugnant, nec principaliter in eccleſiaſticas perſonas diriguntur, ſed per quandam conſequentiam illos comprehendunt, idq; non ex imperij ſecularis poteſtate, ſed ex naturali, & diuina ratione quæ illos magis, quàm alios obligat ad charitatem, ad proximorum [illegible], ac ad oppreſſorum ſubleuationem. Qua ratione, & prælati, & Reges alioquin legibus non ſubiecti ſtatutis prædictis ſupponuntur, vt per Meſſiam citato loco nu. 48. & 49.
Conſtat enim † clericos ciuium appellatione contineri, & in 14
materia ſtatutaria cap. ſi in adiutorium decima diſtinct. & poſt Chaſſenum tenet Burgos. de pace ad l. 3. Taur. 1. parte concluſ. 3. num. 400. Fel in. in cap. dilecti de foro compet. Alex. conſ. 41. lib. 7. Et veniunt etiam appellatione populi Gregor. Lopez. in l. 1. tit. 10. par. 2. in verſ. Pueblo llaman: ideoq; fruuntur paſcuis, & nemoribus ciuitatum Alber. in l. 1. col. 2. & 3. ff. quod cuiuſq; vniuerſ. Oldrad. conſil. 39. Verùm ſi alij oppidi conciues pro ipſis paſcuis aliquod perſoluunt, tunc etiam clerici idem ſoluere tenentur, ſi ipſis voluit vti, conſulunt Abb. conſil. 6. caſus ſuper quo lib. 1. relatus per Burg. de pace in ſupradicta citata conclu. 3. num. 405. quod comprobatur ex doct. Bal. in l. 1. in fide. C. de contrahen. emptio. vbi, quòd
† ſi clericus, laicorum ſtatuto vtatur, tenetur gabellam ſoluere ab eodem ſtatuto impoſitam, ſequitur Dec. in cap. eccleſiæ Sanctæ Mariæ col. fin. verſ. & conſequenter de conſtitut. Abb. d. conſ. 6. & Io. Ant. de Nigris in dicta extrauag. clem. 7. num. 186. 15

Nec illud omittam, quòd vbi † clericorum animalia dam- 16
num, poſſunt à laicis capi, ac pœna exigi, vt poſt Innoc. Hoſtien, & Archid. tradit Guhel. de Benedict. in cap. Raynut. in verb. & vxorem num. 36. Lucas de Penn. in l. 1. ver. hæc faciunt. C. de nauib. non excuſan. lib. 11. Camill. Salern. in addit. ad conſuetud. Neapolit. in proœmio verſ. pro concluſione prædicta.

Secundo principaliter limitatur huius capit. diſpoſitio, vt
non procedat, quò ad † conductores laicos rerum eccleſiaſti- 17
carum; hi enim clericorum immunitate non gaudent, Specul. in tit. de immunit. eccleſ. Bal. in conſ. 31. vol. 1. id concludens, etiam ſi per ind rectum eccleſia læderetur, & idem Bal. conſ. 496. vol. 4. Inde infertur teneri hos conductores ad ſolutionem gabellæ pro vino, vel alijs, quæ ex territorijs percipiuntur, cum † exemptio vectigalis ad emptorem non tranſeat. Io. Andr. in cap. 1. de immun. eccleſ. Alex. ad Bar. in leg. licitatio §. mercatores ff de pub. & vectig. Archid. in cap. quanquàm de cenſibus in 6. Syluestr. in ſumma in verb. excommunicatio num. 48. verſ ſeptimo nota quod emptor. Colonus tamen partiarius pro portione ad ipſum ſpectante ſoluere tenetur, Federic. de Senis conſil. 121. quæſtio talis eſt, col. 4. verſ. item quæritur. Bald. d. conſil. 31. vol. 1. & Ioan. Vinc. Anna ſing. 99. qui limitat vbi nimium eccleſia grauaretur, ibiq; notiſſima additio Regij Conſiliarij [illegible] eius filij, viri doctiſſimi. Similiter † emphiteutæ eccleſ. ad collectas tenetur deducta tamen ſumma, quam eccleſ. ſoluit, Andr. in c. 1. §. & plauſtorum num. 56. & 57. quæ ſint regaliæ, Luc. de Penna in l. vnica num. 7. C. de imponen. lucr. deſcrip. lib. 10. Sebaſtian. de Neap. in c. Regni 194. porrecta, col. 1. verſic. quarto: ſic etiam non excuſatur † laicus extrahens vinum cle- 20

E 2 rici

ci contra formam ſtatuti Bal. conſil. 198. ſtatutum cloitaris Tergeſti num. 4. vol. 2. & Ripa reſponſ. 68. num. 13. A quo autem iudice poſſit cogi, vide Bal. in l. de his in princip. C. de epiſc. & cler. & in authen. ſed & periculum. num. 3. C. de cenſu, vel reliq. poſt Inno. in cap. poſtulaſti de foro compet. & alios refert Azeuedo ad l. 11. nu. 5. tit. 3. nouæ recollectionis vbi poſt alios relatos ſubdit, & rectè ſecurus eſſe, vt eccleſiaſticus iudex requiratur, vt breuiter clericum compellat ad ſolu-

ſolutionem collectæ, vt per Cacher. deciſ. Pedem. 181. num. 20. & 21. & Guliel. de Bened. in c. Raynutius in verb. & vxorem deciſ. 2. num. 470.

Teneantur etiam clerici pro bonis per eos emptis ad ſolutionem collectarum, prout ante alienationem in eos factam, vt ſtatuitur per prag. Regis Ferdinandi incip. Per molte querele, quam hic ſubiecimus, & diximus, in conſtit. prædeceſſorum. C. Tap.

PRAG-

PRAGMATICA II.

De cler. ſeu diac. ſaluat.

FERDINANDVS I.

Clericaliter viuentes de bonis hereditariis, & eccleſiaſticis collectas non ſoluant, & decimæ eccleſiis perſoluantur. h. d. vſq; ad § 3.

FELICIS MEMORIÆ Carolus Illuſtriſſimi Regis Siciliæ, & Hieruſalem primogenitus, Princeps Salernitanus, ac eius in Regno Siciliæ Vicarius generalis, Prælatis Eccleſiarum, Comitibus, Baronibus, vniuerſis Officialibus, & hominibus à Faro citra ipſius Regis fidelibus, & deuotis ſuis ſuas direxit literas nouas, ſui nominis ſanctiones, atque leges in ſe continentes, quibus inter cetera de immunitatibus eccleſiarum, & eccleſiaſticarum perſonarum nonnulla voluit, & inuiolabiliter obſeruari mandauit, in quibus inter alia, continetur Capitulum tenoris ſequentis, videlicet.

1 Item ſtatuimus, quòd clerici, qui clericaliter viuunt, non teneantur communicare cum alijs in collectis, & exactionibus aliis quibuſcunque, nec pro bonis eccleſiaſticis, nec patrimonialibus de portionibus ad eos legitime tangentibus, pro quibus quidem legibus ſecutæ fuerunt exinde Apoſtolicæ literæ felicis recordationis Honorij Papæ primi, ſerie ſubſequenti. Honorius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Dilectus Filius nobis Carolus clarè memoriæ Caroli Regis Siciliæ primogenitus, tunc Princeps Salernitanus, & eiuſdem Regis in Regno Siciliæ Vicarius generalis, tanquam vir Catholicus, de genere ortus Chriſtianiſſimo, deuotam ad Deum, & ipſius Eccleſiam mentem gerens, eiuſdem generis veſtigia imitatus: Pro bono ſtatu Eccleſiarum Regni prædicti, & ad conſeruationem iurium earundem, inter cetera (licèt ſub alio forſan verborum ſchemate) dicitur ſtatuiſſe, & mandaſſe inuiolabiliter obſeruari, quod decimæ, quæ debeantur eccleſijs, & perſonis eccleſiaſticis regni prædicti Catholicorum Regum Siciliæ temporibus, recipi ab eccleſiis ipſis conſueuerunt, ſine difficultatis obſtaculo, amoto diſpendio perſoluantur: Similiter quæ debentur in pecunia in feſto Pentecoſte, & aliæ, quæ debentur in frumento, & aliis victualibus, vino, oleo, ſeu fructibus aliis illis temporibus, quibus percipiuntur, & ſi aliquà ſint, quæ certis diebus perſolui conſueuerunt, die debita perſoluantur: Et ne de hoc eccleſiæ, vel perſonæ eccleſiaſticæ neceſſe habeant, ſingulis annis à Curia literas impetrare, ſtatuit, quod ſub pœna dupli pro decimis, & aliis iuribus, quæ perſonis, vel eccleſiis debentur, quibus ſecundum ordinationem præmiſſam ſolutum non fuit: Magiſtri procuratores, & Magiſtri ſalis, Baiuli, & alij officiales, qui eis debent perſoluere, tam præſentes,

tes, quàm futuri teneantur integraliter ſoluere, ſecundum quod ſuperius dictum eſt, nullo tamen mandato expectato.

2 Item quod Comites, & Barones, & ceteri, qui tenentur ad decimas, & iura alia eccleſiis, vel perſonis eccleſiaſticis pro bonis quæ tenent, ea teneantur ſoluere ſuis temporibus, quibus hactenus extitit conſuetum, adiiciens, quòd ad hoc authoritate ſui ſtatuti, ſuper hoc editi ad requiſitionem perſonarum, quibus debentur per Iuſtitiarios Prouinciæ compellantur, quod ſoluantur ab aliis quibuſcunque per quos bona, pupillorum, terras, & feuda tenentium procurantur, ſiue baliatus Curiæ teneant, ſiue alij ſint commiſſi, ſiue terra, vel feuda, aliquorum occaſione delicti, vel quacunq; alia cauſa per Curiam teneantur.

Clerici non trahantur ad ſæcularia iudicia, niſi pro bonis feudalibus, & priuilegia eccleſiarum ſeruentur circa ad illas confugientes. h. d. vſque ad § 6.

3 Item quòd clerici niſi pro bonis feudalibus, prout continentur in conuentionibus inter dictum Regem, & Romanam Eccleſiam habitis, ad iudicia ſæcularia non trahantur.

4 Item quòd eccleſiæ in toto Regno prædicto gaudeant priuilegio, eis per communia iura indulto, & illi, qui ad eas confugiunt, ab inde non extrahantur inuiti, niſi in caſibus à iure permiſſis.

5 Item quòd qui in domum Religioſorum Prælatorum, & aliarum Eccleſiaſticarum perſonarum recepti fuerint, ibi criminalia iudicia exercere aliquatenus non præſumant, nec electos, vel res eorum contra voluntatem ipſorum accipiant, & ſi ſecus factum fuerit, poſt reſtitutionem, & emendationem damni ſi Comes fuerit, vel Baro, qui contrafecerit, teneatur ad pœnam duodecim vnciarum; ſi ſimplex miles, ad ſex; ſi burgenſis, ad tres.

Clerici à laicis etiam Baronibus domi, vel extra non moleſtentur, qui in electionibus prælatorum non ſe intromittant, niſi quatenus pro iure patronatus eis competat. h. d. vſq; ad § 8.

6 Item quòd Comites, Barones, Officiales, & aliæ quæcunque perſonæ laicales, non intromittant ſe de electionibus prælatorum, vel collationibus præbendarum, ſeu quorumlibet eccleſiaſticorum beneficiorum, directè, nec de aliis ad ſpiritualia pertinentibus, niſi quantum ratione iuris patronatus aliquibus competit, vel ex priuilegio eſt conceſſum. Nec propter prælatos capitula eccleſiarum, ſeu conuentus piorum locorum, ipſorum conſanguinei, vel vaſſalli quomodolibet moleſtentur.

7 Item quòd clerici, qui clericaliter viuunt in collectis, & exactionibus aliis quibuſcunque, nec pro bonis eccleſiaſticis, nec pro patrimonialibus de portionibus eis legitimè contingentibus cum aliis teneantur.

Res

Digitized by Google

Res donata eccleſiis tranſeant cum onere ſuo, & legitima priuilegia ſeruentur. h. d. vſque ad §. 11.

8 Item quòd res, & poſſeſſiones, quæ non ſunt in aliquo curiæ, vel aliis obligatæ, donari poſſint eccleſiis, & legari: ſed ſi ea obligatione tenentur, propter quam datio, & legatio, vel donatio, de iure impediri poſſit: hoc caſu res, & poſſeſsiones huiuſmodi prædictis titulis cum onere ſuo ad eccleſias transferant. Item quod vaſſalli eccleſiarũ, qui ea, quæ habent ab eccleſiis ad ſeruitia propria obligata, officia per Curiam, Comites, Barones, vel alios, ſine ipſorum Prælatorum licentia nullatenus committantur.

9 Item quòd priuilegia, & iura conceſſa eccleſiis, & eccleſiaſticis perſonis à catholicis, & antiquis Regibus Siciliæ, in quorum poſſeſſione exiſtunt, ſeruentur illęſa, de illis verò in quorum poſſeſsione non ſunt, fiat eis ſine difficultate iuſtitia in Curia competenti.

10 Item quòd officiales, & commiſſarij curię, poſſeſſiones, & res, quę ab eccleſiis poſſidentur, non auferant, nec in ipſis eaſdem eccleſias, contra iuſtitiam moleſtare aliquo modo pręſumant.

Cognitio cauſæ clericorum ſpectat ad eorum iudices, & non ad ſeculares per quos pro cauſis ciuilibus non trahantur etiam vaſſalli eccleſiaſtici, h. d vſque ad §. 14.

11 Item quod officiales, ſeu ſeculares perſonę ſe nullatenus intromittant ad cognoſcendum de aliquo crimine eccleſiaſtico, nec impediant pręlatos, aut alios ipſorum officiales, quin de huiuſmodi crimine liberè cognoſcant, & puniant, vt eſt iuris.

12 Item quòd Iuſtitiarij, vel alij officiales, vaſſallos eccleſiarum coram ſe, vel ad ipſorum iudicium, in ciuilibus trahere non pręſumant.

13 Item quod pręlati eccleſiarum, & eccleſ. perſonę, aut officiales, ipſorum vaſſallos debitores ſuos poſſint, prout competit, eos compellere ad ſatisfaciendum ſibi debitis, & iuribus eorundem contradictione aliqua legitimè non obſtante.

Prælatorum vaſſalli rebus eccleſiæ relictis poſſunt quo voluerint confugere, & Iudæi tanquam eccleſiæ vaſſalli à laicis non turbentur. h. d. vſque ad §. fi.

14 Item licèt idem princeps ſtatuerit aliqua de vaſſallis eccléſiarum eis ad perſonalia ſeruitia obligatis, ſi forſan à terris, in quibus morari debent aufugerint, per pręlatos, & perſonas eccleſiaſticas reuocandis. Nos autem dicimus diſtinguendum, vt ſi ratione perſonę ad huiuſmodi ſeruitia teneantur, poſsint, ſi receſſerint, legitimè reuocari, ſi verò tenentur rerum tantummodo ratione, & recedere voluerint, res ipſas eccleſiis, & perſonis eiuſdem omnino dimittere compellantur.

15 Item quòd Iudęis, qui ſunt Eccleſiarum vaſſalli, nulla committantur officia, nec eis alię oppreſsiones, vel grauamina inferantur. Nos itaque cum fratribus noſtris deliberatione habita, pręmiſſa in fauorem eccleſiarum Dei, & miniſtrorum eius attendentes inducta, de ipſorum fratrum conſilio, & aſſenſu, ac plenitudine poteſtatis, ea firmiter perpetuò robur ſtatuimus obtinere, ipſaquè pręcipimus perpetuis temporibus inuiolabiliter obſeruari: Decernimus ergo nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conſtitutionis, atque decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis aũt hoc attentare pręſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorũ Petri, & Pauli Apoſtolorum eius nouerit incurſurum.

Clerici non incedentes in habitu, & tonſura trina monitione præcedente tenentur ad functiones fiſcales, & ad collectas pro bonis quibuſcunque.

Cum igitur plurium fidelium noſtrorum ducatus prędicti ad nos querelę deuenerint, quòd quamplurimi fuerunt, & ſunt in ducatu pręditco, qui ſe clericos aſſerant, nec clericaliter viuunt, ſed potius negotiationibus, & quęſtibus ſecularibus, quàm diuinis vacauerunt, & vacant officiis, quidam ex eis, nec habitum, nec tonſuram clericalem detulerunt, aut deferunt, & quidam, etſi huiuſmodi habitus, & tonſuram clericalem detulerunt, aut deferunt, negotiis communibus ſæcularibus, pręſertim officiis inhoneſtis, ſiue prohibitis, minime ſe abſtinuerunt, quorum quidam vilibus ſe immiſcuerunt, nihil de clerico pretendentes, niſi forte ſolum habitum, & tonſuram ſordida, ac vilia exercentes; quę etiam in profanis dedecent, quorum quidam etiam publicè ſuas operas locauerunt, & locant ad arandum, fodiendum, & ſimilia ſordida faciendum. Quidam verò etſi clericaliter viuere viſi fuerint, ac videantur, tñ nõ contenti huiuſmodi ſibi conceſſa immunitate pro bonis eccleſiaſticis, & patrimonialibus deportionibus eis legitimè contingentibus, vt dictis in hoc Regno capitulis diſponitur, ſed etiam pro bonis alijs eis aliunde quęſitis non pro eccleſijs, ſed pro ipſis, in grauamen fidelium noſtrorum, cum quibus pro illis in hoc Regno contribuere tenentur, & debent, gaudere nituntur, vt pro illis cum alijs fidelibus noſtris in huiuſmodi oneribus non contribuant. Nos igitur attendentes, quod CHRISTVS Tributa Cęſari monet reddi, quia propter bella neceſſaria militi ſtipendia prębentur, quadam enim prudentia ſtipendia militibus conſtituta ſunt, nedum ſumptus quęritur, pręda craſſetur, & quòd, niſi noſtris in his fidelibus iuſtis prouideatur remediis ad tributa nobis pręſtanda, ſiue fiſcales functiones nobis debitas inſufficientes reddunt: pręſertim dum ſub prętextu clericalis muneris, quod quidem minime impleuerint, ab his ſe muneribus conantur ſubtrahere: quorum fraudibus meritò cenſemus obuiandum, ne quis ſub ſpecie muneris, quod minime exequatur, alterius muneris oneribus releuetur. Vobis tenore pręſentium de certa noſtra ſcientia cum noſtri Conſilij matura deliberatione dicimus, & mandamus, quatenus receptis pręſentibus ſingulos pręlatos ducatus pręd ctі, moueri, requiri, & exhortari mandetis, & faciatis, quod ſuarum ciuitatum, & diœceſarum clericos nominatim, ſemel, bis, & tertio moneant, quòd clericaliter viuentes, habitum, & tonſuram clericalem deferant, diuinis officijs (vt tenentur) intendant, & à negotiationibus, quę clericis ſunt prohibitę, & alijs, quę clericis non decent, ſe abſtineant, nec ad ea redeant, ſiue alia reaſſumant: de quibus quidem monitionibus sic inde per eos factis, vos ſuis literis inde reddant certiores, vt, qui contrafecerint, & qui hactenus minimè clericaliter viuerent,

quo

quo minus cum alijs non contribuant in fiſcalibus functionibus pro eorum bonis quibuſcunque minime defendant: quinimo eoſdem cogant ad contributionem huiuſmodi, cum alijs noſtris fidelibus pro bonis eiſdem: Necnon alios clericos quoſcunque, qui etiam clericaliter vixerint, ad contribuendum cum aliis in eiſdem fiſcalibus functionibus nobis debitis, & debendis pro bonis aliis, quam eccleſiaſticis; & patrimonialibus deportionibus eis legitimè contingentibus efficaciter compellantur, vt inde noſtrorum fidelium omnis ceſſet noſtra querela: ſcituri quòd niſi in his celeriter, & debitè prouideatur, cum hoc contra quietem publicam tendere videatur, nos opportunis remediis pro releuatione, & quiete noſtrorum fidelium prouidere curabimus. De quibus quidem inde ſecutis monitionibus, requiſitionibus, & exhortationibus nos veſtris literis informare curetis, & quicquid per ſingulos eorum inde factum fuerit, Maieſtati noſtrę fideliter referre, vt inde per nos, quod expedire videbitur, valeat debitè prouideri. In quorum teſtimonium, &c. Datum in Caſtello nouo Neap. per Spectabilem, & Magnificum virum Honoratum Caetanũ, &c. Die vigeſimo quinto Maij. 1469. Rex Ferdinandus. Paſchaſius Garlon. N. A. de Monti, Locumtenens Magni Camerarij. Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.

PRAGMATICA III.

De cleric. ſeu diacon. ſaluat.

REX FERDINANDVS.

Eccleſiaſtica perſona de bonis ad eas obuentis à laicis ex capite alienationis, natura illorũ non mutata contribuant in collectis. h. d.

PEr molte querele hauute da noſtri ſubditi, che li beni nelli cataſti, & apprezzi di loro Terre, & Vniuerſità, aſcritti, e taſſati per li pagamenti de' ſeculari ciaſcun'anno à noſtra corte debiti, per gl'huomini del preſente Regno, per conuentione olim hauuta tra la Maeſtà della felice memoria di Re Alfonſo noſtro colendiſſimo genitore, e le Vniuerſità, e gl'huomini del Regno predetto ſin alla ſumma di ducati ducento trentamilia per anno, ſon ſtati, e ſono per diuerſi contratti alienati, e traſportati in clerici, e perſone eccleſiaſtice, & tuttauia ſi alienano per perſone, le quali quelle auanti le loro alienationi contribuiuano nel pagamento da farſi per le Terre, & Vniuerſità, nel territorio delle quali erano ſiti, e poſti nel pagamento della ſumma predetta, e per quelli eſſer inde alienati nelli detti clerici, & perſone eccleſiaſtice, ſi debbia per quelli beni coſi alienati contribuire nel pagamento predetto: Al che non ſi prouedendo, noſtri ſubditi molto meno potrebbono comportare il carico del pagamento predetto, mancandoſi la contributione, che alias auanti tale alienatione per tali beni ſi faceua nel pagamento predetto. Per tanto vogliamo, & de certa noſtra ſcientia comettemo, e mandamo, che prouediate, mandiate, e facciate, che per tali beni coſi alienati, & che de cetero ſi alieneranno negli clerici, & perſone eccleſiaſtice, ſi contribuiſca nel detto pagamento per il poſſeſſore di quelli ancorche ſiano clerici, ò perſone eccleſiaſtice, ò altre che fuſſero, coſi come prima per quelli ſi contribuiua, & ſi douea contribuire per gli laici alienatori di quelli, tanto per il paſſato dopò l'alienatione di quelli fatta vt ſupra, quanto per l'auenire; & eſſendono gli poſſeſſori di quelli à tale contributione renitenti, ſi piglie tanto da detti beni, & frutti di quelli peruenuti, e peruenturi, che ne ſia ſodisfatto quello, che debito ſerà à tal contributione da farſi vt ſupra, per li beni predetti, ſignificando alli prelati, & ordinarii de gli luoghi, nelli quali ſi prouederà à tutte contributioni, ch' à quella non donino alcuno impedimento, ſe noſtra gratia haueranno cara, & deſideranno di far coſe a noi grate.

Datum in Caſtello noſtro Ciuitatis Neap. tertio Martij. 1473. Rex Ferdinandus. A. Secretarius.

REX ROBERTVS Cap. 248.

Clerici coniugati ſoluunt collectas, & in hoc tantùm differunt à laicis, quod pro debitis conueniuntur coram iudice eccleſiaſtico. h. d. cum pragm. ſeq. Tap.

NOn exigit agendo nos vrgentium numeroſa perplexitas, quamquam ſolutionibus debiti generalium ſubuentionum, & collectarum fiſcalium onerum eximi. Nec libertas etiam clericalis expoſcit coniugatos clericos ab illorum præſtationibus liberari. Nuper ſanè ad noſtram deuenit notitiam, quòd clerici coniugati de prædicta regimini noſtro commiſſa prouincia conferre in præmiſſis negligunt: tuq; præſens ad ſolutionem illarum eos cogere deſinis: & negligens non ſine notabili, & damnabili culpa manes: credens forſitan huiuſmodi clericos ad ſolutionem illorum non debere compelli, ex illo quo funguntur alias priuilegio clericali. Nos in his diſpendia noſtræ reipub. vitare volentes, fidelitati veſtræ præſentium ſerie iubemus expreſſe ſub pœna contemptus iuſſionis præſentis noſtræ curiæ, ac dupli nihilominus illius quantitatis pecuniæ, quæ coniugatos clericos rationabiliter poſſit inde contingere ſupradictos, quatenus tam tu idem præſens, quam vos alij futuri Iuſtitiarij dictæ prouinciæ ſinguli, clericos coniugatos eoſdem, quòd in præmiſſis omnibus contribuant, vt tenentur, pro rata videlicet eorum quemlibet contingente rationabiliter exinde ſtudeatis cogere, prout indemnitati prædictę reipubli videbitur expedire: itaque coniugati clerici & laici in nullo alio differant, niſi quòd pro commiſſis ab eis exceſſibus, vel delictis trahi non poſſint criminaliter, vel ciuiliter conueniri in curia ſeculari. Has autem literas, vt debitum, & realem conſequantur effectum dari per vos alterutri alteri amotionum veſtrarum temporibus præcipimus in pendenti.

*ADDITIO. Coniugati clerici. *Clericus coniugatus non trahitur ad forum ſeculare, & ego habeo literam Regis Roberti in mee compendio contr[illegible] diſpoſitionem, & eſt in regiſtro, car. 25 in cap. 47. vide Caþ. in deciſ. 161. colum. fin. & eſt ritus inf. incip. item quid aliquis. & vide Gui. Papa dec. 83. & Gram. deci. x. & in conſi. 110. in ciuib. Piſanel.*

PRAG-

PRAGMATICA I.

De cler. ſeu diac. ſaluaticis.

REX FERDINANDVS I.

NVper ad Maieſtatem noſtram plurium vniuerſitatum prouinciarum prædictarum noſtrorum fidelium quærela peruenit, quod nonnulli in eis ſunt, qui ſe clericos aſſerunt, & cum vxoribus vixerunt, & viuunt, & contra collectarum, & fiſcalium functiones cum eis pro rata contingentes ſubire recuſant. ſuper quo Maieſtati noſtræ remedio ſuppliciter poſtulato: Nos attendentes quòd nec cōi iure, nec Regni huius Cōſtitutionibus, & Capitulis clerici coniugati, quantumcunque vnicam, & virginem duxerint vxorem, & tonſuram, & veſtes deferant clericales, ab huiuſmodi oneribus, & ſolutionibus ſunt exempti: Volumus, & tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, & cum noſtri Conſilij matura deliberatione mandamus, quatenus dictarum prouinciarum ſingulos clericos coniugatos efficaciter cogatis, & compelli mandetis, & faciatis, quòd in collectis omnibus, & fiſcalibus functionibus, cęteriſq; oneribus vniuerſitatum, ciuitatum, terrarum, & locorum dictarum prouinciarum quomodolibet imminentibus contribuant, & teneantur pro rata vnumquemque tangente, cum ipſi coniugati clerici à laicis in nullo alio differant, niſi quòd pro cōmiſſis ab eis exceſſibus, vel delictis, trahi non poſſint criminaliter, aut ciuiliter ad iudicium ſæculare, & ſi quis in eo manus iniecerit violentas, excomunicationem incurrat, qui etiam non gaudent, niſi tonſuram, & veſtes deferant clericales. has noſtras literas vobis propterea dirigentes, quas vt in ſingulorum notitiam deueniant, publicari more ſolito mandetis in ciuitatibus, & locis inſignibus dictarum prouinciarum munitas magno Maieſtatis noſtræ Sigillo. Datum in Caſtro noſtro ciuitatis Auerſæ, per Magnificum V. I. Doctorem Conſiliarium noſtrum dilectum Lucam Tozolum Romanum Locumtenentem Fundorum, Comitis, Logothetæ, & Protonotarij. Die 24. Maij. 1469. Similes directæ fuerunt aliis Commiſſariis. Rex Ferdinandus. Paſchaſius Garlon. N. A. de Monti. Locumtenens Magni Camerarij. Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutiis.

Aſcriptitij dominis inuitis non ordinantur, ſi tamen conſentiant, non licet domino aliquidm præmium licentiæ recipere: At neceſſitate vrgente domini conſentire cogantur: ſed filij ipſorum conditionem non mutant. h.d. Tap.

IMPER. FREDER.

AScriptitios *a* ſinè voluntate, & aſſenſu eorum, quorū iuri ſubditi ſunt, & poteſtati, nullus epiſcoporum ordinare pręſumat. Hi quorum *b* aſcriptitij ſunt, ſi quod pręmium ob licentiam ordinandi, vel conſecrandi ſuſcepiſſe conuicti fuerint, ius aſcriptitium perdant, & qui dederit pecuniam ab ordine motus fiſco noſtro, cum rebus omnibus ius vendicetur. Ne tamen ſiniſtrum aliquod aliquando poſsit noſtris conſtitutionibus obuiare, ſi fortè in rure, vel in vico eccleſia conſtituta aſsignatos habuerit ſacerdotes, quib. decedentib. ſunt aliqui ſubrogandi, & pertinaces domini ruris, vel vici ſuper aſcriptitiis fieri ſubrogationem negauerint: pręſertim cum ex ipſis aſcriptitiis perſona idonea ſacerdotio ab epiſcopo expectetur: dignum clementiæ noſtræ videtur, atq; iuſtiſsimum ad iuſtam petitionem eccleſię aſcriptitiorum dominum iure cogendum. Filij verò aſcriptitij ordinati ad aſcriptitiorum conditionem redeant, omni occaſione remota.

a *Aſcriptitios*. Hæc conſtitutio, & ſequens non ſunt multum de pane quærendo. Prohibet enim hęc conſtitutio clericari aſcriptitios, ſine domini voluntate, vt in caſu, qui eſt in litera. Sed aliud de iure communi C. de epiſc. & cler. authen aſcriptitios & hoc eſt in his aſcriptitiis, qui ſunt glebæ perſonaliter aſcripti: ſecus in villanis, qui nō perſonaliter, ſed de rebus ſeruire debent, vt in ſequen. conſtitutione.

b *Aſcriptitij*. Loquitur de aſcriptitiis, an poſſint clericari?

ADDITIO. *Sacerdotes certo numero cogendum, vt patiantur aſcriptos ſuos ordinare, & facit in Authent. de ſanc. epiſc § aſcriptitio. & C. de epiſco. & cler. quiſquis.*

ANDRAEAS DE ISERNIA.

A*Scriptitios*. Hæc conſtitutio concordat cum iure communi, C. de epiſcopis, & clericis quiſquis in Authent. de ſanctiſsimis epiſcopis, §. aſcriptitios Quod verò dicitur in fine huius conſtitutionis, quòd ordinati debent redire ad conditionem priſtinam Aliud eſt de iure Canonico, etiam in ſeruo ordinato præter domini voluntatem in presbyterum, vel diaconum, vel ſubdiaconum, quinquageſimaquarta diſtinctione, cap ex antiquis. & cap. ſi ſeruos, & pes totam ipſam diſtinctionem: quod dic plenè extrà de ſeruis non ordi. cap. 1. in glo. Et no. quod di. it fiſco noſtro. Reges enim habent fiſcum, vt in l. 1. in principio libri Longobardi. & de hoc dictum eſt ſupra in prologo.

ADDITIO. *Adde qui dicantur habere fiſcum? vide glo. & Bartol. in l. item veniunt, in §. aut ſenatus ff. de petitio. hæredita. Bart. in l. 1. C de bon. vac. Bald in §. fin. de pace iuram firman. in vſibus feudorum.* Superantius.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 QVi autem † ſint huiuſmodi aſcriptitij, etſi à pluribus ſcribentibus exquiſierim, non tamen reperi hoc nomē bene declaratū; collegi nihilominus aliqua ex. tit. de agric. & cenſit. & ex tit. de colon Paleſtin de colon recens. & de colon. illiric. in tribus lib. C. & ex Petro Gregor. Tholoſano viro equidem cruditiſſimo in ſintagm. iuris vniuerſi lib. 18. c. 21.

22. Sciendum eſt igitur Romanos ciues, quos peculiari, ac præcipua quadam fortitudine Deus optimus maximus exteris præfecit gētibus, multis ab eis partis victoriis, quos in pugna ſibi reſiſtentes vincebant, eos non occidere, ſed ſeruos facere ſolitos fuiſſe: quorū immenſam multitudinem alij plures ue alij habebant, eorumque opera variis in rebus vtebantur.

Ideoq;

Ideoq; ſecundum opus, cui præficiebantur, nomen acquirebant, ſic agricolæ cenſiti, & aſcriptitij (quòd idem eſt) vocabantur. Nàm aſcriptitius nihil aliud ſignificat, quàm agricolturæ deſtinatus, & aſcriptus, ea tamen conditione, vt perpetuò ſit addictus agro, non modo ipſe, ſed & filij eius, quòd habetur ex l. cum ſatis de agricol. & cenſit. lib. 11. Ideoque Imperator Iuſtinian. in l. ne diutius eod. tit. inquit, *quæ enim differentia inter ſeruos, & adſcriptitios intelligatur, cùm vterq; in Domini ſui poſitus ſit poteſtate, & poſſit ſeruum cum peculio manumittere, & aſcriptitium cum terra à dominio ſuo expellere?* Aliquas tamen poſuit ibi gloſ. in verb. intelligatur. Acquire-
2 bat † tamen libertatem aſcriptitius ſi per 30. annos agrum incoluiſſet, non tamen, vt agrum deſereret, nec ipſe, neque eius filij d. l. cum ſatis §. 5. Et ex hoc potius erraſſe videtur vir alioqui doctiſſimus Petrus Foller. in comment. ad hanc conſt. dum in diffinitione aſcriptitij dixit eos eſſe, qui per 30. annos fuerunt in manſo, ſiue poſſeſſione, & qui per propriam ſcripturam. & profeſſionem ſolo colendo addicti ſunt, quòd apertis verbis docet præcitatus Gregor. Tholoſan d. lib. 18. cap. 23. ſintag. num. 6. idq; ratione publicæ vtilitatis ſancitum fuiſſe teſtatur Imper. Valent. in l. colonus d. tit de agricol. & cenſit: hinc ad inſtar illius antiquæ conſuetudinis nonnulli
3 etiam † non initio ſerui, ſed liberæ forraſſe conditionis territoria ea lege ſuſcipiebant, vt illis non liceret ex iis locis, quorum fructibus releuantur abſcedere, nec ea deſerere, quæ ſemel colenda ſuſceperant, & hoc optima ratione, ne agrorum
4 cultura deſeratur. Et hinc eſt † quòd fugientes puniebantur d. l. cum ſatis, nec non eorum receptarores, vt habetur in l. ſeruos d. tit. de agricol. & cenſit. & redire cogebantur l. omnes eod. tit. tales erant Paleſtini, Tracenſes, & Illirici, de quibus particulares tit. in lib. 11. ſic etiam alij ab initio liberi, qui ſe culturæ prædiorum dominorum cum ſuis, vel glebæ dabant, quales fuerunt Mariandini, qui ſe ſe Heracleotis ſponte ſubiecerunt, ea ſtipulatione, & lege, vt ſibi vitæ neceſſaria miniſtrarent, vt tradit præallegatus Greg. Tholoſanus l. 1 d. ſintag. iuris part. 1. lib. 18. cap. 23. poſt num. 9. & vide etiam
5 per eundem in lib. 14 cap 3. num. 9. & 10 Hi enim † ita glebæ inhærent, vt nec temporis momento inde amoueri poſſint l. colonos la 1. C. eod. tit. de agric. & cenſ. ideoque nec
6 etiam ad humilioris militiæ † honorem aſcendere poſſunt l. 1. & 2. C. ne ruſtica. ad vllum obſequium lib. 11. & l. colonos la 2. de agr. & cenſit. Meritò itaq; hac in conſtit. ſtatuitur, vt
7 abſq. † dominorum voluntate nequeant clericatum aſſumere: quod per prius ſtatutum erat per cap. ſi quis obligatus 54. diſt. ibi vel aliqua conditione, iuxta expoſitionem Archid. & Cardin. à Turrecrem. Hinc conſtat diſpoſitionem tex. in §. aſcriptitios in auth. de ſanctiſſ. epiſc. quò cauetur licere aſcriptitiis clericatum aſſumere, dummodo agrorum culturam nõ deſerant non eſſe recipiendam, tum quia canonibus aduerſatur, & in hoc legis canonicæ diſpoſitioni ſtare debemus iuxta not. in cap. quæ in eccleſiarum de conſt. tum etiam, quia clericali dignitati repugnare videtur maximè cum ex hoc à diuina contemplatione abſtrahantur, iuxta tradita per Cardin. à Turrecremata in cap. quòd autem 21. q. 3. Adeò autem totalis libertas in ordinando requiritur, vt etiam ſi † ſeruus fue- 8
rit. à domino manumiſſus retento tamen per eum obſequio, adhuc ad ordines promoueri prohibetur cap. quicunq; 54. diſt. Quòd † ſi de facto fuerint ordinati, clericali priuilegio 9
exuti in priſtinum ſtatum reponuntur c. nulli, & cap. ea antiquis 54 diſtinct & in tantum eſt hoc verum, vt ſi dominus eos verberauerit † non incurrat in ſententiam canonis ſi quis 10
ſuadante 17. q. 4. vt poſt gloſ. & Archid. in d. cap. nulli, tradit Geminian. ibi poſt num 4. verſ. gloſ. finalis.

Prohibentur etiam ad clericatum promoueri hi qui ratiociniis † obnoxij ſunt, qui nec etiam profeſſionem emittere 11
poſſunt; quod præter antiquas ſanctiones, noſtris quoq; temporibus Sixti V. Pontiſ. Max. decreto ſancitum eſt, vt in eius bullario in bulla expedita 3. *Kal.* Decembris anni 1587. de quo diximus in auth. ingreſſi verb. ingreſſi cap. 7. & 8. dum de ſeruo, & obligato ad ratiocinia verba fecimus, & apud Hiſpanos particulari l. ſancitum in l. 23. tit. 6. part. 1.

Hodie tamen in Regno † huiuſmodi aſcriptitiorum hominum genus non habemus; & ideò ſuperuacua erit legis 12
huius diſpoſitio, niſi eam extendere velimus ad vaſſallos † angarios, & perangarios, qui videntur adſcripti territorijs ca- 13
ſtri, ſeu villæ. Vnde villani etiam dicti ſunt iſti aſcriptitij ſecundum Gregor. Tholoſ. loco citato; Hi quidem angarij, cùm à dominis auocari poſſint, vt in conſtit Quiſquis de burgenſibus, ipſis inuitis † ad ordines promoueri non poſſunt, vt tra- 14
dit Foller. num. 3. in hac conſtit. & probatur per conſt. errores eorum quæ hanc ſubſequitur, de qua meminit Capyc. deciſ. 186. num. 7. allegatus per Foller. loco citato, poſſunt tamen domini † ad conſentiendum compelli in caſu neceſſita- 15
tis, vt in § neq, tamen huius conſt. Qui autem dicantur angarij, & perangarij, & ad quod teneantur, dicemus infra in conſt. proſequentes. Carol. Tap.

Errores

a Errores. Nota de vaſſallis, qui ſeruire tenentur gratia rerum, an poſſint clericari ſine voluntate dominorum? Et colligitur hic argumen. in fine huius conſtitutionis, quòd clericus non poſſit habere ſeudum, & dic de hoc plenè, vt in tit. quib. ex cau. feu. amit. §. itẽ amittit, ſi clericus efficiatur. & §. de nouo tamen clericus. Item collige hic in fine, quod vaſſallus poteſt renũtiare feudum etiam domino inuito, vt in 10. collat. ſi vaſſallus contra conſtit. Lo. bona alien. l. prima. & dic de hoc pleniſſimè, vt in ſumma feud quibus ex cauſ vaſal. feud. amit. §. præterea ſi refutauit vaſallos, &c. Vel diſtingue, vt not. in glo ordina. in prædicta 10. coll. tit. de Ca. qui cur. vendi. l. vlt. in glo. quæ incip. puta aliquod certum ſeruitium, &c.

*ADDITIO. *Aſſlict. in deciſ. 275. num. 37.*

b *Prius tamen his.* Argumentuum bonum ad hoc. ff. ſi ſern. vend. ſi forte. §. etiam.

Aſcriptitij. ſerui glebæ, aliiq; his ſimiles, clericari prohibentur; non autem cæteri villani, ſicut nec etiam, qui ratione rei ſeruire tenentur, re tamẽ prius domino reſignata hac dicit Tap.

REX ROGERIVS.

Errores a * eorum, qui villanos quoſlibet ſine licentia dominorum ad ordinem clericalem accedere Regia constitutione dicunt eſſe prohibitum, interpretatione beneuola corrigentes: Decernimus eos tantum villanos prædicta conſtitutione intelligimus fore prohibitos clericari, qui perſonaliter intuitu perſonę ſuæ, ſcilicet ſeruire tenentur, ſicut ſunt aſcriptitij, & ſerui glebæ, & huiuſmodi alij: Qui verò reſpectu tenimenti, vel

*ADDITIO. *Vide Aſſli. in deci 321. & Capyc. deciſ. 10 & 31.*

ANDRAEAS DE ISERNIA.

Errores eorum. Hæc conſtitutio parum valet, quia ordinati contra prohibitionem illius conſtitutionis iure Canonico non reuocantur, vt dictum eſt ſuprà proximè ¶ Clericus non poteſt feudum habere, quia nõ poteſt ſeruire Domino

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Hanc conſtitutionem, cuius materia ſterilis eſt, impinguauit Petrus Foller Ideoq; breuiter pertranſeo: vnum tamen animaduerto ad quæſt. hic tactam per gloſ. de qua etiam ipſe Foller. num. 8. An feudatarius † poſſit renuntiare feudũ 1
inuito domino, in qua gloſ. & Andr. Iſer. in cap. 1. de capit. qui curi. vendid. diſtinctione quadam vſi ſunt communiter recepta

a In eorum manibus. Hoc verbum ſonat aliàs, quòd non poſſet quis ſolus per ſe feudo ſinè domini voluntate re- renuntiare, vt notatur in glo. ordinaria. ff. de origine iur. l. 2. & §. cũ placuiſſet. & de offic. præſid. l. legatus.

aliculus beneficij ſeruire debent, ſi voluerint ad ordinem clericatus accedere, liceat eis ſinè voluntate etiam dominorum, *b* prius tamen * his, quæ tenent à dominis ſuis, *a* in eorum manibns reſignatis.

AN-

ANDRAEAS DE ISERNIA, ET ALII.

no in prælio, propter quod datur feudum: immo factus clericus perdit feudum, quod ante habuit, in titu. ſi de feudo fuerit controuer. qui clericus. ¶ Sed renuntiare feudum non poterit vaſſallus domino. Nec dominus poteſt ab eo feudum auferre ſinè cauſa, vel culpa, dictum eſt plenè in titu. de Capit. qui cur. vend. in fine.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

recepta; quòd quando feudum datur indeterminatè non expreſſo ſeruitio, tunc liberè poteſt cedere, & renuntiare: ſin autem ad certum ſeruitium (quia tunc vtriuſq; gratia videtur datum) non poteſt ſe ab obligatione liberare. Qua diſtinctione inſpecta tradit Foller. hic in Regno iſto non eſſe neceſſarium conſenſum domini, ſed eo contradicente feudũ renun-
2 tiare poſſe, quia (inquit ipſe) *apud nos † homagia non ſunt perſonalia, ſed realia, nec præſtantur ſimpliciter tantùm ratione perſonæ, ſed ratione feudi conceſſi*, & ſic liberè poteſt vaſſallus, renuntiare feudũ, & liberare ſe ab omni iugo homagii: Sed parcat mihi vir doctiſſimus, quia fortaſſe immemor fuit in Re-
3 gno † pro feudo præſtari ſeruitium perſonale, tenetur enim ſeruire cum tribus equis, & armis tribus menſibus, vt per Andr. in cap. 1. §. ſimiliter poſt num. 14. verſ. in Regno Siciliæ. de capit. qui cur. vendidit, & diximus in rubr. de conſt. prin. c. 4. nu. 62. vbi diximus non poſſe cogi dominum ad recipiendum reale ſeruitium nu. 69. quemadmodũ nec vaſſallus, ſi vult perſonaliter ſeruire, niſi qñ non eſſet ſtrenuus. & dñs magis ſtrenuum inueniret ibi nu. 68. & in ſpetie decidit hoc Ant. Capye. in c. Imperialem. §. callidis. verſ. ſecunda concluſiõ de prohib. feud. alien. per Federic. & Lipar. ad Andr. & licèt videatur, quod hodie præſtetur in pecunia ſeruitium incluſum in donatiuo, quod ſingulis duobus annis fit à Regno, id tamen fit de conſenſu, & domini, & vaſſallorum, & non per hoc tollitur, ꝙ ab initio fuit conuentum Lipar. in d. c. 1. de capit. qui cur. vendid. ad num. 24. qui etiam poſt Capye. tradidit poſſe vaſſallum inuitum ad Regnum reuocari, ſi inde recedat abſq; domini licentia. Ex quibus correcta opinione Fol-
4 ler. habemus veram concluſionem non poſſe † feudatarium
5 in Regno renuntiare feudum, non tamen ex hoc ſequitur, † quòd non poſſit clericus effici, cum altiori, & illuſtriori militiæ ſe dedicet, cùm ex milite mundi efficiatur miles Dei, licèt non poſſit retinere feudum cap. 1. § qui clericus ſi de feudo fuerit controu. & in cap. 1. de milite vaxallo, & latè diximus in authen. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccleſ. in verſ. ſua. cap. 14. ſicut in epiſcopo, & aliis prælatis Summo Pontifici ſubiectis, qui abſq; licentia ipſius ad religionem tranſire non poſſunt, & ſi tranſierint, reuocantur, vt oſtendimus in commentariis dictæ auth. ingreſſi cap. 10.

Quod autem diximus non licere vaxallo domino reluctante feudũ renuntiare: limita † non procedere, vbi feudum ma- 6
ximè ruſticum efficeretur ſterile, tunc enim domino inuito renuntiare poſſet, ac alibi incolatum transferre Lucas de Penna in l. 2. num. 14. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. ibiq; ſubdit in Regno per cap. Papæ Honorii, quod incipit ad nouas communantias, aſcriptitios, ac ſimilis conditionis homines non poſſe terras deſerere, nec ad ſeruitia perſonalia obligari; ratione tamen † rei dimiſſæ poſſunt ipſius terræ deſerere inco- 7
latum, & alibi ſe transferre, quibus in caſibus cum à cultus nexu liberentur, licebit eis clericalem aſſumere habitum ratione prohibitionis ceſſante l. adigere §. quamuis. ff. de iure patronat.

Quid autem † ſi ſubfeudatarius vellet immediato domino 8
feudum renuntiare, an requiratur Regis aſſenſus; dicas poſſe, ſi feudum ſit planum, & de tabula; ſi autem in feudo quaternato, ſecundum quid verſamur, non licebit ei abſq; Regis aſſenſu renuntiare, cum in huiuſmodi feudi alienatione vtriuſq; aſſenſus requiratur; iuxta notata in conſt. poſt mortem, & poſt Andr. in d. capit. Imperialem. tradit Capye. in d. § callidis col. 4. verſ. ſecunda concluſio in fine.

Cle-

a CLerici quoque. Prohibet clericos à Baiulationis officio. concor. C. de teſt. l. hac conſultiſſima. & prohibet iudices fortè illa ratione, qua quis meritò ſacerdotes appellat, vt ff. de iuſt. & iu. l. 1. Item dicit, quòd in Calendis Septembris debent vendi, & concedi Baiulationes: ſed iure noſtro in Calendis Ianuarii. & tunc ille dies erit feriatus, vt ff. de feriis. l. pridie.

Clerici prohibentur eſſe baiuli, vel eorum officiales, aut iudices, ſub pœna hic ſtatuta. Baiulationes à Kalendis Septembris incipiant. b. A. Tap.

FREDER. IMPER.

10 CLerici *a* quoque, quos à forenſibus negociis τ ipſe ordo clericalis excludit, ad adminiſtrationes Baiulorum; vel ipſorum officia nullatenus admittantur.

Quod etiam ad iudices extendentes, ipſos à Baiulationibus, & Baiulorum cõſortiis priuatis, & publicis remouemus: Eoſdem etiam τ publicatione bonorum ſuorum, ſi contrafecerint, condemnantes, & Baiulationes omnes vbique per Regnum a Calend. Septemb. inchoari præcipimus, ſiue in extaleum, ſiue ad credentiam collocentur.

CA-

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 HAnc conſtitutionem in verſ. *quod etiam ad iudices extendentes*, aliter gloſa, † aliter verò Afflict. & Foller. hic intelligunt: Nam gloſa dicit iudices baiulos eſſe non poſſe, Afflict. & Foller. clericos baiulorum iudices eſſe non poſſe affirmant, quorum ſententia iuxta prædictam literam probabilior eſt, cum ex continuatione materiæ in ſuperiori parte de adminiſtratione baiulorum, atq; officiorum ad ipſos ſpectantium eſſet dictum, potuiſſet enim dubitari, an ſaltim iudicatus officium apud baiulos exercere licuiſſet, & propterea ſequitur deciſio, vt neq. iudices eſſe poſſint, idque deſumitur etiam ex relatiuo † quod, cuius natura eſt rem ante dictam deſigna- 2
re. l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. nec non ex verbo ipſos, quod licèt ad verbum iudices referri poſſit, iuxta intellectum gloſæ; attamen potiùs adaptatur ad clericos. Comprobatur etiam ex diuerſitate caſus; nam primo ab adminiſtratione baiulatus, ſecundo ab ipſorum officiis, tertio ab ipſa baiulatione:

Digitized by Google

tione: quarto à conſortiis ipſorum baiulorum, tum publicis, tum priuatis excludit.

3 T *Ipſe ordo clericalis.* Ex his † verbis habetur conſtitutionem iſtam iuris Canonici diſpoſitioni conformem ſe reddere, vt ex tit. ne cler vel monac. præſertim ex cap. 2. & 5. illius tituli, ad quod etiam facit l. non diſtinguemus §. ſacerdotio. ff. de arbitris, cum l. placet. C. de epiſcop. & cler. & auth. de ſanctiſſ. epiſcop. §. alium, cuius rei ea eſt ratio, ne propter hoc ab altaris obſequio, cui ſunt dicati, abſtrahantur, vt in cap. Cyprianus, & cap. hi qui 11. q. 3. Cum hac diſpoſitione concordat lex Hiſpaniæ quæ eſt. 48 tit. 6 par. 1. in verb. *ſer juezes dellos*, & lex 12. tit. 3. lib. 1. ordin. ibi *no ſea Alcalde*, & l. 4. tit. 15. lib. 2. eiuſdem libri ordin. & l. 10. tit. 3. lib. 1. nouæ recollectionis, ad quod etiam facit litera cap. Regis Caroli Secundi, quod hanc conſtitutionem ſequitur, per quod cap. apertius à quibuſcumq; officiis ſecularibus clerici repelluntur, cuius meminit Vinc. de Franchis deciſ. 479 vbi pœnituiſſe (ait) illũ illuſtriſſimum, & excellentiſſimum Regni huius moderatorē electionis factæ in perſonā cuiuſdam equitis Neapolitani, quē putabat eſſe laicum, qui tanquàm clericus fuit poſtea remiſſus;
4 quod ampliatur † ex eadem deciſ. ad officia deputationum huius ciuitatis, licèt non habeant iuriſdictionem annexam, ſed tantùm exercitium rerum ad ciuitatem pertinentiũ, quòd præcepit illuſtriſſ. Cardin. Granuelanus Regni Locumtenens, reſpectu cuiuſdā militis Hieroſolymitani deputati, qui pragmaticam promulgauit quæ eſt in pragmaticis ſub tit de eccleſiaſticis perſonis, & nos poſuimus infra hoc titulo. Cuius equidem rei, alia politica aſsignari poteſt ratio † cum etenim cle-
5 rici, nec etiam volentes iuriſdictionem ſecularem prorogare poſsint, vt in cap. ſi iudex laicus. de ſent. excommunic. in 6. ſi ipſi in officio delinquerent non poſſent à iudicibus ſecularibus puniri, ex quo magnum oriretur abſurdum; cùm aduerſus leges tam communes, quàm Regni alibi, quàm in loco officij Sindicatui parere deberent, & ſic extra proprium domicilium tenerentur ſubditi iuſtitiam quærere, ex quo non paruum rectæ adminiſtrationi iuſtitiæ detrimentum ſequeretur, quod in dies iudicantes experimur in aliquibus militibus Hieroſolymitanis officia exercentibus.

Pro quo eſt communis Canoniſtarum concluſio in d. cap. 2. ne cler. vel monac. vbi intelligentes verbum illius tex. ibi (*indignum eſt, & ab eccleſia ſubueniri*) tradunt id fore intelligendum de pecuniaria ſubuentione, non autem quod à ſeculari iudice poſsit cognoſci, niſi trina monitio præceſſerit, aduerſus quam ſententiam rectiùs veritatem intuendo pluribus rationibus affirmare poſſem, germanum illius tex. intellectum eſſe, vt clerici † ſecularia exercentes officia poſt illius 6
decretalis publicationem clericali priuentur priuilegio, & à iudicibus laicis cognoſcantur: cum ea tamen communi ſententia pro nunc tranſeamus firma remanente huius tex. concluſione, quod clerici officia exercere non valeant.

Amplia prædictam concluſionem huius conſtitutionis, vt
† nec etiam poſsit eſſe tabellio, vt in cap. ſicut. ne cler. vel 7
monach. & poſt Specul. & Bart. tenet Iaſon in l. 1. §. huius autem ſtudij. num 8. ff de iuſt. & iur. qui plurib. modis hanc concluſionem ibi limitat, ſequitur Rebuff. ad conſt. Franciæ tit. de literis obligat. gloſ. vnica art. 65. num 42. verſ. prohibitum eſt etiam, Didac. Perez in l. 12. ordinat. tit. 3. lib. 1. qui ampliat ad clericos minores habentes eccleſiaſtica beneficia, poſt Io. Bernardum Diez in regula 657. ſacerdos.

An autem notarius Apoſtolicus † poſsit facere teſtamen- 8
tum, vel inſtrumentum, & alia quæ fiunt per notarios? negatiuè concludit iuxta praxim illius Regni. Rebuff. loco citato num. 39. licèt eſſe contra ius affirmet num. 44.

Quid autem ſi inſtrumentum eſſet factum à clerico, an per
hoc ſit nullum? in quo articulo concludit Io. Bernard. Diez d. 9
reg. 657. & eius add. qui plures allegat: quod tamen fallit in teſtamento condito ad pias cauſas, vt tradit Burg. de pace ad l. 3. Tauri prima part. concluſ. 4 num. 766. licèt ipſe contrarium aſſirmet.

Item & tertio amplia, vt neque poſsit eſſe aduocatus, aut
procurator; de quo dicemus infra ad conſtitutionem aduoca- 10
tos §. deniq; clericos. fallit tamen, vt poſsit eſſe conſiliarius principis ſecularis, licèt non debeat eſſe officialis iuſtitiæ exercendæ, vt dicit Abb in cap. clericis num. 10 d. tit. ne cler.
vel monach. ego tamen vidi † Franciſcum Aluarez à Ribera 11
virum ſanctitate, ac doctrina inſignem dominum meum, officium Regentis Regiam Cancellariam exercuiſſe, cum diſpenſatione tamen Summi Pontificis, vt iudicare poſſet in cauſis criminalibus, & nunc apud Inuictiſsimum Philippum Tertium à Philippo illo Regum Maximo euectum in ſupremum Italiæ Conſilium ſumma cum laude longeuam ætatem, & officium etiam Regentis exercere, cuius probitatem Sum Pont. Sixti V. Innocen. IX. & Clemens VIII. collaudarunt beneficiis, penſionibus, & Canonicatu Salmanticenſi decorantes.

T *Publicatione bonorum.* In hac parte conſtitutio iſta ſubſtineri non poteſt, cum ſit pœnam clericis imponere; ideoque corrigenda: ſed puniendi eſſent tanquam inobedientes regiis ſanctionibus, & ad intereſſe partium condemnandi, qui clericos eligerent ad officia. Car. Tap.

ET *cum nihil habeant commune clerici.* Hodie non ſeruatur.

* ADDITIO. Et cum nihil habeant. *Vide Didac. Couar. c. 33. ſuarum pract. qq. nu 6.*

Non eligantur officiales clerici, vel exteri à regno, vide conſtit. clerici, & Parid. de ſindic. in c. clericus, car. 38. De Bot.

Ibi, *vltioni.* Vide de hac materia auth. ſtatuimus. C. de epiſcop. & cler.

Ibi, *laicus etiam.* No. laicum qui non eſt de regno, & in regno non poſſidet ſtabilia, non debere præponi in offic. ſeu aliquo alio exercitio. ¶ No. etiam hic, quod Comes, vel Baro, vel alius officialis non debet committere officium aliquod clerico, vel extraneis perſonis, non habentibus aliquid in regno iſto, ad exercendum miniſteria hominũ huius regni, ſub pœna an. vnc. Barth. de Cap.

Clerici, exteriq; officia, ac iuriſdictiones in regno non exerceant pœna addicta baronibus talia eis committentibus. h. d. Tap.

CAROL. II. Cap. 159.

ET cum nihil habeant * commune clerici cum publicis actibus, qui ſi fortè laicum afflixerint, damnum ei, vel iniuriam inferendo prærogatiua fori gaudentes eccleſiaſtici iudicis tantùm non alterius, etiam ſi vellent, ſubiaceant vltioni. Exteri quoque, quos coercere non poſſumus, iniurias, & damna noſtris ſubditis inferunt in regno frequenter impunè, dum regni limites tranſeũtes arctari per nos nequeunt ſtare iuri: Statuendo decernimus, per Curiam noſtram Comites, Barones, ac quoſcunque alios cuiuſcunque gradus clericum, qui foro noſtro, & iudicio nõ ſubeſſet: Laicum etiam, qui cum non ſit noſter vaſſallus, nec à curia nr̃a in regno, vel alibi ſtabilia deſignata bona tenēs, præponi officio non debere, ſeu iuriſdictioni, aut exercitio cuilibet, per quod poſſet pro noſtra curia Comitibus, Baronibus, & præficientibus eum in homines regni aliquod miniſterium exercere, pœna vnciarum auri xx. præponentibus contra præſens edictum vice qualibet imminente, quam pro noſtra curia volumus ab eis irremiſſibiliter extorqueri. Reſeruamus tamen noſtro arbitrio, vt pœnam ipſam poſſimus addere, & diminuere, perſonarum præponentium qualitate penſata.

PRAG-

PRAGMATICA VNICA.
De eccleſiaſticis perſonis.

PHILIPPVS II.

Perſona eccleſiaſtica, & exempta à Regia iuriſdictione non poſſunt promoueri ad adminiſtranda qualibet officia in Regno. hoc d.

PEr legge, tanto diuina, quanto humana, ſi è prouiſto, & ordinato, che ciaſcuno ſia obligato

to di ſua adminiſtratione, & anco che ſia punito, & caſtigato di tutti errori, & ecceſſi che nelle amminiſtrationi ad eſſi commeſſe, ſi faceſſero. dal che naſce, che è peſo delli Principi, & di quelli, che in loro luogo gouernano, di mirare, & auertire, che non ſolo le perſone, che a tali amminiſtrationi ſi propongono, ſiano habili, ſufficienti, & di confidentia, ma anco che per gli effetti predetti ſiano ſottopoſti al debito della giuſtitia, & alla loro giuridittione. Et conſiderando, che commettendoſi officio di amminiſtratione di giuſtitia, ouero di amminiſtratione di coſe publiche temporali non ſpettanti all'eccleſie, a perſone eccleſiaſtice, ò religioſe, non ſoggette alla giuridittione di miniſtri, & officiali laici, reſultaria, che non potriano eſſere coſtretti a dar conto, & ragione delle coſe predette auanti alli Regij officiali & miniſtri, ne tampoco da eſſi eſſerno caſtigati, & puniti delli ecceſſi, & delitti, che forſe cõmetteſſero, & è molto inconueniente, in diſſeruitio di Dio, & di Sua Maeſtà, dello ben publico, & della buona amminiſtratione della giuſtitia, che ſimili perſone ſe intromettano come laici in coſe laiche, & profane, & che alle volte à quelle anelano, & aſpirano, & poi nel dare conto, & ragione di ſe ſteſſi, vogliano adualerſi del Priuilegio del foro del quale pretendono douerſi tenere conto, & ragione: Per tanto, volendo obuiare a tanto inconueniente, conformandone ancora con altri ordini; & diſpoſitioni fatte nel preſente Regno in virtù del preſente Bando omni tempore valituro, con voto, & parere del Regio Collaterale Conſeglio appreſſo di noi aſſiſtente, ordiniamo, & comandiamo, che da quà auante non ſi poſſa amminiſtrare nel preſente Regno officio di giuſtitia, tanto in terre demaniali, quanto in terre di Baroni, per perſone eccleſiaſtice, religioſe, & non ſoggette alla Regia giuridittione, etiam ſi foſſero Caualieri dell'habito di San Giouanni Hieroſolimitano, & ſimilmente ordiniamo, & comandiamo, che tanto queſta Magnifica, & fideliſſima Città di Napoli, quanto tutte le altre Città, Terre, & luoghi demaniali, & di Baroni di queſto predetto Regno, in coſe temporali, non dependenti da coſe eccleſiaſtice, non poſſano, ne debbiano eligere, nominare, ò deputare nelle coſe concernenti l'amminiſtratione del publico di eſſe Città, Terre, luoghi, & piazze, perſona alcuna della qualità, vt ſupra contenta, & eſpreſſa, acciò vedendo le perſone eligende, che ſono obligate a dar conto di loro, & ſottopoſte al caſtigo Regio per li falli loro, ſtiano con quella auertenza, che ſi conuiene, & a far quello che ſi deue in beneficio del publico di eſſe Città, Terre, luoghi, & piazze. Ordinando ancora a tutti li Baroni del Regno, che per quanto ad eſſi ſpetta, non debbiano fare elettione di ſimili perſone nell'amminiſtratione della giuſtitia, nelle loro Città, Terre, Caſtelle, & Caſali, ſotto pena di ducati dieci milia, da eſigerſi dalli contrauenienti, oltre altra pena, etiam corporale, a noſtro arbitrio reſeruata, & ſecondo la qualità del caſo, & della perſona, & oltra l'annullatione, & inualidatione di tutte le coſe, le quali contra la forma del preſente noſtro Bando ſi faceſſero. Ordinando, & comandando a tutti, & ſingoli Officiali, & Tribunali, che debbiano procedere alla eſſecutione delle pene, vt ſupra declarate contra li contrauenienti irremiſſibilmente ſenza eccettione di perſona alcuna.

Datum Neap. die vigeſima octaua Iunij. 1571.
Antonius Cardinalis de Granuela.
Vidit Reuerterius Regens.
Vidit Salernitanus Regens.
Lobera pro Secretario. In Bandorum primo.

Deniq;

a Deenique clericos. Vt putà ſacerdotes, vt in Lombar. de aduoca. & vicedominis. l. vt epiſcopi.
b *Clericos.* In ſacro ordine conſtitutos, & ẽt in minoribus, ſi de bonis eccleſiæ viuant, prohibentur corã iudice ſecnlari poſtulare, niſi in cauſa propria, vel eccleſiæ, ſeu miſerabilis perſonæ, vt extra de poſtula. c. vno. Poſtulare eſt deſideriũ ſuum, vel amici ſui in iure apud eum, qui iuriſdictioni præeſt, exponere, vel alterius deſiderio cõtradicere, vt ff. de poſt l. § 2. *Clericos.* concor. C. de epiſc. & cler. placet. & in Authen. de ſanc. epiſc. § alium.

Clerici aduocati eſſe non poſſunt. niſi in cauſis hic expreſſis, & ipſos admittentes contra formam conſtit. puniuntur. h. d. T. ſp.

IMPERAT. FREDERIC.
Ex Conſt. Aduocatos.

§ Deniq; a clericos b in ſecularib. cauſis, & iudicijs omnibus præſtare patrocinia prohibemus: præterquam in cauſis ſuis propriis, conſanguineorum, vel affinium. Item in cauſis c eccleſiarum, ac d miſerabilium perſonarũ: ita, vt tunc etiam ſine pretio valeant poſtulare. Si quis autem

c *Eccleſiarum.* Vt arg. ff. de excuſ. tut l. adminiſtrantes. in fin.
d *Miſerabilium.* Laudabile enim eſt iuuare indigentes, & pro pauperibus poſtulare, vt in Auth. de defen. ci in fi.
ADDITIO *Adde Doct. in cap. ſignificantib. de offi. del.* Sup. *Admi-*

ANDRAEAS DE ISERNIA.

1 NO. clericum poſſe poſtulare pro ſe, & certis perſonis, videlicet conſanguineorum, affinium, & miſerabilium perſonarum. & in cauſis eccleſiæ, & eccleſiaſticarum perſonarum: & ſic ſunt de tertio numero poſtulantium. ff. de poſtulando l. prima. forte iotelligitur ſecundum canooes, neceſſitate inſtaote: quia poſſet cooiuncta perſona habere æque idoneum, extra de poſtulat. prælat. cap 2. & ſic diſtinguetur per ius canonicum, ſicut anth. offeratur. C. de lit. conteſt. per l. ſcien-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 CVm hoc §. concordat † tex. in cap. 1. 2. & 3. extra de poſtul. concordant etiam leges Hiſpaniæ 48. tit. 6. partita 1. vbi Montal. & Gregor. Lopez l. 2. fori tit. 9. de los Bozeros. lib. 1. ibiq; Montal. l. 12. tit. 3. lib. 1. ordin. in verb. Abogados l. 12. tit. 15. lib. 2. ordin. l. 6. tit. 19. eiuſd. lib. 2. & ibi Didac. Perez, & l. 15. tit. 16. de los Abogados lib. 2. nouæ re-

noſtrorum fidelium ad aduocandum ipſum a admiſerit, præſenti noſtra conſtitutione contempta, libram vnam auri ſacro ærario noſtro ſe illaturum agnoſcat:. Aduocato nihilominus, qui illicitum patrocinium recipere præſumpſerit, eadem pœna mulctando.

a *Admiſerit*. No. non eſt aduocato concedenda licentia, niſi ei, qui in legib. per tempora ſtatuta ſtuduerit, vt C. de aduo. di iu. l. iubemus. §. nec de cætero. quæ ſunt quinquennij, vt in proœ. ffòrum. §. ſed quia ſolitũ. in ver. quib. ſi bene, &c. quia infames remouentur à poſtulando. ff. de poſtul. l. 1. ſed procuratoris officium eſt viliſſimum, & infamiſſimũ. C. de decu. l. ſi quis decurio. & arg. Inſti. de exceptio. §. fin. Et infames remouentur ab honoribus C. de digo l. prima. Iure ciuili clericus non poſtulat, nec procurator eſſe poteſt, ſed prohibetur; niſi in cauſa ſua, vel collegij. C de procurat. l. militem: de epiſcop. & cleric. placet. & in Authent. de ſan. epiſ. §. illud.

A N-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

ſciendũ. ff. qui ſatiſd. cog. & ſic conſt. hæc non diſtinguit, ſed diſtinguit alia lex, ſ. Cano. ff. de teſtib. l. quæſitũ. nã ſemper eũ clericus agit, vel eſt in curia ſeculari, ſeruantur in eo iura canonica. C. de epiſ. & cle. authen. clericus Sed illa intelligitur, quando ageret cauſam propriam: cum verò pro alio poſtular, agit cauſam alienam: & ſic videtur ſeruari hæc conſti. inducta in fauorem pro coniunctis perſonis, quæ non debet reſtringi ff. de lib. & poſth. l. cum quidam. Indiſtinctè loquitur, indiſtinctè intelligitur. ff. de aleator. l. 1. cum alijs concord. ¶ An autem clericus pro coniunctis perſonis poſſit eſſe procurator in foro ſeculari? Satis videtur quòd ſic, vt quod ſtatuitur in vno, ſtatuatur in alio eius ſimili. ff. mand. l. ſi. de condi. ob cau l. ſi extraneus. C. de conſtit. pecu. l. ſi.

ADDITIO. *Adde, quòd ſic in iudicio eccleſiaſtico, ſecundum Abb. in cap. per venerabilem, in 1. not. qui fil. ſint leg. Abb. in cap. cum eſſet, in 2. no de ſimo. Abb. in cap. in noſtra de procur. Archid. in cap. peruenit. 86. diſtin. Ludo Rom. ſingul. 282. incip. in ſai. Card. Zabar. in cap. ſacerdotibus, in 2. notab. ne cleri. vel monachi. Pro ſecularibus dic quòd non, vt in cap. clerici, & in cap cum ſacerdot. de poſtu. Limita primo dicta iura in cauſa ſui affinis, vel amici, intellige de affine, & amico, dummodo alibi aduocatum habere non poſſet, vt no. doct. in c fin. de poſtu. Secundo limita, ſi clericus non haberet beneficium à quo poſſet ſe ſuſtentare, nec epiſcopus ei prouideret, dummodo non aduocet in cauſis criminalibus, vt voluit Abb. in c. 1. de poſtu. in 3. limita. niſi eſſet Abbas, qui mandaret vni monacho, quòd aduocaret pro vno monacho monaſterij, quia tunc ille monachus poteſt, vt per Innocen. in c. cum I. & A. de re iudi. quem ſequitur Abb. in cap. ex parte. de poſtu. quarto, & vltimò. in miſerabilibus perſonis ſecundum Doct. in c. fi. de poſtul.*

Et ſi poterit poſtulare quod eſt maius, poterit etiam procurare, quod eſt minus, per ea, quæ dicta ſunt ſupra in l. prox. ff. de reg. iur. l. non debet. & è contra, cui denegatur minus, denegatur & maius. ff. de ſer. expor. l. cui pacto. Item largo ſumpto vocabulo procurator, aduocatus dicitur, niſi in caſu. ff. de var. extraord. co. l. 1 §. aduocatos. & dicitur in gl ff. de iu. ſi l. 3. § diuus Hadr. in fi. magnæ gl. & ff. mand. l ſi ſalarium. in fin. gl. & ſic erit procurator etiam in non neceſſitate, quia vſus proc. &c. ff. de proc. l. 1. §. vſus. ar. contra, quia poſtulare eſt honor, quod patet, quia infames remouentur à poſtulando. ff. de poſtu. l 1.

ADDITIO. *Adde Ang in l. 5. in §. ſecundo loco. ff. de poſtul. Et per Io. de Platea in l. infames. in vlt. col. verſ. Item adde C. de infami.*

Sed procuratoris officium eſt viliſſimum C lib. 10 de decu. l. ſi quis procur. & argu. Inſti. de exce. in fin. infames autem remouentur ab honoribus. C. de dig. l. 2. lib. 11. Iure Romano clericus nec procurator, nec aduocatus eſſe poteſt, etiam pro patre: niſi in cã ſuæ eccleſiæ, vel ſui collegij. C. de procu. l. militẽ. de epiſ. & cler. l. placet in authen. de ſan. epiſ. §. alium.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

collectio. l. 10. tit. 3. de los perlados lib. 5. nouæ recollectio-
2 nis, & in d. l. † Alphonſ. de Azeued. accuratiſſimus commentator ipſarum: Sunt quoq; huius §. verba inſerta in prag. 21 in §. fin. de offic. S.C. & tandem fuit diſpoſitio iſta renouata per quandam literam Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Comitis de Oliuares, olim huius regni Proregis meritiſſimi, quæ ſubſequetur. Huius deciſionis quatuor rationes tradit Card. à Turrecrem in cap. quod autem 21. q. 3.
3 Amplia idem † eſſe in monacho, qui etiam ſtante paupertate monaſterij aduocare non poteſt, quamuis multa lucrari poſſet in aduocationis exercitio vt poſt Fel. in cap cum I, & A. num. 12. de re iudica. tradit Gregor. Lopez in l. 3. verſ. que monje tit. 6. par. 3.
4 Amplia ſecundo, vt nec etiam poſſint † domi conſulere, vel in ſcriptis allegationes dare, ex ea ratione, ne à diuinis of-
5 ficiis abſtrahantur. concludit † Scipio Rouit vir optimus cauſarum patronus eruditiſſimus ad prag. 21 de offic. S. C. num. 2. quod tamen intelligendum erit, quando in omnibus cauſis, quæ ſibi conſulendæ deferrerentur conſulere vellet, ſecus verò in paucis à ceſſante ratione abſtractionis diuini obſequij, eſſet enim potiùs occaſionem otij tollere, quàm impedimẽtum præbere, vt idem num. 3. poſt Innoc. animaduertit: & ad id, quod dicit poſſe in vna tantùm cauſa aduocare, & con-
6 ſulere pro amico, & affine, non eſt † admittendum id verbũ aduocare pro amico, cùm nõ ſit de caſibus in iure expræſſis, præter quos patrocinium præſtare clerico non licet, vt conſiderat Azeued. ad d. l. 15. tit. 16. & contrariũ tenet grauiſſimus author Montal ad d. l. 48. quod ſcilicet pro amico aduocare non poſſit, vnde intelligendum erit illud verbum aduocare pro affine, & aliud, quod ſequitur conſulere pro amico.

Am-

Amplia tertio, vt nec † etiam poſſint eſſe procuratores c. 7
2. nec cler. vel monac. quod tamen limitatur primo non procedere coram iudice eccleſiaſtico, coram quo etiam pro laico admittitur poſt Hoſtien. & Io. Andr. tradit Abb. d. cap. 2. num. 2. ne cleric. vel monac. Archid. in cap. peruenit in princ 86. diſt. & Felin. in cap. cum I, & A, poſt num. 12. de ſent. & re iudic. Secundo limitatur in cauſis eccleſiarum coram laico d. cap. 2. in princip. à contrario ſenſu, & ibi Abb. poſt alios, & Archid. loco præcitato. Tertio limitatur, vbi generaliter procurationem exercere vellet, ſecus ſi in vnica cauſa tantùm, Innoc. in cap. vnico in fin. de obligat. ad ratiocinia: & cum eo eſt communis opinio, vt ex relatis per Roman ſing 277. & per addentes ibi conſtat: cuius tamen contrarium voluit Abb. in d. cap. 2. num. 2. & firmat Felin. in d c cum I, & A, poſt num 12. verſ. conſidera duo. de ſent. & re iud. quod verius de iure eſſe videtur per ea, quæ ſupra dixi in 2 ampliatione, in fine. Hæc tamen regula † fallit in
pluribus cauſis hic expræſſis; & primo in cauſis propriis; nam 8
prohibitus aduocare, non eſt prohibitus cauſam propriam defendere, quod ex l. 2 3. & 4. tit. 6. par 3. deducit Azeued. in d.
l. 15. tit. 16. nu. 4. Secundo limitatur in cauſis conſanguineo- 9
rum, † vel affinium, cui limitationi concordant iura ſuperius allegata Hiſpanorum. Hæc tamen limitatio intelligenda eſt neceſſitate inſtante ſecundum Andream hic, & Montal. in d. l. 2. fori ſecũdo intelligenda eſt de coniunctione carnali, non autẽ ſpirituali, vt voluit poſt Ant. de Butr. in cap. ex parte decani, & cap. nõnullis de reſcript. Montalu. in l. 48. verſ itẽ not. Tertio in cauſa eccleſiarum, vt hic, & locis citatis; Sed an poſſit contra eccleſiam ſuam aduocare, reſponde negatiuè; quia eſſet ingratus, vt annotauit Montalu. ad d. l. 48. ex c. fin.

extra

Digitized by Google

11 extra de poſtul. Quid autem ſi eſſet † beneficiatus duarum
eccleſiarum, & vna contra aliam litigaret, an poſſit patroci-
nium ſuum alteri exhibere, dicit quod non Azeued. ad d. l. 15.
tit. 16. in fin. ex alleg. cap. fin. cuius opinio, licèt mihi placeat,
non tamen probatur in d. cap. quia non eſſet contra ſuam ec-
cleſiam aduocare, qui pro alia etiam ſua patrocinium præſta-
ret, ceſſat enim ratio ingratitudinis cum alteri eratam rem fa-
ciat; ſed ea potiùs ratione, quia cùm ſub eius adminiſtratione
vtraq; ſit, neutri debet eſſe contrarius. Quarta limitatio hic
12 traditur in cauſis miſerabilium † perſonarum, quia cum omni
penitus ſint deſtitutæ auxilio, non debet eis denegari, quod
13 gratuitò aliquis vult impartiri. Item & 5. limitatur † non
procedere in cauſa minoris, cuius eſt tutor, vt dixit Azeued.
d. l. 15 tit. 16. num 4. qui etiam limitat, & erit ſexta limitatio
14 in eo, † qui eſſet deputatus pro ſeruitijs maiorum prælatorũ.
15 Septimo in eo, qui eſſet fiſcalis alicuius † Tribunalis Eccle-
ſiaſtici, vt per eundem Azeued. ibi num. 5. Hæc omnia in-
telligenda ſunt in cauſis ciuilibus, non autem in cauſis crimi-
16 nalibus: nam † efficeretur irregularis ſi mors, vel ſanguinis
effuſio ſequeretur, ſi pro accuſatore, ſecus verò ſi pro reo cau-
ſam defenderet: nam videtur potius charitatis opus exer-
cere; licèt tutius ſit abſtinere, cum poſſet reus accuſatus
propter negligentiam, vel imperitiam aduocati clerici, vel
pro-
propter nimiam diligentiam efficere, vt reus pœna ſanguinis
condemnaretur, quòd poſt Archid. in cap. aliquanto 51. diſt.
Hoſt. in cap. ad audientiam de homicid. Specul. in tit. de ad-
uocato §. 1. verſ. in cauſa autem criminali, Montal. in d. l. 2.
ſ ri, tenet Azeued. ad d. l. 15. tit. 16. nu. 2. Octauo limitatur
niſi de licentia † Summi Pontificis, vt dicit Azeued. in loco
ſæpius citato, & Abb. & Doct. in d. cap. 1. ne cler. vel mo-
nac. Nono, & tandem limitatur procedere † in clerico in ſa- 17
cris ordinibus conſtituto, ſecus in clerico in minoribus, præ-
ter quàm ſi iſte in minoribus eccleſiaſticum beneficium ha- 18
beret, vt habetur in d. c. 1. de poſtul. & ità declarat Alphonſ.
Montal. ad d. l. 48. partitarum, & ad l. 2. fori verb. *ò donde ar-
riba*, Didac. Perez in d. l. 12. verb. ni abogado poſt Archiepiſ.
Florent. & Bernard. Diez in regula 657. vbi additio, & Aze-
ued d. l. 15. tit. 16. verb. *de orden ſacro*, item, & verb. *ò que
ſean ordenados de epiſtola.*
Quod autem dicatur ſeculare † negotium declarat pulchrè
Cardin. à Turrecrem. in cap. 1. 32 q. 3.
Animaduertendum tamen puto, quod ſi fuerit † de facto cle- 19
ricus in iuditio admiſſus, non ex hoc vitiatur proceſſus argu-
mento textus cap. primo circa finem de exceptionibus libro 20
6. & per Abbatem in d. cap. ſecundo num. tertio nè cleric.
vel monac.

Clerici

Ordinatio Comitis de Oliuares.

Clerici pro alijs poſtulare prohibentur, præterquam in cauſis hic deſcriptis. h. d. Tap.

PHILIPPVS III.

ILluſtris, & Magnifici Viri Collateralis Conſiliarij fideles dilectiſſimi. Nella Pragmatica fatta per il Re Ferdinando Primo de fel. mem. che tratta di quello, che deuono fare li auocati nel defendere le cauſe, vi è vn capitolo della coſtitutione lxxxv. dell Imperador Federico del tenor ſeguente vz. Deniq; clericos in ſecularibus cauſis, & iudicijs omninò præſtare patrocinia prohibemus, præterquam in cauſis ſuis propriis, conſanguineorum, vel affinium, item in cauſis eccleſiarũ, ac miſerabilium perſonarum, ita, vt tunc ſinè prætio valeant poſtulare. Si quis autem noſtrorum fidelium ad aduocandum ipſum admiſerit, præſenti noſtra conſtitutione contempta, libram vnã auri Sacro Aerario noſtro ſe illaturum agnoſcat. Aduocato nihilominus, qui illicitum patrocinium recipere præſumpſerit eadem pœna mulctando. Et perche intendemo, che in queſta gran Corte della Vicaria non s'oſſerua il tenor del capitolo predetto, & conuenendo per la buona adminiſtratione della giuſtitia, che quello s'oſſerui, & eſequa inuiolabilmente, ci è parſo farui la preſente, per la quale vi dicemo, & ordinamo, che debbiate oſſeruare, & eſeqnire, & fare oſſeruare, & eſequire ad vnguem quanto per lo capitolo pre detto ſtà ſtabilito, & ordinato, iuxta ſui ſeriem, & tenorem, ſotto la pena in eſſo contenta, & altra à noſtro arbitrio reſeruata, che tale è noſtra volontà, & intentione. Datum Neap. in Regio Palatio. Die vltimo menſis Nouembris 1598.

El Conde d'Oliuares.
V. Goroſtiola R. V. de Ponte R.
V. de Caſtellet R.

Barrionueuo Secretarius.

Pragmatica Comitis de Lemos.

Cauſæ remiſſionum clericorum ſtatim expediantur, Regiam Cancellariam Regentes in viſitatione quæ in ſabato fit ante omnia clericos viſitent. h. d. Tap.

PHILIPPVS. III.

DON Ferdinandus de Caſtro, & Andrada, Comes de Lemos, & de Andrada, Marchio Sarriæ, & Comes Villæ Aluę, & in præſenti Regno prædictæ Regiæ, & Catholicæ Maieſtatis Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis.

Hauendo tenuta informatione, che tanto nella gran corte della Vicaria, quanto nel Sacro Conſiglio, ſogliono trattarſi le remiſſioni delle cauſe de clerici, che in detta gran corte vengono carcerati come a laici, & dopoi pretendono eſſere clerici, & come a tali douernoſi remettere al foro eccleſiaſtico, lequali cauſe, ò per dilatione, che danno l'iſteſſi inquiſiti, conoſcendono tenere mala cauſa, & coſi trattener'il douuto caſtigo delli loro eceſsi, ò pur per varie occupationi delli ſteſſi tribunali ſi vanno dilatando, & non tengono quella preſta eſpeditione, che ſi conuiene. Per tanto con voto, & parere del Regio Conſiglio appreſſo di noi aſsiſtente ci ha parſo ordinare per la preſente Pragmatica omni tempore valitura, che tanto per detto tribunale della gran corte della Vicaria, quanto del S. C. ſubito, che li proceſsi delle cauſe predette de remiſsioni ſaranno compilati, & ridotti ad eſpeditione; ſi debbia da ciaſcuno Commiſſario di quelle procedere alla eſpeditione predetta, s'intenda ciaſcun commiſſario tener giornata, & hora particolare, perche coſi conuiene alla buona, & retta adminiſtratione della giuſtitia. Et perche queſto poſſa tanto più tenere la ſua douuta, & inuiolabile executione, ci è parſo ordinare, come per la preſente Pragmatica ſe ordina alli Magnifici, & Circonſpetti Regenti la Regia Cancellaria, che nelle viſite, che ſi faràno da eſsi in ciaſcuno Sabbato della ſettimana, la prima coſa, che hanno a fare ſia viſitar li clerici, con intendere dalli giudici il ſta-

to

to delle loro cauſe, & quelle, che non ſeranno in eſpeditione dar ordine tale, che quanto prima ſi reducano a fine per poſſerle ſpedire, troncando tutte le dilationi, & quelle, che ſtaranno in eſpeditione ordinare, che ſenza altra dilatione ſi ſpediſcano l'iſteſſo di della viſita in loro preſentia; & perciò s'ordina alli giudici de detta gran corte, che ciaſcheduno vada in detto di appercepito per la eſpeditione predetta: & quando ci ſarà alcuno impedimento, ò mancamento di detti giudici debbiano detti magnifici, & circonſpetti Regenti venir a referirmelo, perche ſi poſſano fare quelle prouiſioni, che il caſo ricercarà, & per le cauſe, che ſaranno per via de appellatione nel S. C. in ſtato di eſpeditione, intenderanno la cauſa, perche non ſono eſpedite; & parimente facciano relatione, acciò ſi proueda a fare la douuta demoſtratione contra li inobedienti, & transgreſſori delli noſtri ordini. Datum Neap. die vltimo menſis Nouembris 1599.

El Conde de Lemos.

V. Goroſtiola R. V. de Ponte R.

V. de Caſtellet R.

Quod Rex procuret cum Sanctiſſimo D. Papa reſidentiā prælatorum, & reſtaurationem eccleſiarum.

REX CATHOLICVS.

Ex Cap. Neap. 30. Ianuarij 1507. Cap. ij.

ITem che voſtra cath. Maeſtà si degni intercedere con la S. di N. S. & per tutte le vie neceſſarie, & opportune prouedere, che li prelati, & rettori delle eccleſie cathedrali, & altre prelature del regno, facciano reſidentia in le ſteſſe eccleſie, & prouedano alla cura, & ſalute delle anime ad eſsi commeſſe. & perche lo clero attenda all'officio clericale, & che detti prelati, & rettori debbiano reparare le eccleſie ſecondo è de giuſtitia, & quando foſſero negligenti in repararle, la Maeſtà voſtra per quello megliore modo, & eſpediente che li parerà ſi degni prouedere, che detta reparatione in ogni modo si faccia. Placet regiæ Ma.

Pro licentia exequendarum literarum apoſtolicarum nihil ſoluatur, & curabit Rex, vt clerus ab onere ſoluendi decimas ſubleuetur.

IMP. CAROL. V. ET IO. MATER.

Ex Cap. Neap. 28. Iulij 1581. Cap. xxvj.

ITem perche lo clero del Regno nelle eſpeditioni delli eſecutoriali, che ſe fanno alle bulle, citationi, ſcomuniche, & alle prouiſioni, che vengono da Roma in cauſe, che vertono tra clerici beneficiati, & laici, & clerici che ſe concedono da ſua Santità ſono molto agrauati circa il pagamento, ſe ſupplica, che li piaccia ordinare, che detto pagamento ſe habbia da moderare, & remetterſi la tolerabile eſpeditione al reuerēdo capellano maggiore de voſtra Maeſt. come altre volte era ſolito. Anchora ſe ſupplica, che le piaccia intercedere con ſua Santità, che per qualche tempo non voglia aggrauare il detto clero con impoſitione de altre decime, atteſo che le eccleſie ſe trouano eſhauſte, per tante che ne hanno pagate da poco tempo in qua, che dapò la aſſuntione ſua nel pontificato, ha pagato vintiotto decime di modo che a molte eccleſie è ſtato neceſſario vendere li argenti pertinenti al culto diuino, & robbe ſtabili per poterne ſupplire, maſsime per eſſerne ſtate impoſte la maggior parte dopò la peſte, guerra, & careſtia che molti anni hanno vexato il detto Regno, & molti clerici hanno abbandonato le eccleſie.

Placet regiis maieſtatibus, vt litteris vbi non executoriales nec brachium ſeculare poſtulatur niſi licentia tantùm, ſufficiat atergo ſcribere exequatur, idq; per vnum ex Regentibus Regiam cancellariam, & per ſecretarium regium ſubſcribatur, vt partium parcatur expenſis, de decimis autem ma. ſuæ dabunt operam, vt non niſi iuſtiſsimis de cauſis imponātur, & clerus quantum fieri poterit huiuſmodi impoſitionibus leuetur.

Iſdem CAP. XXVII. eiuſd. anni

ITem ſe ſupplica che le piaccia ordinare, che quando per legitima cauſa, & vrgente che parerà a ſua Santità, & a voſtra Maieſtà foſſe biſogno per lo aduenire imponere decime, ò altro pagamento a lo clero di detto regno, non ſe habbia da eſequire detta impoſitione ſe primo non ſe conuocano tutti li Prelati, abbati, comendatarij, & capituli di detto Regno con li quali ſe habbia da trattare quello che ſe haueſſe da pagare, acciò inſieme ſe poſſa trouare eſpediente di fare il ſeruitio della ſede Apoſtolica, & de voſtra Maeſt. ſenza eſſerne aggrauati li clerici de altre extorſioni, che ſon ſoliti di fare li ſubcollettori che ſe mandano, li quali vltra le decime che eſigono pigliano le ſpeſe, la prouiſione loro, & altre coſe in grandiſsimo intereſſe dello clero predetto. Regiæ Maieſtates ita in his prouidebunt, vt omnes abuſus è medio tollantur.

Idem CAP. XXVIII. eiuſd. anni.

ITem ſi ſupplica, perche quando ſuccede la morte delli eccleſiaſtici in qualſiuoglia dignità, & facultà, che ſiano li loro parenti ſeculari ſoleno eſſere moleſtati per le ſpoglie dalli commiſſarij apoſtolici non ſolo per quello, che legitimamente forſi ſpettaſſe alla camera apoſtolica, ma ancora per quello, che non li ſpetta, atteſo che molti clerici con le robbe patrimoniali, & delli parenti ſeculari augmentano le coſe loro, che li piaccia ordinare, che non debbiano eſſere aſtretti a dare conto de ſpoglie, ſi non de coloro, che ſaranno ſtati prelati, & con buona intrata eccleſiaſtica, li quali haueranno acquiſtato intuitu eccleſie, & veriſimamente ſe poſſa credere, che oltre il vitto loro li poſſa eſſere auanzato de intrata eccleſiaſtica da conſeruare, accioche li vaſalli de V. M. non ſiano moleſtati indebitamente atteſo che coſi era ſolito in tempo delli Rè della felice mem. de caſa d'Aragona, liquali reſideuano in Napoli, & vedeano. Regiæ Maieſt. de his inſtructæ commiſerunt Viceregi, vt quæ ad commodum, & ſalutem regni ſpectant in his prouideat.

DE

DE EPISCOPALI AVDIENTIA. Rub. iiij.

a *Maieſtati. In curia eccleſiæ.* Hoc ēt eſt per auth. ſtatuimus.

* ADDITIO. *Ad intellectum huius conſti. vide Scrib. in c. regni, vt ſtatuimus, quòd officiales. fol. 116.* De Bot.

b *De perſonis.* Sic in conſti. ſtatuimus.

Iudex ſecularis non debet ſe intromittere in cauſis, quæ ad iudices eccleſiaſticos pertinent, & ideo à cognitione cauſæ adulterij ſe abſtineat, niſi fuerit per violentiam commiſſum h. d. Tapia.

REX ROGERIVS.

Maieſtati a * noſtræ quorundam prælatorũ querimonia patefecit; Quòd eccleſię ſuæ à Iuſtitiarijs, Camerarijs, & Baiulis Regni noſtri priuentur, & minuuntur iure ſuo, videlicèt, de adulterijs, quæ non permittunt iudicari, & corrigi in curia eccleſiæ, ſicut debet, & b de perſonis clericorum, quæ ab eis, vt laici iudicantur, & incarcerantur: quod ſi verum eſt, nobis diſplicet, & graue videtur. Non enim decet, neq; volumus, vt ea quę ab eccleſia iudicari, & coerceri debent, ab

ANDRAEAS DE ISERNIA, ET ALII.

Maieſtati noſtræ. Remittit ad iudiciũ eccleſiæ adulteros, quia eccleſia cognoſcit, & nihilominus iudex ſecularis ſm tenorem illius c tuæ. extra de procuratorib nam de inſultu, & violentia in adulterio commiſſis punit iudex ſecularis, vt in fine. ¶ Item mandat officialibus, vt dent auxilium prælatis in puniendis adulteris: quia poteſtas ſpiritualis indiget auxilio temporali: & è contra. in diſtinctio quoniam & extra de officio iudicis ordin cap. 1.

Maieſtati noſtræ. Quid de concubinis clericorum, an erit iudicium temporale, vel prælati? videtur quòd non temporale: cum enim matrimonium ſit legitima viri, & vxoris coniunctio, Inſtit. de patria poteſtate. in principio. Et vxor ſequitur forum viri. l. cum quædam. ff. de iuriſdictio omu. iudic. & l. Imper. ad municipalem. ſed ſi eſt coniunctio illegitima, eſt ſecus, vt ff. ad municip l. de iure §. fin. quia enim coniunctio clerici, & concubinæ eſt minus legitima, atquè prohibita 74. alias 61. diſtinct. ſicut alterius vxor ratione delicti concubina non efficitur de foro prælati. 7. q. 3. cap. placuit. l. multa. vbi de crimi: agi oport. C. & ſunt expreſſè in iure. 3. q. 1. cap. ſi quis ſacerdos. licet ibi non aperiatur quòd illa coertio, & prohibitio fiat per prælatum, ſed ſanè intelligendo, ſic eſt intelligendum, quia eſt de familia clerici, vt notatur. 30. quæſt. 2. cap. omnes &c. ergo eſt de foro prælati, qui eſt iudex clerici 54. diſtinct. cap. iudicantium, & 22 q 2. cap. eccleſiam. & de epiſc. & cler. l. 1. ¶ Concubina enim clerici efficitur ſeruitrix eccleſiæ, & venditur per eccleſiam. 51. diſtinct. cap. quidam. quod intelligit Ioannes, ſi aliàs erat ancilla, vt notatur in d. c eos. 30. q. 2. Videtur rationabiliter dicendum, quòd iudicium fœminarum, ſeu concubinarum clericorũ pertinet ad eccleſiam, ſeu prælatum per rationes prædictas, maximè per conſtitutionem iſtam in Regno Siciliæ, quæ concordari videtur cum iure canonico, vt extra de officio ordin. cap. 2. Sed derogat tamen iuri Romano, quod ſtatuit iudicem eccleſiaſticum cum ſeculari debere cognoſcere de crimine canonico, quod obijcitur laico, vt in Auth de manda princ. collat 3 hoc autem crimen adulterij eſt. vt notatur in d. cap. 2. de officio ordin. in gloſſa, quæ incipit, canones ¶ Attende, quod idem eſt dicere crimen canonicum, & eccleſiaſticum, vt not. in § at ſi clerici. de manda. Princ. & in Authen. vt cler. apud epiſcop. eadem collat. ſi verò eccleſiaſticum. ergo derogatur per iſtam conſtitutionem iuri Romano: quia de crimine adulterij. de quo cognoſcit ſimul eccleſiaſticus, & ſecularis, vt dictum eſt, cognoſcit tantum eccleſia, per dictam conſtitutionem. Si tamen iudex eccleſiaſticus non ſufficit, tunc itur ad iudicem ſecularem, vt expreſſe dicitur 32. diſtin. nos. & quod ibi notatur, vt ibi deficit poteſtas eccleſiaſtica, ſuppleat ſecularis. 26. q. 5. principes ſeculi, & adminiſtratores. ¶ Non obſt. obiectum, quòd vbi coniunctio eſt legitima, vxor ſequitur forum viri: caſſatur namque hac ratione concubina, ſeu fœmina clerici, ratione huius coniunctionis illicitæ: ſed quia eſt de familia clerici, vt ſupra dictum eſt. Multis enim modis quis ſortitur forum alicuius. ff. de iudic. l. hæres abſens. §. at quiſquis. in glo. quæ incipit, ibi ratio nundinarum. ¶ Vnde tamen in hoc reſtat ſcrupulum matrimoniale, præcipuè æquitati repugnans. quia fęmina, ſeu concubina clerici habet forum eccleſiaſticum, vnde debet habere pœnam ex illicita concubinali coniunctione: ſed videtur inconueniens, vt ff. de act. emp. l. ſenatus. & l. veterani. C. de veteran. lib. 10. Sed dico, quòd hæc concubina habet priuilegium ex perſona capituli, ſeu eccleſiæ, non ex perſona ſua, argu. ff ad l. Falcid. l. fin. §. verum de contrah. empt. l. non potuit §. hæres. & de acqu. hæred. l. cum hæc. & de lib: r. lega l. ſi is qui duos. ¶ Sed de inceſtu quis cognoſcit, iudex eccleſiaſticus, vel ſecularis? quod ſi iudici eccleſiaſtico datur cognitio ſpecialis de adulterio, de inceſtu videtur denegari, arg ff. de condi. & demon. l. cum ita. de compen l. quod labeo. ff. ¶ Reſpondeo, adulterium poteſt eſſe ſimul cum inceſtu: Vt vbi committitur inceſtus cum maritata, ibi eſt adulterium. ff de adult. l. ſi adulterium cum inceſtu. in princ & hoc caſu eſt, quod iudex eccleſiaſticus cognoſcit de adulterio huiuſmodi, & per conſequens de inceſtu: quia vna eſt coniunctio, nec ſeparari poteſt: quia reus exinde ex diuerſis legibus accuſatur ff de accuſa l. ſenatus. Si autem inceſtus non committitur cum maritata (vbi non habet locum propriè adulterium l. inter liberos. §. 1 ff. de adulte.) adhuc videtur dicendum, quòd iudex eccleſiaſticus cognoſcit de inceſtu, quia illicitus, fornicarius, & prohibitus coitus vocatur adulterium, vt 30 q. 1. ſi quis ſacerdos. ¶ Nec obſtat quod dicitur, ſi reperitur conceſſum in vno, in alio videtur prohibitum, quia non eſt eadem ratio in conceſſo ſeu permiſſo, ſicut in prohibito, alias ſecus. ff. de iud. l. cum prætor & in glo. Videtur enim eadem eſſe cauſa de inceſtu, & adulterio: ergo idem ius videtur ſtatuendum, ratione prædicta

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Iſtam conſt. quam breuiſsimè gloſauit Marin. Caraman. & Andr. de Iſern. ſuper ea nihil ſcripſit: aliqua tamen annotauit in cap. 1. quæ ſint regal. in ver. contrahentium iniuſtas nuptias num. 35. Sed Petrus de monteſ. & ante eum Barthol. de Capua aliqua deguſtarunt. Ideoq. nonnulla dicenda nobis erunt, Et in primis licèt conſtitutio iſta prima fronte videatur generaliter loqui, vt de adulterij crimine, eccleſiaſticus
e ſolus cognoſcat † id tamen in caſu ſuo intelligendum erit, hoc eſt dum agitur de imponenda pœna, quæ ad eccleſiaſti-
a cum pertineat: hæc autem quadruplex † eſſe poteſt; Aut. n. agitur de ſeparatione tori, & hoc ſecundum communem opinionem pertinet ad eccleſiaſticum, de qua teſtatur Couarr. in epitome de ſponſal. cap. 6 2. part. relect. nume. 8. & Iulius Clar. lib. 5. §. fin. praxis criminal. q. 37. verſ. quæro nunquid poſt Canoniſtas in cap. tuæ fraternitati de procurat. aut verò ad pœnam excommunicationis procedendum eſt; & tunc iudex eccleſiaſticus cognoſcet, vt ex tex in cap. intelleximus de adult & poſt. ibi & alios deducit Couarr. loco citato cap 7. num. 2 aut verò quò ad detruſionem in monaſterium, vt ibi pœnitentiam agat, & hæc pœna ab vtroq; iudice eccleſiaſtico, & ſeculari imponi poteſt, ita Couarr. loco citato poſt Roman. ſingul. 674 vbi Gabriel Sarayna additionator illum ſequitur; & declarat locum habere in muliere, cui authenticorum ius detruſionis in monaſterium pœnam impoſuit, & ibi refert integram quæſtionem iudicis Blaſij de Murcouo, quam Grammat in addit. ad hanc conſt. retulit, quæ in nouiſsima Conſtit. Regni impræſsione addita eſt: quod tamen in Regno locum habere non poſſe propter cõſtitutionem ipſius, quæ

Digitized by Google

alijs puniantur, & iudicentur, aut corrigantur. Quare mandamus, & præcipimus firmiter, vt ammodo de adulterijs iudicandis Iuſtitiarij, Camerarij, & Baiuli non ſe intromittant. Sed & si quis de parochia alicuius eccleſiæ de adulterio accuſatus, vel deprehenſus fuerit, ad iudicium ipsius eccleſiæ, in quo ipſa adulteria iudicari debent consiſtat, & à curia ipsius eccleſiæ iudicetur, & corrigatur. Excepto si per violentiam adulteriũ committatur: quod si acciderit, iudicetur ab eccleſia de adulterio, quod ſpectat ad iudicium eccleſię: Et hoc, quod ſpectat ad iudicium ſeculare, videlicet, de inſultu, & violentia in noſtra curia iudicetur. Pręterea mandamus omnibus noſtris officialib. vt de adulterijs coercendis omnibus pręlatis, quibus opus fuerit, auxilium tribuant.

ANDRAEAS DE ISERNIA, ET ALII.

cta, vt ff. de leg. 1. §. hoc interdictum. Barth. de Cap.

In tex ibi, *iudicandi*. No. hic, quòd de cauſa adulterij cognoſcet iudex eccleſiaſticus, & non ſecularis, vt eſt caſus in auth. mat. & auiæ. in § ſcimus. ¶ Sed hoc habet locum quantum ad ſeparationem thori, & ad alia, quæ pertinent ad eccleſiaſticum iudicem de iure: aliàs quo ad pęnam legitimam, pertinet ad ſecularem iudicem, vt no. Andr. de Iſer. in to col. quæ ſint regaliæ. in ver. contrahentium inceſtas nuptias.

In fin. ibi, *coercendis*. Sed an epiſcopus poſsit ſuis manibus percutere? & certe non, vt in auth. de ſanctiſ epiſc. § neuoc & dixit Ieſus Petro conuerte gladium tuum in vaginam. ¶ Nec obſtat iniuria ſibi facta, poteſt enim excomunicare, vt 20. q. 8. cap. inter querelas: & C. de epiſcop. & cleric. l. ſi quis in hoc genus. in verbo, non obtemperet ¶ Ad prædicta adde Innoc. in c. tuæ extra de procur Petrus de Monteforte.

In tex. ibi, *ad iudicium ipſius eccleſiæ* Multi credunt derogari iuri communi per hanc conſtitutionem, quòd nullo modo iudex ſecularis poſſet de adulterio cognoſcere: quod non eſt verum indiſtinctè, ſecundum opinionem modernorum; qui diſtinguunt: aut de adulterio agitur ciuiliter ad thori ſeparationem, & tunc eſt cognitio iudicis eccleſiaſtici, vt hic: Aut agitur ad pœnæ impoſitionem, & tunc ſpectat ad iudicem ſecularem: & ſic notat Innoc. in cap tuæ. de procura: nam hoc caſo non poteſt iudex eccleſiaſticus cognoſcere, vel iudicare: quia talis iudex non poteſt aliquem morti tradere, vt in præalleg. cap. dicitur. Et hæc diſtinctio locum habet in maſculo, cui pœna mortis imponitur, per l. quamuis. C. de adult. In adultera autem locum non habet: nam cum per ius Authenticorum ſit mutata pœna, ſcilicet, vt verberibus ſubdita in monaſterium detrudatur, vt in Auth vt nulli iud §. ſi qua. indiſtinctè erit cognitor iudex eccleſiaſticus, eo quòd talis iudex iuſtè poteſt talem pœnam inferre: nec enim eſt veriſimile, quòd tam graue delictum voluerit Imperator per hãc conſti. impunitum remanere Item quia non eſt credendum, &c. l. ſi quando. C de inoffic. teſt. facit ſatis clarè pro d. diſtin. quod no. per Hoſt. in d cap tuæ, & in tit. de adul in ſumma. & per And. de Iſer. in tit. quæ ſint reg. in verbo, contrahentium inceſtas nuptias. Petrus de Monteforte.

Quærit hic Iudex Blaſius de Murcono ſub huiuſmodi tenore. Verum tu dubitaſti, ſi idem dicatur de adultera punienda, quod de adultero, dictum eſt per Andr. de Iſer. in tit. quæ ſint regal. in verbo, contrahentium, & Innoc in cap. tuæ. de procur. ¶ Et Lucas de Penna à me interrogatus, ſic de verbo ad verbum reſpondit, Nonnulli, vel ignorantia pleni, vel fauentes adulteris, dicunt tale crimen ad eccleſiaſticum iudicem tanquam mere canonicum pertinere, & potiſſimè in Regno per hanc conſtit. maieſtati. Quibus bene reſpondetur per dicta Inno. & dom. And. de Iſer. in dictis locis: pro qua ſententia multi canones, & Doctores apertè loquuntur, & eſt expreſſum 23. q. 5 c. Rex debet, & patet ead. cauſa, q. 4. cap. ſi quos vbi etiam patet, quòd contra adulterantes geritur bellum iuſtum, ad idem 33. q. 2. cap. interfectores. & hoc ſentit Arch. in ſuo Roſario. d. cap. rex debet. facit tex. 35. q 4. cap. nemo. 5. q. 5 relegentes. & hæc eſt ſententia veritatis. licèt contrarium notetur 32. q. 5. publico iudicio. & Archid. in d. cap. Rex debet faci t 32. q 7. cap. quid in omnibus. & eadem cauſa. q. 4. nemo ſibi blandiatur. & not. per Hoſt. in ſumma de pænitentia. §. & de quibus. ſub § illud autem. verbo, octauum. His tamen, & aliis, quæ omitto, cum iuſtitiæ ratione penſatis, apertiſſime liquet de ignorantia contrariam opinionem tenentium, & de ſumma iuſtitia legum Codicis pœnã capitis ſtatuentium: & de parua, vt ſic loquar, aut voluptuoſa iuſtitia legum nouarum Iuſtiniani, quæ mulieribus adulterantibus ingreſſum monaſterij deputauit, cùm pœna ſit imponenda pro qualitate peccati Et licet maſculus in his grauius, quàm fœmina peccare noſcatur, propter ampliora dona virtutis, ex quo voluit in muliere mitigari pœnam vltimi ſupplicij, non tamen debuit ipſa mitigatio ſic deſcendere, vt mulierem adulteram ingreſſu monaſterij decoraret: cùm criminoſum non debeat dignitas comitari, ſed pœna. C. de decurionib. l. pœna ¶ Longè melius ergo in hoc ſtatuit conſtitutio Regni, iubens, vt adultera viro tradatur, qui vſque ad naſi truncationem ſæuiat in eandem. Et ſi vir taliter in vxorẽ ſæuire noluerit, eſt publicè flagellandus: & nihilominus tali pœna adulterij punienda vxor. & ſic intelligenda eſt conſtitutio, legum aſperitatem, quam per conſtitutionem maieſtatino-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

quæ incipit legum aſperitate lænita, vbi truncationis narium pœna præcedit monaſterij detruſionem; in quo quid hodie ſeruetur in Regno, dicemus in d. conſt. Aut tandem agitur de pœna ſciſsionis pannorum ante, & retro, & capillorum in deriſionem, & tunc pro iſta pœna poteſt etiam iudex eccleſiaſticus adiri cap de Benedictis 35. q. prima, vbi gloſ. hanc ſecundum morem aliquarum regionum pœnam eſſe tradit. & refert Ludouic Roman. in ſupra citato ſingulari 674. Alius autem pœnitentiam inferendi modus ab antiquis patribus ſeruatus in adulteros habetur ex Tertull cuius verba retulit Illuſtriſs. Baron annal. eccleſiaſt. lib. 1. anno Domini 216. fol. 308. litera B. quem hic ad clariorem intelligentiam deſcribere volui. *Et tu, qui quidem pænitentiam mœchi ad exonerandam fraternitatem in eccleſiam inducens conciliatum, & conciueratum, cum dedecore, & horrore compoſitum proſternens in medium ante viduas ante præsbiteros omnium lacrimas ſuadentem, omnium veſtigia lambentem, omnium genua detinentem, inq; eum hominis exitum quantis potes miſericordiæ illecebris paſtor bonus, & Benedictus Papa concionaris, & in parabola oues capras tuas quæris, tua oues, ne rurſus de grege exiliat, quaſi non ex inde iam liceat, quod nec ſemel licuit, cæteras etiam metu complet, cum maximè indulges.* Hæc de antiquo ritu

Quando autem eſſet imponenda † pœna mortis, aut alia corporis afflictiua, ſecundum regionis morem, vt in hoc Regno per d. conſt. legum aſperitate, tunc omnino iudex laicus erit adeundus, vt tenent præfati omnes doct & Gabriel. Saray. in add. ad d. ſing. Rom. & ita in hoc Regno quotidiè practicatur abſq; vlla controuerſia, vt de pluribus caſibus teſtantur Andr. & Afflict. relati per Vincen. de Franchis deciſ. 240 num. 5. 3

Hinc † ad quæſtionem infertur; an ſi quis de hoc adulterij crimine fuerit à iudice eccleſiaſtico punitus, poſsit etiã à ſeculari caſtigari, in quo reſolutio eſt, quòd ſi pœna à iudice impoſita poteſt per vtrumq; forum imponi, non poteſt aliàs puniri, ſi ab vno iudice fuit punitus vt dicit Ant. de Bute in d. cap. tuæ de procur. num. 18. quod in hoc caſu adulterij verificari minime poteſt, niſi in muliere adultera, cui in monaſterium detruſio poteſt ab vtroque iudice imponi, nam ſi ab eccleſiaſtico fuerit in monaſterium detruſa per aliquod tempus, non poſſet à ſeculari iterum per aliud tempus detrudi: ita aliis 4

Digitized by Google

ANDRAEAS DE ISERNIA.

ti noſtræ præſentem, quæ ſequitur illam, non eſſe correctam dicendum eſt. Et hoc legi diuinæ congruit, quæ mulierem adulteram lapidari iubebat. 33. q. 5. cap. hæc immago. Satis itaque arguendum videtur, ſi mulier adultera, quæ per legem diuinam lapidari iubetur, monaſterio ad corrumpendum ſanctas moniales deputetur. Sæpe namque malorum conſortia, & c. 28. q. 1. cap. ſæpe. & not. in Auth. de mona §. cogitandum. in fine. Nec enim incorruptus manere poteſt, qui corruptis ſociatur. 23. q. 4. cap. quiſquis. Sic qui communicat ſuperbo, induet ſuperbiam, Eccle. 13 & facit C. de mal. & ma. l. 3. hæc Lucas de Penna. Iudex Blaſius de Murcono.

Sed hic quæritur an conuictus de crimine adulterij appellet, in l. prima. C. de rapt. virg. ibi, quibus, & ſi appellare noluerint probatur quòd non. facit. ff. de iniuſto, rup. & irri. teſtam. l. ſi quis filium. §. hi. quod eſt hodie expreſſum in cap. Romanus. de appel. in 6. Iudex Blaſ.

Sed an conſcius, & principalis de raptu poſſint ſimul accuſari in eodem libello? tex. in dicta l. prima. de rapt virgin. in verbo, cæteros autem conſcios, innuit, quòd non, de quo aliquantulum per Andr. de Iſer. in conſti. pœnam capitalem. Iudex Blaſius.

Sed an conſortes de vna domo, vel genere, puta de domo Caraziulorum, poſſunt teſtificari pro vno eorum conſorte offenſo? dicunt Doctores in d. l. 1. per gloſſam in verbo conuicti, quòd non: quia videntur teſtificari in cauſa eorũ propria. Et eſt ratio: nam iniuria facta vni, &c. l. 1 ff. de iniur. & in materia l. ſi quis homicidij. C. de accuſa facit. l. ſi quis in corrigendis. in prin. ibi, propinquus. C. de emendat propinq. iuncta l. præſenti C. de his qui ad eccle. confu. circa fi. & in l. etiam. C. de teſt. Iudex Blaſius de Murcono.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

alijs vero pœnis ſupra relatis ab vtroque iudice puniri poterit. Nàm quilibet iudex de ſua pœna cognoſcit, tradidit eruditiſſ. de more feudiſtarum Princeps Andreas in d. § & contrahentium inceſtas nuptias, num 15 & generaliter, an punitus, vel abſolutus per iudicem eccleſiaſticum poſsit iterum puniri per ſecularem habetur in cap. fin. de pœn. lib. 6. in §. per hoc, & ibi gloſ. in verb. ademimus, & doct. in cap, cum ſit generale de foro compet.

8 Quid autem in crimine † ſacrilegij, hæreſis, vſurarum, ſimoniæ, concubinatus, ſortilegii, & ſimilium, an ſint mixti fori, ſcilicet eccleſiaſtici, & ſecularis, vide pleniſſimè per Panor. in d. cap cum ſit generale de foro compet. qui in fine tradit optimam diſtinct. & doct. in cap. nouit de iudit. & Iul. Clar. in præcitato libro 5. §. fin. praxis criminalis quæſt 37. Vnuſquiſq; enim iudex de ſua iuriſdictione debet cognoſcere, & alter alterius auxilium implorare, vt diximus in prima conſt. huius libri, & vltra ibi adducta vide Auileſ. in c. prætorum. cap. 20. verb. vſurpant.

DE

DE PARROCHIIS Rub. v.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

AD huius rub. declarationem animaduertendum eſt primo, quid ſibi hoc nomen parrochus velit: eſt namq; (vt
1 generaliter loquar) Parrochus † ille, qui alicui caſtro, (ſi paruum ſit) vel in aliqua vrbis parte ſacramentorum adminiſtrationi præficitur illis, qui in eo loco degunt: hinc parrochia dicta, quam Hoſtienſ. in ſumma tit. de paroch. dicit, locum eſſe, in quo degit populus alicui eccleſiæ deputatus certis finibus limitatum; quam diffinitionem ſequuntur cæteri ſcribentes in rubr. eiuſdem tit. & Arcbid idem dicit in cap 1. 13. q. 1. & Roffred. de libell. tit de parrochiis, Ang. & Silueſter. in
deant, non ſunt notatæ nominibus, vel (quod eſt fortè nefandius) non contentæ: vt velut ab Arrio Arriani, vel à Neſtorio Neſtoriani, aut à ſimilibus *a* ſimiles nuncupentur, ſed in exemplum Martyrum, qui pro fide catholica martyria ſubierunt, Patarenos ſe nominant, velut expoſitos paſſioni. Huiuſmodi miſeri Patareni, à quibus abeſt ſancta credulitas Trinitatis æternæ, ſub vno contextu nequitiæ, inſimul tres offendunt, Deum videlicet, proximos, & ſe ipſos. Deum, cum Dei filium, & fidem non agnoſcunt. Decipiunt proximos, dum ipſis ſub ſpecie ſpiritualis alimoniæ hæreticæ prauitatis oblectamēta miniſtrant. Crudelius etiam *b* ſæuiunt in ſeipſos, dum præter animarum diſpendium; corpora denique ſæuæ mortis illecebris, quam per agnitionem veram, & veræ fidei poſſent euadere, vitæ prodigi, & necis improuidi ſectatores inuoluunt, & (quod eſt ipſo dicto duriſſimum) ſuperſtites etiam non terrentur exemplo. Contra tales itaque Deo, & hominibus ſic infeſtos, continere non poſſumus motus noſtros, quin debitæ vltionis in eos gladium† exeramus. Et tanto ipſos perſequamur inſtantius, quanto in euidentiorem iniuriam fidei Chriſtianæ prope Romanam eccleſiam, *c* quę caput aliarū eccleſiarum omnium iudicatur, ſuperſtitionis ſuæ ſcelera latius exercere noſcuntur. Adeò quòd ab Italiæ finibus, & præſertim à partib. Lombardię, in quibus pro certo perpendimus ipſorum nequitiam amplius abundare, iam vſq; ad regnum noſtrum Siciliæ, ſuę perfidiæ riuulos deriuarunt. Quod acerbiſſimum reputantes, Statuimus in primis, vt crimen hæreſeos, & dānatæ ſectæ cuiuſlibet, quocunque nomine cenſeantur, ſectatores (prout *d* veteribus legibus eſt diſtinctum (inter cætera publica crimina numerentur. *e* Immò crimine læſæ maieſtatis noſtrę debet ab omnibus horribilius iudicari, quod in *f* diuinę maieſtatis iniuriam dignoſcitur attentatum. Quamquàm iudicij poteſtate alter alterum *g* non excedat. Nam ſicuti *h* perduellionis crimen perſonas adimit damnatorum, & bona; Et damnat poſt obitum etiā memoriam defunctorum: Sic & in prędicto crimine quo Patareni vocantur, *i* per omnia volumus † obſeruari. Et vt ipſorum nequitia, qui (quia

vt patet. ff. ad leg Corn. de ſica. l. eiuſdem §. alio. & ideo eſt ſic dicta, quia naſcitur in petra duriſsima, & aſperrima, quæ vocatur cautes. Vel dicitur à portu Bithynię, qui vocatur Acone, eo quòd multum ibi abundat herba prœdicta.

† ADDITIO. *Vide Cottam in verbo Pigmentarij*. De Bottis.

a *Similes nuncupentur.* Vt C eo l. damnato. in princ.

b *Sæuiunt in ſeipſos* Sic ff. de pæn. l ſi damnū. §. ſi ipſe. de ædilitio edicto, eum autem. §. excipitur. & ideo non creditur alijs parcere, qui ſibi non parcit. ff. de bon. eor. qui ſibi mor. conſciuer. l. vlt.

c *Quæ caput*. Vt in præalleg. l. inter claras, & in ſeqnen. epiſt. reddentes, &c. circa princip.

d *Veteribus legibus*. Vt C. eo. l. Manichæos. §. 1

e *Immò criminor*. Benè dicit, immo. Nam diuina gratia debet legib. præualere, vt in Auth. de mona §. hinc autē, coll. 1. cum etiam longe ſit granius æternā, quam temporalem offendere maieſtatem, vt C. eod. Gazaros. & extra eo. cap. vergentis Sic adiectiue ponit hic imò. Simile, C. de ſacroſanc. eccl. l. iubemus poſthac. §. œconomus autem. Et de nouo Cod. fac l. 1. §. quib. ſpecialiter. Aliàs ponitur correctiue, vt dicitur. ff. de manu. teſta. l. Stichus. & ff. de hæredib. inſtitnendis. ſi ita ſcriptum in prin.

f *Diuinæ maieſtatis iniuriam.* Quod enim in diuinam religionē cōmittitur, in omnium infertur iniuriam, vt in præalleg. l. Manichæos §. 1. & ita oportet cōmunibus exiſtentibus contra naturam iniurijs, communem eſſe iudicibus ſuper his prohibitionem, atque vindictam, vt in Auth. vt defun. ſeu fu. eorum non iniur. a cred. §. ſi vero et mo-

morienre, coll. 5. Ideo etiam ibi. nemine deferente ex officio per inquiſitionem proceditur. Et cunctis veluti in publico crimine eſt licentia accuſandi, vt C. de pag. l. vlt. & C. de epiſc. & cler. ſi quamquam. Quinimmo in hoc omnes admittuntur ad deferendum, etiam qui aliàs non admitterentur, vt ſerui, & mulieres, & ſine libello, ſine inſcriptione, & ſolemnitate accuſationis, vt C. de apoſtat. l. apoſtatarum, in princ. tanquam videlicet, quilibet i hoc ſuam iniuriam proſequatur, vt no. in Auth. quomodo opor epiſc. ad ord. dedu. §. licentiam. in glo. ord. forte etiam ſeruus, &c.

g *Non excedat*. Vt patet. C. de epiſ. & cler. ſi quamquam, ad fin. & ita hic omniū eſt æqua conditio, ſicut in crimine maieſtatis, vt C. ad leg. Iul. maieſtatis. l. nullus.

h *Perduellionis crimen.* Vt C ad leg. Iul. maieſt quiſquis, & l pe. & vlt. vt ff. ad leg. Iul. maieſt l. fin. ff. de accuſ. l. ex iudiciorum. & inſt. de hære. quæ ab inteſta. §. per contrarium. & de dona l. donationes. § ſi.

i *Per omnia volumus obſeruari.* Vt C eo. Manichęos §. in mortem. & per totam. l. Et no. quòd olim iure Romano ad hæreticorū ſucceſsiones, & bona veniebant primo liberi orthodoxorum, & in eorum defectu agnati, & cognati ſimiliter orthodoxi, quibus deficientibus locus fiebat fiſco.

ADDITIO. *Vide Riccar. Maluinb qui hanc quæſtionem diſputauit, prout refert Ioan. An in cap. cum ſecundum, de hære. lib. 6. in nouel. & ibi diffusè per Philip. Francum, in c. 1. § confiſcationes. & de hoc eſt glo. in c. quia clerici. de iu patron. & Abb. in c. 2. de ſucceſſ. ab inteſt.* Superant.

Et

ANDRAEAS DE ISERNIA, ET ALII.

dice per procuratorem fiſci de bonis confiſcandis.

ADDITIO. *Adde in cap. cum ſit generale. de foro comp. & ibi eſt gl. cap. vergentis, &c. ad abolendam. de hær. in cap. inquiſitio. eo. tit. in 6.* Superant.

Aut ſi contra vſurarium ad pœnam publicationis bonorum impoſitam per has conſtitutiones, inf. in ti. de vſuris. Aut ſi incidenter opponatur exceptio excommunicationis. An ſecularis cognoſcat, eoram qno opponitur: aut remittet eccleſiaſtico cognoſcendam, & alia plura circa materiam iſtam diximus plene in 10. coll. in tit. quæ ſint regaliæ, ſuper verbo, contrahentium inceſtas nuptias, vide ibi. adde quæ dicta ſunt infra de vſu. l. 1. ibi, contrahentium.

Et

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

lium Orthodoxorum vnionem; attamen, vt de materiali tunica inconſutili aliquid dicamus, ſciendum eſt † eam fuiſſe totam contextam, ſecundum morem Hebræorum, vel Sidnrus
4 ait lib. 1. epiſtola 74. qui, inquit *apud eos maximè etiam huiuſmodi veſtis genus fieri ſolet arte quadam, vt pectoralia retractim conſutum.* Hanc piè credendum eſt à Beatiſsima Virgine contextam fuiſſe, vt comprobat Illuſtriſſ. Cardinalis Baronius in hiſt. annal. eccleſiaſt. primo tomo anno Chriſti 34 fol. 176. in magnis, qui eam non præcioſam, vt aliqui; ſed viliorem affirmat; eamq; à Chriſtianis redemptam fuiſſe, in Gallia repoſitam

H

Deum non ſequuntur) in tenebris ambulant, detegatur, nemine etiam deferente diligenter inueſtigari volumus huiuſmodi ſcelerum pattatores. *a* Et per officiales † noſtros *b* ſicut, & alios malefactores inquiti. Ac inquiſitione notatos, *c* etiam ſi leuis ſuſpitionis argumento tangã-

Et hoc verum erat tam iure Codicis, quam iure nouiſsimo Authenticorum, cum diſtinctione tamen clerici à laico, vt C. eo. l. cognouimus, & in Authen. vt cum de ap. co. §. generalem autem prou. coll. 8. & ita ſatis differebat hoc crimen à crimine maieſtatis, in quo vtroque iure tam veteri, quam nouiſsimo bona mox cõfiſcabãtur, agnatis, cognatis, & filiis prorſus à ſucceſsione excluſis, & pœnæ ad poſteros mittebantur, vt in præalleg. l. quiſquis. & C. de bo, proſcr. l. vlti. in fin. & in Auth. vt nul. iud. §. vlt. col. 9. Sed hodie per præalleg. authen. Gazaros. quæ fuit Federici I. & eſt, figura C. eo. ſupra præalleg. l. cognouimus ita hic, ſicut in crimine maieſtatis confiſcantur bona, conſanguineis, & filiis à ſucceſsione excluſis: & hoc eſt probatum hic per hanc literam, per omnia, &c. & concor. extra eod. cap. vergentis, & ſic in crimine maieſtatis ita tranſit pœna in filios. infra l. proxi. & ibi dicam.

a Et per officiales noſtros. No. quòd officiales debent in terris ſuæ iuriſdictionis inquirere ſpecialiter de Hæreticis, & Patarenis, & eos exterminare, vt hic, & probatur in Authen. iuſiurandum quod præſta. ab his, qui admi. acci. circa princip. colla. 2. & C. de ſum. Trin. l. 2. in fin. & l. inter claras. Et debet hoc capitulum, ſpecialiter iuramento firmari, vt in conſtit. Federici primi, ad decorem, & decus, &c. §. ſtatuimus in hoc edicto, quæ eſt in fi. 10. col. & ibi plenè de hoc. & extra eod. cap. ad abolendã. §. ſtatuimus, & C. excommunicamus. §. moueantur.

b Sicut & alios malefactores. Probatur ergo hic apertè per hãc ſimilitudinem, quod de malefactoribus poteſt iudex ex ſuo officio, etiam nemine deferente, inquirere, & eos punire, & concord. in Authen. de coll. §. iubemus autem omnes iudices. colla. 9. vbi dicit per ſe inquirere, & ſine dilatione alterius. & ad id. ff. de offi. præſid. l. congruit. & in Auth. de quæſtore. circa medium, in verſ. ſi vero aliqui. coll. 6. & de hoc pleniſsimè dicam infra eo. de o. ſ. repro. l. inquiſitiones generales. & l. hi qui per inquiſitiones.

c Etiamſi leuis ſuſpicionis. Et ſic no. ibi, aliquem de leui ſuſpitione teneri, ſic præalleg. authen. Gazaros. in fi. & C. de his qui ad eccleſ. confug. l. præſenti. §. ſic vbi.

ADDITIO. *Adde, an ſola ſuſpitio ſufficiat ad condemnationem? vide per Bald. in l. fin. C. de probatio. & per Domi. in cap.*

ANDRAEAS DE ISERNIA, ET ALII.

tis erroris concepti conſtantia perſeuerent. A contrario ſi non perſeuerent; ſi velint ad fidem redire, parcitur eis, quia redeuntibus ad fidem non claudit eccleſia gremiũ. C. de ſum. Tri. l. ſi. ar. C. de apoſt. ſi qui. in fin. Hodie aliter de iure canonico. nam ſi damnati de hæreſi, vel publicè ſeu notoriè compræhenſi velint redire, non occidentur, ſed ad perpetuum carcerem tradentur ad pœnitentiam peragendam: extra eo. tit. cap. pe. aliàs ſi non ſit damnatus, nec publicè nec notoriè depræhenſus, parcitur ei, & per modum culpæ indicitur pœnitentia. Nam damnatus de hæreſi prima vice, ſecunda vice habetur pro relapſo, & relinqnitur Curiæ ſeculari. extra eod. tit. excommunicamus, circa fio. ibi, ipſe vero &c. & diximus de ſtatutis contra libertatem eccl. fac §. Gazaros. Et circa hoc habent inquiſitores hæreticorum quædam ſtatuta Papalia,

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

poſitam ex Gregor. Turonenſi, tradit idem Card. Baron. eodem anno fol. 181. in fin. cuius prætioſiſſimæ reliquiæ particulam, quamuis minimam, inuictiſſimus ille Imperator Carolus V. religione, ac virtute nulli ſecundus. Antonio à Leyua vxoris meæ proauo, cuius in bellis virtutem, atque prudentiam plurimi eius, & noſtræ tempeſtatis hiſtorici nobis tradidere, dono dedit: eiuſq; partem à D. Mariana de Cueua Principiſſa Aſculi accepi, & ex hoc percepi non vilem fuiſſe, vt tradit Iſidorus; ſed ſericam, quamuis non ex prima, ſed ex ſecunda ſerici deſerptione, prout decebat virum ſacerdotem, qui inter Rabinos, & alios Sacerdotes ſcripturam interpratari debebat; quiue mediam nobis vitam eius exemplo tradidit, nec obſtat illud, quod ex verbis Domini de Ioanne loquentis idem Cardinal. Illuſtriſſ. collegit; cum Ioannis vitæ aſperitatem commendans ait, *qui mollibus veſtiuntur in domibus Regum ſunt: molles enim † veſtes intelligendæ ſunt prætioſæ* 5
aut accuratæ nimis, aut numeroſæ, prout Palatini vtuntur. Inter quorum veſtes, & Io. Baptiſtæ nuditatem, Chriſti Domini noſtri veſtem, quam diximus, ex allegata ratione vilem non fuiſſe credendum eſt, quæ ſi talis fuiſſet, vtiq; de eius partitione milites non decertaſſent.

Per omnia volumus obſeruare. Ex his verbis colligimus hæ-
6 reticos † perſonam, & bona amittere, ſicut læſæ maieſtatis criminoſos; nec his ſolùm; ſed pluribus hæretici puniuntur pœnis, Et primo Hæreticus ipſo iure eſt excommunicatus, c. excommunicamus de hæret. Item deponitur ab omni dignitate, quam habet, ſiue laicus ſit, ſiue clericus, & Imperator, & Papa, vt in cap. ſi Papa 40. diſtinct. cap. qui contra pacem 24. q. 1. & laicus iure communi vltimo ſupplicio punitur, vt in l. Arriani C. de hæret. & Authen. præſentes eod. tit. iuncta l. vltimo ſupplicio. ff. de pœnis, quæ pœna communi conſuetudine, eſt pœna concremationis, vt teſtatur Io. Baptiſta à Caſtellione in add. ad Alber. in repert. verſ. hæreticus el ſecundo, qui dicit, hanc penam ſumptam eſſe ex Euangelio; vbi Dominus noſter Ioan. 15. ait, *ſi quis in me non manſerit, mittetur foras, ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittetur:* quam pœnam hodie vſu receptam multis authoritatibus approbat Iulius Clarus in §. hæreſis verſ. ſed quæro, & Didac. Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 10. num. 10. & dicunt dd. in cap. ad abolendam de hæret. Clerici verò degradati à ſuis ordinibus curiæ ſeculari traduntur, ſeruata forma cap. 1. de hæret. lib. 6. & per iudicem ſecularem puniuntur. ſunt, & aliæ, quas conſultò omittimus. Verùm quoad bona † dubium non 7
eſt quin fiſci commoditatibus applicentur, vt in cap. cum ſecundum de hæret. lib. 6. in cap. excommunicamus lo 2. de hæret. & cap. quo iure 8. diſtinct. ſi ſunt laici ad fiſcum ſecularis Principis pertinebunt; ſi verò clerici ad eccleſiam cui ſubſunt, vt allegatis iuribus, & inibi per docto. in cap. vergentis de hæret. & per Petr. de Anchar. in cap. vt commiſſi de hæret. lib. 6. & patet in auth. Gazaros. C. de hæret. Quæ quidem bonorum publicatio iuſtiſsima cauſa fit, ne ſint fomenta malorum, & ſcelerum inſtrumenta. nam, vt ait Plato lib. 4. de leg. quem refert Siman. de cathol. inſtit. tit. de bon. hæret. 8
† bona externa ſine virtute non modo nihil iuuare, ſed eſſe quoq; damnoſa, & quæ in ſceleratis hominibus aliud non ſint, præter paratiſſima flagitijs, malis inſtrumenta, quod etiam ſenſit Demoſt. oratione aduerſus Midam, *magnam pecuniam in hominis confidentis, & improbi manu relinquere, ideſt enſem illi porrigere, quo iuguletmini; at ſi ei res familiaris adimatur, fortaſſe fiet inpoſterum modeſtior.* Nec enim ipſe ſolùm huius tam acerbi criminis patrator bonis ſuis omnibus priuari debet, verùm eius quoque filij, & deſcendentes, cùm bona eorum (vt diximus) fiſco applicentur, & expræſſum eſt in autb. Gazaros C. de hæret. cuius legis diſpoſitionem ſeruandam nunc eſſe affirmat Gloſator in hac conſt. in verſ. per omnia, cuius opinionem ſequitur ipſo non adducto Iacobus Simanchas Pacenſis Epiſcopus de Cathol. inſtit. tit. 9. de bon. hæret. nu. 4. poſt gloſ. & omnes in cap. cum ſecundum de hæret. lib. 6. & in cap. vergentis & gloſ. quos ibi allegat; licèt olim † hæreticorum bona 9
ad filios orthodoxos deferebantur, & illis, qui ad fidem conuerte

Digitized by Google

cap. habuiſſe. in primo not. 33. diſtinctio. Superant.

Licet alias dicatur leui ſuſpicioni ſtari non debere, vt ff. de mi. l. 3. §. 1. in fin. § nec tñ hic etiam ſtatur leui ſuſpitioni, vt fidem rei faciat: ita quod propterea pœna poſsit inferri, vt ff. de pœn. l. abſentem. §. 1. Sed per ſuſpicionem huius deuenitur ad fidei examinationem, & diſputationē, per quam poſtmodum peruenitur ad veritatem, vt in Authen. vt defun. ſeu fun. eorum no. iniur. à ered. in prin. coll. 5. ſicut legitur de Herennio Modeſtino, qui notando, & diſputando bene optima ratione decreuit, vt ff. de munerib. & honor. l. vlt. § mixta. Et ſi in hac examinatione taliter ſuſpectus comperiatur euidenter in aliquo articulo deuiare, nec velit ab errore ſuo commonitus reſilire, tunc demum punitur, vt hic ſequitur. & ſic intelligitur C. eo. omnes vetitæ.

tur, à viris eccleſiaſticis, & prælatis examinari iubemus. Per quos † ſi euidenter inuēti fuerint à fide catholica, falſè in vno articulo deuiare, Ac per ipſos paſtorali more a cōmoniti tenebroſis Diaboli relictis inſidijs, b nolūt agnoſcere Deum lucis, ſed in erroris concepti conſtātia perſeuerēt

a *Commoniti.* Scilicet ſemel, & ſecundo, vt in Auth. de ſan. epi. §. præsbyteris, & in Authen. de eccleſ. tit. §. ſi autem qui hoc. coll. 9. Et ſic no. quod præcedere debet admonitio, antequam contra aliquem procedatur, vt C. de obſequijs patrono præſtandis. ſi manumiſſori. & dic, vt ibi in gl. ord. & in Auth. vt liceat matri & auiæ. § ſi quis in ſua domo. coll. 8. vbi ſimiliter de hoc in gl. ordin. Marinus.

ADDITIO. *Adde Car. Zabar. in cap. 2. de ſton. quod admonitio præcedere debet in facto notorio excommunicationem, vide per Abb. conſi. 23. incip. iudex à ſede Apoſtolica, in 1. vol. Dom. in cap. 1. de off. deleg. lib. 6.* Superan.

b *Nolunt agnoſcere.* Si autem pœniterent, & conuerterentur ad fidem, parcitur eis quo ad Deum, qui quotidianis hominum peccatis ſemper ignoſcere dignatur, & pœnitentiam ſuſcipere noſtram: & ad meliorem ſtatum eam reducere, vt C. de nup. l. imperialis, circa princ. Et etiam quo ad mundum, tam per eccleſiam, quæ nunquam claudit redeuntibus gremium vt C. de ſum. Trin. l. vl. ad fi.

AD-

ADDITIO. *Adde l. Manichæos. C. de hære. tex. in cap. ſuper eo. de hær. lib. 6. glo. fi. in cap. excommunicamus, il ſecondo. de hære. in antiquis. glo. in ver. audientia, in cap. ad abolendam. eo. tit.* Superant.

Quam per principem, qui dat pœnitentibus delicti veniā, vt C. eo. l. Manichæos, ad fin. & eos ad integrum ſtatum reſtituit, vt in l. prox. in fi. videlicet, ad omnia legum beneficia, & priuilegia præſtita orthodoxis, quæ ipſis hæreticis ſūt omnino inaggreſsibilia, vt patet in Auth. de priuileg. do. hære. mulie. non præſtan. circa fi. coll. 8. & ibi de hoc in gl. or. & C. eo. l. 5. Sed ſi poſt abiurationem erroris reuerſi fuerint in primæuam prauitatam, quantum ad mundum nullo poſſunt iuuari remedio. Nam iſtos tales quomodocunque poſtmodū pœnitentes, nullatenus audit eccleſia, vt extra eod. cap. ad abolendam. § illos quoque, & cap. excommunicamus itaque circa fin. nam princeps ſic loquitur. C. de apo. l. hi qui, & c. Et eſt ratio, quia minus malum exiſtit viam domini non agnoſcere, quam poſt agnitam reſilire, vt ext. de apoſta. cap. quidam. in fin. & deterior dolus agnoſcitur eius, qui non ruptam itarum litem deſeruit, quam qui ſemel cœptam derelinquit, vt in Auth. de litig. circa fin. coll. 8. prima enim vice cum per ſimplicitatem lapſi fuerint contra fidem, vt patet ſupra eod. in princ. ibi, ad decipiendas ſimplices animas, & c. eis vtpotè deceptis priuilegio ſimplicitatis ſuccurritur, vt ff. de prob. cū de indebito §. ſin autem is & ff. de dolo. l. 1. in prin. iuxta illud Ouidij. At mea ſimplicitas digna fauore fuit. ſecunda vero vice non. Sicut nec in ſecunda cautione fragilitati ſuccurritur mulieris, vt C. ad Velle. l. ſi mulier. imò cum iam ſemel habuerint veniam, nulla infertur in eos humanitas, vt C. de epiſc. audi. l. nemo deinceps, in fin. vtpotè, decipientes, & prodentes miſteriū fidei Chriſtianæ, vt præall. l. hi qui Nam deceptis, & non decipientibus ſubuenitur, vt ff. ad Velle. l. 2. ad fi. cū ſi.

AD-

ANDRAEAS DE ISERNIA, ET ALII.

lia, quæ quotidie innouantur per Papam contra iſtos, qui habent caudas colligatas.

IN conſutilem. De iſta tunica inconſutili vide quod not. per Arch. 16. quæſt. ſecunda, cap. item ſicut. Petrus de Monteſort.

Sed

Sed cui applicantur bona hæreticorum? dic, quod dominis temporalibus. ſed ipſi non poſſunt ea capere, niſi prius Iudex eccleſiaſticus cognoſcat, & declaret, nam Iudex ſecularis de crimine hæreſis, tanquam de crimine eccleſiaſtico cognoſcere non poteſt, ita probat tex. no. in c. 2. de hær. Argent.

CA-

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

uertebantur, eorum portio ſeruabatur per l. manichæos, l. cognouimus, & auth. item eſt C. de hæret. & manich. idquo aligni iuſtius eſſe affirmant, quàm id, quod hodie ſeruatur, vt ipſi quoque filij bonis priuentur, quorum & ſi benignus affectus laude ſit dignus; expedit tamen Reip. vt filij quoque hæreticorum egeſtate laborent, communiter eorum opinione reiecta, qui eam ſeruandam eſſe in hodiernum diem affirmant, vt idem Pacen. Epiſcopus citato loco teſtatur num. 4. qui id quatuor nititur argumentis probare, à cuius receptiſsima ſententia diſcedendum non eſſe conſtanter affirmo. Quam ſententiam ante ipſum affirmarunt Angel. Clauaſ. in ſum. verb. hæreticus num. 7. & Silueſt. ver. hæreſis: ſi enim
30 humanam offendens maieſtatem; † (quæ quanto ſit diuina longè inferior manifeſtiſsimum eſt, & ex eo probari poteſt, quod de ſpirituali poteſtate ad temporalem Imperatoriam dicit Sum. Pontifex Innoc. III in cap. ſolitæ de maior. & obed. & Gelaſius Papa in can. duo ſunt in fin. 96. diſtinct.) bonis omnibus ipſo iure, ipſoq; facto priuatur, illis fiſco addictis, & eorum filij nihil de paterna capiunt hæreditate, vt in l. quiſquis in princ. & in §. filij. C. ad l. Iul. Maieſt. quantò ergo magis priuandi ſunt illi, qui diuinam Maieſtatem ità perfidè, ità nefariè offenderūt? quo argumento vtitur Sum. Pont. Inn. III in cap. vergentis de hæret. & Imperator Iuſti. in allegata Auth. Gazaros, & Imper. in iſta conſtitutione. Grauius enim peccatum eſt, quod in Deum committitur, quàm quòd in

in hominem: quod enim aduerſus religionem diuinam committitur, in omnium iniuriam fertur, vt inquit Theod. in l. manichæis. C. de hæret. & ſi contra homines blaſphemiæ impunitæ non tranſeunt, quantò magis dignus eſt ſubſtinere ſupplicia, qui contra ipſum Dominum blaſphemat? vt ait Imper. Iuſti. in Auth. vt non luxu. contr. nat. primo reſponſo, & §. primo: non enim debemus illius opprobrium dimittere, qui noſtra improbria deleuit cap. in nonnullis de iud. in 6. Meritò igitur bona omnia hæreticorum ipſo iure confiſcantur mobilia, immobilia, & ſemouentia, iura quoque, & actiones, & iura ſepulchrorum cap. cum ſecundum de hæret. in 6. & l bonorum, & l. mouentium de verb. ſignif. l. 5. §. interdum ff. de 11
ſuis, & legit. Iul. Clar. §. hæreſis ver. item bona. De ſingulis tamen bonorum ſpeciebus latè differit. & accuratè ſupra alleg. Iac. Simān. d. lib. de cath inſt. tit. 9. per totum, qui nu. 259. poſt Lup. de iure. Nauarr. part. 5 & 7. voluit in ſpecie ipſum hæreticum, eiuſq; filium Regno priuari. Qua de re communi omnium ſcribentium calculo receptum eſt, bona ipſa à die † quo crimen committere cogitauit amiſſa eſſe; quamuis 12
nullo iure id ſancitum eſſe appareat, illo potiſsimū argumento, quo ſupra vſi ſumus de crimine læſæ maieſtatis, cuius delicti patrator amittit bona à die, quo illud cogitauit, vt ſtatuere Imperatores Arcadius, & Honor. in l. quiſquis §. emancipationes C. ad l. Iul. Maieſt. *ibi quo primum memorati de ineunda factione, ac ſocietate cogitauerint nullius ſtatuimus eſſe momenti,*

menti,

ADDITIO. *Adde cap. inter de exceptio. & in cap. cum diuerſorum. de rer. permut.* Superant.

a Præſentis noſtræ legis edicto damnatos mortem pati Patarenos decernimus, quam affectant, vt viui in conſpectu populi comburãtur, b flã- marum commiſſi * iudicio. Nec dolemus, quòd in hoc ipſorum ſatisfacimus voluntati, ex quo c pœnam ſolummodo, nec fructum aliquem

Licet quantum ad Deum in futuro ſeculo parcitur eis verè pœnitentibus, & confeſſis; quoniam Dei miſericordia, non perditionem, ſed conuerſionem, & ſalutem vult, & delinquentes, qui corriguntur ſuſcipit Deus, vt in Auth. vt non luxu. cõtra naturam, in princ. coll. 6. cuius talis eſt erga homines pietas. Et inquit Io. Chryſoſt. q nunquam ſpernit pœnitentiam, ſi ei ſincerè, & ſimpliciter offeratur, etiam ſi ad ſummum quis perueniat malorum, & tamen inde velit reuerti ad virtutis viam, ſuſcipitur libenter, & amplectitur, & facit omnia, quæ ad priorem reuocent ſtatum. Et ſicut etiam ait Aug. in tantum iniquitas hominum aliquando progreditur, vt etiam poſt actam pœnitẽtiam, poſt altaris reconciliationem, ſimilia, vel grauiora committant: & tamen Deus facit ſuper talibus oriri ſolem ſuum, nec minus tribuit, quàm ante tribuerat largiſſima munera vitæ, & ſalutis. Et quamuis eis in eccleſia locus ille pœnitentiæ non conceditur, Deus tamen ſuper eos pœnitentiæ non obliuiſcitur.

a *Præſentis noſtræ legis edicto.* Iſta verba reſpiciunt verbum, quod eſt infra, decreuimus. Et ad id quod ſequitur, damnatos, ſubaudi, ſ. à iudice eccleſiaſtico. Nam iure canonico, tam laici, quàm clerici de hæreſi per eccleſiam condemnantur: & ſic damnati relinquuntur iudicio ſeculari puniendi, vt ſequitur, clericis prius in præſentia ſecularis iudicis ſuis ordinibus per eccleſiaſticum iudicem degradatis, vt extra eod. ad abolendam. § 1. & 2. & cap. excommunicamus itaque. in princ. & c. pen §. damnari, & ibi pleoè de hoc.

ADDITIO. *Adde Doct. in cap. at ſi clerici. de iud Doctores in cap. cum non ab homine. eod. tit. Doct. in c. ſp. tuæ. de pœn. Doct. in c. cum non ab homine. de ſenten. excommu.* Superant.

Et ita de hoc crimine ſola executio fit per iudicem ſecularem. Sicut etiam alias ſententiam iudicis eccleſiaſtici iudex ciuilis exequitur, vt C. de epiſc. audien l. epiſcopi in fin. & in Authen. de ſanctiſſ. epiſc. §. ſi quis contra aliquem. coll. 9. Licet iure noſtro ſi de hæreſi, vel alio eccleſiaſtico crimine accuſatur laicus: & tunc ciuilis iudex, ſcilicet præſes ſimul cum epiſcopo cognoſcit atq; determinat, vt in Autheo. de mandat. principum. §. neque occaſione. in verſ. ſi vero canonicum, &c. collat. 3.

ADDITIO. *Adde Philippum Francum in c. vt officium. in vltimo not. de hæret. in 6.* Superant.

Aut clericus: & tunc proculdubio ſolus epiſcopus cognoſcit, & dirimit, nihil communicante, vel omnino ſciente iudice ciuili, vt in Authen. vt clerici apud proprios epiſc. conuen §. penult. coll. 6. & de ſanctiſſ. epiſc. §. ſi autem eccleſiaſtica. In hac tamen parte deferimus iuri canonico, & canones pro legibus ſeruamus, vt in Auth. de eccleſiaſt. tit §. 1. coll. 9. ¶ Et ſic multoties vidi de facto ſeruari.

b *Flammarum.* Iuxta illud Propheticum, quod dicitur à Domino. At non credentes percutite lumine ignis veſtri, & flammæ, quam accendiſtis, vt C. de ſum. Trini. & fide cath. l. vlt. circa princ.

* ADDITIO. *Vide Couar. in 2. lib. var. reſol. c. 10. f. 338.* De Bottis.

c *Pœnam* Scilicet cõcremationis ſtatuitur in aruſpice, vt C. de malefic. & mathematic. l. nullus. Et in vero ſacrilego, vt C. ad legem Iul. peculat. l. ſacrilegij. in princ. qui & hæretici dici poſſunt, quia ſeparati ſunt à communione eccleſiæ, nec ſunt membrum illius, vt in Auth. de priuileg. do. hære. mu. §. 1. collat 8.

ADDITIO. *Adde quod pluribus modis dicitur hæreticus,* vt:

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

menti, & Martianus in l. fin. eiuſdem tit. & iureconſul. Paulus in l. quæſitum. ff qui & à quibus, ibi *ex eo tempore quò quis propter facinorum ſuorum cogitationem iam de pœna ſua certus eſſe poterat*. Ex quo plures effectus circa acquiſitionem bonorum naſcuntur, de quibus per Simanc. loco citato. Debet tamen
12 fieri † huiuſmodi confiſcatio præcedente declaratione, & ſententia alicuius iudicis eccleſiaſtici, qui ſuper illo crimine pronuntiet, hæreticum illum declarando, ac bonis priuando; quod colligitur ex d. c. cum ſecundum de hæret. in 6. & per Ang. Clau. num. 5. & Siluest. num. 13. loco citato: quæ qui-
13 dem ſententia † declaratoria, licèt neceſſaria non ſit propter dominium auferendum; requiritur tamen ad poſſeſſionem auocandam, vt in læſæ maieſtatis crimine tradit And. in cap. 1. §. ſancimus num. 9. quo tempore miles Nam ſententia declarat amiſſum fuiſſe dominium à tempore cõmiſſi criminis, ex reg. tex. in l. ex diuerſo. ff de rei vend. Procurator enim fiſci non intromittit ſe de bonis, niſi declarato crimine per ſententiam l. 1. C. vbi cauſ. fiſc. l. 1. §. an bona ff. de iure fiſci: & licèt in l. 3. C. de apoſtat. per ſententiam dominium amitti dicatur, mul
14 ti tamen interpretantur dominium, id eſt † poſſeſſionem, cum frequenter vnum pro alio accipiatur l. interdum ff de verbo. ſignif. & ità intelligit Andr. loco citato num. 10. in quo iud. probabitur culpa, ob quam bonis priuari debet: imò, & ſi eſ-
15 ſet crimen † notorium, ſententia declaratoria adhuc requiritur Andr in d § ſancimus num. 2. & Siman. loco ſæpiùs citato num. 166. aduerſus Alphonſum à Caſtro, affirmaos crimina etiam manifeſtiſſima cauſæ cognitione egere; nam licèt euidentia patrati ſceleris clamore accuſatoris non egeat iudicis tñ. ſententia opus eſt, c. de euidentia de accuſat. vbi gloſ. & ſcriben. quam opinionem, etſi And loco proximè citato limitare videatur in duobus notorijs, ſcilicet in notorio facti permanentis, & in notorio commiſſo coram iudice. poſſemus ta
16 men dicere id locum † habere in feudo, in quo ipſe loquitur, cuius dominium vtile, facilius reconſolidatur directo: ſed idem Andr. licet ſupraſcriptas duas limitationes tradat, tutiùs eſſe ait, ſi hoc notorium conſtet per publica documenta, monens propterea illum, qui à Principe bona delinquentis obtinuit, vt de hoc crimine conſtare faciat; quoniam nec ipſi Principi notorium eſſe aſſerenti creditur. Ex his ergo, quæ ſuperiùs dicta ſunt, infertur ad quæſtionem, an in † foro conſcien- 17
tiæ teneatur talis delinquens bona ſua fiſco offerre: in qua Alphonſus à Caſtro Franciſcanæ familiæ alumnus, vir quidem doctiſſimus lib. 2. de poteſt. leg. pœnalis: cap. 4. & ſequ. poſt Panorm. quem ſequitur in c. canonum de conſtit. & in c. dilectis de arbitr. conſtanter affirmat teneri eum in foro conſcientiæ bona ipſa in manibus fiſci afferre, cuius ſeueriſſimam ſententiam impugnant Domin. Sotus omnium ſua tempeſtate Theologorum facilè princeps lib. 1. de iuſt. & iur quæſt. 6. art. 6. & idem peritiſſimus Pacen. Epiſcopus loco ſæpiùs allegato num. 158. & pluribus ſequen. qui dicit verba illa † ipſo 18
iure, intelligi, vt neceſſe ſit, vt bona poſtulentur ab eo in cuius fauorem lex ea verba poſuit, vel ipſo iure, ac ſi diceretur per ipſum ius, aut ſi concederetur ipſo iure illa eſſe confiſcata, neceſſarium tamen eſſe, vt hæreticus accuſetur, & ordine iuris ſeruato condemnetur, & bona à fiſco occupentur, vel vendantur; ſi ipſo facto idem eſſe, ac ſi diceret ex natura, & genere facti, cui non obſtat quomodo de quantitate, & modo facti ſit rurſus expendenda pœna: quemadmodum ab ipſo legiſlatore, ſi præſens eſſet, quorum ſententiam non poſſum nõ amplecti, cum iuri naturali nimium ſit conſona: natura enim abhorret, vt idem ſit agens, & patiens, quod eſſet cum lex quæ pœnam impoſuit, exequutorem me faceret eiuſdem. Secundo quod ſi hoc verum eſſet ſuccederet aliud contrà
† naturam inconueniens, reus enim indefenſus periret, cum 19
poſſet contingere delictum non ità graue eſſe, vt cõtra ipſum toto iuris rigore agatur, & bonis ſuis omnibus priuetur. Item quod nemo tenetur ſe prodere ex ſententia Chriſoſt. Epiſo. ad hebræos quæ regiſtratur in can. quis aliquando de pœnit. diſt. 1. item quia in ſæpius allegato can. cum ſecundum de hæret. prohibetur confiſcatio bonorum ante ſententiam, ergò interim legitimè, & authore Prætore poſſidentur. Præterea reſpondet Iacobus Sima. num. 228. † nullo iure naturali,
diuino, aut gentium probari hæreticum ante ſententiam vero dominio bonorum ſuorum eſſe priuatum, neq; enim bono- 20
tum

Digitized by Google

vt in cap. inter. 34. q. 3. & in c. firmiſſimè. de hæreticis. & an volens ſe corrigere ſit iudicandus hæreticus? vide gloſ. in cap. hæc eſt fides. 34. q. 1. glo. in cap. nunc autem. 21. diſt. & per Archid. in cap. 2. de hæret. lib. 6. & an recuperare debeat bona ſua? Vide gloſ. & doctores. in cap. accuſatus de hæreticis. lib. 6. gloſ. in cap. cum ſecundum. eodem tit. & lib. Io. Andr. in cap. fin. eodem titulo. Paul. de Elea. in clemen. prima. eodem tit. ſcilicet de hæret. Superant.

aliquem alium conſequuntur erroris. Apud nos pro talibus nullus a interuenire præſumat quod ſi fecerit in ipſum noſtræ indignationis aculeos nõ immeritò conuertemus.

Verum iure Romano alia pœna erat in hæreticis conſtituta, videlicet, in ſeruantibus hæreſim, pœna deportationis. In diſcentibus eam pœna 10. lib. In docentibus, eadem pœna vltimi ſupplicij: Libri vero hæretici dogmatis erant penitus concremandi, vt facinoroſæ peruerſitatis veſtigia, ita flammis conbuſta perirent, vt C. eo. l. quicunque. §. nemo huiuſmodi libros.

a *Interuenire*. No. quod interdicitur ſupplicatio pro Patarenis, ſicut alias in crimine læſæ maieſt. vt C. ad leg. Iul. ma. quiſquis. §. denique. Nam profanorum preces ab auditis principis repelluntur, vt C. de offic. vic. l. 2. & ita non tenet reſcriptum impetratum per eos, vt C. de ſumma Trin. l. 2 in princ. & C. eo. Arriani, in fin.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

rum dominium pendet à charitate, vel gratia, vt per peccatum amittatur: ſed ſicut acquiritur apprehenſione, ac iuſtis cauſis, & titulis, ita è contrario certis ex cauſis amittitur, quarum nulla eſt peccatum interius eius, qui dominium habet, quod eſſe communiter receptum authoritate diu. Thomæ 2. 2. quæſt. 12. art. vlt. & aliorum, quos allegat, tenet ibi adductus author. vnde ſi verum eſt dominium in fiſcum per ſolam hæreſim transferri id iure Pontificio, aut ciuili ſtatutum eſſe neceſſarium redditur, ſequitur ergo, vt cum lex aliqua ab homine condi non poſſit, per quam hæreticus obligetur in foro conſcientiæ, vt ante ſententiam teneatur (quod idem ipſe author aliunde probauit præſertim num. 193. & ſequ.) hæc quæ dominium in fiſcum transfert non poſſit intelligi, vt illi obliget bona ſua fiſco offerre. quibus ac aliis argumentis vtuntur Domi. Sot. & Iacobus Siman. qui latè omnibus argumentis pro contraria opinione adductis ab Alphonſ. Caſtr. reſpondet. Quæ omnia ſi in illo procedunt, qui in hoc crimen ſemel incidit, & per conuerſionem ad fidem, pœnam ſtatutam euitare poteſt, quanto magis in eo locum habebunt, qui crimen abiurauit, & in illud poſtea reincidit, relapſus enim iſte dicitur quaſi in iddem crimen reuerſus, quod tamen intelligẽdum eſt de illo qui poſt publicam criminis abiurationẽ iterum in eundem incidit errorem, quamuis primo loco crimen plenè probatum nõ fuerit. Item qui colpatus eſt de vno articulo, & poſt illum abiuratum in alium incidit, & qui poſt hæreſim abiuratam hæreticos receptat, fauet, viſitat, aſſociat, & ad illos dona mittit, vt in cap. accuſatus, & § ſequent. de hæret. lib. 6 & declarat latè Sima. de Catth. inſtit. tit. 57. de re-
21 laps. hic enim † vt grauius peccat, grauius etiam puniendus eſt. minus enim malum eſt viam Domini non agnoſcere quã poſt agnitam retroire, vt inquit Innoc. III. in cap. quidam de apoſtat. ille enim qui poſuit manum ad aratrum, & retroaſpexit non eſt aptus Regno Dei c. magnæ de voto. grauius enim puniuntur, qui votum fecerunt, aut fidem habuerunt, & votum non perfecerunt, aut in malis vitam finierunt, quàm qui ſinè voto, aut fide mortui ſunt, & tamen bona egerunt opera, vt inquit Vrbanus Papa relatus in can. ſumus 12. quæſt. 1. nàm prima vice cum per ſimplicitatem lapſi fuerint contra fidem, qui errorem abiurando oſtenderunt illis priuilegio ſimplicitatis ſuccurritur arg. tex. in l. 1 ff. de dol. l. cum de indebito. §. fin autem his ff. de probat. quod expreſſius ſancitum eſt per Imper. Theodoſium Valentinianum, & Arcadium in l.
22 hi qui. C. de apoſt. Qua de re † his propriè relapſis poſt abiurationem omnis meritò denegatur audientia, etiam ſi maximam pœnitentiam agere voluerint, vt doctiſſimè decreuit Lucius III. Pontif. Max. in d c. ad abolendam de hæret. ſunt. n. iſti decipientes miſterium fidei chriſtianæ, vt aiunt citati Im-
23 per. in d. l. hi qui de apoſt. indulgentia † enim Principis illos non comprehendit, qui pluſquam ſemel crimina commiſerunt, nec in eos liberalitatis auguſtæ refertur humanitas, qui impunitatem veteris commiſſi non emendationi potius, quã conſuetudini deputarunt, & ideo ſeculari iudicio relinquãtur, nihil eis pœnitentia, vt diximus proficiente, quod quidem ſeculare iudicium intelligitur, vt animam per ignem à corpore neſario emittant, quod expreſſè declarat Angelicus doct. Thom. 2. 2 q. 12 art. 4. in corpore ad finem, & in reſponſio-
24 ne ad primum argumentum. Duplicem igitur † hæreticorum ſpeciem habemus, quorum alteri ſimplices, alteri relapſi vocantur, & hos deterioris eſſe conditionis vidimus, quod in alio patet, nam primi ſi verè pœnitentiam profiteantur, & errorem ſimpliciter confiteantur, & abiurent pœnam mortis euitant, & iuxta criminis commiſſi qualitatem puniuntur, vt ſtatuit Lucius III. in d. cap. ad abolendam de hæret. verum perpetuò carceri mancipantur, vt inibi pœnitentiam agant poſt publicam ſui criminis abiurationem, quod expreſſè cautum eſt Greg. VIIII. conſtitutione piiſsima in cap. penult. de hæret. vt voluit gloſ. in cap. ad abolendam in ver. recurrere eod. tit quod eſſe communiter receptum poſt Igneum in l. 1. §. cum dominus num. 32 ff. ad Sillan. teſtatur Iul. Clar. d. §. hæreſis verſ. ſed quæro: Hæc autem pœna poterit etiam per inquiſitores in aliam, vt illis videbitur cõmutari, authoritate illis conceſſa per Bonifac. VIII. in c. vt commiſſi hæret. lib.
6. & iddem circa bonorum † confiſcationem, licèt ipſo iure à 25
die quo delictum committere cogitauit amiſerit, vt ex Pariſ. conſ. 1. num. 145. & ſeq. lib 4. magis communiter receptum teſtatur Iul. Clar. in d § hæreſis verſ ſed quæro, licèt contrarium teneant Ang. Clauaſ. verb. hæreticus num 18 & Silueſt. in ſumma verb. hæreſis primo num. 17. qui omnes miſericordia, illa poſſe concedi non iure affirmant, quod & mihi rectius videtur, nam vt diximus bona ſunt confiſcata, & nullum iis reperio, quod huiuſmodi bonorum reſtitutionẽ concedat, arbitror tamen, vt huiuſmodi hæretico in aliquo carcere recluſo alimenta aſsignentur de bonis ipſius, cum alimentorum
præſtatio † perpetua ſit l. mela. ff. de alimen. legat. Poſſet ẽt 26
intelligi communis opinio, vt bona reſtituantur filiis catholicis in caſu pœnitentiæ, & ita poſſit intelligi Anth. idem eſt
de Neſtoria. C. de hæret. quæ bonorum hæreticorum † occu- 27
patio manu armata, & militari etiam fieri poteſt, quando aliter bona haberi non poſſint cap. 1. 23. q. 3. & voluere Ioan. Friburg. in ſum. confeſſ. tit 5. de hæret. q. 4. & Silueſter dict. verb. hæreſis num. 13. nam iſti nullo iure poſsidere poſſunt, non iure naturali, non diuino, neq; humano, vt probat idem Io. Friburg. loco proximè citato.
Relapſi † verò, vt ſuperius diximus ad vitam, & bonorum re- 28
ſtitutionem non admittuntur, ſacramenta † tamen eccleſia 29
illis non denegat ſi verè illius erroris pœniteat, vt declarauit hoc vtrumq; Alex. primus in can. ſuper eo de hæret. in 6 nam ex quo abuſi ſunt prima gratia eis ab eccleſia facta reddiderunt ſe audientiæ indignos, quod docuerunt in d. cap. ad abolendam Innoc. Hoſt. num. 9. Ant. Butr. num. 24. Marian. Socin. num. 8. & 11. Card. Zabar. in verſ. illos quoque, & vo-
luit expreſſè Diuus Thom. loco citato, qui ait bonum † du- 30
plex eſſe ſpirituale, & hoc eſt ſalus animæ, aliud temporale, & hoc eſt vita corporalis, poſſeſsio mundana, bona fama, & dignitas eccleſiaſtica, vel ſecularis, & ad primum bonum eccleſiam ſuam charitatem extendere, non autem ad ſecundum, nam ſi hæretici reuertentes ſemper reciperentur, & cõſeruarentur in vita, & alia bona temporalia reſtituerentur poſſet in præiuditium ſalutis aliorum hoc eſſe, tum quia ſi relaxarentur alios inficerent, tum etiam quia ſi ſinè pena euaderent alij ſecurius in hæreſim laberentur. Et propterea etiam eccleſia primos reuertentes ab hæreſi non ſolum ad pœnitentiam recipit, ſed etiam in vita conſeruat, & interdum eos diſpenſatiuè ad dignitates eccleſiaſticas reſtituit, ſi videantur verè conuerſi. D. Thom. ſequuti ſunt Cardinal. Turrecrem. & Præpoſ. in can. 1. prima q. 7. Io. Friburg. in ſum. confeſſ tit.

3. de

3. de hæret. q. 14. Silueſt. verb hæreſis num. 17. & Simanc. l. lib. de cath. inſtit. tit. 17. de relapſ. num. 54. 55. & ſeq.

Per officiales noſtros. Deducimus ex his verbis ad Principes
31 † chriſtianos, & ſeculares punitionem hæreticorum ſpectare; quod ſane intelligendum erit, quando, vel eccleſiaſticus iudex illos puniendos tradit, vel quando in eorum contumaciam hæreticos declarauit; tunc enim eos punire poteſt, vt latiſsimè poſt Boſſ. & alios, dicit Iul. Clar. in §. hæreſis verſ. hoc crimen, & ſequenti.

Ad iudicem itaq. eccleſiaſticum pertinet declarare articulum fidei, & an ab illius confeſſione, quæ à Sacris Canonibus, & Aecumenicis Conciliis declarata eſt, quis declinauerit, vt in huius cootex. dicitur, ibi *à viris eccleſiaſticis, & Prælatis exa-*
32 *minari iubemus*. Cuius quidem eccleſ. eiusq; † Sum. Pontif. inditio, ne dum inferiores, ſed etiam ſupremi Reges, atq; Imperatores ſubiiciuntur. Nam cum Romanus Pontifex, qui Dei vices gerit in terris, cap. ad apoſtolicæ. verſ. nos itaq; de ſent. & re iudi. cap. quanto de tranſlat. epiſc. & cap. vt noſtrum, extra vt eccleſiaſt. benefic. à quo omnis poteſtas deſcendit, iuxta illud Apoſtoli ad Romano, dicentis *non eſt poteſtas, niſi à Deo*; & quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſignificauit Ioannis 18. dum Pilato dixit, non haberes poteſtatem aduerſus me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper: poſſit etiam in principes ſeculares à fide declinantes diuina aſſiſtente potentia ſuprema ab illo conceſſa authoritate perfungi, qui cum ſit paſtor omnium ouium Chriſti peregrinantium in hoc ſeculo; & inter eas principes ſeculares comprehendantur, poteſt in illos ab ouili recedentes paſtorali iuriſdictione animaduertere, idq; pluribus comprobat Card. à Turrecrem. in can. alius 15. q. 6. num. 4. Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 1. vbi in reſponſione ad tertium affirmat, hanc poteſtatem ad Summum Pontificem pertinere ex can. quoties 14. q. 1. & authoritate Diui Hierony. in epiſt. ſymb. ad Damaſum Papam, qui ait, *hæc eſt fides Papa beatiſſime, quam in catholica eccleſia exhibemus, in qua ſi minus peritè, aut parum cautè forte aliquod poſitum eſt, emendari cupimus à te, qui Petri fidem; & ſedem tenes, ſi autem hæc noſtra confeſſio Apoſtolatus tui comprobatur iudicio, quicunque me culpare voluerit ſe imperitum, vel maleuolum, vel etiam non catholicum. non me hæreticum improbabit.*

Si euidenter inuenti fuerunt. † Dic quòd ad hoc, vt aliquis de hæreſi conuincatur ſufficiet penes ipſum reperire libros hæreticos Io. de Arno. problem. decimo ad quod faciunt multa, quæ habentur in deciſione dominorum de Rota 874. in antiquis. Cap. Tap.

Re-

Puniuit ſupra hæreticos: nunc punit receptatores eorum, ſine quibus hæretici diù manere non poſſunt, vt arg. ff. de recep. l. 1. & ff. de offi. præſi. congruit, vt ſic nihil loci relinquatur hæreticis vt C. de ſum. Trin. l. 2. in prin. in quo etiam ipſis elementis iniuria fieret, vt C. de hæret. l. Arriani. circa princ.

Punit etiam hæreticos credentes, complices, & quoſcunque fautores: conſcios, ſcilicet, & miniſtros eorum. Simile. C. de rapt. vir. l. 1. §. cæteros. & C. de epiſc. & cler. raptores. in fin. Vt ſic cum catholicis participium non habeant aliquod. Ne occaſione aliqua Chriſtianos eccleſiæ catholicæ membra vaſtarent, vt in Auth. de pri. do. hæ. mu. non præ. circa prin. coll. 8. mores enim aliorum coniunctione formantur, vt patet ff. de ædil. edic. l. ædiles. §. hoc autem quòd deterior.

Receptatores, complices, & fautores hæreticorum debent priuari omnibus bonis eorum, & perpetuò relegantur: & eorum filij efficiuntur inhabiles ad honores. & incurrunt in infamiam perpetuò & repelluntur tanquam infames à teſtimonio, niſi aliquis ex dictis filijs detegerit aliquem hæreticum occultum, tūc ipſe conſequitur beneficium reſtitutionis in integrum quo ad infamiã incurſam hoc dicit. Matth.

a *Patarenorum fautores.* Sunt etiam iſti tales excommunicati ipſo iure, ſcilicet per ſententiam latam à canone; vt extra de hæret. cap. ſicut ait. & cap. excommunicamus igitur. §. credentes. ſicut & ipſi hæretici, vt in præalleg. cap. excommunicamus igitur. in prin. & cap. penult. in prin. & in Auth. de interd. coll. hære. ad fin. ibi, & omnes hæreſes cum participibus ſuis anathematizantur, &c. coll. 9. & C. de ſum. Tri. l. 3. §. qui vero eiſdem.

ADDITIO. *Adde quæ ſit differentia inter anathema, & excommunicationem. vide cap. omnes. 3. q. 4. & quid ſit? vide tex. in cap. certum. 24. q. 3. Hoſt. in tit. de cler. excom. min. & ibi Io. de Ana. & Abb. in cap. cum contingat de foro compet & anathema. æquiparatur deportato, ſecundum Bal. in cap. cum ab eccleſiarū, de offi. ord.* Superant.

Et

Et poſtquàm quilibet ipſorum receptatorum, credentium, defenſorum, ſeu quocunque modo fautorum, denuntiatus eſt, & ex huiuſmodi cauſa excommunicatus ſit, ſatisfacere contempſerit infra annum, ex tunc ipſo iure infamis efficitur, ſicut & quilibet hæreticus, qui ſine dubio infamis eſt, vt C. de ſum. Tri. l. 2. ad fin. Repellitur etiam ab omni actu legitimo, vt in conſt. Feder. primi, ad decorem, &c. §. credentes. & in præalleg. ca. excommunicamus. §. credentes. vbi plene de hoc. Et tunc etiam credētes hæreticorum inter hæreticos computantur, & tanquam hæretici iudicantur, vt extra de hæret. cap. pen. § credentes. & cap. ſi aduerſus. & ibi de hoc. ¶ Nec innouantur prædictæ pœnæ per pœnam huius conſtitutionis, immo hæc pœna nihil prædictis derogās adiicitur, & accedit eiſdem, vt arg. C. de ſepul. vio. qui ſepulchra. & ff. de exer. ſi eum qui. circa fin. de act. & ob. quoties. Notandum eſt tamen hic, quod minus puniuntur receptatores, & conſentientes, quàm ipſi principales malefactores, vt patet hic, & ſupra. l. prox. Simile. C. de Nili agger. non rumpen. l. vna ff. de pœn. l. Metrodorum, & arg. ff. de condi. fur. l. proinde. Nam inter criminis reos, & fraudis participes multum intereſt, vt ff. de publ. l. ſi multi. Licet videatur contra. C. de ſacroſan. eccl. l. iubemus poſt banc. §. œconomus autem, cum ſim. ibi no. ſed hoc plenè proſequar, infra de impo. defen. l. ſi quis in poſterum, in fi. & prædicta litera illius l. ſi multi. aliter intelligitur, vt ibi no. in glo. ordina.

IMPER. FREDER.

PAtarenorum a receptatores, credentes, & complices, & quocunque modo fautores, qui vt à pœna poſſint alios eximere, de ſe, velut b improuidi non formidant, publicatis bonis omnibus re-

b *Improuidi.* Bene dicit hos improuidos, & incautos, qui contra ordinem faciunt charitatis, dum alios plus diligunt, quam ſeipſos, vt C. de ſeru. & aqua. l. præſes. Nam vtilitas

pro-

ANDREAS DE ISERNIA.

PAtarenorum. Receptatos criminoſum ſcienter, communiter punitur eadem pœna, qua receptatus. ff. de incend. ruin. naufrag. l. 3. C. de recepta. l. 1. vbi faciunt diuerſa, ſic ut eſt in receptante forbannitum, & forjudicatum, quando requiſitum non offert eum iudici, infra de forbanni. pœnam eorum, in fi. C. de his qui latrones l. 1. in fin. & in crimine læſæ maieſtatis iure Romano, vbi eſt pœna deportationis tantum, vt ff. de pœn. l. Metrodorum. Idcirco Rex Carolus primus fecit

con-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 RElegandos. Hic habemus hæreticorum receptatores fautores, & auxiliatores aliter, ac † hæreticos puniri, idem ſenſit Andr. in extrauag. Feder. Imperat. de ſtatu, & conſuet. contra. liberta. eccleſiaſt. & ratio eſt propter acerbitatem pœnæ, quæ hæreticis infligitur. Abſurdum enim putauerunt iura, vt ex ſola receptatione, vel quia fauet hæretico, iudicio ſeculari tradatur capite puniendus, & bonis priuandus quam concluſio nem canoniſtæ etiam adn iſerunt. Hoſtien. nempè

in

Digitized by Google

propria præferenda eſt alienæ, vt ff. de præſcr. ver. l. qui ſeruitu..darum, in princ. licet dicatur de ſeruis quod non debent ſaluti dominorum ſuam anteponere, vt ff. ad Sylla. l. 1. §. eodem tecto.

a *Ipſorum filij.* Scilicet Patarenorum. Quod videtur nimis iniquum, vt filius portet iniquitatem patris. Nec enim paternum vitium debet prolem afficere innocentem, vt C. de legit. hæred. l. lege 12. tabularũ. prope fin. Nec etiam ſunt indigni, qui alieno laborant vitio C. de natur. lib. l. 1. in medio. Quia nullum patris delictum innocenti filio pœna eſt, vt ff. de decur. l. 2. § nullum. cum multis concor. ibi not. in gl. ordina. quæ incipit, concordat, &c. & ideo alibi legitur, quod iudex non minus nepotis merita, quam patris eius delicta perpendit, vt ff. de bon. poſſ. contra tab. l. 3. §. ſi emancipatus. in fin. §. Hoc etiam probat illa rub. C. ne filius pro patre, &c. Sed iſtud ſpecialiter ſtatuitur hic propter immanitatem criminis, ſicut in crimine maieſtatis, vt C. ad leg. Iul. maieſta. l. quiſquis. cui æquipatatur per omnia, vt ſup. l. prox. vbi ſimiliter de hoc dixi. ¶ Sicut & in alijs caſibus, propter immanitatem criminis à iure communi receditur, in quibus appellatio denegatur qui no in gl. ordin. C. quorum app. non reci. in l. obſeruare. & eſt ratio ſpecialitatis hic in crimine maieſtatis, quoniam in filijs, paterni, hoc eſt hæreditarij criminis exempla metiuntur, vt in præalleg. l. quiſquis, vtpote paterni criminis non ignaris, vt ſupra in proœmio. circa princ. Et adde hic quæ ibi de hoc notaui. Et ita alijs maiorum ſuorũ exempla præiudicant, vt C. de cohar. l. ſi cohartalis. lib. 12. vt ſic omne hæreticorum ſemen ſtirpitus eneruetur: vt arg. C. de peti. bo. ſub. l. 2. in princ. lib. 10. & eorum damnoſa memoria aboleatur, vt C. de epiſc. & cler. l. quoniam venerabilis. Et credo. quod legiſlator in pœna filiorum exiſtimauerit paterna vitia refrænare, ſic. C. de natu. libe. l. vltima. Nam pater cum in pœna filij magis periclitetur, quàm filius, vt Inſtit. de noxa. circa fin. & magis terreatur in filio, quàm in ſeipſo, vt ff. quod met. cau. iſti quidem. in fi. ſaltem metu pœnæ filij, ab hoc horribili crimine abſtinebit. Pietas namque paterni nominis conſilium capit pro liberis, vt ff. de adulter. l. nec in ea. in fi. cum ſim. Nec veriſimile eſt, quod pater filium ad ſupplicium offerat, vt ff. de re milit. l. milites agrum. §. pen. Alij tamẽ aliter colorant pœnam filiorum dicentes, filios non prorſus inſontes, qui, vtpote ſcientes vitam, & conuerſationem patris hæretici, ipſum non deferunt, vt arg. in fin. huius l. & C. ne ſanctum bap. reit. l. vlt. Et ideo tanquam imitatores paterni ſceleris puniuntur, iuxta illud diuinum eloquium, Ego ſum Deus zelotes vindicans peccata patrum in filios vſque ad tertiam, & quartam progeniem in his, qui oderunt me, hoc eſt, in his, qui contra me paternum odium imitãtur, vt habes ext. de renun. cap. niſi cum pridem. §. perſonæ vero. Nec poſſunt filij coniuncti neceſſitudine proxima, paternæ conditionis ignorantiam ſimulare, vt C. de libe. cau. ſi filium ff. vnde cog. l. octaui. in fi. Nec poteſt ſe filius excuſare, quod patrem de crimine deferre non poteſt, vt ff. de accuſ. l. qui accuſare, in fi. Hoc eſt crimen exceptum, in quo defert, ſicut crimen maieſtatis vt in Authent. vt cum de appel. cog. §. aliud quoque capitulum. in verſi. ſi eos in criminalib. cauſis, &c. quæ duo crimina in omnibus paria ſunt, vt ſup. l. prox. Et è contrario, pater pro filio hæretico non punitur: Nuſquam enim eſt repetire, quod patres ex delicto filij puniantur, vt ff. de re iu. l. ex pœnalibus. & inf. vt pater ſor. ex deli. fi. teneri non po. l. ob filiorum, & inf. de offi. re. l. patres pro filijs.

legandos in perpetuum eſſe cenſemus: Et a ipſorum filij, b ad honores aliquos nullatenus ſumantur. Sed infamiæ perpetuæ nota laborent. Vt c nec † in teſtes, nec in cauſis quibus repellũtur infames, aliquatenus admittãtur.

ADDITIO. *Adde glo. in rub. C. de decre. decu. lib. 10. Bar. & Io. de Imo. in l. cum filius ff. de verb. obl. Bald. in l. omnimodo. in §. imputari. C. de inof. teſt. im. Bald. in l. 1. C. ne fil. pro pa. Bal. & Io. de Imo. in l. lex Cornel. ff. de vul. & pup. Ludouic. Ro. in l. ſi filio. la ſeconda ff. ſol. matr. Spec. in tit. de ſenten. in §. ſequitur. ver. quid ſi filius. Io. de Ana. in cap. 2. de deli. puero. Pet. de Anchar. in cap. 1. de conſt. verb. & iuxta prædicta. Paulus de Caſt. conſil. 34.* Superantius.

Et eſt ratio diuerſitatis huius, quia filius eſt tanquam res patris, cum pater in eo proprietatis ius habeat, vt ff. de prob. l. ſi filius. & ſibi pro eo exhibendo, & deducendo competat interdictum, quod ius proprietatis cauſam continet, vt ff. de interd. l. 2. § iuris ſui. & §. ſed. Et in illum competit vtilis rei vendicatio, adiecta cauſa ex iure Quiritum, vt ff. de rei vend. l. 1. §. per hanc. Quinimò tanta eſt poteſtas in liberos quod olim eos licitè occidebat, vt ff. de liber. & poſth. l. in ſuis, in fi. & C. de pa. po. l. fin. Et hodie propter nimiam paupertatem conuictus eos licitè vendit, vt C. de pa. qui filios di. l. 2. Et ideo filius acquirit patri: & dicitur vna perſona, & vox cum patre. Et iniuria filij dicitur eſſe patris, vt dicunt vulgaria iura. Pater ergo punitur in filio, ſicut in alijs rebus ſuis. Secus autem eſt de patre, qui eſt ſui iuris, nec acquirit filio, vt ff. de verb. obl. l. quod dicitur. Et eius perſona ſemper honeſta, & ſancta debet videri filio, vt ff. de obſe. à lib. pa. & patronis præ. l. liberto. Adeò vt non ſolum ſublata filio fuerit occidendi patrem occaſio à Macedone fœneratore peſſimo adinuenta. vt ff. ad Maced. l. 1. in princ. Sed etiam non permittitur filio patris famam laceſſere, vel eius ſugillare pudorem, vt ff. de doli ma. excep. l. apud Celſum. §. aduerſus. & ff. de in ius voc. l. ſed & ſi. §. prætor ait. C. qui & aduerſus quos. l. 2. cum ſi. Non poteſt ergo in aliquo patris conditionem facere deteriorem, vt C. de pact. l. filius. Si tamen pater aliquam alimoniam ſubminiſtret hæretico filio, vel quomodolibet patiatur, cum prohibere poſſit, tunc ſine dubio ex ſuo delicto. ſ. tanquã fautor meretur pœnam conſtitutionis huius, vt infra in præall. l. patres pro filijs. & ff. de his qui no. infa. l. libertorum. §. pe. & l. non alias, in fin. & ff. ſi mau. ven. no. in poſ. cal. cauſa mi. eſſe dic. l. fi. Vltimo ſciendum eſt, quod ſecundum allegata ſuperius, videtur pœnam conſtitutionis huius inflictam filijs locum habere in filio in poteſtate patris conſtituto: Secus forte in filio emancipato ante paternum errorẽ: Sicut & in filio emancipato ante crimen maieſtatis excogitatum cauetur, vt C. ad l. Iuli. in maie. l. quiſquis. §. emancipato. vbi de hoc in glo. or. quæ incipit, ab eo tempore, &c.

b *Ad honores aliquos.* Nam cum ſint infames, vt ſequitur, eis dignitatis portæ non patent, vt C. de digni. l. 2. lib. 12. & ibi de hoc.

ADDITIO. *Adde tex. in cap. præceptum. 22. q. 5. tex. in regula, infamibus, de reg. iur. in 6. cap. licet ex quadam de teſtib. glo. in cap. teſtimonium, eo. tit. Arch. in cap. illud. 23. diſt. idem Arch. in c. diffinimus. 2. q. 1.*

c *Nec in teſtes.* No. quod infamis non admittitur ad teſtimonium, vt ff. de teſtib. l. 3. in prin. §. lege Iulia. in fi. §. vbi dicit, alij propter notam infamiam vitæ ſuæ &c. & ff. de ſenato.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

conſtitutionem, vt etiam eſſet pęna confiſcationis bonorum, ſicut eſt pœna in receptante hæreticos. Sed quæro, quare minor eſt pœna in receptante proditorem, qui non punitur ad mortem, quam in receptante hæreticum, vt hic? Reſpondeo, eſt, vt quidam dicunt, quia abſurdum putauerunt legum conditores tam graui pœna punire, vt perderet perſonam, & bona. Alij, quòd fuit pro ratione voluntas: Minus tamen puniretur conſanguineus receptans, quàm alius extraneus. ff. de recepta

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

ſum. §. qua pœna, el 2. Archid. & Anchar. in cap. 2. de hæreticis in 6. Silueſt. in verb. hæreſis primo. num. 16. & Angel. Clauaſ. ver. hæreticus cæteriq; Summiſtæ, à quibus tamen expreſſè diſſenſit Anton. de Butrio in cap. excommunicamus. de hæreticis poſt gloſam in cap. ſi aduerſus in verb. auxilium de hæret. aſſerens eos, vt hæreticos puniendos, ea tamen cautela adhibita, vt citentur prius ad dicendum cauſam quare non debeant hæretici declarari, ac de hæreſi ſuſpecti, & ſi per

Digitized by Google

nato.l.Caſſins. Qund videtur accipiendum etiam de infamia facti: non ſolum de infamia iuris, vt tangitur in glnſ. ordina. præalleg.l.Caſſius.ſed aliter, vt C.de ſum.Trin.l.t.in ſi. no.in glo.ord. quod infamia facti non repellit à teſtimonin.

ADDITIO. *Infamia. Adde glo. in l 3.§. cauſa. ff.de Carbo. Cyn. in l cunctos populos. C. de ſum. Trin. gl. in cap. teſtimonium. de teſti. Tamen vbi agitur de probanda ingratitudine, teſtis infamis infamia facti ipſo iure repellitur. tex.eſt ad hoc no. in cap. primo. in ver. integræ opinionis, quem ad hoc no. ibi Bal. qui teſtes ſint neceſſarij ad probandum ingratitudinem, in vſibus feudorum.* Superant.

a Si tamen aliquis de filiis receptatorum, vel fautorum de texerit aliquem Patarenum, de cuius huiuſmodi manifeſtè probetur perfidia; In fidei præmium, quam agnouit, famæ priſtinæ, de imperiali clementia reſtitutionis in integrum b beneficium conſequatur.

Tenendum tamen eſt, quod notatns infamia facti à teſtimonio non repellatur omnino: Minus tamen ei credatur, vt ff.de Carbonia. edic.l.3.§.duæ.& ibi de hoc in glo. ordi. quæ incipit, quia fieret &c. Sed inſtatur, & videtur abſurdum repellere infamem à teſtimonio quacunque infamia dicatur notatus, nam ferre teſtimonium eſt onus, vt patet. C.de epiſ. & cleri. l. nec honore. vbi dicit, nam & perſona oneratur, &c. Teſtes enim cum inuiti trahantur ad teſtimonium ferendum, vt ff.quemadmod.teſtam.aper.l.cum ab initio.& C.de teſti. ſi quando. ſæpè cum cautione magna à rebus proprijs auocantur, vt ff.quemadmodum teſtamenta aperiantur.l.ſed & ſi quis ex ſignatoribus. Et ita pœna infamiæ immunitatem huius muneris tribuere non deberet.ff. de interdictis & relegatis. l. relegatorum.ad finem. Sed immunitas iſta contingit non principaliter, ſed per quandam conſequentiam. Nam cum veritas ſit exquirenda non ab infamibus, ſed à teſtibus bonæ famæ, & derogatione carentibus, vt in Auth. de teſtib. §. ſancimus, colla.7. ideo infames cauſa ferendi teſtimonium non onerantur, nec auocantur à proprijs rebus, quia non licet eis teſtimonium ferre. ſimile. ff.de excu.tut. l. ſed & milites.§. ſed ignominia miſſi. Vel dici poſſet, quod ferre teſtimonium eſt honor, & dignitas, cum teſtis affirmationi credatur, vt arg.ff.de re mili.non omnes §.à barbaris. Et quod ſic dignitas, habetur in Decret. 22.quæſtin. quinta. cap. præceptum.

a *Si tamen aliquis de credentibus.* No. Rubricam. Aliàs eſt de credentibus, fautoribus, &c. quæ litera bona eſt. Aliàs de filiis receptatorum vel fautorum, &c. & hæc litera non eſt bona, nam ſic ſupra l. proxima, de pœna filiorum loqueretur in filiis receptatorum, & fautorum, quod eſſet ſummè iniquum, vt ad eorum filios pœna tranſiret.

b *Beneficium.* Simile in præallegata l.quiſquis. in fin. & ff.de re milit. non omnes.§. vltimo.

AN-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

receptatorib.l.2. Quod qualiter intelligatur iſtud minus, dixi plenè in titulo de pace iuramento firmanda. § receptatorib. & vide quæ dicta ſunt ibi circa hanc materiam. Sed inuenies quandoque plus puniri in caſu iſto receptatorem, quam receptatum, vbi pœniteat hunc hæreticum: Nam tunc ei parcitur vita, quia gremium redeunti non claudit eccleſia, quod dic plenius, vt diximus de ſtat. contra lib.eccle.§.Gazaros.

ADDITIO. *Gremium redeunti non claudit eccleſia. Adde l. Manichæos. C. de hæreticis. l. vlt. in fin. de ſum. Trinit. & fide cath. in cap. ſuper eo. de hæret. & glo. in ver. audientia. in cap. ad abolendam, de hæret.*

Sed receptanti non parcetur perpetua relegatio, & bonorum ſuorum omnium publicatio, etiam ſi pœniteret ff.de furtis.qui ea mente. Nam & ſi teneretur eadem pœna, non teneretur eadem lege, ſicut in commentarienſi, & calumniatore, arg.C.de cuſt.reor. l. ad commentarienſem. Quandoq; verò plus punitur receptatus hæreticus, vt quando non pœniteret, vel eſſet relapſus: quia tunc inuoluitur flammis, vt ſupra, conſtitutione proxima, in fin. Sed receptans non moritur naturaliter ex pœna iſtius conſtitutionis: ergo qui grauatur in vno, releuatur in alio caſu. ff.de iureiuran.eum qui. Nec eſt mirum: quia & in aliis criminibus, ſi princeps parceret criminoſo, nihilominus receptans eum ante indulgentiam puniretur: quia iſtud perſonam non egreditur. ff. de conſtitutionib. principum.l.ſ.in fin. Quid ſi uxor hæretici receptet uirum? dicitur quòd tenetur cohabitare cum uiro hæretico: & propterea non punitur, quia non ſoluitur matrimonium hac de cauſa, extra de diuortiis.cap.2. 32.q.1. in coniugio. & in ſumma de diuor.§. penul.

ADDITIO. *Adde, an perdat dotem ſuam? vide tex.in c. decreuit. de hæret.lib.6.*

Niſi fortè inhiberetur ei per iudicem, quod non cohabitaret: quia erat fortè cohabitatio eorum in contumeliam creatoris, ut extra eo. tit. gaudemus. Et repete quæ dicta ſunt in dicta conſtitutione, pœnam. Et de eo qui capit, & detegit criminoſum ſimilis criminis, ut maieſtatis. Idem de eo, qui fugit ad hoſtes fidei, de conſiliatore, & aliis dubitationibus, dic ut in titulo, quæ ſint regalia.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

ſi per annum ſteterint quo minus ſe purgauerint, inter hæreticos reputentur; atque, vt hæretici puniantur ex com. reg. tex. in l. prima. C. de his qui latro. & l. ſecunda. ff. de receptato. quod videtur etiam innuere gloſ. in dicto capit. ſi aduerſus. hæc ſententia comprobatur ex ijs quæ habentur in cap. excommunicamus & præſertim in §. qui ante de hæreticis ex d.§.credentes. Hæc intelligenda minimè
2 ſunt de ſimplici receptatore, ſed de eo, qui ſcienter † auxilium præſtat ad malum, & ita hæ contrariæ opiniones conciliari poſſunt, & ſic facit ad iſtam poſteriorem concluſionem tex in d. extrauag. Imper. Feder. in §. Gazaros. Confirmatur hæc opinio ex diſpoſitione conſtitutionis pœna carere vo-
3 lentes, qua ſtatutum eſt † vxoribus forudicatorum integras dotes, atq; donationes propter nuptias manere, dum tamen foriudicatis maritis ex illis minimè ſubueniatur. Hæc ſi procedunt in fauente foriudicato, quanto magis in ſubueniente hæretico, quod accidit in hoc Regno, vt dicemus.

4 Cum quidam vir nobiliſsima † ex familia originem trahens acceſſiſſet ad ſeruiendum Principi, qui tunc hæreticus à ſede Apoſtolica fuerat declaratus, & hic poſſideret baroniam in Regno, quam ſibi vxor in dotem dederat fuit in ſupremo Collaterali Conſilio dubitatum, nunquid fructus, & iuriſdictio illius terræ fiſci commodis eſſent applicandi, durante ſaltem mariti vita ex regul. tex. in l. Statius Florus §. Cornelio felici.ff de iure fiſci, cum ex ſuperius dictis, & huius conſtitutionis diſpoſitione bona fautorum hæreticorum publicentur, interrogatus dixi nullatenus fieri poſſe, niſi in caſu allegatæ conſtitutionis pœna carere volentes, & hunc articulum decidere Simanc. de Catth. inſtit. tit. de bon. hæret.num 66. qui vxorem hæretici dotem recuperare ſuis commodis: immò etiam bona paraphrenalia nu.70. ac etiã eam partem lucrorũ maritalium, quæ matrimonio conſtante maritus acquiſiuit, & Hiſpanico iure inter virum, & vxorẽ diuiduntur ex l 77.Tauri. donationes ẽt propter nuptias, & arras, nu. 71. & 72. nã vxor licèt dominium rerum dotalium in maritum tranſtulerit; ipſo tñ ad inopiã vergente bona recuperat per viã aſſecurationis, vt in l.ſi conſtante.ff ſolut. matr. competunt quidẽ illi omnes actiones, & iura quæ matrim. ſoluto pro recuperatione dotis cõpeterent l.in rebus, & l. vbi adhuc C.de iure dot. Ex quibus diſcuſſo negotio in Collat. Conſ.nihil contra illam dominam fuit innouatum, cuius vir dum poſt hæc Regnũ eſſet ingreſſus cũ aliquibus cæteris à militibus curiæ fuit iuſtiſſimè trucidatus.

DE

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HVius tit. materiam latiſſimè pertractant Canoniſtæ io rub. & tit. de Apoſtatis, Ciuiliſtæ C. eod. tit. S. Raymund. tit. de Apoſtatis. Diuus Thomas 2. 2. q. 12. Io. Friburgeoſis in ſumma confeſſor. lib. 1. tit. 7. per plures quæſt. Angel. Silueſt. Caiet. & Armill. ver. apoſtata. Tolet. tit. de apoſt. & infidel. lib. quartn. cap. ſexto Simanc. de Cathol. inſtitut. tit. de apoſt. Apud Hiſpanos lex 4. 5. 6. 7. & 8. tit. 25. part. ſeptima. vbi accuratè Gregor. Lopez. Lall. de Tuſcia, Afflict. Granimat. poſt Marinum Caramanicum, & Andream in hac conſtit.

Apo-

Exterminat alios fidei, & eccleſiæ detractores, ſcilicet apoſtaras. Et dicitur apoſtata, quaſi retro ſtans, vt 26. q. vlt. non obſeruetis.

ADDITIO. *Adde cap. quidam. de apoſta. cap. beatus. 3. q. 4. cap. pennata. de pæn. diſtin. 2. glo. in cap. magna. de voto. & gloſ. in l. fin. C. de ſum. Trin.* Superan.

Apoſtatas à fide pœna mortis inſequitur, & bonorum priuatione; a religione verò, cogit ad profeſſionem redire, et ſucceſſione priuat, & iure legitimo. h. d. T.

a APoſtatantes à fide catholica. ¶ De duplici apoſtaſia hic agitur, videlicet de apoſtaſia perfidiæ, qua quis recedit à fide catholica, vſque ad verba ioferiora. & à profeſſione, vel voto, &c.

ADDITIO. *Adde quot ſunt ſpecies apoſtaſiæ. vide per Hoſtien. in ſum. tit. de apoſta. verſ. quot ſpecies. & an apoſtata à fide poſſit damnari poſt quinquennium à die mortis? vide per Bart. & Saly. in l. 2. C. de apoſta. & an idem ſit dicendum in crimine læſæ maieſtatis, vide glo. in ver. & hoc in l. Manichæos. C. de hæret. quam extollit Lud. Rom. in ſing. in verb. accuſatus, vel alter. num. 432.* Superant.

Et abinde, de apoſtaſia irregularitatis, qua quis recedit à ſtatu religionis aſſumptæ. De prima loquitur ſpecialis titulus. C. eod. tit. per totum, ſuper qno oihil hic onuum ſtatuitur, & ideò oihil notandum occurrit. De ſecunda traditur iure canonico ſpecialis titulus, extra en. ti. Nec credant Canooiſtæ, quòd ius ciuile hanc ſecundam apoſtaſiam non puniat. Nam de clerico apoſtatante cauetur, quod ſtatim cadit à ſacro miniſterio. Cadit, & deinceps inter idiotas, ideſt, laicos erit. Et oihilominus erit curiæ ciuitatis illius, in qua clericus erat, & cum tota ſua ſubſtantia dabitur. Vel ſi ſit ioops ad officialis deputabitur fortunam vt io Auth. quomodo opor. epiſc. cæ cle. ad nr. perd. §. neque autem. & §. ſemel autem col. 1. & io Auth. de nupt. §. ſed & ſi quis inter reue. coll. 4. & in Authen. de ſan. epiſ. §. ſi verò poſt ordioatinnem. & §. generaliter. & §. præſbyteris autem. collat. 9. Niſi clericus iſte prius ſeruus fuiſſet, quo caſu, in priorem domini ſeruitutem retrahitur, vt in Autheo. de ſanct. epiſc. § ſi ſeruus. De monachn verò apoſtatante, qui ſcilicet poſtquam profeſſus eſt, à religione recedit, ſtatuitur, vt bonis ſuis remanentibus io monaſterio, vnde recedit, ſi prius fuerat ſeruus, in ſeruitutem primi domini reuocetur. ſi curialis, vel officialis curiæ, officio, cui ſubiectus fuerat, reddatur. Si prorſus liber, in aliud monaſteriū cum rebus poſt diſceſſum quæſitis mittatur. Et ſi rurſus iode receſſerit, iudex prouinciæ, in qua inueotus fuerit, debet eum tenere, & ad ſeruitium curiæ deputare, vt in Authen de mon. §. ſi verò ſeruitij, & §. ſi quis autem fortè ſemel. & §. ſi vero relinquens mo-

IMP. FREDER.

APoſtatantes a à fide catholica penitus execramus,

ANDRAEAS DE ISERNIA, ET ALII.

APoſtatantes. De duabus apoſtaſiis loquitur, vt dicit glo. de apoſtaſia perfidię, & fidei, de qua loquitur C. eod. tit.

ADDITIO. *Vide glo. in cap. ex parte. de temporibus ordinationum & qualit. ordin. glo. in cap. conſuluit. de regularibus, & tranſeuntibus ad relig. glo. in cap. fin. 50. diſtin. & an apoſtata ſit capax prælaturæ? vide per Bal. in l. Barbarius. in repet. de offic. prætor.*

Et de apoſtaſia religionis, aut ordinis aſſumpti. de hac loquitur extra eod. cap. 1. Eſt & tertia apoſtaſia. ſ. inobedientiæ, quando non obedit præcepto prælati, & tranſgreditur iuſſa canoonum, & de hac dicit plenè Innoc. extra eod. tit. c. 1. Quia clericus pro prima depooitur, & traditur aliquando iudici ſeculari. Sed de ſecunda, quando recedit quis à religione, † vel à clericatu aſſumpto, quantumcunque contrarium facit abiiciendo tonſuram & veſtes, ſeculariter viuendo, vel incedendo, non perdit priuilegium. cap. ſi quis ſuadente. oiſi ſit monitus, & tunc poſt admonitiooem, ſi non deſiſtat io omnibus laicaliter ſe habebit.

AD- † ADDITIO. *Vide Capyc. deciſ. 161. & an talis clericus gaudeat circa collectas, ſi dimittat habitum, vide ſcrib. in cap. Regni, item ſtatuimus, quòd clerici. fol. 214.* De Bottis.

Ante monitionem nihilominus erit de foro eccleſiaſtico, nec iudex ſecularis mittet manus in eum. † Poſt monitionem erit de foro ſeculari, oiſi eſſet in ſacris, vel profeſſus in monaſterio, tunc eoim non poſſet eſſe de foro ſeculari, ſed cogeretur ad ordioem redire. & ſic intelligi debet 22. q. 4. c. eos.

† ADDITIO. *De hoc an clericus delinquens non deferens habitum, & tonſuram gaudeat priuilegio, ponit Io. And. in cap. vlt. de bigam. melius quàm alibi, in 6. & in cap. in audientia, eo. tit. de quo per glo. in c. ex parte, ext. de priuil. & exceſ. prælat. & per Doct. in cap. ſi iudex laicus. de ſent. excom. in 6. & quid de verberante clericum incedentem more laico, vide gl. in l. ſi ignorans. ff. loca. facit, quia talis quis præſumitur, qualis in habitu reperitur. l. item apud. §. ſi quis virgines, de iniur.* De Bottis.

Sed quantum ad alia priuilegia clericalia, Clericus non exiſtens in ſacris, & in monaſterio non profeſſus apoſtatando: Aut

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 APoſtatantes. T Apoſtaſia † eſt retroceſſio à religione ità
a S. Thomas 2. 2. q 12. art. 1. in corpore, & inibi Caieta-
2 nus, cæteriq; ſcribentes ſupra allegati. Hæc autem triplex † ſcilicet fidei, quando quis ab ea recedit, & aliam contrariam ſectam ſequitur, vt puta ſi quis efficeretur idolatra, vel Turca, aut Maurus, quod præter allegatos doct. exprimit tex. l. 4. tit. 25. part. 7. idq; neceſſe eſt, vt faciat verbo, & corde, nam ſi quis propter metum à fide recederet, non apoſtata diceretur, ſed mortaliter peccaret, vt inqoit In. Friburg. io ſumma confeſſor. tit. 7. quæſt. 5. lib. 1. & Silueſt. verb. apoſtaſia verſ. primo quæritur, cuius contrarium tenet Caietanus 2. 2. q. 94.
3 ar. 1. ver. in reſponſ. ad primum. Ego tamen † ſub correctione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ teneo, priorem opioionem ſuſtineri poſſe in caſu quando aliquod ſignum pænitentiæ ſtatim oſtenderet, vtputa, ſi quis apud hoſtes detentus alicui ſacerdoti ibi exiſtenti, vel aliis Chriſtianis notum faceret ipſius dolorem, vel à ſemetipſo fugam arripiens ad Chriſtianos conuolaret. Hæc intelligendo, quo ad pœnam priuatioois bonorum, & alias à iure ciuili, vel ſtatutis impoſitas, cùm non dicatur propriè apoſtata, ſecus verò quoad pœnam animæ
† Alia eſt apoſtaſia obedientiæ, cum quis eccleſiæ præce- 4
ptum tranſgreditur. Tertia irregularitatis, quando aliquis profeſſus aliquam ex religionibus approbatis animo ad eam ampliùs non redeundi relicto, vel mutato, aut etiam non muta- to

Digitized by Google

monaſterium ad quoddam. & §. ſi quis autem monaſticam. & quomodo opor. epiſ. §. quanta igitur in ver. ſciturus, quod ſi præſumpſerint, & e. de ſanc. epiſc. §. ſ. d neque curialem. & §. ſi monachus. Et hic ſecunda apoſtaſia detegitur, cum monachus, vel clericus ad aliam vitæ figuram migrauerit, vtpote, abiiciendo tonſuram, coronam, vel habitū, retinēdo vxorem, vel concubinam, vel aliter ſecularis vitæ faſtigia ſectando, vt patet in præallegatis iuribus. Et eſt tertia apoſtaſia inobedientiæ, qua quis mandatis eccleſiæ, & ſacris canonibus obedire contemnit, de qua hic non agitur, quia plenè in iure canonum ponitur, & punitur. Nec in iure ciuili de ea tangitur aliter, niſi quod ſanctæ eccleſiaſticæ regulæ legum vicem obtinent, & leges eas imitantur, noſq; ipſas ſequi, & ſeruare oportet, vt in Auth. de eccle. ti. in prin coll. 9. & vt ele. apud pro. epi. conue.

insequimur vltione, bonis omnibus ſpoliamus, & à profeſſione, vel voto naufragantes legibus coarctamus. Succeſſionem tollimus: Et a omne ius legitimum abdicamus.

conue. §. pen coll. 6. Nec aliter in contemptorem pœna ſtatuitur, niſi quod maxima in eos de cœlo pœna imminet, & quod ciuiles leges delictum huius non relinquent inultum, vt in Auth. de mona. in fi. & quomodo opor. epiſc. §. ſed etiam ſic eū conſtitutum. & §. ſi quis autem extraneorum. Et niſi q ſacrilegium committunt, qui diuinæ legis ſanctitatem offendūt, vt C. de cri. ſacri. l. 1. Et de omnibus his dic latius, vt in ſum. Gof. extra de apoſta.

a *Omne ius legitimum.* Ideſt omnes legitimos actus. Vt agere vel accuſare, ceſtari, vel teſtificari & ſimiles, qui leguntur. ff. de reg. iur. actus legitimi. Eſt enim quaſi ſeruus, qui quantum ad ius ciuile pro nullo habetur, vt ff. de reg. iur. quod attinet. & l. antepe. & accedit. C. de hæreti. & Manichæis. l. quoniam multi, & C. eo. tit. l. 2. & 4.

AN-

ANDRAEAS DE ISERNIA, ET ALII.

Aut fecit aliud irreparabile contrarium ordini, & religioni relictæ, aut non. Si fecit, puta exercuit ſæua, vel accepit ſecundam vxorem, vel vnam corruptam, omni priuilegio clericali priuatur. 83. diſt. quiſquis. & perdit priuilegium cap. ſi quis ſuadente. Nam priuilegia amiſſa ob culpam perdentis nunquā redeūt. In ſimili dicit Inn. extra de ope. no. nun. cap. 2. in prin. gl. ſuæ. nec eſt tunc locus pœnitentiæ: quia tunc non poteſt reparari: quia contra debitum ſui ordinis factum eſt aliter per eum. & ſic à tali pœna non deſinit eſſe nocens. ff. de fur. qui ea mente. & de ædil. edi. quis ſit fugitiuus, in prin. Non poteſt hic reparari, quod eſt contra debitum, ſicut nec amiſſa virginitas. C. de rap. virg. l. 1. & ſic etiam hic ſi non fuiſſet clericus, non poſſet eſſe clericus, poſtquam talia commiſiſſet. & pro hoc eſt 23. q. 8. cap. quicunque ex clerico Secundo caſu quando non fecit contrarium ordini ſuo, & reparabile eſt, puta, fecit ſe militem, duxit vxorem virginem, induit virgatam, abiecit tonſuram, nutriuit comam. Tamen ante monitionem, & ſi monitus deſiſtat habebit priuilegium c. ſi quis ſuadente. Si poſt monitionem eam non dimittat, perdit priuilegium, vt dictum eſt. Item ſi ante monitionem eſt clericus, & petit ſeculariter viuere, & priuilegio ſeculari gaudere. 3. diſtinct. ſeriatim. & c. ſi quis verò. aliàs, ſi quis vxor. Et clerici vxorati habent priuilegium ſi omittant ſecularia, ſecus ſi committant grauia. Et ſi tabernam exercent, aut tonſura dimiſſa negociantur, vt laici, hi perdent priuilegia, & alia clericalia, vt extra de cle. coniu. cap. 10. & cap. ſeq. Et ideo quando poteſt reparari, vel recuperari contrarium eius, quod fecit retinet priuilegium eo. ti. cap. ſi quis ſuadente, niſi poſt monitionem non corrigat: quia qui peccat, & peccatum emendat, perinde eſt, ac ſi nunquam morboſus fuiſſet. d. l. quis ſit fugitiuus. Vbi ergo exercuit ſæua: duxit vxorem corruptam: vel duas, hoc eſt irreparabile, ideo perdit omnia priui-

priuilegia. Vbi verò non abiecit tonſuram, induit virgatam nutriuit comam, & fecit ſe militem, duxit vnicam & virginē, ipſi poſſunt clerici eſſe, & recuperare, quod perdiderunt. ſ. clericalem tonſuram aſſumendo: non enim ſunt hæc ſubſtantialia contra ordinem, niſi moniti non corrigantur: tunc enim omnia perdent per cap. ſi quis ſuadente, niſi eſſent in ſacris, vel profeſſi in ordine. Sed ſi commiſerunt turpia, vel grauia non ſubſtantialia, contraria ordini, vt tenere tabernam, interim non habent priuilegia alia d. cap. ſi quis ſuadente, ſic, niſi poſt monitionem. eliciuntur hæc ex dictis Inn. in fin. extra eo. ti. cap. 2. Licet alij aliter dicant. Alij faciunt differentiam inter eum qui abiecit veſtem clericalem tantùm, alia contraria non aſſumendo, & eum qui veſtem laicalem tantū induit, vt virgatam, & benè differunt: quia primus omittit tantùm. alius plus, quia committit peccatum, & in omittendo eſt leuius quam in faciendo. ff. ad Syll. l. 1. in gl. Sed non eſt tale commiſſum, quòd non poſſit recuperari, pro quo eſt. ff. de iniu item apud. §. ſi quis virgines. vbi ancillari veſte induta, quæ erat virgo poteſt recuperare reducendo ſe ad veſtem virgatam & honeſtam, ſecus ſi virginitatem perdidiſſet, hoc non poſſet recuperari. d. l. item apud. de iniu. & l. 1. de rap. virg. Item non eſt tam graue induere virgatam, quam tenere tabernam, & vilia operando, arg. C. de adul. l. quæ adulterū. Grauitas in delictis attenditur. d. §. ſi quis virginem. vbi plus eſt induere meretricalem veſtem, quam ancillarem. Ex hoc citius debet induci ordinarius, vt moneat, & monitionem faciat. Ante enim admonitionem neuter perdit priuilegium vt in d. c. ſi quis ſuadente.

APoſtatantes. Quid ſi non eſt apoſtata, ſed vagus? Dic q vbicunque inuentus fuerit, poterit tanquā fugax auctho epiſcopi reduci ſub cuſtodia ad monaſterium. 16. q. 3. c. Abbates, vt eſt arg. C. de epiſ. & cler. l. generali in fi. Barth de Capu

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

to habitu, à religione recedit, ità poſt gloſ. in càp. 1. de apoſt. ſcribentes ibi, quòd optime declarant Silueſter, & Angel. poſt Beatum Raym & Io. Friburgenſ. loco allegato. Et an ſtatim, quòd quis egreditur de religione dicatur apoſtata, declarat Caietan. 2 2 q. 12 ar. 1. Nauarr. conſ. 1. lib. 5. tit. de apoſt. & Oldrad. conſ. 202.

5 T *Inſequimur vltione*. Hoc erit intelligendum † de pœna mortis naturalis infligenda ſecundum glo. in cap contra Chriſtianos de hæreticis in 6 declarando tex. qui determinauit apoſtatam eſſe puniendum ad inſtar hæreticorum, idque expreſſè declarat d. l. 4 tit. 25. part. 7. de quo latè per Io. Friburgenſ. in ſumma confeſſ. tit. de apoſt q 3.

T *Bonis omnibus ſpoliamus.* Concordat l. 5. C. eod & d. l. 4. tit. 25 par. 7. Hinc quæritur, an bona filiis ſint auferenda in quo Iul. Clar. lib 5 q. 78. veri apoſtata tenet filios non pri-
6 uari, idemq; probatur in d. l. 4. 7 par. Cuius † contrarium decidi poteſt ex dictis per glo. in d. cap. contra Chriſtianos, dum hæreticis tex. ille apoſtatas æquiparat, quam gloſ. ſequutus ſunt

fuit Greg. Lopez in ſæpius allegata l. 4. in ver. *à ſus hijos*, & generice eadem pœna apoſtatas, ac hæreticos puniri ſcriptum reliquit Siman. de Catth. inſtit tit. 7. de apoſt.

Hinc etiam habemus † deciſionem ad quæſtionem, an principes propter apoſtaſiam à fide amittant dominium in ſubditos? quam quæſt deeidendo illum amittere dominium determinant S. Thomas 2. 2. q. 12. ar. 2. 7

An autem ſi pœnitentia † ductus velit ad religionem redire ſit recipiendus? dic: quòd ſic. iuxta communem ſententiam, vt poſt alios refert Siman. de Catth. inſtit. tit. 7 de apoſtatis num. 3. & 4. & benè faciunt dicta per Io. Plat. in l. 1. in 2 not. C. de deſert. lib. 12. An autem bona recuperet; dic, vt in hæretico in conſtit. inconſutilem. 8

T *Legibus coarctamus.* Cogitur enim † monachus ad monaſterium redire arg. l. ſi coloni C. de agric. & cenſ. lib. 12. & habetur in Trident. Conc. ſeſſio 25: de regular c. 19. Imnò eis opem præſtantes † excommunicationem ipſo iure incurrunt, vt ſtatuit Sum. Pontif. Paulus III. in conſtit. per ipſum ædita 9

ædita anno 1558. quæ eſt in Bullario num. 4.
* T *Succeſſionem tollimus.* Hoc verbum intelligendũ eſt acti-
11 uè, † ideſt, vt ad ſucceſſionem conſanguineorum, vel aliorũ
ex teſtamento non admittantur: cuius rei euidens eſt ratio;
nam cum ipſi per profeſſionem in monaſterium, in quo ſunt
profeſſi, bona omnia tranſtulerint, iura, & actiones; quæ etiã
per eius fugam per monaſterium retinentur, cum monaſteriũ
loco filij, & ſerui habeatur, vt latè probauimus in authen. in-
greſſi verb. ſua cap. 1. ſequitur, vt non ad ipſum, ſed ad mo-
naſterium deferri ſucceſſio debeat, vt in d. auth. ingreſſi latius
probauimus d. verb. ſua cap. 6. & præcipuè num. 41. & ſequ.
quibus addimus prædictam conſtitutionem Pauli Quarti, ſed
hæc omnia reuocauit Gregor. XIII. qui ſumma cum pruden-
tia eccleſiam gubernauit, quiq; liberaliſsimè Chriſtianis apud
Mauros, Turcas, & hæreticos degentes ſubuenit, meliùs bo-
num conſiderans, & ſtatuit † applicanda eſſe huiuſmodi bona
12 apoſtatæ, ac fugitiui Cameræ Apoſtolicæ commodis, vt ex
eius conſt. apparet in Bullario num. 34.
De modo tamen procedendi contra apoſtatas religionem
deſerentes, extat tractatus incerti authoris inter nouos tra-
ctatus tomo 11. 2. par. fol. mihi 408. Ad id verò, quod hic tra-
dunt gloſ. Andr. & cæteri ſcribentes de clerico, qui habitum
dimiſit, diſtingunt Summiſtæ aliter in clerico in ſacris, aliter
verò in eo, qui primos ordines ſuſcepit; nam † in primo ca-
13 ſu tradunt eſſe apoſtatam, qui tonſuram, & habitum dimiſit.
Secundo verò non, Silueſter, Angel. & alij locis citatis. Sed an
amittat

amittat priuilegium clericale in caſu clerici in ſacris conſtitu-
ti, tradunt omnes non amittere: & in clerico in minoribus
dicunt per ſimplicem habitus depoſitionem priuilegium non
amittere, niſi trina præcedente monitione. Si verò actus con-
trarios † clericali profeſſioni gerat amittere. Hodie tum ex 14
Sacri Tridentini Concilij diſpoſitione, ac Sixti Quinti conſt.
neceſſaria non erit huiuſmodi diſputatio, cum priuilegio cle-
ricali non gaudeat, qui habitum dimiſit, tonſuram non defert,
& in diuinis non ſeruit, cum hæc omnia copulatiuè requiran-
tur: & qui beneficium habet, ſi habitum deſerit priuilegium
quoq; amittit: hæc tamen, (vt ſuperiùs in conſt. de perſonis
diximus) locum non habent, ſi pauld ante delictum dimiſe-
rit habitum, vt commodius delinqueret, & poſtea ſtatim il-
lum reaſſumpſerit, quemadmodum renunciandi clericatum
animum habuiſſe præſumitur qui per annum in ſeculari veſte
permanſit, vt diximus in d. conſtitutione de perſonis. Et ad
prædicta facit, quod Venetiis decisum tradidit Thomas Tri-
uiſ. Auditor cauſarum Reuerendiſs. Nuntij apud illam Remp.
lib. 2. deciſ. 19. de quodam † regulari, qui habitum ſuæ reli-
gionis dimiſerat, & clericalem aſſumpſerat; ſed priori occultè
tamen detecto, qui fuit declaratus apoſtata, & pœnis apo-
ſtaſiæ punitus. Hoc tamen fallit in monacho, † qui à religio- 15
ne ad Epiſcopatus dignitatem euectus, ſi illi poſtea renunciet
ad religionem redire non cogitur propter epiſcopatus excel-
lentiam, prout firmat Nauarr. conſ. 6. lib. 3. ſub rub. de donat.
num. 11.

DE

DE IVDAEIS Rub. x.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

De Iudæorum materia habemus tit. C. de Iud. & cælicol. ſic in decret. lib. 5. ſimiliter, & lib. 6. pariter etiam in clement. de Iudæ. & Sarrac. in lib. extrauag. Ioannis 22. de Iudæis, & Sarrac. Item etiam in lib. extrauag. commun. Apud Hiſpanos in 7. part. tit. 24. & in legibus fori lib. 4. tit. 2. & doct. dictis locis. Diuus Thom. 2. 2. q. 10. dùm de infidelitate loquitur per plures articulos aliqua de Iudæis, & vide 23. q. 4. 5. 6. & 8. & 28. q. 1. & 2. per totum, & 56. diſt. cap. Hiſmael. & 45. diſt. cap. 2. & 4. & cap. ad menſam 11. q. 3. & notata per

per Io. Andr. in rub. de Iud. & Sarrac. Angel. Clauaſ. & Silueſt. vterq; in ſumma, ille verb. Iudæus, iſte ver. Iudæi Marquar. de Suſan. in tractat. de Iudæis, & aliis infidel. Iſidor. Epiſc. Hiſpa. in tract. contra Iudæos, vterq; in tract. tomo 14. quibus in locis quæcumq; ad materiam iſtam faciunt videre poteris; quæ tamen Dei optimi max. benignitate corda Catholicorum Regum inſpirante in Regno iſto neceſſaria non ſunt, cum omnes Iudæi penitus fuerint ab eo pulſi, vt latiùs infra.

CA-

*ADDITIO. Item ſtatuimus, quòd Iudæis. *Quis cognoſcit de Iudæis, vide Guid. Papa decis. 63. Anchar. conſil. 196. col. fin. in prin.* De Bottis.

CAROL. II. Cap. 109.

Item ſtatuimus, quòd Iudæis, * qui ſunt vaſſalli eccleſiæ nulla officia committantur, nec aliæ oppreſſiones, vel grauamina inferantur,

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 Officia † exercere Iudæi prohibentur hic, & in cap. cum
ſit nimis, & cap. ex ſpeciali extra de Iudæis cap. nulla
2 54. diſtinct. & l. 3. tit. 24. 7. partitæ; de iure tamen † ciuili. ff.
poſſunt eſſe decuriones, vt eſt tex. in l. 3. §. fin. verſ. eos, qui
Iudaicam ff. de decurion. ſecundum literam illius, quem aliter intelligit Alciat. tradit. 6. non de Iudæis, ſed de Chriſtianis debere intelligi, quos Iudaicæ perfidiæ ſectatores vocaſſe gẽtiles ex Tacito, Plinio, & alijs deducit, & reſcriptum Antonini, de quo ibi meminit Vlpian. ortum habuiſſe à miraculo, quòd

quòd dominus oſtendit Antonini tempore, dum eius exercitui ſiti oppreſſo Chriſtiani milites aquam precibus impetrarunt. Sed pro nunc tranſeamus cum litera tex. quæ etiam poteſt corroborari ex eo, quod Iudæi plurimi Romæ habitabant ante Chriſti aduentum, vt colligitur ex traditis per Illuſtriſſimum Baronium annal. tomo primo, Petri anno 7. & Claudij 9. fol. 362.
Quod autem Iudæus non poſſit eſſe iudex, † nec aduoca- 3
tus, nec procurator tradit hic Io. Ant. de Nigris.

Ex Cap. Neap. in anno 1495. Cap. xxj.

REX FERDINAN. II.

Item che ſe poſſano citare, trahere, & conuenite in lo Sacro Conſilio, la gran Corte della Vicaria, & in le altre corte della Città, como li altri vaſſalli de V. Maieſtà, tanto Napolitani, como delli altri luoghi, & parte del Regno, & e conuerſo li preſati Iudei non poſſano conuenire, ne trahere ipſi ſupplicanti altro che in li detti tribunali. Placet Regiæ Maieſtati.

Item

Idem. Cap. xxij.

Item che ſe alcuno Iudeo compraſſe robe ſtabile, nõ ſe li poſſa domandare congruo ad ipſi ſupplicanti, como ne anco ponno li Chriſtiani ruſtici.
Placet Regiæ Maieſtati.

Ex Cap. Neap. in anno 1496. Cap. IIIj.

REX FEDERICVS.

Item ſupplicano, che non poſſano ſtare Iudei in Napoli, ne in ſue pertinentie, niſi per tre dì, ſe-

I 2 condo

condo lo capitulo antiquo de Napoli,& che vada con ſignali, reſeruato meſſer Dauit, & figli, & caſa ſua.

Placet Regiæ Maieſtati.

Iudæi ſignati incedant, & ſeorſum à Chriſtianis habitent, vt ab illis dignoſcantur. b. d. cum l. ſeq.

PRAGMATICA I.

De Iudæis.

REX FERDIN. CATHOLICVS.

CONſiderato quanto ſia appartato il Santo Batteſimo dalla prauità Giudaica, & quanto ſia conueniente, che li Giudei, così come ſono appartati nell' opere della vera fede Catholica dalli

dalli Chriſtiani, così etiam ſiano diuiſi da loro, & conoſciuti per Giudei, per euitare ogni inconueniente ne poteſſe ſuccedere: Per tenore del preſente Bando s'ordina, & comanda expreſſè, che da quà auanti tutti Giudei commoranti in qual ſi voglia Città, Terra, Caſtello, & loco di queſto Regno, tanto maſcoli, come femine da diece anni in ſuſo, debbiano portare il ſegno di panno roſſo, coſito in petto,acciò che ſiano conoſciuti p Giudei, & così tenuti, & reputati, & non altramente,& chi contrauenerà,caſchi alla pena d'vna onza d'oro, per ogni volta che ſe ritrouaſſe ſenza il detto ſegno. Datum in Caſtello nouo Neap. die 12. Ianuarij 1509.

El Conde Lugartiniente General.

Vidit Decolle Regens.

Xea Secret. In Cur. 3. fol. 204.

Cum

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

CVm hac Prag. concordat tex. In cap. in nonnullis prouinciis. extra de Iudæis, & lex Hiſpan. 11. tit.24.par.7. idquè ſeruari etiam in dominio Venetiarum tradit Marq. de Suſa: in tract. de Iudæis cap. 4. in princip. & Tiber. Detian. tract. crimin. lib.5.num.16. de obſeruatia in ciuitate Ferrariæ, & Summiſtæ locis citatis. Iſtud autem † ſignum debent palàm ferre, non autem in abſcondito, alias delinquunt, vt ſcripſit Detian. loco citato; idq; maxima ratione; cum enim ſint

ſint Chriſtianis infenſi, & commixtio eum mulieribus prohibita,oportet, vt apertis ſignis dignoſcantur. Iudæi enim cum † mulieribus Chriſtianis coeuntes, ſiue cauſa matrimonij, ſiue ſimplicis fornicationis grauiter delinquunt, & puniuntur ſecundum aliquos pœna mortis, & ſecundũ Oldrad. arbitrio iudicis in ſimplici fornicatione, vt latè proſequitur Tiber. Detia. d. lib.5. de Iudæis. tit. Iudæorum delicta num.10. vſque ad 21.

PRA-

PRAGMATICA II.

IMP. CAROL. V.

ET quia perfidorum Iudæorum cum Chriſtianis conuerſatio,atque commixtio periculoſa indecentia facinora producere plerúque conſueuit, ſitquè propterea inconueniens, quòd alius non diſtinguatur ab alio,& ideo pro Dei ſeruitio, & bono publico, illos à Ciuitate Neapolis, totoque Regno decreuimus quam citius expellere, nõ obſtante conuentione cũ eis per ProRegem noſtrũ habita, volumus interim, donec id quod decreuimus exequutioni demandetur, illos à Chriſtianis, quoad poſſibile eſt ſecernere: Quamobrem mandamus, quod eiſdem tam Neapoli, quam alijs in ciuitatibus, terris, & locis quibuſcunque, vbi commorantur, locus, vel platea ſeparata aſſignetur, in qua ipſi ſimul habiteut ſeorſum à Chriſtianis, nec alia in parte, qnam in loco eis aſſignando valeant habitare: Et vt à Chriſtianis diſcerni facilè poſſint, cogantur penitus ad portandum ſignum coloratum, & notabile, maſculi in capite, videlicet pileum ſiue biretum rubei, ſeu crocei, gialliue coloris, ita vt tegi nullo modo poſſit, ſimiliterq; eorum mnlieres ſignum, vel in capite, vel alio loco vbi pateat cunctis, videriq; liceat, portare cogantur, ſcilicet faſciam eiuſdem coloris. Si qui autem contraueniſſe reperientnr, non habitando in loco qui deputabirur eis, vel ſignũ, vt ſuperius dictum eſt,non portando,vel portando illud cooperiendo, pœnam publicationis bonorum omnium incurrant, in quam ex nunc pro tunc, & è contra illos incidiſſe declaramns, bonaque

naque eorum omnia,vel eius qui contrauenerint, Fiſco noſtro in cauſa contrauentionis, applicata eſſe decernimus: Quam quidem pœnam, omni & inuiolabili modo exigi volumus,atq; mandamus. Quæ omnia, & ſingnla ſupraſcripta in omnibus ſuis punctis, articulis, & clauſulis integrè,inconcuſſè obſeruari volumus,& per noſtrum in eodem Regno Vice Regem, & Locumtenentem generalem præſentem, & per alios Conſiliarios, & officiales noſtros, cuiuſcunque nominis, gradus,conditionis, & qualitatis exiſtant, debitæ executioni mandari, omni dubio, difficultate, ſiniſtra interpretatione ceſſantibus, hæc ſecus attentari vlla ratione, prætextu, ſiue cauſa, ſi vltra iram, & indignationem noſtram grauiſsimam, pœnas ſupra expreſſas, & alias grauiores, quas nobis, & ſucceſſoribus noſtris reſeruamus, incurrere formidant. In cuius rei teſtimonium præſentes fieri iuſſimus, noſtro magno negotiorum Siciliæ citerioris Regui ſigillo pendenti mnnitas. Datum in Oppido noſtro Madritti, die 10. Menſis Nouembris, Anno à Natiuitate Domini,milleſimo quingenteſimo trigeſimonono, Imperij noſtri 19. Regnorum autem noſtrorum videl. Regorũ Caſtellæ, Legionis Granatæ, &c. Anno trigeſimoſexto. Nauarræ 24. Aragonum,vtriuſq; Siciliæ, Hyeruſalem, & aliorum vigeſimoquarto. Regorum vero omnium 24.

Yo el Rey.

Vid. Maius Vice Protonotarius, & pro Magno Camerario. Vidit Seuerinus Regens. Vidit Beltran Regens generalem Theſaureriam. Sacra Cæſarea, & Catholica Maieſtas mandauit mihi Alphonſo Idiaqui.

Quam

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Q*Vàm citius expellere.* Hæc pragmatica voluntatem Regis Iudæos eiicere volentis demonſtrat, quam poſtea declarauit effectus, fuerunt etenim eiecti anno Dñi . . .

1 Hoc enim actum † fuit non modo in hoc Regno, ſed in pluribus alijs, poſtquam Dominum cæli, & terræ crucifixerunt. Decebat enim eis non modo cælum negari, ſed, & terrã qui dominum eis promiſſum, eiſq; datũ cruci affixerant.
2 Ideoq; primùm † Romæ ante tamen Chriſti mortem vexati ſunt: nam Tiberius cum iuſſiſſet omnes ex vrbe expelli, poſtea quatuor millia ipſorum in Sardiniam miſit ſub ſpecie coercẽdorum latronum, & alij pœnis grauiſſimis affecti, vt poſt Tacitum, & Ioſephum teſtatur Illuſtriſſ. Baron. tomo primo annal. in vita Tiberij fol. mihi 94. quod prognoſticum fuit futurorum malorum. Nam Claudius ipſos Roma expulit anno ſui Imperij nono, vt poſt Suetonium in vita Claudij, & Oroſium lib. 7. cap. 6. tradit idem Baron. d. primo tomo fol. mihi 361. Ex eiſdem teſte Ioſepho lib. 18. antiquit. cap. 12. tum in AEgypto, tum etiam in Syria conſpirantibus ſimul Syris, cum Græcis in Babilone, & Seleucia quinquaginta millia ipſorum ex improuiſò occiſi ſunt: hanc cladem ſequuta eſt illa maxima Veſpeſiani Auguſti tempore, quo Hieruſalem iuxta domini profericum illud ſolo æquata eſt. in qua ſicut diuerſa crudelia paſſi ſunt, ſic iuſtæ Dei indignationis teſtimonium perhibent; quæ videnda erunt apud Ioſephum de bello Iudaico lib. 6. cap. 14. & 15. & lib. 7. cap. 7. cuius dicta refert Illuſtriſſ. Baron. loco citato fol. 654. Horum ẽt decem millia in thermis recluſa à Damaſcenis iugulata ſunt, vt teſtatur Ioſeph. lib. 2. cap. 25. de bello Iudaico & lib. 2. cap. 19. 20. & 21. teſtatur de quinquaginta millibus Alexandriæ occiſis; quod pariter approbat Baron. tom. citato fol. 622. Neq; hic finis eorum calamitatis fuit; nam Iudæi, qui circa Cirenem incolatum habebant à Romanis debellantes Romanos, & Græcos obtruncarunt, eorumq; carnibus ventres impleuerunt, cuius quidem facinoris vltionem ſumpſit Traianus, qui miſſo cũm exercitu Lucio, Iudæos, qui per vniuerſum terrarum orbem tantùm cædis ediderant, profligauit. Similiter anno 18. alia ſeditione commota, tum Alexandriæ, tum in AEgypto, tum etiam in Meſopotamia penitùs occiſi ſunt, vt poſt alios teſtatur Baron. tomo 2. fol. 54. & ſub Hadriano omnis ferè Iudæa vaſtata fuit, vt eodem tomo fol. 83. 84. & 85. & alia ſub Antonino paſſi fol. 94. iidem ſub Seuero compreſſi fol. 259. & 260. & ab eo victi fol. 267. ex quo vbiq; diſperſi ſeruitute ſaltim afflicti ſunt, cumq; multi eorum Hiſpaniæ prouinciam incoluiſſent à Catholico Rege Ferdinando anno Domini 1492. ab Hiſpania † eiecti fuerunt, vt teſtatur Alphonſus Igleſcas in hiſtoria
Pontificali in vita Innocen. Octaui, qui etiam in vita Clemen. 3
Quinti à Philippo Francorum Rege pulſos fuiſſe anno 1305. teſtatur. Hos etiã voluit Roma expellere Paulus Quartus Pontifex Maximus, licèt executioni poſtea non demandauerit.

Ex hoc quæſierunt doct. an iuſtè poſſint † Iudæi expel- 4
li? quòd diſputauit Oldrad. conſil. 87. & tenuit iuſtè id fieri poſſe, cùm per Chriſti mortem ſerui facti ſint, vt ex cap. etſi Iudæos, & cap. conſuluit. de Iudæis: & quàmuis contrariam opinionem, quòd Iudæi pacificè viuentes expelli non poſſint videatur velle defendere Marquard. de Suſan. dict. tract. de Iudæ. cap. 7. qui tamen concordari poſſe affirmat, quando damnum, ſcandala, & machinationes contra Chriſtianos præpararent. Ego tamen tutiorem Oldrad. opinionem affirmo propter intenſum, & naturale odium, quo Chriſtianos inſequuntur, quod occaſionem præbuit, vt à plurimis prouinciis eiicerentur: Romæ tamen tolerantur propter ſpem eorum conuerſionis, cum ibi aſſiſtat Summus Pontifex. Alia plurima (vt dixi) videnda erunt per præfatos doct. & præſer-
tim an contractus † inualidus validetur iuramento à Iudæo 5
præſtito? in qua quæſtione Soccin. conſil. 63. & 65. primo vol. tenet contractum inualidum non firmari, ſed contrarium tenet Petr. Philipp. Corn. conſ. 45. vol. 1. hos conciliat Marant. in ſuo ſpeculo in 3. par. princ. num. 42. dicens, quòd ſi Iudæus contrahat cum Iudæo, contractus non teneat; ſi autem cum Chriſtiano firmus remaneat; quia non conſideraretur in eis periculum animæ, propter quòd tenentur contrahentes ad obſeruantiam contractus. Ego tamen arbitror tutiorem eſſe ſententiam, vt contractus firmetur, nàm cum iuramentũ nihil aliud ſit, quàm diuini numinis inuocatio ad fidem ſeruandam, Deumq; ipſi agnoſcant, & venerentur ſecundum illorum ritus; ſequitur, vt contractus teneat; quod probatur authoritate euang. Hærodes enim, vt habetur Marc. cap. 6. Caput Ioannis Baptiſtæ tradidit ſaltatrici propter iuſiurandum, quàmuis malè fecerit, illud ſeruando.

Iudæi accedentes ad nundinas afferant pileum giallum. h. d.

PRAGMATICA III.

De Iudæis.

PHILIPPVS II.

ESſendo informati che in queſto Regno nelle Ferie che ſi fanno per gl' ordini, & licentie che ci ſono, che li Giudei poſſano venire in eſſe à negotiare, & trattare mercantie, & altri affari, li Giudei predetti non vengono del modo che vanno in quelli luochi da doue vengono, & fanno la reſidentia, cioè con ſignali, per eſſerno conoſciuti; da che ne auuiene, che pratticano con Chriſtiani huomini, & donne, & ne naſcono molti inconuenienti, atteſo che danno ſcandali, & mali eſempi, in diſſeruitio di noſtro Signore Iddio, & di Sua Maeſtà, per non ſaperſi ſe ſono Giudei, ò Chriſtiani, lo che non ſuccederia ſe andaſſero con detti ſignali come vanno da doue vengono: Per tanto volendo ſopra ciò prouedere per quello conuiene alla religione Chriſtiana, & al buon gouerno, con voto, & parere del Regio Collateral Conſeglio appreſſo di noi aſſiſtente, dicemo, ordiniamo, & comandiamo, che dal dì della publicatione del preſente Bando auanti non ſia niſſunu Giudeo, che venghi in queſto Regno nelle Fiere predette, nelle quali è lecito poſſerno venire, ſe non vengono, & ſtiano per lo tempo che ci ponno ſtare con barretta di panno giallo, & non altramente, acciò ſiano conoſciuti da tutti per Giudei, come ſono, ſotto pena di cinque anni di galera, ò altra pena corporale à noſtro arbitrio reſeruata, la qual pena ſi eſſequirà, & ordiniamo che ſi eſſequa irremiſſibiliter dalli tranſgreſſori.

Datum Neap. die 17. Iulij 1572.

Antonius Card. de Granuela.

Vidit Salernitanus R. V. Montenegro Regens.

Lobera pro Secr. In Bandorum pri. fol. 59.

Ex Ca. it. Neap. in anno 1507. De Iudæis. Cap. xxxxiij.

REX FERDINAN. CATHOL.

ITem ſupplicano V. Catholica Maeſtà atteſo che li populi del Regno in genere, & in ſpecie ſono molto dannificati per le guerre paſſate, li ſeria grandiſſimo detrimento, quando li Iudei dimandaſſero alli debitori debiti vecchi fatti ſino al Sereniſsimo Re Ferrando ſecondo incluſiue, lo che li ſereniſsimi Re paſſati, non volſero permettere, per tanto quella ſi degne prohibire detta eſattione, & petitione de Iudei, maſsime che al preſente lo regno ſe troua in più grande neceſsità, che non era al tempo de li prefati ſereniſsimi Rè paſſati. Placet Regiæ Maieſtati. quod ad inſtantiã regiæ curiæ nil petatur, nec exigatur.

Idem

Idem. Cap. xxxxiiij.

ITem ſupplicano voſtra Catholica Maeſtà, che non voglia confirmare, ne concedere priuilegij iniuſti à li Iudei. Placet Regiæ Ma.

Ex Cap. Neap. in anno 1507. Cap. xxiij.

REX FERDIN. CATH.

ITem ſupplicano V. M. ſi degne gratioſamente per ſua benignità fare indulto generale de ogni & qualunque delitto, maiore, & maximo quantunque enormiſsimo, etiam di quelli ce veniſſe pena di morte naturale, ò ciuile incluſiuè, ò qualunque altra pecuniaria, ò publicatione di tutto, ò parte delle robbe etiam ſi foſſero tali delitti, che ne biſognaſſe fare ſpetiale mentione, ò ne pendeſſe lite, lo ſtato della quale ſe intenda quà eſpreſſo per fin' allo preſente di, à tutti Iudei habitanti in la Città di Napoli, & in futurum ſi degne la M. V. aſsicurarli à beneplacito, con diſditta di ſei meſi, & che durante detto beneplacito, & diſditta tanto eſsi, quanto loro robbe, & famiglie, poſſano liberamente, & ſicuramente habitare, ſtare, andare, & venire, tanto per lo regno, come fuora del regno, à loro volontà, ſenza impedimento, & offenſione alcuna, tanto in perſona, quãto in robbe. Maieſtas Regia mandat Iudæos non turbari indebitè.

DE HIS QVI AD ECCLES. CONFVG. Rub. xj.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

DE huiuſmodi eccleſiarum immunitate habemus totum tit. in decretal. de immun. eccleſ. & in decreto. in c. inter alia cap. frater, cap. ſicut antiquitas cap. reum, & cap. miror. 17. q. 4. ſic etiam in lib. C. tit. de his qui ad eccleſiam confug. pariter etiam in libro partitarum. l. 2. 3. 4. & 5. tit. 11. part. 1. & in lib. nouæ recollectionis l. 3. & ſequ. tit. 2. lib. 1. & apud Gallos in conſtit. ſub tit. de immun. eccleſ. Hanc latiſſimè tractarunt Hoſt. d. tit. de his, qui ad eccleſ. confug. doctores omnes locis citat. Caietan. in ſumma tit. immunit. eccleſ. violatio; Silueſter, & Angel. Clauaſ. verb. immunitas, Nauarr. in manuali cap. 25. tit. de peccatis iudicis num. 20. Tiber. Decian. tract. criminali: lib. 6. cap. 25. tit. de extrahen. ab eccleſ. Remigius de Gonn. tract. de immun. eccleſ. quòad perſonas confug. ad eas tom. 13. in prima parte fol. 86. & eo. tom. de immun. eccleſ. tract. edito per Ioan. de Viſchis fol. 31. Couar. var. reſolut. lib. 2. cap. 20. Gregor. Lopez ad l. 2. 3. & 4. tit. 11. par. prima. Axeued. ad l. 3. tit. 2. lib. 1. nouæ recollectio. & Conſaluus de pace in pract. tomo primo par. 5. cap. 3. tit. de delinquent. ad eccleſ. confug. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 10. Rebuff. ad d. conſt. Galliæ tit. de immuni. eccleſ. Boer. deciſ. 110. & Foller. in fragment. num. 17. & nouiſsimè Alphonſ. Villagut monachus cõgregationis Caſsinenſis vir doctrina, & religione præclarus in tract. de exten. legum tit. de extenſione immunitatis eccleſ. Quorum dictis nihil addi poteſt; ideoq; ne (vt aiunt) videar alienas arbores tranſplantare, breuiſsimè rem perſtringam, ſummatim eorum dicta referendo, vt, qui hunc librum præ manibus habuerit, neq; aliorum copiam habere potuerit, aliqualem de hac re notitiam habeat. cum hic liber neceſſarius ſit ijs, qui per Regnum officia adminiſtrant.

1 Et in primis † illud animaduertendum cenſeo, huius immunitatis initium iure diuino probari multis in locis ſacræ paginæ, & præſertim exodi cap. 21. cuius verba habemus in cap. 1. de homicidiis, ibi *ſi quis per induſtriam occiderit proximum ſuũ, & per inſidias, ab altari meo, eijce eum*. Ponderatur enim illud verbum altari, quaſi quòd altare refugium eſſet delinquentiũ: nam diuino quodam inſtinctu hominibus inſitum eſt; ſi delinquant, Deum omnium creatorem, & miſericordiæ patrem inuocare, eiq; præces ſupplices fundere; quod benè nouit ſereniſsimus Iſraelitici populi Rex pſalm. 119. dicens *ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me*, & pſalm. 7. *Dñe Deus meus in te ſperaui ſaluum me fac ex omnibus perſequentibus me*, & pſal. 26 *Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo. Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo: dum appropiant ſuper me nocentes vt edant carnes meas, qui tribulant me inimici mei ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt: ſi conſiſtant aduerſus me caſtra, non timebit cor meum, ſi exurgat aduerſus me prælium, in hoc ego ſperabo, vnam petij à Domino hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ*, quibus verbis expreſsè docemur, quod alibi dixit idem Pſalm. 89. *Deus refugium factus es nobis*, nullum alium, niſi Deum nos habere protectorem. Hac de re igitur, vt quod ratione naturali nos docuerat, cerneremus etiam corporeis oculis, præcepit idem Dominus introducto populo in terram promiſsionis, vt ſex conſtituerentur ciuitates, ad quas inuoluntarij homicidæ confugientes tuti eſſent. Quod quidem expreſsius confirmatur idolatrarum teſtimoniis: cùm Athenienſes, & Romani, & Thebani, & Aegyptij aſylorum loca ſtatuerint in refugium liberorum hominum; quod accuratiſsimè tradidit Decian. loco citato cap. 25. num. 2. & ſeq. Ad cuius rei † ſimilitudinem habemus in Regno ciuitatem Beneuentanam, ad quam confugientes (in caſibus tamen non exceptis, de quibus alibi ſermonem faciemus) tuti ſunt. Et cũ pluries inuictiſsimo Philippo Secundo Regum maximo fuerit ſupplicatum; vt cum Summo Pontifice de ea ciuitate in Regiam ditionem reducenda tractaret, propter plurima delicta, quæ eius occaſione patrantur in hac ciuitate Neap. reſpondit nolle ſe caſualiter delinquentibus, vel aliter oppreſsis refugium tollere: quod Dominus in antiquo teſtamento conceſsit: quam rem tradidit mihi eximiæ probitatis, ac doctrinæ vir dominus meus Franciſcus Aluarez de Ribera nunc in ſupremo Italiæ ſenatu apud inuictiſsimum Regem noſtrum Philippum meritiſsimus Regens, vir meritis innumeris, & ætate venerabilis, vnde tam apud Gentiles, quàm etiam Chriſtianos huius † immunitatis violatores Deum ipſum habuerunt vltorem, vt præter adducta per Decian. & alios citatis locis, nobis tradidit Illuſtriſſ. ſæpius allegatus Card. Baron. annal. tomo 6. anno Domini 466. fol. 269. cuius verba ex actis Marcelli Acœmetarum Archimãdritæ ſanctiſsimi à Surio, & Metaphraſte deſumpta ſubnectere hic volui, cum & ipſa quoq; referant ad intelligentiã tex. l. fin. C. de ijs. qui ad eccleſ. confug. quam legem eius miraculi occaſionem conditam ipſe teſtatur Baron. 2 3

De Ardaburij, & Aſparis, quæ erat illo tempore potentia nihil eſt dicendum, neque de crudelitate æquali potentiæ, atq; adeò maiori (erant ambo Arriani potentiſſimi, vtpote longo tempore militiæ perfecturis inſigniti, ipſi quoq; Imperatori timendi) Hic ergo, qui adeo potens erat, & crudelis Ardaburius iraſcebatur cuidã ex ijs, qui erant in eius poteſtate nomine Ioanni: ille verò omnibus alijs, atque adeò ipſo Imperatore prætermiſſis, vt qui non eſſent ſatis potentes, vnum nouit refugium Marcelli tabernaculum, ipſum videlicet Acœmetar; cœnobium, & id ſubit, & in eo latet, tanquàm ſub aliquo tuto propugnaculo: ille autem cum reſciuiſſet, petebat (ad ipſum mittens) hominem ſibi tradi; cùm verò non obtemperaret, cœpit minari: cum autem Marcellus minas non curaret, ei vim attulit; miſſiſq; militibus, & qui viribus valebant, (erant multi numero) iuſſit, quærere eum, qui confugerat, & ſi non pareret, vti armis. Atque ille quidem, cum ſic iuſſiſſet, eos dimiſit. Illi autem profecti, & verbis, vti iuſſi erant, vſi, quoniam non parebat, monaſterium circumſidebant: hæc facta ſunt veſpere. Magnus verò Marcellus rogauit eos, an vellent manere, & ſe eis dixit alimenta daturum, cùm autem manſiſſent; ſuppeditauit alimenta, & res ità quidem tranſiit vſq; ad veſperam. Cùm autem non aduentaſſet, qui foris quidem erant enſes iam quatiebant terribiliter: monachi autem hæc videntes, & audientes Sanctum circumſiſtentes pro enſibus cum verbis feriebant Quid ergo (dicentes) tibi omnes propter vnum peribimus? idq; morte violenta, & acerba,

ba, & tui filij erit tibi præferendus externus? & tibi à fundamentis eum templo peribit monaſterium? ſi ueu dimittes, non citò præbebis eum, qui quæritur, qui malis huc peruenit pedibus? cum ſic per totam noctem cum, & hoſtes, & amici etiam acriter inuaderent; tempusq; fruſtra contereretur, & ſupplex non traderetur; mane autem ſtatuiſſent milites vti gladijs, & iam eſſent agreſſuri; tunc Chriſti athleta ſuam obiecit potentiam: eis verò præter opinionem apparet aduerſaria non phalanx quidem, ſed diuina quædam, & cæleſtis potentia in orbem ab igne circumſcripta, & arma inexpugnabilia, nempè Crucis Chriſti imaginem in medio ferens, longe magis refulgentem, quàm ignis, qui erat circumcirca. Hæc ergo horribilis potentia, quæ apparuerat, ex ipſo faſtigio monaſterij emittebat grauia tela aduerſum milites, quæ quidem erant ignis, fulgura intollerabilia: quibus cum non ſolum reſiſtere; ſed nec ea quidem contra intueri poſſent, gladios in terram proiecerunt, & ipſi ceciderunt, & voces ad Deum placandum accomodatas, prout quiſque poterat, emittebant. Quas cum hi, qui intus erant ſenſiſſent, cernere cæperunt, & fuerunt ipſi quoq; teſtes miraculi, quod euenerat præter opinionem. Hoc effecit, vt crudeliſsimus Ardaburius ſuorum morum obliuiſceretur, & cauſa fuit vt præter ſententiam benignus videretur ira in Ioannem remiſſa, hactenus ibi.

Huius itaq; rei tam inſigniter geſtæ occaſione factum putamus, vt Leo Imperator egregiam illam, quam diximus, ſanctionem pro confugientibus ad eccleſias promulgauerit, hoc ipſo anno, cum tertium ageret conſulatum, ità reſcribẽs ad Erithreum præfectũ prætorio, cuius verba regiſtrata ſunt in l. præſenti C. de his, qui ad eccleſ. confug.

De pluribus autem miraculis, quæ huius rei occaſione euenerunt teſtatur idem Baron. tomo 7. anno Domini 588. fol.
4 635. † Ex iſta diuina reuerentia deſcendit etiam ſecuritas ad ſtatuas Principis confugiendi eis, qui vim ab aliquo patiebantur, vt teſtatur Calliſtratus in l. capitalium §. ad ſtatuas ff. de pœn. & ſtatuere Imper. Valentinus Theodoſius, & Archadius in l. 1. C. de his, qui ad ſtat. confug. Principes enim vices Dei gerunt in terris, Ideoq; ad eos tanquam Dei Vicarios confugere ſolitum eſt, & quando ipſorum copiam habere nõ poſſunt, ad ſtatuas illos repræſentantes confugiunt: ideoq; à maioritate rationis arguendo, docuit nos Antonius Gomeſius var. reſolut. tom. 3. cap. 10. nu. 1. confugientem † ad cle- 5
ricum portantem per viam Sanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum tutum eſſe: nam ſi Eccleſiæ, ideſt loco Deo dicato id conceſſum eſt, quanto magis illi, qui ad Sacerdotem portantem Sanctiſsimum Chriſti corpus confugit, concedendum eſt. ad quod præter dicta per Gomeſiũ conferunt, quæ habetur Exod. 3. vbi acceſſus ad locũ Dei Sanctum Moyſi prohibitus fuit. Non appropies (inquit) huc, ſolue calciamentum de pedibus tuis. locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt, ſi ergo Moyſen, quem Dominus pro populi ſui redemptione legatũ ad Pharaonem mittere volebat, prohibuit accedere; quantò magis erit prohibendum id militibus ad capiendum delinquentem accedere volentibus, vbi verè, realiter, corporaliter, ſicut in ſui diuinitate extat Dominus noſter Ieſus Chriſtus: quod tamen intelligendum erit iuxta ea, quæ † inferiùs 6
annotabimus de immunitate eccleſiis conceſſa. Hac tamen immunitate non gaudebit carceratus, cui in carceribus exiſtenti ſanctiſsimum Chriſti corpus defertur vti infirmo, vel ad mortem condemnato, vt tradidit Azeued. in l. 2. tit. 1. lib. 8. nouæ recollect. num. 13. vbi poſt Antonium Gomeſium inuehit contra iudices non permittentes ſacratiſsimum Chriſti corpus condemnatis ad mortem tradi.

CA-

CAROL. II. VIC. REGNI. Cap. 95

ITem ſtatuimus, quòd eccleſiæ in toto Regno Siciliæ gaudeant priuilegio eis per iura communia indulto, ſcilicet, quòd rei, qui ad eccleſias confugiunt, abinde non extrahantur inuiti, niſi in caſibus à iure permiſſis.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

CVm hoc cap. concordant iura, tam communia, quàm etiam particularia Hiſpanorum, & Gallorum ſuperius in
1 rub. citata. Regula igitur eſt † Eccleſiam hoc eſt (vt diximus) locum muris circundatum, in quo fideles conueniunt ad ado-
2 randum, priuilegium habere, vt homines † liberi pro quouis crimine ad illam confugientes tuti ſint, nec inde extrahi poſſint à iudice. Hanc concluſionem declara primo, vt intelliga-
3 tur † de Eccleſia nõ modo authoritate Epiſcopi dedicata, ſed etiam non adhuc conſecrata, dummodo diuina ibi fuerint celebrata. vt dicit Detia. tract. crim. lib. 6. cap. 15. num. 8. tit. de extrahen. ab eccleſ. cuius dictum probabile eſt, ac pium quidquid in contrarium dicat Couarr. d. cap. 1n. lib. 2. var. reſolu. num. 4. qui tamen ſe remittit conſuetudini locorum.

4 Secundo intellige, vt idem † ſit in cœmeterio, Tertio in atrio, Quarto vt idem intelligatur, ſi aufugit intra ſepta monaſterij, vel eccleſiæ, vel cœmeterij. Quinto, vt idem ſit in domo epiſcopi, quæ eſt iũcta muris eccleſiæ & infra quadraginta paſſus; non autem vltra, ſecundum Detianum d. cap. 15. num. 14. Sexto amplia ad domum clerici, vel canonici cùm eadem, quam diximus, conditione. Septimo declara, vt, quod diximus de domo, intelligatur etiam, ſi in ea habitent laici, ſecundum Detiani opinionem ibi num. 16. qui omnes ſupradictos caſus ponit in d. c. cuius contrarium affirmamus: nam etſi, (vt inquit ipſe) ſit immunitas conceſſa loco, vt infra 40. paſſus extendatur immunitas conceſſa eccleſiæ, id tamen erit intelligendum, vt infra locum illum, vel cœmeterium adſit, cohabitatio clericorum, per ea, quæ idem Detianus dixit
5 ad cap. 21 num. 12. Hinc inoleuit mos, vt Cardinalium † domus in Vrbe, Aſylum eſſent, quod prudentiſsimus ille Pontifex Sixtus V. optima ratione prohibuit. Nam quod propter reuerẽtiam, tam ſublimi dignitati debitam erat introductum, id facinoroſorum hominum refugium erat effectum.

6 Octauo † extende, vt ſufficiat ſtare in porticu, etiam ſi eccleſiam intrare non poſſet: quod tamen de hodiernis eccleſiis non admittimus, cum atrium non habeant, & quia principalis ratio, quæ mouit Summos Pontifices, & Imperatores ad huiuſmodi immunitates concedendas, fuit, ne diuina turbentur officia, neuè humano ſanguine profanentur eccleſiæ, & vt omnis armorum ibi ſtrepitus ceſſet, ex illis, quæ Imperator dixit in auth. ſed nouo iure C. de epiſc. & cler.

Nono, vt idem † ſit dicendum de hoſpitali, dumtamen 7
Pontificia, aut Epiſcopali authoritate ſit erectum; ſecus ſi abſq; huiuſmodi authoritate fuerit conditum; ego tamen de huiuſmodi concluſione dubito, cum ex identitate rationis talis extenſio fieri non poſſit; item ex ijs, quæ tradit idem Detianus in hacmet concluſione, dum de cappellis confratrum laicorum tract. & ideoq; vt, omnes præcitati doct. de hac ſcribentes materia tradunt, reſtringendum eſt hoc priuilegium, quod dum vnius ſaluti conſulit, multorum perniciem ad ſe trahit, quod hiſce præſertim temporibus, & in Regno iſto erit perſubtiliter conſiderandum; in quo tanta malorum creuit audacia, vt nec frater à fratre, nec hoſpes ſit ab hoſpite tutus, de quo vel hic, vel alibi Deo dante dicemus.

Decimo declaro idem † procedere in oratorio laicorum, 8
vel hoſpitalis laicorum, vbi diuina celebrantur cum immobili, atq; conſecrato altari, ſecus verò ſi tantùm ad orandum eſſet conſtructum, vt idem Detian. concludit num. 19. cap. 25. etiam ſi aliquando ibi diuina celebrarentur, vt tradit Villagut in tract. de exten. immun. eccleſ. num. 25.

Vndecimo extende † etiam ad eccleſiam interdictam, ſe- 9
cundum communem ſententiam, de qua teſtantur Iul. Clarus lib. 5. q. 3. col. 1. & Detian. loco citato num. 10. qui tamen limitat non procedere. vt ea gaudeant ciues, quorum culpa interdicta eſt illis eccleſia, quæ limitatio intelligenda eſſet tantùm ſecundum eam ſententiam, de illis ciuibus, qui occaſionem dedere, vt prælatus interdiceret populo eccleſiam, non autem de illis, qui in culpa non fuere: nam cum priuilegium ſit conceſſum loco, non debent illo priuari, qui vel in illum, vel in concedentem non deliquerunt.

Duodecimo dic eodem priuilegio † gaudere eum, qui dum 10
eſſet in cœmeterio pendente pallio, extra illud fuit extractus, vt tradunt Detianus, & Nauarr. vterq; cap. 25. ille num. 11. iſte num. 8.

Decimotertio dilatatur hoc † priuilegium etiam ad eccleſiam 11
diru-

dirutam, dummodo non ſit profanata authoritate ſuperioris,
vt poſt Clarum, & alios idem Detian. num. 22.
12 Decimoquarto amplia † generaliter prædictam concluſio-
nem, vt non ſolùm intelligatur in laicis delinquentibus, verùm
etiam in clericis, in criminibus tamen non exceptis, vt poſt
Innoc. & Zabar. in cap. inter alia de immun. eccleſ. tradit
Detian. d. cap. 26. in prin. cuius contrarium voluit Nauarr. c.
25. num. 22. eiuſq; opinionem approbat Abb. Villagut in d.
tract. de extenſion. legum tit. de exten. immun. eccleſ. num.
64. verùm Detiani opinio magis rationabilis videtur: ſi enim
conceſſa fuit immunitas loco, prout omnes animaduertunt, &
præſertim Couarr. d. cap. 20. num. 3. quam rationis diuerſi-
tatem inuenimus in perſonis clericorum, cum idem ſit dicen-
dum de clerico reſpectu ſui epiſcopi, ſicut de laico reſpectu
ſui iudicis in aut. quomodo oport. epiſcopos in princip.
13 Si autem diceremus † hanc immunitatem non eſſe con-
ceſſam loco, ſed prohibitum eſſe iudicem laicum ſuam exer-
cere iuriſdictionem in eccleſia tanquam in loco ab eius iuriſ-
dictione exempto, & epiſcopo ſubiecto, ſubſiſtere fortaſſe
poſſet.

Hæc igitur, quæ ſuperius diximus ampliantes regulam præ-
dicti tex. cap. inter alia de immun. eccleſ. ex eiuſdem tex.
14 diſpoſitione non procedunt. Primo in publicis latronibus †
circa quod quærunt doct. an ſi dicat extrahendus, ſe non eſſe
publicum latronem, interim poſſit extrahi, vel debeat in ec-
cleſia remanere? in qua quæſt. Io. de Viſch. in tit. de immun.
eccleſ. num. 22. tenet poſſe extrahi, cuius opinionem admit-
tit Detian. d. lib. 6. cap. 28. quando eſſet notorius latro, ſecus ſi
eſſet dubium. In ea tamen aliter iudicandum cenſeo, & ſim-
pliciter teneo extrahendum omnino eſſe, ſi extrahentes ha-
beant literas iudicis ordinarij loci de hoc teſtificantes, vel ſit
ipſe iudex, qui velit extrahere, cum etiam in caſu dubij præ-
ſumendum ſit pro iudice. cap. in præſentia: de renunt. Qui
autem ſint publici latrones, quiue graſſatores dicemus in rub.
de foriudicatis pub. latron. eorumq; receptat. Secundo ex eo-
15 dem tex. † deducitur alia limitatio contra nocturnos depo-
16 pulatores agrorum. Tertio exhimitur † committens crimen læ-
ſæ Maieſtatis, vt per Detian. dict. cap. 28. d. tract. crimin.
Quarto incendiarius † hac immunitate priuatur, idem De-
tian. d. cap. num. 24. Quinto limitatur † non procedere in
infideli ſecundum Oldrad. conſ. 54. quem ſequimur poſt Co-
17 uar. var. reſol. c. 20. nu. 50. Detian. cap. 26. nu. 2. & Nauarr. c.
25. num. 20. aduerſus gloſam in cap. inter alia. in verb. extra-
18 endus. de immun. eccleſ. Sexto limitatur in apoſtata † à fi-
de, cum idem ſit, ac infidelis, vt per Detian. d. cap. 26. nu. 3.
19 Septimo in hæretico, † vt poſt Boer. deciſ. 110. tenet idem
20 Detian. d. cap. 26. num. 4. Octauo in excommunicato † ſe-
cundum opinionem Felin. in cap. 2. de except. num. 6. quid-
quid in contrarium ſit magis recepta ſententia, de qua Couarr.
d. cap. 20. num. 11. & Detian. d. cap. 26. num. 5. nam cum ex-
communicatus à fideliũ cõmunione ſeparatur, per quam non
modo à ſacramentorum participatione, orationibus, ſuffra-
giiſq; eccleſiæ ſit excluſus, verùm etiam ab externa conuer-
ſatione arcetur, vt omnes tradunt, & præcipuè Tolet. in ſum-
ma lib. 1. cap. 5. nullam diuerſitatis rationem inuenio, cur idẽ
non ſit dicendum de eo: neq; ſatisfacit mihi ratio, quòd tex.
iuris canonici, & ciuilis immunitatem concedentes nullam
excipiant perſonam: quia ſi hoc eſſet, infidelis etiam hac
immunitate gauderet; cuius contrarium affirmarunt per eun-
dem Detian. relati doct. neq; etiam alia ſatisfacit, quòd tem-
pore primitiuæ eccleſiæ etiam anathematizato non dene-
gabantur opera pietatis, cum etiam & infidelibus ea denega-
ri nequeant, quibus ſi ad ea præſtanda non aſtringimur præ-
cepto diuino, vel eccleſiæ, debemus illa tamen exhibere
præcepto naturali, cum omnes ſecundum primam genera-
tionem fraternitatis quodam vinculo ligemur, pro vt habetur
per Io. Breecheum in l. §. amicos. ff. de ver. oblig. Nono idẽ
22 dicendum † eſt in ſimoniaco, vt per Detian. d. cap. 26. nu. 5.
23 Decimo in † blaſphemo ſecundum Boer. dicta deciſ. 110.
quem ſequitur Detian. d. num. 6. cuius contrarium tenet Na-
uarr. d. cap. 25 num. 20. Vndecimo hac immunitate priuantur
24 † ſacrilegi, qui in eccleſia delinquunt, vt tradunt Detian. d.
cap. 26. num. 9. & cap. 27. num. 5. vbi plures diſtinguit caſus,
ſecus verò ſi extra eccleſiam ſacrilegium commiſiſſet, prout
confutata opinione Remigij in tract. de immun. eccleſ. in
22. & 34. fall. firmat Nauarr. d. cap. 25. num. 19. quem re-
fert, & ſequitur Conſal. de pace in prax. tomo primo parte
5. cap. 3. §. 3. nu. 103. & intelligunt præfati doct. in occiden-
te hominem intra eccleſiam exiſtente, tam ſi occidens exi-
ſtat intra, quàm extra. Duodecimo non procedit in occiden-
te † clericum ſecundum Detian. in d. c. 28. num. 11. cuius 25
contrarium tenet Nauarr. in manuali cap. 20. nu. 19. & Con-
ſalu. de Pace d. prax. num. 169. Decimotertio ex eodem fon-
te deducitur limitatio † vt committens adulterium, & furans 26
intra eccleſiam non gaudeat, Conſalu. de pace in præcita. lo-
co num. 86. & 87. Decimoquarto eximitur ex hac regula
comburens † eccleſiam, & eam ſpolians. Nauarr. d. cap. 25. 27
num. 22. & Conſal. in d. §. num. 144. Decimoquinto eijcien-
di ſunt ab eccleſia ſerui † ad eam confugientes ob ſæuitiam 28
dominorum, & ſuis dominis reſtituendi, præſtita priùs cau-
tione de non ſæuiendo in eos. cap. metuentes 12. q. 4. De-
tian. d. cap. 26. num. 9. & Nauarr. d. cap. 25. num. 19. Deci-
moſexto limitatur in bannito. † quem nos vocamus foriudi- 29
catum, ſecundum primum caput diſtinct. Detian. in d. cap.
26. num. 8. vbi dicit, quòd ſi doloſè, & in fraudem banni, vel-
let cohabitare in domibus adhærentibus eccleſiæ, aut in ipſa
eccleſia non gaudet, ſecus verò ſi caſu pertranſiens per terri-
torium familia illius iudicis fuerit illum inſequutus, & ex hoc
ad eccleſiam ſe contulerit, quæ diſtinctio ſatis placet; ſed
multo magis prudentiſſima conſtitutio Sixti V. Pontificis Ma-
ximi, per quam non ſolùm hac immunitate banniti priuan-
tur; ſed legitime poſſunt inde abſtrahi per curiam ſecularem,
cum eccleſia Dei orationis domus, non latronum ſpelunca,
debeat eſſe, quorum deprauati mores corrumpunt etiam il-
lorum Deo famulantium, vt quotidie videmus in Regno iſto.
Nam contracta diabolico vinculo amicitia peſſimorum iſto-
rum hominum cum religioſis efficitur, vt aliqui ex eis nomine
tantùm religioſi, erigentes ceruices aduerſus eius ſuperiores,
atque prælatos plura delicta committentes, & tandem ipſo-
rum diabolo deditionem facientes effecti fuerint latrones, &
duces ipſorum (quod abſq; lachrymis ſcribi nequit) quam
ſanctiſſimam ſanctionem ità modificauit Gregor. xiiij. vt il-
lius penè effectus fuerit ſublatus, cui tamen ſi vita compos
fuiſſet eam modificaſſet, pro vt effecit Sanctiſſimus Domi-
nus noſter Clemens Octauus, qui tam in ciuitate iſta, quàm in
prouincia Calabriæ conceſſit facultatem ad tempus ingredien-
di monaſteria, & eccleſias, ad perquirendos malefactores in
quibuſdam caſibus.

Decimoſeptimo limitatur in eo, qui voluntarie exiens † ab 30
eccleſia vagatur vltra pedes triginta, vel quadraginta, in do-
mibus vicinis, qui ſi ad eccleſiam reuerſus fuerit immunitate
non gaudet, vt idem Det. d. cap. 26. num. 15. Decimooctauo 31
ſimiliter non gaudet † exiens ductus verbis doloſis Nauarr. in
præcitato loco num. 22. & Conſal. de pace in 5. parte §. 3.
num. 166. Decimonono regula fallit in eo, qui metu iudicis
† exit, vt dicit Igneus in l. 1. num 4. fol 8. & col. 3. ad Syllan. 32
contrarium tamen tenet Conſal. de pace lib. 5. cap. 3. §. 3. nu.
167. Vigeſimo non procedit † in ſimplici fure ſecundum Hiſ- 33
panorum conſuetudinem à laicis, & clericis approbatam, de
qua teſtatur Couarr. var. reſolutio. cap. 20. num. 13. quam ni-
mis rigoroſam, & impiam dicit Detian. neſcio tamen quo ſpi-
ritu ductus; cùm huiuſmodi domeſtici fures non minus ciues
in vrbibus manentes infeſtant, quàm publici latrones vias
publicas, cùm & ipſi multoties inſidietur hominum vitæ, cum
eorum bona ſubripere volunt; ipſius tamen Detian. opinio-
nem, & aliorum admittendam eſſe cenſeo, vbi conſuetudo
illa non viget. Vigeſimoprimo limitatur in eo, † qui delinquit 34
in eccleſia, & ad aliam confugerit, vt per Detian. d. cap. 28.
num. 8. & Conſal. de pace d. loco num. 75. Vigeſimoſecundo
in eo, qui committit † in eccleſia delicta, & alia etiam delicta 35
extra eccleſiam patrauit, qui ſecundum Cappell. Tholoſ. de-
ciſ. 422. immunitate non gaudet: in quo tamen articulo di-
ſtinguit Detian. d. cap. 28. num. 9. idemq; intelligendum eſt in
eo, qui exiſtens in eccleſia mandauit committi homicidium
intra eccleſiam, ſecus ſi vt committeretur extra, vt per De-
tian. d. cap. 28 num. 8.

Vigeſimotertio ab hac immunitate excipitur homicida,
qui proditoriè † homicidium cõmiſerit, vt percipitur ex tex. 36
cap. 1. de homicidiis, qui tranſumptus eſt ex cap. 21. Exo-
di, prout ità interpretati ſunt poſt alios Couar. var. reſol. cap.
20. num. 7. Tiber. Detian. tract. crimin. d. lib. 6. cap. 28. num.
12. & Conſal. de pace in præcitato loco num 130. intelligen-
tes d. cap. 1. tam in clerico, quàm in laico, & tam in delicto
proditorio, quàm appenſato, quod fundatur ex Deuterono-
mij loco cap. 19. vbi Dominus. inquit, *qui occiderit hominem
volens morte moriatur, qui autem non eſt illi inſidiatus, ſed Deus*

tradidit

tradidit illum in manibus eius, conſtituam ſibi locum in quo fuge-
re debeat, vbi apertè conuincitur locum refugij non eſſe con-
ceſſum illi, qui volens occiderit proximum ſuum, ſed ei, qui
caſu hoc fecerit.
Vigeſimoquarto repellitur ab huiuſmodi priuilegiis, qui de-
37 linquit † propè eccleſiam, ſpe tamen ad illam confugiendi, vt
tradit Nauarr. d. cap. 25. num. 22. & Conſal. de pace loco
vbi ſupra num. 94. Vigeſimoquinto ex hac concluſione de-
38 ſumitur limitatio, quòd occidens † veneno immunitate non
gaudeat, vt tradunt Detian. d.cap.28. nu. 19. & Conſalu. de
pace in præcitato loco. Vigeſimoſexto ex hac regula exci-
39 piuntur † aſſaſſini, Couarr. loco citato num. 7. Detian. d.cap.
28. num. 28. & Conſal. vbi ſup. num. 35. poſt alios per eos ad-
ductos. Vigeſimoſeptimo hac immunitate non gaudet filius
40 occidens † patrem, & pater occidens filium Pariſ. conſi. 96.
vol. 1. & Conſal. in d. §. num. 125. Vigeſimooctauo in male-
41 fico † ceſſat iſta regula; vt tradit Conſal. de pace ibidem nu.
42 110. Vigeſimonono raptor † Virginum neq; gaudet, ſi credi-
mus Didaco Couarr. d. cap. 20. num. 8. in quo diſtinguit De-
tian. loco ſæpius citato num. 20 Trigeſimo in raptore monia-
43 lium † Conſal. de pace d. §. 3. num. 87. Trigeſimoprimo in
44 effrattore carcerum confugiente † ad eccleſiam, vt tradit
Archid. in cap. ſicut antiquitus 17. q. 4. Chaſſen. in conſuet.
Burgund. in tit. *des juſtices* col. 4. ſed contrarium tenet Detian.
d. cap. 28. num. 28. & Conſal. vbi ſupra num. 163. & Detian.
idem dicit in condemnato ad ſupplicium, & in eo, quem fa-
milia ſequens confugit ad eccleſiam, & etiam in eo, qui ſe
exemit à manibus familiæ, de quo tamen dubito per ea, quæ
in ſequenti dicemus ex dictis eiuſdem Detiani.
45 Trigeſimoſecundo limita in eo, qui captus † à familia ducitur
ad carceres per cæmeterium, vel per eccleſiam, quia poteſt
inde abſtrahi, nam eccleſia non recipit eum liberum, ſed ca-
ptum, vt inquit Detian. num. 30. ex quo idem poſſet dici, vt
ſuperius animaduerti in eo, qui captus ducebatur ad ſuppli-
cium, & eum fugientem familia ſequebatur ex reg. tex. in §.
feræ igitur, & ſeq. inſtit. de rer. diuiſ. Trigeſimotertio limita-
46 tur in eo, qui fuit excarceratus † ſub iuratoria cautione de
redeundo ad carceres, ſi tamen erat iuſtè captus, dumtamen
ei ſit cautum, quoad corporis pœnam, ità poſt Alberi. Henr.
& alios

& alios tradit Couarr. in d. cap. 20. variarum reſolut. lib. 2. nu.
12. verſ. 18. ex his, & Detian. d. cap. 28. num. 51. lib. 6. tract.
crimin. Trigeſimoquarto in committente crimen peculatus,
† vt poſt Rom. tradit Iaſ. in l. plerique ff. de in ius vocan. cuius 47
contrarium ſenſit Detian. & rectè d. cap. 28. num. 25.
Trigeſimoquinto vt ad ciuilia debita ſermonem cõuertamus,
tradidit Igneus in l. 5. in princ. ff. ad Sillan. num. 51. & ſequ.
Remig. tract. de immunit. eccleſ. fallen. 37. obligatum ad ra-
tiocinia tutum in eccleſia non eſſe, † ſed contrariũ tenet De- 48
tian. loco citato nu. 26. & Nauarr. in manuali c. 25. nu. 19. Tri-
geſimoſexto ex eodem fonte naſcitur 2. limitatio, vt immuni-
tate iſta non gaudeant exactores † tributorum, qui in proprios 49
vſus pecunias applicant, & vt à ſolutione ſint immunes ad
eccleſiam ſe conferunt, quam deciſionem firmauit doctiſſi-
mus Oldradus, & ſequtus eſt Detian. d. cap. 28. num. 27. qui
tamen videtur in principio ſentire, vt iudex eccleſiaſticus co-
gat ad ſoluendum: ſed contrarium firmauit Couarr. dicto c.
20. num. 14. Conſal. de pace d. pract. num. 155.
Trigeſimoſeptimo ex hac concluſione deſcendit limitatio,
quam tradit Couarr. loco citato num. 14. verſ. nec Iaſonis
argumentatio, vbi dicit cãpſores, † & mercatores, quos etiã 50
bancherios nuncupamus, qui luxurioſè viuentes alienas im-
pendunt pecunias, & poſtea ad eccleſiam confugiunt maxi-
mas pecuniarum quãtitate, ſecum ferentes, creditores, & pro
prium honorẽ parui facientes, idq; optima rõe cũm, & ipſi pu-
blicis latronibus æquiparẽtur apud Hiſpanos à quibus diſpen-
dia & multarum domorum pernicies oriuntur, vt annotabi-
mus in prag. de nummulariis, quicquid in cõtrarium ſenſerint
Nauarr. d. c. 20. nu. 19. & Conſal. de pace nu. 156. Trigeſimooc-
tauo huic addamus limitationem in eo, qui eſt † carceratus 51
pro debito ciuili, vt comprobat Detian. loco citato numer.
34. qui tamen contrarium tenet poſt Couarr. nu. 14. Detian.
tamen ſequitur. Nauarr. in manuali cap. 25. num. 21. & Con-
ſal. de pace in d. praxi lib. 5. cap. 3. §. 3. nu. 164. Trigeſimãno-
nã limitationem tradunt ſcribentes in iudice, † qui tenetur 52
ſe exhibere ſindicatui, vt tradit Paris. tract. ſindic. §. viſo do
modo procedendi num. 6. Contrariam tamen ſententiam
multis probauit medius Conſal. de pace in d. praxi lib. 5. cap.
3. §. 3. num. 179.

DE

DE DECIMIS Rub. xij.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HAnc decimarum materiam vti practicabilem, & quotidianam, atque animarum ſaluti perneceſſariam latiſſimè pertractarunt variis in locis, tum Pontificij, tum etiam Cæſarei iuris interpretes, ac diuinæ paginæ periti: ideoq; breuiter nonnullas quotidianas reaſſumendo concluſiones, cæteras pertranſibimus. De hac re igitur habemus tit. trigeſimum in 3. lib. decretal. de decim. primit. & oblat. ſimiliter decimumtertium in 6. lib. decret. ſub eadem rubr. eundem in lib. clementinarum, & alium ſimilem in tit. extrauag. communium, & in decreto 16. q. 1. quibus in locis latiſſimè ſcribentes Barthol. de Capua. & Lallus de Tuſcia, & Afflict. poſt gloſ. & Andr. in conſt. quanto cæteris, Io. Antonius de Nigris ad c. Regni volumus, & mandamus quod. eſt 92. & ad c. item ſtatuimus 93. & ad cap. officiales, quod eſt 162 & cap. & quia, quod eſt 187. Rebuff. & And. Hiſpan. in tract. de decimis, Gregor Lopez in prima par tit. 20. *de los diezmos*, Didac. Perez eod. tit. in lib. legum ordin. lib. 1. tit. 5. Azeued. in lib. 1. cap. 17. nouæ recoll. Diuus Thom. 2. 2. quæſt. 87. Sotus de iuſt. & iur. lib. 9. q. 4. art. 2. Angel. & Silueſter in verbo decimæ. Nauarrus in manuali cap. 21. Tolet. in ſumma lib. 6. c. 20. & nouiſſimè poſt hæc ſcripta vidi Io. Azorium ſocietatis Ieſu in lib. inſtitutionum moralium par. 1. lib. 2. cap. 34. virum equidem doctiſſimum, & accuratiſſimum, è quibus omnia, quæ ad materiam hanc pertinent doctè, accuratè, ac eleganter videre poteris. Dicemus tamen aliqua prout ſequentis conſt. ac capitulorum materia expoſtulabit.

Quotuplex autem ſit decima † duplicem habemus tra-
ditionem, alteram ex Beato Hieronymo ſuper Ezechiel, cuius
1 verba regiſtrata ſunt in cap. 1. de decim. alteram verò, de qua
doct. omnes loquuntur; illa quatruplex eſt, & vt breuiùs loquar verba tex. referam *decimam partem omnium frugum Leuitica tribui populus ex lege dabat, Rurſus ex iſtis decimis leuita, hoc eſt, inferiorum miniſtrorum gradus decimas dabant ſacerdoti-*

hoc

bus. Erant quoque, & alia decima, quas vnuſquiſque de populo Iſrael in ſuis horreis ſeparabat, vt comederet eas cùm iret in templum in vrbe Hieruſalem, & in ueſtibulo templi ſacerdotes, & Leuitas ad conuiuium inuitaret, erant autem, & alia quas pauperibus recondebant.

Alteram verò ſecundum l. primam partitarum; & hæc duplex prædialis, & perſonalis, his additur, & tertia quæ mixta dicitur, hoc eſt, quæ ſoluitur de agnis, & aliis animalium fœtibus, nam cum participent terra pro paſtu, & homines pro cuſtodia, mixta dicitur, vt tradit Didac. Perez ad l. primam ordin. lib. 1. tit. 5. in princ. verſ. quæro etiam tertio. Nauarr. d. cap. 21. num. 29. Angel. Clauaſ. ver. decima, Tolet. in ſumma lib. 6. cap. 20. num. 4. Gregor. Lopez ad l. 9. tit. 20. par. 1. verſ. diezmos in principio Conſal. de pace in eius pract. 1. par. 2. tomi cap. 5. num. 6. Eſt autem decima † omnium bonorum licitè quæſitorum pars decima in recognitionem ſu-
premi dominij Deo debita, vt traditur in d. l. prima tit. 20. par. 2
1. & refert Didac. Perez d. l. prima tit. 5 lib. 1. ordinat. quam diffinitionem declara pro nunc breuiter, & primo dùm dicitur omnium bonorum, quia de omnibus poteſt dari decima, vt tradit Sanctus Thomas 2. 2. quæſt. 87. art. 2. & extat l. 3. d. tit. 2. par. prima, & latiùs infra in cap. volumus, quod eſt 92. dum diximus, licitè, intelleximus de decima perſonali, non autem de prædiali: nam cum prædialis ſoluatur ratione prædij, quilibet poſſeſſor ſiue iuſtus, ſiue iniuſtus tenetur ſoluere, de quo eſt tex. l. 12. d. tit. 20. par. 1. & Afflict. in conſt. quanto cæteris num 16. circa medium, & Didac. Perez d. l. 5. col. mihi 22 verſ. circa hæc tamen dicendum dupliciter, qui in verſ. ſubſeq. altero modo loquens de male quæſitis ex meretricio, & hiſtrionatu dicit poſſe decimam ſolui poſtquã eos pœnituerit; de mixtis verò ex ſuperiùs allegata ratione idem eſſe dicendum. Ex quo autem dicatur decima tres rões aducuntur in rubr. *de los diezmos* tit. 2. par. prima.

K Quanto

Digitized by Google

dextera ſaluatoris in temporalibus non præfecit, tantò ſaltem iuris naturalis inſtinctu ad antidora ª ſtrictius obligamur. Cùm etiam veritate dicente, ab eo, cui † ᵇ amplius creditur, amplius exigatur. Quod in noſtræ mentis intrin ſecus meditatione ſolicita reuoluentes; & illud etiam attendentes, quòd ſolutio decimarum, quarum debitum ex vtriuſque Teſtamenti tabulis confirmatur, tantò in eccleſijs Dei pretioſior redditur, quantò decimalis oblatio de bonis hominum, ᶜ velut electum quoddam ſpirituale peculium, à Domino ᵈ reputatur. Officialibus noſtris vniuerſis, & ſingulis præſentis legis authoritate mandamus, vt decimas integrè, prout Regis Gulielmi tempore conſobrini, & prædeceſſoris noſtri ab anteceſſoribus officialibus & baiulis exolutæ fuerunt, locorũ ᵉ prælatis exoluere abſq; † omni difficultate procurẽt. Nos enim, qui ᶠ (fauente Domino) inter homines ſumus ᵍ in præeminenti culmine cõ-

euitat. ſicut & cæteri, vt C. de priuil. dom. Auguſtæ. l. 5. circa fin. lib. 11.

a *Strictius.* Vt ff. ad Sylla. l. 3. §. de bis autem. cum ſimilibus ibi no.

b *Amplius exigatur.* Sic. C. de epiſcop. & cleric. l. presbyteri.

c *Velut electum.* Quod eſt Deo oîpotenti dignũ donarium diuinarum rerum tuitio, vt in Auth. vt eccl. Ro. cen. an. gau. præ. circa prin.

d *Reputatur.* Vt patet in Decre. 13. quæſt prima. ſi eccleſias. & dic vt ibi.

e *Prælatis.* No. quòd de decima, quæ redditur eccleſiis, debent fieri quatuor partes: † Prima debetur epiſcopo, Secunda clericis, Tertia pauperibus, Quarta in fabrica ipſius eccleſiæ, vt in Lõgobarda, de deci. l. vt decimæ pop.

†ADDITIO. *Adde quod hodie non fiunt quatuor partes, ſed tantùm*

tantùm debetur rectori, ſecundum Abbat. in cap. 1. de eccl. ædi. & Dec. in conſ. 118. De Bot.

f *Fauente.* Aliàs, faciente.

g *In præeminenti.* Et ideo principes dicitur Optimus, & Maximus, vt ff. de leg. 2. qui ſolidum. §. 1. Et alibi, prouidentiſſimus, & vir religioſiſſimus, vt ff. de leg. 2. l. vnum ex familia. §. vlt.

ADDITIO. *Adde in proœm. Inſt. in prin. Iaſ. in l. cum Syllanianum. in fi. C. de bis quibus, vt ind. intellige largè, non ſtrictè.*

ADDITIO. *Adde quod boni Imperatores antiquitus inter Deos, et Sanctos referebantur, vt in l. pen. C. de don. inter vir. & vxor. Sicut legitur de Conſtantino, qui dicitur Diuus, ideſt, deificatus, vt in l. diuus. C. de nat. lib. Et de Claudio in l. 1. C. ne lic. potent. Et de Auguſto, in l. 1. ff. de adul.* Superant.

Et alibi ſacratiſſimus, & nobiliſſimus, vt ff. de nata. reſtit. quæris.

ANDRAEAS DE ISERNIA, ET ALII.

tionibus fiunt tres partes: de decimationibus, & aliis debitis prælato fiunt quatuor, 12. q. 2. cap. de redditibus. Ad quarum notitiam apparet quantum eſt onus prælatorum, & ꝙ pauci hodie, peccatis exigentib. ſaluant ſe. Sed dic quod olim in primitiua eccleſia † epiſcopi propter paupertatem recipiebant medietatem oblationum ſuæ prouinciæ. 10. q. 1. cap. antiquos. Poſteà verò receperunt tertiam. eod. cap. de his. Poſtea quartam. 12. q. 2. contra reno. & cap. præcedenti. Hodiè verò de oblationibus nihil: quia illa tertia, quæ poſteà fuit quarta, ſeruatur pro fabrica eccleſiæ, pro qua oblationes proueniunt.

† ADDITIO. *Vide Caſſ. in conſi. 60. verſ. ad tertium dubium.* De Bottis.

Sed ſi epiſcopus vellet ſubire onus fabricæ, poſſet eam habere. 10. q. 3. placuit. & cap. vnio. Nam alia tertia oblationum eſt pauperum, alia clericorum illius eccleſiæ. Sed ſi clericis nõ ſufficeret illa tertia, accipiant tertiam pauperum: ſic & epiſcopus, aliàs ſeruatur pauperibus: & ſi non ſint pauperes, futuris pauperibus, vt no. Hoſt. in cap. vnio. Item de redditibus epiſcopalis eccleſiæ, inter quos videtur eſſe quarta decimarum & aliorum iurium debitorum prælato, extrà de præſcr. cap. de quarta. fiunt quatnor portiones: vnam habet epiſcopus, aliam clerici, aliam pauperes, aliam fabrica eccleſiæ: quæ, ſi non indiget fabrica, ſeruatur pro futura fabrica, vel emitur inde poſſeſſio ad opus eccleſiæ, vt cap. redditibus. & cap. præcedenti. & cap. nobis. Vnde eſt hæc, & alia diuiſio in quatuor partes, quam diuiſio oblationum, quæ in tres diuiditur portiones. & dicitur hoc in cap. vnio. Quantum ad fabricam eccleſiæ, tene quod not. Inno. extra de bis quæ fiunt à ma. par. cap. c fin. ſcilicet vt ſi tertia vel quarta ſufficit fabricæ, non grauentur inde alij clerici: aliàs omnes clerici contribuere compelluntur, extra de eccl. ædifi. cap. 1. & ibi etiam in glo.

ADDITIO. *Adde an deputatum ad fabricam eccleſiæ poſſit conuerti in alium vſum? vide tex. & Arch. in cap. 1. 10. q. 1. cap. gloria epiſcopi. 12. q. 2. Card. Zab. in cap. fi. de teſta. Doct. in cle. contingit. de relig. domib.*

Quantùm ad partem epiſcopi, de ea poteſt prælatus facere id, quod vult, ſicut de ſuo pro ſe, ſ. deputato; nec cenſetur, ſicut res eccleſiæ illud, quod pro ſuo vſu deputatũ eſt. Vnde ſi hæc portio ſibi ſufficit, debet eſſe contentus: alias duas pauperibus, & fabricæ ſeruabit: & ſi ſuperſit, dabit illud pauperibus. quia bona eccleſiarum pauperum ſunt. 12. q. 1. cap. indignè. & quicquid habent clerici, pauperum eſt. 16. q. 1. cap. vlt. in gl. Et gloria epiſcopi eſt prouidere pauperibus. 12. q. 2. cap. gloria. De iſtis bonis debent intelligi hæc capitula, & quæſtiones.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

ſed ceremoniale, ac iudiciale fuiſſe, quæ cum illa omnia poſt Chriſti aduentum ſint ſublata non inducũt neceſſitatem præcepti, & ſic formant concluſionem, quòd tempore veteris legis fuerit præceptum diuinum, tempore verò legis nouæ non diuinum, ſed eccleſiaſticum. concordant tamen in hoc omnes, vt tam inſpecto iure veteris teſtamenti, quàm etiam noui ſit præceptum iuris naturalis, ac diuini, quatenus, reſpicit recognitionem Deo debitam, vel ſubuentionem eccleſiaſticarum perſonarum: Differentia tamen eſt in quantitate, ſcilicet an ſit præſtanda decima pars omnium bonorum, vel iſta ſit arbitraria ſecundum quod aut Summ. Pontif. diſpoſitiones, aut locorum conſuetudo induxere, quam concluſionem tradidit Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 87. art. 1. in corpore Gregor. Lopez ad rub. tit. 20. lib. 1. partit. Didac. Perez ad l. primam tit. 5. lib. 1. ordinat. column. 10. Dom. Sot. lib. 9. de iuſt. & iure. q. 4. art. 1. Sit igitur reſolutio præceptum eſſe diuinum, & ſæpius repetitum, ſi veteris paginæ inſpiciamus ſcripturam, nam Exod. 22. inquit Deus *decimas, & primitias tuas non tardabis*, & aliis locis quos referunt Afflict. in hac conſtitutione, & Couarr. loco citato, quod præceptum in ſubſidiũ Leuiticæ tribus à Domino fuit inſtitutum, quam, cum ſibi in obſequium arcæ reſeruaſſet, decebat, vt paſceret, ideoq; diuiſa terra promiſſionis inter tribus, illa leuitica territoria non habuit; ſed in eorum locum decimas, quas diximus, † vnde, & 9
eas nomen percepiſſe non obſcurè colligi poteſt, cum enim ex decem tribubus, quæ trans Iordanum progreſſæ terram occuparunt vnam ſibi leuiticã Dñs prælegiſſet, cui decima territoriorum pars competebat, eaq; domini præcepto illis priuaretur, nè dum diuinorum curam habere debebat tẽporalibus vacans ab altaris miniſterio amoueretur, & quæ ſibi cõpetebat pars cæteris accreſceret, congruũ erat, vt in eius locũ decima ex omnibus partibus fructuum illi tribueretur, quã rem

quæris. & dic plenè, vt no. ſupra in proœmio. Et alibi ſanctiſſimus, vt ff. de leg. 2. Titio & Seio. ad fi.

a *Eccleſiarum iura.* Vnde alibi: Noſtræ enim ſerenitatis vndique ad hunc exitum prouidentia ducitur, vt omnipotentis, &c. vt C. de hære. l. ſi quis orthodoxæ. cum omnis abundantia, & ſtatus eccleſiis ſanctiſſimis ex munificentiis Imperialib. perpetuò præbeatur, vt in Auth. de non alien §. ſi minus. coll. 2.

b *Sub protectione noſtra.* Et ideo alibi Imperator dicit eccleſias ſuas eſſe, ſcilicet, quò ad protectionem, † vt in Aut. ut eccle. Rom. in principio.

ADDITIO. *Adde c. venerabilem. de elect. tex. & ibi doct. in c. eccl.*

ſtituti, quantum ſinè iniuria noſtrorum regaliũ poſſumus tolerare a eccleſiarum iura, & præſertim earum, quæ in regno conſiſtunt, & quas b ſub protectione noſtra recepim', & habemus, in vllo diminuere nolumus, ſed augere. Subiectis etiam noſtris indicimus, vt decimas, quas de feudis, & bonis ſuis anteceſſores eorũ prædicti Regis Guliel. tempore præſtiterunt venerabilibus locis, quibus decimæ ipſæ debentur, cum integritate c perſoluant.

c. eccl. Mag. 97. diſt. c. tibi domino. & cap. ego Ludouicus. 63. diſt. cle. ne Romani. de ele. cle. 2. de iuretur. Aug. de Ancho. de poteſtate Papæ. q. 35. art. 6. Superant.

† ADDITIO. *Adde quod Domini temporales cogunt prælatos ad reparationem eccleſiæ, vt eſt tex. & ibi no. in l. ſi in aliquam. ff. de offi. proconſ.* De Bott.

c *Perſoluant.* Poſſunt ergo decimæ peti ex hac conſtit. ſicut petuntur condictione ex canone 16. quæſt. prima. cap. reuertimini. petuntur rei vendic. etiam, vt 16. quæſt. prima. cap. moderamine. Item per confeſſoriã, cum ſit quaſi ſeruitus, vt aliàs ff. ſi ſer. ven. l. prima & ſecunda, Marin.

AN-

ANDRAEAS DE ISERNIA, ET ALII.

nes. & 2. q. 1. cap. ſio. quod primum ſibi, & eccleſiæ ſeruientibus prouidere debet de bonis eccleſiæ. Reliqua, quæ ſuperſunt, fidelium vſibus miniſtrantur. de epiſcopo loquitur. Si tamen non det pauperibus, peccat dando alijs, vel moderatum vſum in abuſum conuertendo. Quod non punctualiter in his accipiendum eſt, ſcilicet, ſi excedant in puncto: ſed ſi ſit immoderatus exceſſus. Conſanguineis tamen dignis dabit de his, vt dicit Hoſt. 10. q. 2. epiſcopus.

ADDITIO. *Adde quid de Papa dando bona eccleſiarum ſuis conſanguineis, vt præ alijs eos diuites faciat, vide ſing. dictum Arch. in c. non licet Papæ. 12 q. 2. Abb. in c. cum veniſſent. ver. ex hoc infero de iudi. & illud dictum Arch. an d. cap. non licet Papæ, alleg pro ſing. Abb. in c. conſtitutus. de reli. do. Abb. in cap. dudum, el 2. de elect. Abb. conſ. 42. inci. videndum eſt in effectu. in 1. vol. Laur. de Rodulphis in repet. c. finè excep. 12 q. 2. in 31. q. & per Bal. in l. cum multa. C. de bo. quæ libe* Superant.

Non tenetur tamen ad reſtitutionem iſtorum, quia deputata eſt hæc portio ad alimenta prælati, vt dicit S. Tho. 2. 2. circa fin. in tit. de his quæ pertinent ad ſtat. epiſc 7. q. De alijs verò portionibus ſi quid accipiat, dicit ibi, quòd tanquam de alienis prælatus tenetur ad reſtitutionẽ. Quod eſt intelligẽdũ, niſi egeat. Nam tũc ea, quæ debet dare pauperibus, dabit ſibi ipſi pauperi: & eis qui ſibi miniſtrãt. 10. q. 2. epiſcopus. Pauper epiſcopus dicitur, qui non habet victum, & veſtitum pro ſe, & miniſtris ſuis: quod attenditur ſm dignitatem perſonæ prælati, de quo dic plenè ſm Hugo. alias Hoſt. in d. cap. epiſcopus.

CA-

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

licèt implicitè dicant Couarr. Didac. Perez, Tolet. & alij, apertè mihi tradidit vir ſcientiarum omnium genere eruditus, ac vitæ probitate clarus † Franc. Aluarez à Ribera alias à nobis commendatus, quæ poſtea percepi ex cap. 10. 14. & 18. Deuter. quo ſic ſtante cum ea Chriſti aduentu non reuocata, neq; annullata ſit eccleſia militans. populi tunc electi, ſed omnia figurata apertè nobis declarata, & in cæleberrimo illo, atque venerando montis Caluarij ſacrificio, in quo vnigenitus Dei filius carnẽ illam præcioſiſſimam ex puriſſimo Deiparæ Virginis ſanguine deſumptam pro totius carnis ſalute altiſſimo patri obtulit, eadem renouata remanſit eccleſia, poſt habitis, ac in totum deletis veteribus ſacrificiis, illud ſolùm quo Sancta Mater Eccleſia quotidie vtitur corporis, & ſanguinis Domini remanſit offerendum, quod cùm per ſacerdotes, qui veteres imitantur offerri debeat, non eſſet ex iſta continuatione inconueniens dicere præceptum illud de perſoluendis decimis remanſiſſe in ſui robore, & vigore, quod videtur innuere S. Thom. & tradit Couarr. dum inquit, reſpectu alimentorum ſacerdotibus debitorum ad commodam eorum ſubſtentationem præceptum eſſe diuinum, ſed ne à tantis viris recedamus, cum animarum ſaluti magis conueniat eorum opinio, qui tradunt iſtam decimam partem non remanſiſſe, ſub præcepto, hanc probamus opinionem. Immo ſecundum D. Thom. 2. 2. q. 88. art. primo in corpore in fine, Summus Pontifex poſſet etiam augere hanc decimam portionem; prout eccleſiæ vrget neceſsitas, quaſi quòd ſublatis Leuitis quorum certus erat numerus, & tribus, non de decima præceptum remanſerit, ſed de ea portione: quæ ad ipſorum alimentum congruè ſuſtentandum neceſſaria eſt, & vt etiam ex ea alere ualeant pauperes, & eccleſias conſtruere, vt Andræas inquit hic, & Diuus Thom. & Caiet. loco citato, & optimo quodam ordine Azorius d. lib. 7. cap. 34. vbi decimam tempore Abraham, etiam dari ſolitam Sacerdotibus, ac etiam à Gentilibus docet.

Integrè. Per hoc verbum Imper. noſter denotat integram † eſſe decimam partem omnium fructuum ſoluendam: cuius occaſione quæri poteſt an iſta decima pars præciſè debeatur, ita ut neque priuilegio hominis, neque priuilegio iuris tolli poſſit, cuius reſolutio dependet à quæſt. de qua ſupra meminimus, an ſit de iure diuino debita, vel de iure poſitiuo, in quo (vt diximus) vera reſolutio eſt, & magis fauorabilis hominum conſcientiæ, decimam (hoc eſt contributionem) tam reſpectu bonorum, quàm perſonarum deberi pro alimentis miniſtrorum eccleſiæ partem verò decimam in nouo teſtamento ea Pontificum conſtitutionibus eſſe introductã, quo ſic ſtante habemus ſummum Pontificem poſſe iſtam decimam. in octauam, duodecimam, vel aliam partem reducere, vt præter ſuperius dicta probat Inooc. in cap. cum ad monaſterium. de ſtat. monach. quem poſt alios refert, & ſequitur Didac. Perez ad l. primam ordinat. tit. 5. lib. 1. col. 10. ver. hinc eſt quòd Papa &c.

9 Immo poſſe † eundem Summum Pontificem aliqua loca, vel prædia, vel perſonas priuilegiare ne ſoluant decimas, vt poſt Couarr. c. 17. nu. 9. verſ. ſeptimo ad eandẽ adducta gloſ. in cap. à nobis de decim. tenet idem Didac. Perez d. loco ver. ex quibus deducitur.

10 Nec ſolùm id Summi Pontificis authoritate fieri poteſt: ſed etiam conſuetudine † approbata, vt pro decima alia minor quantitas debeatur, vt colligitur expreſſè ex tex. in cap. in aliquibus in fin de decim. tradit Hoſt. in Summa de decim. §. fin. verſ. decimoſexto quæro. Guid. Papa deciſ. 184. Couarr. cap. 17. num. 8. verſ. ſexto pariter Didac. Perez d. loco. col. 14. Gregor. Lopez ad d. l. primam in prin. tit. 20. part. 1. verſ. tertia concluſio Thom. Triuſan. in lib. 1. deciſ. Palatij Apoſt. Venet. deciſ. 19. num. 5.

11 Circa quã conſuetudinẽ ſunt plura animaduertenda primo † decimam perſonalem poſſe in totum conſuetudine tolli, nõ autem prædialem, vt tenent Hoſt. & alij, quos aducit Couarr. d. num. 8. in quo tamen animaduertit Couarr. d. loco ver. quibus me Hercle. nulla conſuetudine induci poſſe, vt decimæ, quæ ſunt introductæ ad congruam miniſtrantium ſuſtentationem, neque perſonales, neq; prædiales minui poſſint, quæ ſanè opinio

Digitized by Google

opinio intelligenda eſt dummodo non haberent aliunde, vel
ex redditibus eccleſiaſticis, vel ex aliis oblationibus.
Secundo animaduertendum eſt ad huiuſmodi conſuetudi-
nem præſcribendam ſufficere ſpatium quadraginta annorum,
vt tradit idem Couarr. num. 8. verſ. 10. his omnibus, & Di-
dac. Perez d.l.1.col.10. ver. eſt tamen circa prædicta. Tertio
prauam dici conſuetudinē, quæ ab omni decimarum præſta-
tione eximit; vt idem Couarr. dict. num. 8. verſ. undecimo
attentè. Quarto iſtud ius decimarum in totum præſcribi non
poſſe niſi tempore immemorabili: cum enim iure diuino in-
troductum fuiſſet, vt miniſtri altaris congruè ſe alere poſſent,
nulli dubium eſt ex non petitione clericorum non induci to-
talem præſcriptionem. neque his obſtat, quòd diuinus ille
Thom. tradidit 2.2.q.88.art.1.ad fin. & quodlibeto 6.art.10.
his verbis. *Hi æquidem, & ſimiliter laudabiliter miniſtri eccle-*
22 *ſiæ decimas non requirant, † vbi ſine ſcandalo requiri non poſſent*
propter deſuetudinem, vel aliquam aliam cauſam, nec tamen ſunt
in ſtatu damnationis, qui non ſoluunt in locis illis, in quibus eccle-
ſia non petit, niſi propter obſtinationem animi. Nam Sancti Tho-
mæ doctrina intelligenda eſt ſecundum illam ſanctam huma-
nitatem, qua Deus virum illum dotauit; vbi ſcandalum maxi-
mum timeretur, veluti ſciſmatis, vel aliud, quaſi perſuaſum
habuerint populi illi ex diuturna poſſeſſione non præſtandi
decimas, ius ſibi libertatis eſſe quæſitum: non quòd re vera
in art. iuris ſint exempti à totali præſtatione præſtandi deci-
mam. & quæ diximus intelliguntur, vt induci poſſit præſcri-
ptio ad ſe eximendum à ſolutione decimarum; quod aliqua-
lem controuerſiam habet, cum præſcribi poſſe plurimi di-
23 cant. At ſi ageremus, an † laici poſſint præſcribere in aliquo
territorio ius percipiendi decimas, tunc omnes concludunt,
iſtud ius præſcribi non poſſe, & ad laicum non pertinere, niſi
uel ex conceſſione feudali ante Lateranenſe Concilium, vel
ex Summi Pontificis priuilegio, vt tradidit Couarr. d.cap. 17.
var. reſol. lib. 1. num.4. verſ. ex quibus deduci, & tetigit Di-
dac. Perez col.11.verſ. vnde prouenit, & Azeued.in l. prima
tit.5.num.10. lib. 1. nouæ recoll. prout Regem Hiſpaniæ ex
Pontificia conceſſione habere duas de nouem partibus deci-
marum dicit Gregor. Lopez in l. 22. verſ. *no las deuen hauer*
d. tit.20.par. 1. qui idem teſtatur de Regno Franciæ, & Bel-
lug. in ſpecul. princ.rub.13. tit. de decimis num. 24. & quòd
iſtud ius conceſſum à Summo Pontifice poſſit transferri in lai-
cum tradit idem Gregor.Lopez loco ante citato poſt Card.in
conſ. 146. & quòd poſſit dari laicis in feudum ex cauſa tra-
didit idem Didac. Perez. in d. l. 1. in fin. ver. *que nos, y otras*
perſonas. Et licet iſtud ius percipiendi decimas laici poſſide-
24 re non poſſint, † fructus tamen, & ſic commoditates, cum
temporalia ſint, poſſunt laicis vendi, atque locari, dummodo
ad modicum tempus, vt poſt Rebuff. & Didac. Perez tradit
Azeued.ad d.l.5.tit.5.lib.1. nouæ recoll. num.4. & ante eos
Diuus Thom.2.2.q.87.art.3.& q.100.art.4. & Tiber. Decian.
in tract.crim. lib. 5 cap. 80. num. 8. Quando autem iſtud ius
eſſet conceſſum laicis, non comprehenderet noualia, vt dicit
idem Didac. Perez ad d. l. 1. col. 5. verſ. quando tamen, de
quo etiam latiſsimè per plures quæſtiones agit Io. Azorius lib.
7.inſtitu.moral.cap.37.
Ad huius verbi etiam exornationem dum integrā decimā 16
dari iubet, dic † in tantum deberi integram, vt neq. expen-
ſæ deducantur, neque ſemen, iuxta tex. in cap. cum homines,
cap. non eſt in poteſtate, cap. tua nobis de decim. iuxta tamen
diſtin. traditam per Innoc. III. in cap. paſtoralis eod. tit. vt
ſcilicet de perſonalibus acquiſitionibus deducantur expenſæ,
de prædialibus verò minimè tradit Afflict. hic num.19.q.9 &
quod de reali non deducantur ſumptus deducit ex l. 13.
cum ſeq. vbi gloſ.tit.20.par. 1. poſt Capyc. deciſ. 19. Didac.
Perez in d.l.1.tit.5.lib.1.ordinat.col.21. verſ.ex qua teorica,
Nauarr.cap.27.num.31.
Et in tantum eſt hoc verum, vt integra decima dari de-
beat, vt nec poſſit † opponi exceptio compenſationis per
debitorem ſecundum gloſ. in cap.decimæ 15.q.1.quam exal-
tat Ludouic. Roman.ſingul.148.& eā ſequitur Didac. del Ca-
ſtillo ad l.64. Tauri fol. 194 col.1. verſ. adde fallit in caſu, &
poſt eum Didac. Perez ad d. l. primam ordinat. lib. 1. tit. 5.
col.20. verſ.vlterius, quam gloſ. declarat ibi Didac. del Ca-
ſtillo intelligendam eſſe, quando compenſatio opponeretur
de alio debito, quàm decimarum; ſecus, ſi de debito deci-
marum ab alio clerico, qui prætenderet habere ius deciman-
di ratione beneficij, vel territorij, quod deberet ille, qui decimā
petit: ſi tamen quis collegerit quindecim, & pro decē ſoluerit
decimam, non tenetur ad portionem pro aliis quinque ſoluen-
dam iuxta glo. in c. quadrageſimo ver. dies ad fin. de conſecra
tione diſtinct.5. quam ſequitur Didac. Perez d.l.1.col.206.
Vt tamen fraudes euitentur circa decimarum præſtationē,
† poterit prælatus apponere cuſtodes in territorio, de quo 17
eſt ſoluenda decima, vt poſt Capyc. deciſ.27. num.38. & Va-
laſch. de iur.emphy. q.30.num.17.tradit Azeued.in l.3.tit.5.
de los diezmos num. 16. lib. 1. nouæ recollect. ibiq; ſubdit
poſſe petere, vt domino prædij interdicatur, ne fructus colli-
gat, niſi ipſo, eiuſuè nuntio præſente, poſt Specul.in tit.de de-
cim.§.1. num.13.
Procurent. Hodie tamen ſecundum Afflict. hic num. 25.
& 26. decima non ſoluitur ſic indiſtinctè, † ſed in aliquibus 18
Regni partibus ſecundum nouam conuentionem habitam in-
ter Regem Carolum ſecundum, & Archiepiſcopum Neapo-
litanum. Hic autem dubitari poſſet, an Rex teneatur † ſolue- 19
re decimam in loco vbi percipit reditus, vel vbi ſedem habet;
ad quod dic, quòd prædiales illi eccleſiæ ſoluere tenetur, vbi
prædia ſita ſunt, perſonales verò eccleſiæ, in qua diuina audit
officia, & ſi diuerſis in locis diuina audiat, diuidere inter illas
eccleſias decimas perſonales debet, vt hæc omnia benè per
Rebuff.in d.tract.de decim.q.5. nu.25. Carol. Tap.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Decimam conſuetam tempore præ-
teritorum Regum de bonis fiſcalibus
tempore ſtatuto iubet ſolui: etiam de
præterito, nec amplius neceſſe ſit literas
à Curia impetrare hoc d. Tapia.

REX CAROL. II. Cap. 92.

VOlumus, & mandamus inuiolabiliter obſeruari, quòd decimæ, & aliæ, quæ debentur eccleſijs, & perſonis eccleſiaſticis à tempore Catholicorum Regum Siciliæ, vſque nunc, & quæ recipi conſueuerunt ab eiſdem eccleſiis, & perſonis, ſinè difficultatis obſtaculo, ac † moræ diſpendio perſoluantur ſcilicet quæ debentur in pecunia in feſto † Pentecoſtes; Et aliæ, quæ debentur in frumento, † & aliis victualibus, vino, oleo, ſeu fructibus aliis, illis tem-

PLura ad hanc materiam decimarum ſupra diximus in con-
ſtit. quanto cæteris: aliqua tamen in hoc cap. & ſequenti
dicemus, ne ſicco (vt aiunt) pede tranſeamus.
Sine more diſpendio. † Hæc litera, ni fallor, debet emendari,
vt dicat ſinè mora, at-
que diſpendio, vt con-
formet ſe litera iuris
diſpoſitioni: nam dum
inquit ſinè mora, ha-
bet oculum ad quod
1 ſupra diximus, † vt ſta-
tim prædiales, perſo-
nales verò poſt annum
debeantur, & dum in-
quit ſinè diſpendio, re-
ſpicit veram illam con-
cluſionem in veteri te-
ſtamēto receptam, vt
2 † teneantur ferre ad
horreum clericorum,
iuxta illud Malach. 3.
inferte omnem decimationem in horreum meum, vt ſit cibus in do-
mo mea; & Praſes de Franch. deciſ. 124. Quod etiam nunc
eſſe de iure diuino voluit Andr. Hiſpan. tract.de decim cap.
30. interrogatus num 6. quod tamen vltimum non admitti-
mus ex iam ſupradictis in conſt. præcedenti; Et quò ad pri-
mum, declaratur iſta concluſio, primo † vbi vigeat talis con- 3
ſuetudo ferendi decimas: ſecundo ſi horrea ſint publicè ad
hoc deputata. Tertio
ſi leui ſumptu, & labo-
re fieri id poſſit, vt per
bellè docuit Couarr.
cap.17. variar.reſolut.
lib. 1. verſ. octauo ex
his, circa medium. Vbi
tamen talis conſuetu-
do non adeſſet, ani-
maduertendum eſt, nō
poſſe amouere fructus
ab areis, niſi clericis
certioratis, vt vel ipſi,
uel eorum procurato-
res præſentes exiſtant,
Couarr. d.cap.17. var.
reſol. lib.1.d. uerſ. octauo ex his circa medium Didac. Perez
ad l.primam.tit.5.lib.1.ordin. col.219. Carol.Tap.

Pen-

4 T *Pentecoſte.* Præceperat † enim Dominus, vt in feſto ſecundæ Paſcbatis; quam Iudæi celebrant in memoriam accepti beneficij introductionis in terram promiſsionis, offerret populus decimas, vt habetur in Deuther. cap. 26. ea quo fortaſſe deſcendit conſuetudo ſoluendi iſtas decimas in die Pentecoſtes, quæ celebratur die 6. Maij, & dici-
5 tur Pentecoſtes † dies, quaſi dies primitiorũ, ea quo eo die nouem panes offerebantur, cũ meſsis ineunte menſe aprilis in Iudæa fiat vt tradit Ginebra: in expoſit. pſalm. in calend. Hebręo. in mẽſe Aprilis. Et ſic habemus in iſto cap. certam eſſe ſtatutam diem præſtãdi decimas: quod fieri conſuetudine poſſe tradidit nobis eximius

poribus, quibus percipiuntur, ſi non in pecunia vendantur. Et ſi aliqua ſunt, quæ certis diebus perſolui conſueuerunt, die debito perſoluantur. Et ne ad hoc eccleſiæ, vel perſonæ eccleſiaſticæ neceſſe habeant ſingulis annis à Curia litteras impetrare; Volumus, & ſub pœna dupli eius quod pro decimis, & aliis iuribus perſonis, vel eccleſiis quibuſlibet ſecundum ordinationem præſentem ſolutum non fuerit, debentur, ſecreti, ſeu magiſtri procuratores, & magiſtri ſalis, baiuli, vel alij officiales, qui eas debeant perſoluere, tam præſentes, quàm futuri, teneantur eas integraliter ſoluere, ſecundum quòd ſuperius eſt diſtinctum, authoritate præſentium, nullo inde alio mandato expectato.

& catholicus Petrus Rebuff. in tract. de decim. q. 12. num.
6 3. Hinc etiam ſuccedit alia quæſtio, quo tempore † debeantur decimæ. in qua diſtingue inter prædiales, & perſonales; debentur enim prædiales ſtatim ac fructus ſunt collecti, perſonales verò in fine anni, vt poſt Abbat. in cap. peruenit de decim. & alios tenet idẽ Rebuff. loco citato nu. 2. 4. 5. & ſeq. Io. Azo. lib. 7. inſtitutio. moral. c. 35. verſ decimoſexto quæritur quidquid dicant Card. in d. c. peruenit, ꝙ ſtatim debeantur. dum lex non diſtinguit, & Parochus poſsit infra annum egere; nam hæc egeſtas non eſt in conſideratione, habita relatione ad annum ſequentem: Rebuff. tñ nu. 15. & Azor. verſ. decimoſeptimo quæro aliam firmant catholicã concluſionẽ
7 contra eos, qui dicunt, † decimas tẽpore ſtatuto non petitas amplius non deberi, immò cenſeri remiſſas, quod, qua ratione fundatum ſit, non reperio, quidquid dicat Didac. Perez ad d. l. primam ordinat. lib. 1. tit. 5 col. 202. ver. eſſe tamen. Nam aut ipſe vult ſimpliciter hanc concluſionem firmare, quòd ſtatim tranſacto tempore ſtatuto ſi non ſoluitur non debetur amplius, & hoc non probant per eum authoritates adductæ, cùm nec Diuus Thomas, nec alij per eum allegati doct. id dicant: aut enim vult intelligere de conſuetudine præſcripta; & tunc locum habebit diſtinctio, quam tradidi in præcedenti conſt. quanto cæteris, quòd ſcilicèt de quota decimæ locum habeat conſuetudo, non tamen de tota ſecundum iuris rigorem; ſecus propter ſcandala euitanda, quo caſu locum habet doctrina Sancti Thom. per ipſum allegata, & hoc eſt, quod voluit fortaſſe dicere Io. Antonius de Nigris hic, dum declarando doctr. contrariorum dixit, hoc intellige, quando adeſſet conſuetudo, quòd non debeantur; niſi petantur decimæ, aliàs ſeruaretur conſuetudo loci, quod non admitto; nõ poteſt enim cor meum ferre, vt pro multo, quod Deus nobis dedit, modicum ei non detur. Et ex hac deciſione formatur
8 alia concluſio, quòd ſit in electione † eccleſiæ, à quo velit decimas petere ab antiquo poſſeſſore, vel à nouo, quam tradidit Panor. poſt Io. Andr. in cap. cum homines, & in cap. paſtoralis de decim. & ſequitur Gregor. Lopez ad l. 6. tit. 20 par. prima. verſ. *por ningun pleyto*: & præcipuè deciditur in hoc c. *ibi vel eccleſiis quibuslibet ſecundum ordinationem præſentem ſolutum non fuerit, ſecreti, ſiue magiſtri procuratores. magiſtri ſalis, baiuli, vel alij officiales, tam præſentes, quàm futuri eas integraliter ſoluant.* Et ratio eſt, quia eccleſia videtur habere ius quodam in illo fundo, ex cuius fructibus decimam percipit, vt poſt Abb. in cap. in aliquibus num. 3. de decim. tradit Azeued. ad l. 2. nouæ recollect. tit. 5. num. 6. lib. 1.

T *In frumento, & alijs victualibus.* Aduerte tamen decimã
9 † ſolui debere de omnibus bonis, vt colligitur ex cap. non eſt, cap. nuncios, & cap. ex parte el ſecundo, & cap. ex tranſmiſſa de decim. & cap. reuertimini, & cap decime 16. q. 1. quam concluſionem receperunt Petrus Rebuff. d. tract. de decim. q. 8. per totum, Didac. Perez ad d. l. 1. ordinat. lib. 1. tit. 5. vbi doctiſſimè ſcripſit col. 207. & ad l. 3. col. 221. Conſal. de pace Salamantinus genitoris mei conterraneus elegantiſſimè, & accuratè in ſua cæleberrima praxi 2. tomo prima par. cap. 5. nu. 14. qui poſt Rebuff. declarauit res omnes, de quibus debet
10 ſolui decima. Et primo. † ex omni frumento, & leguminibus terræ, de palea, de fructibus arborum, ex molendinis, ſiue ſint in aqua, ſiue ad ventum, ſiue quæ tractu hominum, aut beſtiarum mouentur; de furnis, de piſcarijs, de paſcuis, hoc eſt, de pretio ipſorum, de lapidicinis, & aliis metallariis Rebuff. d. tract. num. 23. & 24. de lignis num. 26. de fructu crocorum num. 30. de fœnis, & de hortis, idem loco citato nu. 7. ex butiro, quod ſit ex lacte, non ex eo, ꝙ ſit de pinguedine animalium, ex fructu animaliũ, qui triplex eſt, nempe lac, & quod ex lacte conficitur, fetus, & lana; ſeu pilus idem Rebuff. & Conſal. de pace locis citatis. Circa hoc tamen eſt animaduertendum, quòd decima agnorum † ſol- 11
uenda non eſt ſtatim; ſed tũc, cum agnus eſt lactatus, ita quòd congruus ſit ad vſum poſt Gregor. in l. 9 verb. *homes* tit. 20. partit. prima tenet idem Conſal. de pace loco citato nu. 30. Cui autem † eccleſiæ ani- 12
malium decima ſoluenda ſit, an illi, in cuius territorio paſcua ſumunt, an verò illi eccleſiæ vbi diuina illorum dominus audit, declarat Gregor. Lopez in d. l. 9. gloſ. magna, & litera f. &c. Item de feris incluſis in viuariis, Rebuff. num. 14. de illis verò, quæ in libertate exiſtunt, ſi capiantur, debetur perſonalis per eundem num. 15. Item & de auibus, quæ in libertate ſunt, non autem de illis, quæ aliquo loco incluſæ ſunt cauſa voluptatis, quemadmodum, & de cuniculis incluſis Rebuff. num. 16. & 17. de fructu apum idem num. 25. Item de noualibus, hoc eſt, de prædiis de nouo ad culturam redactis, vt colligitur ex cap. ad audientiam de decim. & tradunt Rebuff. d. tract. quæſt. 14. per totum, & Conſal. de pace loco citato num. 31. In quo tamen eſt animaduertendum, quòd ſi priui-
legio, vel præſcriptione aliquis, † ſiue laicus, ſiue clericus ha- 13
beat ius percipiendi decimas non extenditur ad noualia, vt tradit optimè Couarr. cap. 20. lib. 1. variar. reſolut. num. 13. & in laico dixit Didac. perez ad d. l. 1. col. 5. verſ. quandoq; tamen, & Rebuff. d. loco num. 6.

Et tandem ex omni negotio, artificio, ex omnibus fructi-
bus, & lucro, quod eſt mobile, non tamen immobile, † vt ſi 14
domus fuerit mihi donata, non ſoluam decimam, ſed tamen ex penſione ipſius, vt tradit Rebuff. d. q. 8. num. 31. & generaliter dixit Conſal. de pace d. cap. 5. 2. tom. num. 23. qui addit in Hiſpania vigere conſuetudinem non ſoluendi decimam ex lucris opificum, & negotiatorum poſt Sotum lib. 9. de iuſt. & iur. q. 4. art. 2. col. 3. & conſuetudine etiam receptum eſſe in toto orbe Chriſtiano non ſoluendi decimas perſonales exceptis ſalarijs famulorum, & famularum in aliqua Hiſpaniæ regione poſt Nauarr. in manuali cap. 21. num. 31.

Circa prædicta animaduertendum eſt probatam eſſe conſuetudinem, quæ in toto ferè orbe terrarum viget, vt ex cer-
tis fructibus † non ſoluatur decima, vtpotè de fœnu, oleo, & 15
herba, ſi tñ ſufficiant ad cõmodam ſubſtentationẽ, vt tradit Couarr. d. c. 17. lib. 1. var. reſol. nu. 8. verſ. ſeptimo eodẽ iure. ꝙ de minutis rebus tradidit idem Conſal. de pace d. loco num. 17. Aduertendum tamen eſt circa prædicta, quòd Molina lib. de iuſt. & iur. tract. 2. diſput. 49 dicit non ſibi probari quod tradit Couarr. in reg. peccatum par. 2. §. 8. num 12. teneri ſcilicèt ad præſtationem decimæ illum, qui impediuit piſcatorem piſcari, qui ſoluturus erat decimam, quod probabilius eſt.

Tenetur etiam aduocatus † ex patrocinio & doctor ex ſuo 16
ſtipendio, vt tradit Rebuff. d. tract. de decim. q. 12. & Didac. Perez ad l. primam ordinat. lib. 1. tit. 5. col. 207. & miles
de † rebus in militia quæſitis, vt in l. 3. tit. 2. par. 1. vbi plura 17
etiam traduntur circa hoc. Quod autem hic dicitur in frumento intelligendum, eſt de frumento triturato ſecundum Gregor. Lopez in tit. 20. l. 2. in verſ. *de las tierras.*

Vino. Quid autem ſi territorium † antea vineatum, ex quo 18
decima in vino ſoluebantur, fuerit plantatum caſtaneis, an debeatur decima de caſtaneis? in quo articulo concludendum eſt deberi, cum (vt diximus) ratione territorii debeatur decima prædialis, & ità tenet accuratiſsimus Azeued. ad l. 2. lib. 1. nouæ recollect. nu. 5. de quibus omnibus etiam ſcripſit Io. Azorius lib. 7. inſtit. moral. cap. 35. verſ. nono quæritur,

quem

quem poſt hæc ſcripta vidi, virum dignum filium Societatis Ieſu, cui ſit honor, & gloria. Carol. Tap.

Officiales

Officiales baronum Regni, vt ipſis abſentibus conſuetas ſoluant decimas eccleſiarum prælatis. h.d. Tap.

REX CAROL. II. Cap. 161.

Officiales Comitum, & Baronum, dominis ipſis de Regno, aut de eorum Terris abſentibus, abſq; mandato impetrando proinde à Comitibus ipſis ſoluant prælatis eccleſiarum decimas debitas, & conſuetas.

I*Tem ſtatuimus. quòd Comites.* In fine primi reſponſi, vt in conſt quanto cæteris, ſupra de decim. præſta. & vide infra de ſol. deci. cap. officiales comitum, & eſt Regis Caroli II. Petr. Pic.

Quæro hic de pulchra quæſt. vtrum Papa poſſit Regi, vel alteri Principi concedere ſinè peccato decimas clericorum. Hác quæſtionem ponit, & examinat pro, & contra Auguſt. de Anchona, in tract. de eccleſiaſt poteſt. in 73. q. principali, art. 4. tandem concludit. quòd non poteſt ſinè peccato concedere Papa Regi, vel Principi, ꝙ dictæ decimæ eccleſiarum cõuertantur in proprios vſus Regis: ſed ſolùm pro euidenti vtilitate eccleſię, ſubdens, vnde non debet Papa faciliter ſemper petitionibus Regum annuere, cum ſint quandoq; magis abuſiones, quàm petitiones. non enim eſt nouum, quòd Papa, & alij Prælati Eccleſiæ ſint iniuſtis petitionibus Regum, & Principum pulſati, & frequenter iniuriis, & contumeliis quaſſati, vide omnino eum pulchrè loquentem, & hanc cotam pauci ſciunt.

Omnes, qui tenentur ſoluere decimas eccleſiis iubentur id facere tempore ſtatuto, etiam balij, & qui feuda quibus occaſione tenent, & renitentes cogantur per Iuſtitiarios Prouinciæ. h.d. Tap.

REX CAROL. II. Cap. 93.

ITem ſtatuimus, ꝙ T Comites, Bårones, & cæteri, qui tenentur ad decimas, & iura alia eccleſiis, vel perſonis eccleſiaſticis, pro bonis quæ tenent, ea teneantur ſoluere ſuis temporibus, ſicut hactenus extitit conſuetum. Et ad hoc authoritate præſentium ad requiſitionem perſonarum, quibus debentur per T Iuſtitiariũ Prouinciæ compellantur. Hæc omnia volumus, quòd ſoluantur per balios quoſcunque, per quos bona pupillorum, terras, vel feuda tenentium, procurantur, ſiue baliatus curiæ teneant, ſiue aliis ſint commiſſi, ſiue terra, vel feuda aliquorum occaſione delicti, vel quacunque alia cauſa per curiam teneantur.

¶ Adde quòd cauſa decimarum pertinet ad iudicem eccleſiaſticum, non ad ſecularem, Spe. in tit. de comp. iud §. 1. verſ. 16. Immo & per modum reconuentionis non ſpectat ad iudicem ſecularem. Spec. in tit. de recon. §. 1. ver. & trado &c. Et in quantum in hoc cap. dicitur, ad requiſitionem &c. tu dic, quòd immo iudex etiam ex officio poteſt cogere non ſoluentes decimas. Cardin. plenè in Clem. diſpendioſam. in 23. q. de indi.

¶ Quid autem in decimis debitis priuatis perſonis, puta per antiquum feudum, vel per priuilegium? Dic quod agetur via ordinaria, gloſ. in Clementi. 1. in princip. ver. in eccleſiis, de decimis.

Adde quòd contra pactionem decimarum poteſt præſcribi, Bar. in l. competit, C. de præſcrip. 30. anno. Et quòd contra ſolutionem decimarum non currit præſcriptio, neq; tolli poteſt conſuetudine (cũ ſint debitæ de iure diuino) tenet pulchrè Ant. de Butrio in cap. quia circa, de conſanguin. & affini. refert & ſequitur Fel. in cap. 1. in 4. col. circa fi. vbi cumulat infinitas concord. de treg. & pace. Adde hic quòd rebellis reſtitutus per Principem debet habere decimas, etiam pro tẽpore præterito. tex. eſt in l. Imperatores, in prioc. ff. de public. & ibi Rom. gloſ. in Cle. tua nobis, de decim. plenè Freder. de Sen. conſil 37. Adde quòd ille qui pertinaciter aſſerit decimas non deberi prælato eccleſiæ, eſt hæreticus. Petrus de Anchar. in clement. 1. §. ſanè, de vſu. quem refert & ſequitur Matth. in conſtit. inconſutilem; in 6. col. verſi. 5. quæro. vbi omnino vide, quia pulchrè loquitur. Adde quòd non ſoluens decimas eccleſiis (cum ſit in notorio crimine, & peccato) non debet abſolui per confeſſorẽ, Card. in cle. fi. in §. & quia, in 8. q. de pœn. Adde ꝙ laici quotidie poſſident decimas de facto, ex tolerantia prælatorum. glo. no. 14. q. 1. in ſumma, in gl. magna, in fi. quam allegat, & ſequitur Lexicon iuris, à quo didici, in ver. poſſidere ciuiliter. Adde, ꝙ decima exigi nõ põt propria authoritate, ſed peti debet rei vendicatione, ita dixit Alb. de Roſ. in l. nullus. C. de iudic. & in l. extat. ff. quod met. cau in prin. & quòd debeat peti rei vend. vel condictione ex canone, eſt gl. 16. q. 1. moderamine. M.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T COmites Barones. Ex hoc textu habemus concluſionem,
1 omnes † ſcilicet homines tam dignitate præcellentes, quàm etiam cæteros, qui illa non præſtãt, teneri ad decimarum præſtationem. concordant text. in cap. 1. 16. q. 7. cap tua nos, & cap. in aliquibus de decim. l. 2. tit. 20. parti. 1. iuncta l. 3. vbi dicitur oẽs homines de mũdo, & præſertim Chriſtianos teneri l. 2. tit. 5. lib. 1. ordinat. & l. 2. tit 5. lib. 1. nouæ recollect. Etiam clerici, cap. 2. in principio, & ibi gloſ. de decim. d. l. 2. tit. 20 part. 1. vbi Gregor. Lopez verb. *clerigos*, Azeued. d. l. 2. nouæ recollect. num. 2. poſt Domin. Sotum. Etiam eccleſia, vt poſt Rebuff. & Didac. Perez teſtatur idem Azeued. doctiſſimus, atq; accuratiſſimus illarum legum gloſator d. l. 2. nouæ recoll. nume. 13. Etiam de rebus ſibi donatis Azeued. d. loco
2 num. 11. & Io. Azo. in lib. 7. inſtit. moral. c. 35. Etiam † religioſi, circa quòd vide celebrem diſtinctionem ſecundum diuerſa tempora, & conceſſiones Pontificum traditam per Rebuff. tract. de decim. q. 14. num. 37. & ſeq. Item Rex de fundis Regiis, vt tradit idem Rebuff. q. 8. num. 26. & quòd Reges Hiſpaniæ ſoluant decimam perſonalem de conſuetudine ſuis Cappellanis l. 11. tit. 20. par 1. tradit Didac. Perez loco ſæpius citato col. 190. verſ. Hiſpaniæ tamen milites, ſiuè religioſi, ſiuè non, l. 2. & 3. d. tit. 20. partita 1. & Io. Antonius de Nigris hic
3 num. 3. verſ. quæ autem: quod autem diximus clericos, † religioſos, & eccleſiam teneri ad ſolutionem decimarum intellige dummodo territoria ad illos tranſlata fuerint obnoxia, ad quod faciunt dicta per Azeued. d. l. 2. num. 4. & etiam hæreticus, Iudæus, Sarracenus, & Turca, vt per Andr. Hiſpan. tract. 4
de decim. cap. 11. num. 3. & 5. Quid autem ſi fundus † eſſet datus ad coloniam, an teneatur dominus fundi ſoluere decimam, ſi colonus integrè eam ſoluit, Didac. Perez in d. l. prima col. 115. in princip. verſ. qui monet, reſpondit quod ſtandum ſit conſuetudini loci, ego verò crederem vna decima ſoluta, aliud non exigi, de quo tamen, vide per Io. Azorium lib. 7. inſtit. moral. cap. 35. verſ. quarto quæritur &c.

Ex hac etiam quæſtione inſurgit alia, an ſi dominus † ſit immunis à ſolutione decimarum, colonus quoq; ſit immunis? in 5
qua Gregor. Lopez in l. 4. verb. *de las bueltas* d. tit. 20. refert diſtinctionem Panorm. in cap. ex parte de decim. quòd ſi priuilegium ſit reale, nec teneatur colonus, ſi verò perſonale teneatur, ſed non ad integram decimam.

T *Iuſtitiarium Prouinciæ.* Per hunc text habemus cognitionem cogendi † debitores decimarum ad illarum ſolutionem 6
in hoc Regno ad iudicem ſecularem ſpectare; nec eſſe dubitandum de huiuſmodi poteſtate cenſeo, cum hoc cap. vt inquit Sebaſt. de Neap. hic, & poſt eum Io. Ant. de Nigris fuerit iuxta literam, quam ego vidi, & habeo ad pennam, vt multi alij habent, per excelſum illum Pontificem Honorium Papam conditum; Vndè qui ad hanc vim coactiuam ceſſat omnis diſputatio Nam licèt receptiſſimum ſit iudicem † eccle- 7
ſiaſticum eſſe competentem in hoc decimarum iuditio, prout multis

multis comprobat Rebuff. d. tract. de decim. q. 10. & ſequitur poſt alios Didac. Perez ad d. l. s. ordinat. lib. s. tit. 5. col. 215. Attamen id ſanè intelligendum erit iuxta eorundem doct. ſententiam, cum hac diſtinctione. Nam aut agimus de iure ipſo decimarum, ſcilicet an debeatur decima, & tunc iudicis eccleſiaſtici ſolius cognitio erit, aut agimus de quota decimæ reſpectu conſuetudinis tempore præſcriptæ, & approbatæ, & tunc poteſt etiam iudex laicus procedere, quia hoc non eſt cognoſcere de iure, ſed de facto. Cum enim clerici vellent cogere eorum parrochianos ad integram decimæ ſolutionē, probarumq; ſit ſuperiori conſt. quanto cæteris, ex communi omnium ſcribentium ſententia poſſe quotam decimæ conſuetudine præſcribi. item etiam nè de omnibus debeatur; hoc factum poteſt per iudicem ſecularem iudicari, cum etiam receptiſſimum ſit, tum apud Hiſpanos, tum etiam apud Gallos, quotieſcunq; clerici vellent nouitatem facere circa decimarum exactionem, per viam querelæ laicorum eos à moleſtiis defendere, & audire circa allegatam per ipſos conſuetudinē

8 † quæ ſecundùm omnes, tam Theologos, quàm Canoniſtas, in hac materia debet ſemper attendi, quòd latiùs, & optimè tradidit Azeued. ad d. l. 6. nouæ recoll. lib. primo tit. 5. & licèt Azor. in lib. 7. inſt. moral. c. 36 dicat ſiue de facto, ſiue de iure ad iudicem eccleſiaſticum ſpectare, ex prædictis tñ contrariũ aſſerimus, cum in ijs, quæ facti ſunt, nulla adſit cognitio: ſed tantum executio iuris aduerſus laicos, qui ſubſunt Regis Imperio; & propterea cum Capitulum Nolanum prætenderet, quòd homines Caſalis Sabiani ſoluerent integram decimam, adierunt Illuſtriſſimũ tunc Proregem, & petierant virtute capitulorum Regni, nè vis fieret eis à clericis, cum, & ipſi eſſent in poſſeſsione decimam integram non ſoluendi, nec de omnibus frugibus, fuitq; memoriale remiſſum ad S. C. & iuxta ſolitum expedita edicta tempore eximij, ac doctiſsimi viri Io. Ant. Lanarij, cuius in cauſis cum ego ſucceſsiſſem, adierunt S. C. iidem homines Caſalis Sabiani, idem petentes & cum per me fuiſſent expeditæ prouiſiones, Capitulum comparuit, & primo petiit cauſam remittendam ad Epiſcopum Nolanum, cumq; de hoc dubitaſſem ſermonem habui in S. C. iuncta aula doctiſsimi, & acutiſsimi viri Nicolai Antonij Gizzarelli, in qua reſideo cum aula D. Petri de Vera ab Aragonia viri peritiſsimi, & humaniſsimi, nunc meritiſsimi S. C. Præſidentis, cum interuentu maximi illius Præſidis Vincen. de Franchis, in quo articulo fuit deciſum, cauſam eſſe remanendam in S. C. tum quia agebatur, (vt diximus) de facto, tum etiam quia fuerunt in eo proceſſu deductæ quædam literæ Collateralis Conſilij, per quas committebatur Capitaneo Ciuitatis Nolæ, vt cogeret homines illos, & alios ad integram ſolutionem decimarũ, ad inſtantiam Capituli Nolani, & ſic videbatur Capitulum adiiſſe iudicem laicum ſuper eadem re, qui cum aliquos ex hominibus prædictis carceribus tradidiſſet, decreto tunc cauſæ cōmiſſarij Io. Ant. Lanarij prouiſum fuit, quòd excarcerarentur, & hæc vt dixi fuit potiſsima ratio, propter quam fuit datus terminus in cauſa, in quo dum probationes per ambas partes fuiſſent receptæ, deciſum fuit manutenendum eſſe Capitulum in poſſeſsione exigendi integram decimam, decidendo articulum poſſeſſorij in beneficium eccleſiæ, cui ſemper fauet S. C. tam circa iuſtitiam, quàm etiam circa celerem, & gratioſam expeditionem. Nouit enim vnuſquiſque ex noſtris, quantum eccleſiæ, & eccleſiaſticis perſonis debeatur cum, & miniſtri Dei ſint, cumq; pro nobis præces ad eum fundant ac plurimi Chriſtianæ reipublicæ interſit earum quietem procurare; & quidem in ijs, quæ facti ſunt multum prodeſt eccleſiaſticis perſonis iudices adire ſeculares; qui eius ſubditos ad ſoluenda debita cogunt omni eis neceſsitate ſublata id faciendi per cenſuras eccleſiaſticas, quæ cum arma ſpiritualia ſint, neq; oculis corporeis ſubiecta ſint, à prauis, & ruſticis hominibus, ſæpè ſæpiùs ſpernuntur, qui cum ruſticis rebus curam adhibeant, illarum neceſsitate ducti eccleſias non frequentant, niſi feſtiuis diebus, & hoc ob Prælatorum incuriã, pluris equidem facientes carceres, tormenta, & res ſuas pati executionem, quàm eis eccleſiaſticarum rerum prohibitionē interdici, hæc dixi, vt de ſancta tum Regis noſtri, eiuſq; eximij Proregis, Collateralis Conſilij, ac fratrum meorum intentione teſtimonium verum reddam, vtq; maxima cum ſecuritate miniſtri altaris Regios adeant iudices, celerem, & gratioſam ab eis iuſtitiam ſperantes abſq; ſcandalo, & animarum periculo, quod benè animaduertit diuinus ille Thomas in ſæpius alleg. quæſt. 87. art. . . ad quintum.

Compellantur. Dubium enim eſſe poteſt. an cum (vt diximus) decimæ quota poſsit præſcribi, † poſsint nè renitentes 9
compelli? cum ad hoc vt quis poſſit ad aliquid faciendum compelli debeat eſſe lege determinatum arg. tex. in cap. ad audientiam. & ibi glo de decim. §. curare inſtit. de actionibus, cui obiectioni reſpondet idem Didac. Perez ad l. 1. tit. 8. lib. 1. ordin. col. 211. in prin. ſufficere, vt ſit conſuetudine introductum, & ego addo pro declaratione, ſatis dici lege introductum, quod iure diuino, & Pontificio introductum eſſe probauimus, ſed quòad quantitatem intelligendum eſſet quod in- 10
quit Azeued. de conſuetudine. Sed qua † actione poſsit agere eccleſia dicit idem Perez loco citato col. 214. poſt Affict. & Rebuff & alios, vel rei vendicatione, vel perſonali actione, vel condictione ex l. diuina. & in Regno die cōdictione ex l. conſtitutionis, & huius c & ſequentis 161. 11

Hic etiam quæri poteſt, an † poſsit ſe excuſare debitor decimæ ab illarum ſolutione? & tuta conſcientia illas retinere? in qua reſponde ſecundum Gregorium Lopez, qui ſe remittit ad Panor. in cap. cum homines de decim. in l. 2. & l. penult. d. tit. 20. & Didac. Perez in l. s. ordinat. d. tit. 5. lib. 1. col. 220. poſſe eum, qui neceſſitatem habet ſuis neceſsitatibus decimã applicare, ea tamen intentione, vt, cum peruenerit ad meliorē fortunam velit debitum reſtituere, pro quo eſt expreſſa l. penult. in fin. d. tit. 20. part. prima. Carol. Tap.

ET *quia.* Ibi, *per Iuſtitiarium regionis.* Nota quod iuſtitiarius regionis poteſt cognoſcere de decimis ſoluēdis eccleſiaſticis perſonis. vide ad hoc ſupra, de decimis ſolu. Si verò non ſoluantur tempore congruo, tenentur ad duplum illi qui ſoluere debent. ad hoc etiam vide ſupra in cap. volumus, & mandamus. Barth. de Capua.

Decimas conſuetas ſtatuto tempore ab officialibus abſq; alijs litteris Regijs ſolui iubetur, pœna addita contrafacientibus. hac d. Tap.

REX CAROL. II. Cap. 187.

ET quia nuper ad audientiam noſtram peruenit, quòd ſecreti prædictorum capitulorum, quibus libera eſt edita ſolutio decimarum, & aliorũ iurium ſolutorum eccleſijs, & perſonis eccleſiaſticis, de noſtris gabellis, & iuribus debitorum, abſq; alterius expectatione mãdati, quòd anno quolibet impetrabant, finibus eis præfixis non ſeruatis, ſolutionem huiuſmodi differunt, nouum mandatum ad id anno quolibet calumnioſè petentes. Nos ideò reputantes moleſtius, quò ſpecialius animo gerimus eccleſiarum iura gratioſi prærogatiua fauoris iugiter proſequi, & augere, hac noſtra perpetuò valitura ſanctione iubemus, quòd Secreti prædicti, vel illi, qui huiuſmodi gabellarum, & iurium noſtrorum geſſerint magiſtratus, eccleſijs, & perſonis eccleſiaſticis ſupradictis decimas, & iura prædicta eis de ipſis gabellis, & iuribus debita, de quorum ſic conſueta vſque nunc perceptione notorium in ſtatutis, & ſolitis terminis, anno quolibet nouo mãdato nullatenus expectato, ſaluo iure Curiæ, abſq; diminutione aliqua, vel difficultate perſoluant, prout à catholicorum Regum Sicilię temporibus, vſque nunc, extitit conſuetum: Quibus Secretis, vel gabellarum, iuriumq; magiſtris, ſi prædictos ſtatutos terminos huiuſmodi ſolutionem tranſierint, dupli eius quantitatis, in cuius ſolutione defecerint, pœnã imponimus, & reſtaurationem etiã expenſarum, quas in eo, propter ea ſequenda poſt terminos eccleſias, ſeu prælatos ſubijſſe conſtabit: quam pœnam pro Curia exigi, etiam reſtaurationem ipſis eccleſijs, & prælatis fieri de bonis Secretorum, aut magiſtrorum ipſorum, ac nihilominus

Digitized by Google

minus eos ad debitam ſatisfactionem compelli, abſq; mandato alio, iubemus, & volumus per Iuſtitiariū regionis,pęna ſuper hoc prædictis noſtris capitulis contenta, in ſuo nihilominus robore du-

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 Gabellis. Intelligitur de iuſtè impoſitis ſecundum Andr. in d. conſt. quanto cæteris,vbi dicit,& poſt eum Afflic. non deberi de gabellis impoſitis per Imperat. Federicum, & ratio eſt, quia † de male quæſitis non debet ſolui decima iuxta illud *honorabis Dominum Deum tuum de tuis iuſtis laboribus*, vt tradit Didac. Perez in ſæpiùs alleg. l. 1. ordinat. tit. 9. lib. 1. col. 208.

2 T *Pœnam imponimus*. Duplex pœna † imponitur officialibus negligentibus decimas ſoluere, ſcilicet pœna dupli, & refectio expenſarum: ſed parua eſt hæc pœna reſpectu illius,quā promittit dominus negantibus decimas Malach. 3. cuius verba expoſuit Hierony. quæ regiſtrantur in cap. reuertimini 16. q. 1. minatur enim Dominus ægeſtatem maximam,quod ſummæ conſiderationis eſt in hoc Regno,quod Deus affligit ſæpè ſæpiùs penuriis, quæ tum ea locuſtis, tum ex pluuiis, aut ſiccitate cauſantur, qua propter omnes agrorum poſſeſſores moneo, vt integras conſuetas decimas perſoluant; cùm ſærinum, ac irrationabile ſit pro multo, quod nobis dat Deus, in eius honorē, eiq; inſeruientibus,& pro eccleſiarū ornamentis parum dare; alias autem pœnas poſuit Rebuff. tract. de decim. quæſt. vltima, & Azeued. ad l. 1. lib. 1. tit 5. nouæ recol. num. 9. & Bellug. in ſpeculo Princip. rubr. 1. de decim. num. 24.

T *Eccleſiaſticis*. Eſt autem † ſoluenda decima clericis,qui ſucceſſerunt in locum leuitarum,quibus tanquam miniſtris altaris mandauit Deus, vt darentur decimæ, ità poſt Diuum Thomam. 2. 2. q. 87. art. 3. docet Didac. Perez ad d. l. 1 col. 190. 3
Circa hoc tamen eſt animaduertendum, clericis concubinariis † decimas non deberi, ſed illas conuerti in vtilitatem Eccleſiæ, vt poſt Præpoſ. & alios tenent Decia. tract. crim. lib. 6. c. 21. nu. 25. 4

DE

DE LEGIBVS Rub. xiij.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

De hoc titulo habemus copioſos titulos ff. & C. de legibus apud Canoniſtas in lib. decretalium. Gregorij tit. de conſtitutionibus,eandem rub. in ſexto,in decreto diſt. 4. Apud Hiſpanos tit. 1. part. prima. vbi Greg. Lopez, ſic tit. 6. lib. 1. legum fori, vbi Montaluus Item, & tit. 4. lib. 1. ordinat. tit. 1. lib. 2. nouæ recoll. & ibi Azeued. Plures etiam tractatus hanc materiam amplexantes à pluribus authoribus editos in primo vol. tractatuum, inter quos tamen non adeſt eloquentiſſimus de legibus tractatus editus per Antonium Auguſtin. Archiepiſcopum Terraconenſem virum omni lectione doctiſſimum, aliqua etiam per Didac. del Caſtillo in prohæmio legū tauri fol. 9. 10. & 11. & per Foller. in cōment. ad proaimam conſtit. nihil veterum. Petrus Rebuff. plurima in prohæmio cōſtitutionum Franciæ. ea Politicis verò Plato in Dialogo de legibus, Cicero lib. de legibus, & alij, inter quos præcipuus eſt Iacobus Simancas Pacenſis Epiſcopus de Republ. lib. 4. per totum, quibus in locis omnia quæ ad hanc pertinēt materiam latiſſimè videre poteris. vnum tamen non omittā ex tot definitionibus traditis, ſiue deſcriptionibus legis nullam adhuc videri mihi omnes ſuas habere partes præter illam quòd ſit lex ſanctio ſancta iubens honeſta, & prohibens contraria: verùm cum hæc ſit nimis generalis aliam tradere volui, vt aliquid ingenioli mei in medium afferam; non quòd boni tamen eſſe intelligam, ſed vt debitum meum perſoluam,

1 lex igitur † eſt *Principis rationabile præceptum ad communem vtilitatem, certam atq; honeſtam hominibus viuendi; rerumq; diſponendi normam tradens malos pœnis, bonos præmijs afficiens* dixi Principis, vt ſub hoc nomine comprehendam omnes, qui legis condendæ poteſtatem habent, ſiue enim ſit Imperator,
2 ſiue Rex, aut aliquis alius Princeps, ſiuè Reſpubl. † neceſſe eſt, vt iuriſdictionem ſupremam habeat populis regulam tradendi, cum nemo alius qui eam non habeat poſſit legem condere; dixi rationabile præceptum, cum ratio ſit † anima legis,
3 neq; abſq; ratione lex eſſe poſſit. l. cum ratio. ff. de bonis dān. & ſi eſt rationabilis erit honeſta, iuſta, poſſibilis, vtilis, manifeſta, & neceſſaria, vt inquit Iſidorus relatus in cap. erit autem lex. 4. diſtin. huic autem rationabilitati competunt, & aliæ legis circumſtantiæ, vt ſcilicet grata ſit populo, & Reip. accomodata, quia cum homo ſit animal rationale id quod ratione factum eſt libenter percipit, quod latè proſequitur ea pluribus authoribus quos allegat Iacob. Siman. d. l. 4. de Republ. cap. 14.

Dixi *ad communem vtilitatem*, cum aliæ ordinationes † quæ publicam vtilitatem non reſpiciunt, leges appellari non merentur, vt ait Cicero lib. 2. de legibus. Liuius lib. 34. & quod dicimus de communi vtilitate intelligendum eſt, vt maioris partis vtilitatem reſpiciat, cùm nulla lex ſit quæ omnium vtilitatem comprehendere poſſit, teſte Liuio lib. 34. *nulla lex*, inquit, *ſatis commoda omnibus eſt, id modo quæritur ſi maiori parti, & in ſumma prodeſt*. 4

Dixi certa, quia leges † debent eſſe claræ, & apertæ, non autem verbis dubiis prolatæ, ſic habetur Deutero. cap. 27. ibi *ſcribas omnia verba legis huius planè, & lucide*, & in d. cap. erit autem lex. 4. diſt. & Iſocrates in Panatenaico adductus per Siman. d. lib. 4. cap. 8. inquit, *leges ſint cognitu faciles, deinde iuſtæ, & vtiles*. 5

Dixi *honeſtam* † cum non omne, quod licitum eſt honeſtū ſit. §. ſi vxor. inſt. de nupt. idq; etiam colligitur ex verbis Platonis in epiſtola 8. vbi, inquit, *principio leges tales ſint quæ non ad opes, pecuniaſq; comparandas, neq; ad libidines mentes conuertant: ſed cum tria ſint, anima, corpus, pecunia virtutem animi maximè anteponere &c.* 6

Dixi *hominibus viuendi*, cum lex ſit † regula iuſtorum, & iniuſtorum ſecundum Baſilium in Eſaia cap. 1. 7

Dixi *rerumq; diſponendi*, cum non † modo lex data ſit, vt mores hominum corrigantur, ſed etiam, vt eorum bona ſub certa regula diſponantur, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate. 8

Dixi *malos pœnis*, cùm lex † de neceſſitate debeat in ſe pœnam in traſgreſſores continere, tam ſi circa mores ſe gerat, quàm etiam circa bona. 9

Dixi *bonos præmijs*. Cùm de eſſentia † legis ſit bonos remunerare Demoſt. enim epiſt. 3. inquit, *omnes leges ſuper æqualitatem, & ſalutem bonorum, & frugi hominum feruntur*, & Plato in dialog. primo de legibus inquit, *& parentibus quidem honores, non parentibus pœnas conſtituat*, & hæc diffinitio magis congruit diffinitioni Platonis, quam colligit Marſil. Ficin. in lib. minos, vel de legibus. Qui tamen † fuerint legum latores diuerſis populis, & gentibus accuratè colligit Io. Corraſ. tract. de iur. ciuil. in artem redigend. tract. tomo. 1. cap. 16. Carol. Tap. 10 11

Nihil

a *Nihil veterū Principum*. Conſonat hoc iuri Romano, vt C. de vet. iure enucl. l. 2. §. ſed quia diui-

Ad Imperatorem pertinet noua iura condere ſecundum temporis, & ſtatus, qualitatem, & omnes Curiæ Regni debent à Magna Curia exemplū ſumere. h. d. Tap.

IMPER. FREDER.

Nihil a veterum Principū authoritati ſubtrahim*,

diuinæ.
b *Præmijs*. Vnde dicit Horat. lib. epiſt. hos verſus.
Oderunt peccare mali
L. virtutis

virtutis amore.

Oderunt peccare boni formidine pœnæ.

vt no.ff. de iuſti. & iu. l.1.in prioc.

ADDITIO. *Adde glo. fina. in ſi vbi allegat hoc ver. in cap. irrefragabili. de officio ordina.*

ADDITIO. *Vide ad hanc conſtitutio. cum circa.* Cæſar.

ſi iuxta nouorum temporum qualitatem de noſtro gremio ꝶ noua iura ꝑducimus, & nouis abuſibus, noua remedia reperimus: Habet enim iſtud ex officij neceſſitate præcipuũ Imperialis excellẽtiæ ꝶ dignitas, vt ſi per rerum mutationes, & temporum ad eradicãda vitia, plantandaſq; virtutes, non videntur hominib. vetera iura ſufficere: Noua quotidie reperire cõſilia, per quæ virtuoſi ditentur ꝑ præmijs, & vitioſi continuis pœnarũ malleis conterantur. Conſiderantibus igitur nobis ad laudabilem hominũ Regni vitam, ſtatuta prædeceſſorum noſtrorum Regum, & Principum, quandam ex longæua guerrarum turbatione, quodammodo contraxiſſe rubiginem, dum vti pacificè ſtatutis eiſdem homines nequiuerint in parte etiam. Vt igitur ſaluo prædeceſſorum noſtrorum pudore loquamur ꝶ propter ſequentium temporum noua diſcrimina ſtatutis ipſorum defectu non modico laborantibus, ſtatim poſt noſtri receptum Imperij diadema, neceſſaria, neq minus continua nos oportuit excogitare remedia, per quæ poſſemus veterum ſtatutorum caliginem prouiſionis noſtræ lima detegere, & conſilij plenitudine ſupplere defectum. Sicq; nuperrimè diebus iſtis, dum ab expeditione Ligurum, ad Regnum noſtrum Siciliæ quietem veniremus aſſumere: licèt breue iſtius etiam modici temporis ſpatium dare nolumus ad requiem, quinetiam præterita nitemur abſentiæ noſtræ tempore diſpẽdia commiſſa corrigere, & in futurum de ſtatu pacifico noſtrorum fidelium cogitare: & vt ſecundum ordinem ſingula tractaremus, Curiæ noſtræ prçuidimus ordinare iuſtitiam, à qua, velut à fonte riuuli per Regnum vndiquè norma iuſtitiæ deriuetur.

ANDRAEAS DE ISERNIA, ET ALII.

N*Ihil veterum.* Ad hoc debent tendere omnes boni Principes, eradicare vitia, & plantare virtutes. Vitia eradicantur per pœnarum inflictionem, quia culpæ proportionatur pœna. C. de pœn. l. ſancimus, nam & pro menſura peccati, erit & pœnarum modus. Deutero. 25. Tunc eradicatur vitium à vitioſo punito, ſi ſuperuenit ei pœna, nam vexatio tribuit intellectum, & pœnæ ſtatutæ ſunt in emendationem. ff. de pœn l. ſi pœnam. Si moritur ex pœnæ ſupplicio, eradicatur ipſe ſimul cum vitio ſuo, quia mors omnia ſoluit, in Auth. de nup. §. deinceps. Eradicantur etiam vitia aliorum per pœnam vnius, quæ eſt metus multorum. C. ad leg. Iul. rep. l. 1. nam pro ſolerte flagello ſtultus ſapientior erit, Prouerb. 19. Virtutes autem plantãtur propter præmiorum retributionem, quæ merentibus propter actus virtuoſos debentur. C. de ſta. & imag. l. ſi. nam ex hoc per virtuoſos ad virtutes magis attenditur: & alij per exemplum ad virtutes ſimiliter animantur. Vnde Seneca 20. epiſtolarum, epiſtola quæ incipit, Epiſtola tua. dicit, quòd quando audimus enarrari virtutes aliorum, imaginem nobis, vel virtuoſis virtutes oſtendunt, ſperantes conſequi præmium de labore, per quem & cui, ſcilicet laboranti debetur reſtitutio præmij, † C. lib. 12. de re mil. contra rempublicam, & de agen. in reb. lib. 1.

† ADDITIO. *Vide Par. de Put. in c. quia plerique. in ver. oppoſitio. & infra in conſtit. vt dignitatum.* Fabius Iordanus.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

ꝶ 1 **N***Oua iura.* Circa hoc animaduertendum eſt † legum multiplicationem eſſe uitandam, cùm difficilius ad illarum obſeruationem reddantur homines, neque facilè à populis ſuſcipiantur, qua de re inquit Boet. lib. 13. Hiſt. Scotorum. *Quò ſunt plura præcepta eò reperiuntur plures tranſgreſſores,* & Plato lib. 6. de legibus. *Omnibus perſpicuum eſt* (inquit) *neminem leges nouas facilè ſuſcepturum,* & Diuus Auguſt. epiſt. 118. ait; *vt in morbis non ſunt tentanda noua remedia ſi veteribus ſuccurri malo poſſit, ſic non ſunt condenda noua leges, ſi veteres miniſtrent aliquid quo malis Reip. medearis.* Quod apertius declarat Ferus in eccleſiaſt. *Nemo conetur* (dicit ipſe) *omnes defectus ſimul auferre, non enim poteſt in rebus humanis tam bene agi, vt omnia rectè fiant, & non plurima mala reſtent, videmus enim eos, qui omnia optimè reformare, & corrigere volunt, ſæpè plurimũ nocere, neq; quiſquam ſe plus æquo affligat, ſi non omnia corrigere poteſt, nam & Sanctis plura tolerare coacti ſunt, & Domini iudicio committere, & ipſe Chriſtus,* inquit, *ſinite vtraque creſcere, ne forte cum zizanijs ſimul eradicetis, & triticum* his, & alijs authoritatibus Iacob. Simanc. in d. lib. 4. de Repub. in c. 9. 10. & 11. comprobat nouas leges minimè eſſe condendas.

2 Hic quæri poſſet, an lege noua † prolata ſi populus eam non ſeruet, poſſit compelli ad obſeruandam, & hoc abſquè dubio procedit: difficultas tamen remanet in eo, an videatur ab illa receſſum ſi populus obſeruare noluerit, in qua variæ fuerunt opiniones, & ea erit vera concluſio, quòd ſi ſtatim

3 † promulgata lege populus non obſeruet Principe tamen in Regno condente exiſtente, nec actum contradictionis faciente, tunc cenſeatur ſtatim ab ea receſſum, neq; poſſet inobediens puniri, neq; in hoc requiritur ſecundum aliquos tempus decennij, vel aliud, cum diuerſum ſit agere de abroganda lege, ac de illa à populo, vel maiori ipſius parte non recepta ſeruanda, quam concluſionem diſcutit Gregor. Lopez in l. 16. tit. 1. part. 1. verſ. el pueblo, ex qua dum eſſem iudex in M. C. Vicariæ, & ageretur de contrauentione pragmaticæ editæ per Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum D. Henricum de Guzman virum integerrimum; atq; prudentiſſimum tunc Regni huius moderatorem de veſtium prohibitione fuit iudicatum, ſecundum pragmaticam illam non poſſe puniri contrauenientes, nam contractis nuptijs inter Illuſtriſſ. Ducem Grauinæ cũ D. Ioanna Borgia Illuſtriſſ. Principis Squillacij filia, cum in ſolemnitate nuptiarum in conuentu plurium Regni patritiorum huius ciuitatis, plurimæ mulieres ornatæ contra formam pragmaticæ acceſſiſſent, ipſe Prorex videns, nullum contradictionis actum fecit, neq; dum ibi eſſet, neq; poſtea.

4 ꝶ *Dignitas.* Hæc igitur condendi † leges poteſtas ad Imperatorem, ſiue Regem, & ad eum qui ſupremam habeat poteſtatem ſpectat, pro quo eſt tex. in l. fin. in fine. C. de legibus, & l. 12. tit. 1. part. 1. vbi Gregor. Lopez, tradunt etiam Rebuff. in prohœm. conſtit. Franciæ gloſ. 1. Didac. Perez in prohœm. legum ordinat. col. 5. & in l. ſecunda ordinat. lib. 1. tit. 4. col. 180. verſ. quaro quarto, poſt Andr. in prohœm. harum conſtit. Conrad. in templo omni. iudic. lib. 1. cap. 1. §. 4. ſub rubr. legem naturalem ſolùm condit. ad quod facit lex 1. ff. de conſt. Princ. & tradit Plato in lib. ciuilis, dum ait *patet legum lationem ad dignitatem Regiam pertinere,* & Filo. lib. 2. de vita Moyſis, inquit. *Regis officium eſt iubere quæ oportet fieri, & vetare à quibus abſtinere decet, cæterum iuſſis faciendorum, & interdictorum cauendorum propriè ad legem pertinet, atq; ita conſequitur, vt Rex animata † lex ſit, lex verò ſit Rex iuſtiſſimus.* 5

In hoc tamen articulo de legis condendæ poteſtate ſciendum eſt, eam diuerſa † principia habuiſſe; nam apud ciuitates 6 quarum regimen, vel ad populum, vel ad optimates pertinebat, ipſis, vel quibus ab eis concedebatur legis condendæ facultas erat; apud Romanos enim, quod ſenatorio magiſtratu interrogante, ſenatus reſpondebat, lex erat, ſiue quod populus tribuno plebis interrogante decidebat, ideoq; conſuli, prætori,

Digitized by Google

prætori, dictatori, magiſtro equitum, tribuno plebis, interregi, ſenatum habere licitum erat, & illum de lege interrogare, quòd accuratè proſequitur Ant. Auguſtinus lib. de legib. c. 7.

Hæc inquam poteſtas ſenatoria, & populi ad principem translata fuit, vt teſtatur iureconſultus in alleg. l. 1. de conſtit. Princip. ſed non ita, vt per hoc nulla apud ciuitates remanſerit legis condendæ poteſtas, cum per ſcribentes in l. omnes populi. de iuſt. & iur. & in cap. quod clericis. de for. compet.
7 communiter traditum ſit, poſſe † Ciuitates ſtatuta facere inter ipſos ciues, dumtamen legibus generalibus principis aduerſentur, & dummodo concernant adminiſtrationem rerum ſuarum, non autem deciſionem cauſarum, vt tradunt in d. l. omnes populi, & d. cap. quòd clerici tam ciuiliſtæ, quàm canoniſtæ, & Gregor. Lopez in l. 13. in princ. part. 1. Loffred. conſ. 14. nu. 25. qui amplius tradit paulò ſupra quod vna progenies, ſeu parentela, vel familia poteſt intra ſe conſuetudinẽ inducere, & diſponere, quod certo modo ſuccedatur, & ſignanter quod fœminæ non ſuccedant, poſt Ioãnem Andr. ad Specul. in rub. de inſtrum. edit. §. compendioſa. verſ. ſed nũc quid dicemus, quæ omnia breui compendio tradidit Angelicus Thom. de regim. Principis part. 2. quæſt. 90. his verbis. *lex reſpicit ordinem ad bonum commune, ordinare autem aliquid ad bonum commune eſt, vel totius multitudinis, vel alicuius gerentis vicem totius multitudinis. Et ideo condere legem, vel pertinet ad totam multitudinem, vel ad perſonam publicam, quæ totius multitudinis curam habet, quia, & in omnibus alijs ordinare in finem eſt eius, cuius eſt proprius ille finis.*

8 Quod autem diximus Regem poſſe legem condere, an hoc poſſit † facere ante coronationem Corrad. in templo omni. iudic. lib. 1. §. 1. quæſt. 4. poſt doctor. in l. bene à Zenone. C. de quad. præſcript. Caſtell. Cotta in verb. Imperator, poſt alios ibi relatos.

9 Poſſunt etiam Comites, † & Barones legem cõdere in ſuos ſubditos, dummodo legi generali Regni non derogent, vt latè per Corrad. in d. lib. 1. §. 4. ſub rubr. legem generalem ſolus cond. poteſt nu. 6. & Gregor. Lopez d. l. 13. part. prima tit. 1. verb. *Otro ninguno*. Quorum leges ius prætorium dicuntur, & annales ſunt, vt poſt Bart. & alios in l. ſtipulationum la 2. ff. de verb. oblig. tradit Azeued. lib. 2. nouæ recollect. tit. 1. in
10 princ. num. 7. An autem Cardinales † ſede vacante poſsint legem condere, dicas quod non vt poſt Barbat. & alios tradit Corrad. in templo omni iud. lib. 2. cap. 2. §. 1. de munere Cardinalium ante num. 6. ibiq; latè ipſorum poteſtatem eo tempore explicat.

T *Noua*. licèt ſuperius affirmauerim legum multitudinem uitandam, & quantum fieri poteſt à nouarum legum promulga-
11 tione abſtinendum: Attamen † id ſano modo eſt intelligendum, dummodò vel noua vitia non oriantur, vel veteres leges, peſte, fame, aut bello abrogatæ videantur, vt tradit Imper Federicus in conſt. poſt mundi machinam. §. cum igitur, & Afflict. in d. conſt. §. nos itaq; num. 8. & 9. & Ioannes Ant. de Nigris in prælud. cap. Regni num. 46. & Vlpian. lib. 4. fideicommiſſ. relatus per Iacob. Siman. lib. 4. de republ. cap. 12. inquit. *Bonis legibus occurrendum eſt malis moribus, corrigendæ leges deprauatæ, tollendæ, iniquæ* Et Vida lib. 2 de reipub. dignit. *ſunt leges aliquæ, quas in dies ætas retractat, expolitq;, & in meliorem rationem mutat. Namq. humana ſolertia non omnia, quæ cogitat illico perfectè videt, ac ſentit, verum in dies hominum ingenia magis, ac magis acuuntur, atq; illuſtrantur, & perſapè quapiam, quæ animus tuus heri, & nudius tertius ignorauit, hodie ſcire incipit: natura enim paulatim nobis ſeſe detegit, atq; enudat, idcirco quotidie (prout tempus deſiderare videtur) nouæ conduntur leges*

12 *Guerrarum*. Sunt autem bellum, † fames, morbi continui, vel peſtis, legum corruptionis cauſa. Non enim poſſunt homines eo tempore ſub regula viuere, qui neceſsitatem vitam defendendi habent, ita Plato lib. de legib. dialogo 4. inquit, *dicturus eram nullum vnquam hominum aliquid legis ſancire, ſed fortunas, caſusq; varies incidentes leges vobis per omnia ferre, aut enim imminentis violentia belli priorem peruertit rempublicam, legesq; mutat, aut ſumma quædam penuria; morbi quoq; innouare compellunt, peſtis etiam diuina, multorumq; annorum incommoda & importuna tempeſtas*, hæc Plato. Cum igitur mala hæc reipublicæ veniant oportet pace, abundantia, & ſanitate reſtituta principem nouas condere leges, & veteres diſſuetudine abolitas renouare.

T *Pudore*. Nota quòd poſt † mortem adhuc durat fama, & 13
pudor, ad quod plura congerit Corrad. in loco præcitato §. 4. in vltimo cap. num. 4. pudor enim plerumq; correptor eſt noſtri, vt ait Ambr. ſuper pſal. 118. ſermone 10. verſ. 6. & non ſolùm attingit nos obligatio ciuilis, & naturalis. ſed etiam verecundia, vnde ita excuſatur qui aliquid facit, vel omittit propter verecundiã, ſicut ſi teneretur Bar. in l. pecuniæ. ff. de alim. & cibar. legat. poſt alios Gregor. Lopez in proœm. II. partit. verſ. *Por la verguença*

Requiem. Debet enim † Princeps elaborare pro ſubdito- 14
rum ſalute, & illorum commoda quærere, quemadmodum, & omnes prælati facere debent, vt admonet Sanctus Ambroſius in homilia de natiuitate Domini, quia Imperator omniũ
pater appellatur, & Princeps dat † maiora bona ſubditis, quã 15
pater filijs, vt latè apud Corrad. in templo iudic. lib. 1. cap. 1. de Imperatore §. 3. q. 5. ſunt enim Reges inſtituti, vt ait Iacob. Siman. lib. 3. de repu. c. 4. nu. 6. poſt Cic. & alios, vt populi iuſticia fruerentur. *Nam* (inquit ipſe) *cùm premeretur initio multitudo ab his qui maiores opes habebant, ad vnum aliquem virum confugiebant virtute præſtantem. qui prohiberet iniuria tenuiores æquitate conſtituendo, ſummos cum infirmis pari iure perſtringens.*

T *Fidelium*. Cogitare quidem debet † Princeps de pace in- 16
ter ſubditos tuenda, vt ea multis tradit Corrad. in templo omnium iud. lib. 1. de Imperatore. §. 3. quæſt. 10.

Ordinem. Eſt enim † ordo firmum, & rectum fundamen- 17
tum omnium rerum, ſinè quo nihil ædificari poteſt, vt inquit Bal. in tract. ſchiſmatis col. 3. Deus enim tam cæleſtem, quàm terreſtrem machinam ordine ſummo creauit, ibi enim tres Angelorum Hierarchias creauit miro ordine, vt inquit Sanctus Thomas in oratione ante ſtudium: hoc eodem ordine creauit primo cælum, & terram, & cætera, quæ mundi ambitu continentur, & ſupra illam ſunt cæleſtia corpora, vt habetur Geneſ. cap. 1. & ſequent. hoc inquam ordine de cælis ad terram deſcendit, vt labefactatam, ac pænè extinctam humanam naturam illam aſſumens reſtitueret, *dum medium ſilentium tenerent omnia* (inquit Apoſt.) *omnipotens ſermo tuus de regalibus ſedibus venit*: multa autem circa ordinem tenendum tam in ſcribendo, quàm in loquendo, quàm etiam in procedẽdo in iuditijs, vel extra, poſuit Carau. in rit. 1. in prin. & Marant. in ſpec. in princ.

T *Velut à fonte*. Ad hoc facit. quod dicimus vnumquodquè corpus ſuum caput habere, aliàs monſtruoſum eſſet, ſi caput
non haberet: ideoq; Politici ſcriptores dixerunt † Monar- 18
chiam optimum eſſe regendi modum, & cæteris præſtantiorem, quod expreſſè declarat D. Thom. de regim. Princip. lib. 1. cap. 2. cuius pulcherrima verba hic ſubnectam. *Bonum autem, & ſalus conſociatæ multitudinis eſt, vt eius vnitas conſeruetur, quæ dicitur pax: Quanto igitur regimen efficacius fuerit ad vnitatem pacis ſeruanda tanto erit vtilius. manifeſtum eſt autem, quòd vnitatem magis efficere poteſt, quod eſt per ſe vnum, quàm plures. Vtilius igitur eſt regimen vnius, quàm plurĩ. Adhuc ea, quæ ſunt ad naturã optimè ſe habent: in ſingulis enim operatur natura, quod optimum eſt. Omne autem naturale regimen ab vno eſt. In membrorum enim multitudine, vnum eſt, quod omnia mouet, ſcilicet cor. & in partibus anima vna vis principaliter præſidet, ſcilicet ratio. Eſt etiam apibus vnus Rex, & in toto vniuerſo vnus Deus factor omnium, & rector. Hoc etiam experimentis apparet, nam ciuitates, & prouinciæ, quæ non reguntur ab vno diſſentionibus laborant, è contrario verò, quæ ſub vno Rege reguntur, pace gaudent, iuſtitia florent, & affluentia rerum lætantur*. Hoc etiam eſt, quod docuit Hieronymus relatus in cap. in apibus
7. q. 1. Ideoq; † Summus Pontifex caput eſt totius Eccleſiæ 19
militantis habens vtrumq; gladium; ideſt vtramq; poteſtatẽ, ſpiritualem ſcilicet, & temporalem; vt latè proſequitur Aluar. Pelag. de plant. eccleſ. lib. 1. cap. 12. & 13. ſic itaq; decebat, vt cum Regnum iſtud Regem vnum haberet, & idem ius ſeruaret, ne propter iurium varietatem induceretur, vel difficultas maxima, vel iudicandi confuſio.

* ADDITIONES.
No. ius Longobardum dici commune, ergo omnes debent in Regno vti iure Longobardo, cum hic videtur derogare iuri communi. de quo no. glo. ſup. à quib. cons & Bar.

Rex ſtatuit ſecundum quas leges ſit iudicandum in Regno. h. d. Tapia.

REX GVLIEL.

Ex Conſtit. Puritatem.

§ IVſtitiam miniſtrare curabunt, & ſecundum conſtitutiones noſtras: Et in deſe-

Bar. in l. vniuerſis. ff. . . . . ibi, Longobarda ideſt ſi viuunt iure Longobardo, illud præferatur iuri Romano, ſi autem non, tunc ſeruetur ius Romanum, & ita communiter fuit ſeruatum, vt teſtatur Luc. de Penna in l. prima. col. 7. de conduct. lib. 11. vbi tenet quod ius Longobardum non ſit ius commune, ſed ſpeciale. & dicit quod verba ſecundum iura communia referũtur ad Romana. vide quia pulchrè loquitur. De Bottis.

ctu earum, ſecundum conſuetudines approbatas: ac demũ ſecundum iura cõmunia Longobarda,* videlicet & Romana, prout qualitas litigantiũ exegerit, iudicabunt.

¶ *De legibus Longobardis, & quomodo ſeruentur in Regno, vide Andr. in prælud. feudo c. 3. & in c. 1. §. bona vacantia. quæ ſint rega. & in cap. primo de pace tenen. §. ſi quis hominem. & in cap. primo de alie. feudo pater. §. & conſuetudo. vide Maran. quæſt. 2. & Io. de Arno. ſing. 8.* Fab. Iordanus.

AN-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

P*Rout litigantium qualitas.* Nam ille qui viuit iure Francorum iudicabitur per iura Romana, alij per Longobard. quæ derogant Romanis legibus, vt hic, & ſup. tit. 1. l. vt vniuerſis. Multi tamen non vtuntur iure Longob. in regno, ſicut Neapoli, & Auerſæ, quos non excuſat conſuetudo, quæ tollitur per has conſtitutiones, ſiue præceſſerit, ſiue ſubſecuta fuerit. C. de vſu. l. hos. ver. cæterum. & ſupra in prologo, circa ſi. Salerni etiam quidam viuunt iure Romano, & aliqui iure Longob. Sed omnes iſti excuſant ſe, quod ſunt Franci, & iure Francorum viuunt. immo quia ſic ſemper vixerunt, & viuũt, & hoc tollent iſtæ conſtitutiones, vt patet ſupra, de iure Francorum, in iu. ſub. l. 1.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

I*Vſtitiam miniſtrare.* Cum hoc tex. videtur concordare diſpoſitio tex. in l. de quibus ff. de legibus, vbi Romanorum
1 † iurium deficiente diſpoſitione, recurrendum eſt ad conſuetudines locorum, quibus etiam deficientibus ad conſuetudines proximorum locorum erit confugiendum.

Ex conſtitutione puritatem deſumpſimus verba huius tex. quæ ſub hoc tit. maximè congruunt, cum de legibus acturis per neceſſarium ſit ſcire, ſecundum quas leges iudicare debeant, vel cauſas defendere, vel eos, qui hæc acturi ſunt, docere: quod etiam probatum reperi apud Hiſpaniarum legum compilatores, tam in lib. legum fori lib. 1. tit. 6. vbi adeſt lex 5. quàm in lib. legum Tauri l. prima, quibus in iuribus exprimitur ſecundum quas leges ad cauſarum deciſionem procedi debeat in illis Regnis; quarum legum contextus, & quæ inibi annotarunt doctiſſimi Montal. Didac. del Caſtillo, & Ceruantes ad huius tex. explanationem, atq; ornatum plurimum conferunt.

2 Huius tex. occaſione † dicit Afflict. hic ius Longobardum eſſe præferendum iuri Romano, in illis tamen ciuitatibus, vbi viget ius Longobardum; ſecundum quam opinionem iudicatum fuiſſe ſemper teſtatur; licèt ipſe teneat, quod indiſtinctè prius iudicandum ſit ſecundum ius Romanum, & poſtea ſecundum ius Longobardum, intelligens hunc text. ſecundum iura communia, hoc eſt ſecundum ius Romanum, quod eſt Romanorum ius commune, & poſtea Longobardum. Hanc quæſtionem diſputat latiſſimè plures adducẽdo rationes Maran. in ſuo ſpeculo in 3. par. principali.

3 Ad huius quæſtionis intelligentiam ſciendum eſt † Longobardos fuiſſe homines ſeptemptrionales, qui ex Scandanaria, ſiue Scantia inſula originem duxerunt, vt tradunt Abb. Veſpergenſis in hiſtoria Longobard. inſerta in eius cronica, & Otho Fryſigenſis lib. 5. cap. 4. Hi quidem ea dicta inſula egreſſi; cum multum eorum numerus creuiſſet, alias ſibi quæſierunt regiones, duos ſibi Principes conſtituentes, Ibor ſcilicet, & Agior, vt tradit Illuſtriſſ. Baronius ſub anno 568. quicquid dicat Marin. Freccia ſecutus Gaudens: Merulam in ſua Gallia Ciſalpina cap. 5. eos ex Germania oriundos in lib. 1. de ſubfeud. fol. 8. num. 59 & Bernard. Saccus in ſua hiſtoria Ticinenſis. Hos Narſes eunucus ex Pannonia vocauit in Italiam anno Domini 568. concepto odio in Sophiam vxorem Iuſtini Imperatoris. quæ cum marito egerat, vt Narſetem, qui vices Imperiales in Italia gerebat, officio priuaret, & Loncinũ eius cubicularium in locum Narſetis viri quidem ſtrenui poneret, vt poſt præfatos authores agit etiam de hac re Gonſaluus de Iglieſcas in hiſtoria Pontif. in vita Ioannis III. qua breuiſſimo tempore potiti ſunt, & licèt Marin. Frecc. fol. 62. num. 16. dicat id accidiſſe anno Domini 900. contrarium tamen tenent plurimi grauiſſimi authores, quos ſequitur præfatus Illuſtriſſ. Cardin. Baron. annal eccleſiaſt. tom. 7. ſub anno Dom. 567. fol. 520. & anno 568. fol. 528. durauit eorum Regnum per annos ducentum, & ſex, vſq; quò à Carolo Magno eiecti fuerunt anno Domini 776. ſub viginti quatuor Regibus, licèt ſecundum Colenut. fuerit Italia diuiſa inter triginta Capitaneos, quos Duces appellarunt. Sed in hoc Regno potiti ſunt ſub tit. Ducatus Beneuenti ea parte, quæ ſecundum veterem deſcriptionem ad Campaneam Fœlicem pertinet, præter tamen Ciuitatem Neap. & Puteolorum, cui addiderunt Regionem Samnitum, vſq; ad Iſerniam iunctis Pelignis, Marrucinia, & Marſis: reliquum verò ſub Imperio Græcorum remanſit. & licèt Carolus Magnus, Deſiderio Longobardorum Rege capto deuicerit etiam Beneuentanum Ducem per eius filium Pipinum; reſtituit tamen Beneuentanum Ducatum Grimoaldo eius Duci, vt teſtatur. Colenut. in compendio hiſtor. Regni lib. 3. fol. 51. in paruis in anno 805.

Sed, vt ad leges † Longobardorum reuertamur, eas condidit Bauterus vir fortis; ſed Arriana perfidia maculatus, vt tradit Abb. Veſpargenſis loco citato, quæ leges antea memoria conſeruabantur, vt teſtatur Platina in vita Io. IIII. idquè accidit poſt 76. annum, ex quo Longobardi Italiam ſunt ingreſſi, quæ leges qualiter abierint in deſuetudinem traditur latiſſimè in præfatiuncula ad leges Longobardorum. In hoc 4
tamen Regno † in aliquibus partibus obſeruantur, pro quo non prætercam, quod recitat Andr. de Barulo in commentario ad leges Longobardas de quodam optimo aduocato, qui multa allegabat in iure Romano pro ſuo clientulo, & ex aduerſo in foro contentioſo ſurrexit quidam alius aduocatus minus doctus, & oſtendit ius Longobardorum in contrarium iudici, quod ſubtus pallium recondebat abſconditum, & ſic in cauſa obtinuit. Nam in caſu illo ius Longobardorum diſcordabat à iure Romano, ille autem magnus aduocatus remanſit frigidus, & verecundus, videns ſe ab impari, tam facilè ſuperatũ, & ſic Andr. dicit ea illa hora animo ſuo cogitaſſe illud opuſculum conficere, & hoc procedere ex quadam inueterata conſuetudine in Regno iſto teſtatur. 5

Romanum. Sed de quo iure † intelligendum ſit, de Canonico ſcilicet, an de ciuili? Reſponde nullam hic agendam eſſe inter hæc iura differentiam, ſed de vtroq; intelligi in caſu ſuo, ideſt, vt ius canonicum ſeruetur in caſibus per ipſum deciſis, & ius ciuile in caſibus per ipſum determinatis. At difficultas eſſe poteſt, ſi in vna, eademq; re exiſtat deciſio iuris canonici, & huic contraria ſit alia iuris ciuilis, in qua Didac. Perez in procem. ad ll. ordinat. quæſt. 3. concludit deficiente iure Regio in propoſita quæſt. recurrendum eſſe potiùs ad ius canonicum, quàm ad ius ciuile, quod fortius in hoc Regno obtinere deberet, in quo apertum eſt Imperatorem nullam habere iuriſdictionem, ſed recognoſci inueſtituram à Pontifice Romano. In terris verò Imperij aliud eſſet dicendum, cùm ibi vigeat ius Imperiale; & hanc fortaſſe crederem veriorem ex iis, quæ dicit Aluar. Pelag. de planct. eccleſ. lib. 1. cap. 17. & ſeq. Marant. poſt Abb. in cap. 1. de oper. nou. nuntiation. dicit in ſpecul. par. 3. numer. 54. quòd ſi concernit ſalutem animæ, tunc lex canonica ſeruanda erit, etiam ſi contradicat legi ciuili; ſi verò non contradicit, tunc quamlibet ſeruandam in foro ſuo. 6

Ca-

Digitized by Google

Capitula per ipſum Regem adita iubet publicari in primarijs Ciuitatibus, & vbi reſidet Iuſtitiarius. h. d. Tapia.

REX CAROL. I. Cap. 90.

ITem predicta omnia capitula in ſingulis ciuitatibus,& terris famoſis, [T] in quolibet Iuſtitiariatu per ſingulos publicétur. Et tã ipſis ciuitatib. quàm terris famoſis, quàm alijs caſtris, & villis trãſcripta reddãtur, ſub ſigillo Iuſtitiarij regionis.

T Actum Neapoli, Anno Domini MCCLXXXII. menſe Iunij 10. eiuſdem 10. Indict. regnorum noſtrum Hieruſalem anno 6. Sicilię verò 17.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T F*Ameſit.* Vbi autem debeat publicari lex, & an ſufficiat, quòd id fiat in ciuitatibus primarijs, vel in ea, quæ eſt caput totius Regni, vide infra cap. 138.

1 *Tranſcripta.* Antiqui enim Romani † legum optimi conditores leges in ære inſcribi faciebant, vt Cicero ait prima Philippica: *quod erit* (inquit ipſe) *ità geſtum, id lex erit, & in are incidi iubebitur*, quem refert Ant. Auguſt. lib. de legibus cap. 16. qui in vltim. eius lib. plures leges, tum in ære, tum in lapide impreſſas deſcripſit ad literam, quas ego apud Vergilium Vrſinum vidi Romæ magno cum gaudio noſtræ antiquæ diſciplinæ monumenta inſpiciens.

REgina iuſtitiæ. In hoc cap. vſq; ad cap. inſuper, ad finem ponitur cõfirmatio, & declaratio capitulorũ ſupra poſitorum.

*ADDITIO. Inſtituens. *Vide quæ ſcribit Fel. 2. not. in c. conſuluit. ext. de Iudæis.* De Bot.

Ibi, *dilectione, &c.* No. dilectionem regis, qui reputatur pater, & ſubiecti filij familias, & nepotes, & alibi reputatur pater, & filius, dominus, & miniſter, vt no. in cõſt. quæ incipit, non ſine. de obſer. iuſt.

Nouas leges ad populorum ſibi ſubditorum commoditatem condere, & collapſas reſtaurare, procerum Regni adhibito concilio decernit Rex Carolus Secundus in hoc cap. h. d. Tap.

CAROL. II. Cap. 193.

REgina iuſtitię [T] in veſtitu deaurato, circundata varietate, ſic leges ad conſtringendas vitas hominum ordinat, ſic ad gubernationem ſalubrem populorũ edicta conſtituit, vt inſtituens * programmate diuulgatas cũ expedit, emendare non negligat, & dũ vtilitati publicæ deſeruitur, variare pro tempore iuſte ſancita, & ritè diſpoſita non omittat. Multis vndiq; natura nouitatibus vtitur, cuius decurrens varietas in tam perpetuo motu conſiſtit, vt nihil inſtabile, nihil immobile, quod mutatione non ægeat, poſſit ad eius regimen promulgari, eo ꝙ particulares actus, qui ſunt infiniti certis concludi ſub regulis à primis inuentoribus nequiuerunt, & ſi naturalis ratio ab imperfecto veniens ad perfectum pro communi bono per poſteros adinuenta ſubtilius in nouam legis additionem properat adiuuare. Effrænis equidem humanæ conditionis audacia immutatrix vitiorum natura labitur ad delicta. cuius ineffrænata præſumptio ſic omnem creaturam vitijs implebat, vt diſciplina neceſſaria prouidenti pro pace hominum pro æquitate iubeatur inſurgere legiſlator, lex animata, vigor iuſtitiæ, qui contra ſceleritates inductas conſtitutiones exaſperet continuis pœnarum malleis, duriſq; ſupplicijs inſolentes affligebat: ſed vbi intellectum vexatio tribuens, ſubiectos ad frugem melioris vitæ reducit, iuxta varietatem naturæ, leges aptando, præambulæ ſanctionis duritiem in leuitatem prouida deliberatione commutet, temperatis vitijs prauæ concupiſcentiæ relegentur, ſtatutis edictalibus varietatis frænetũr ſæuitia, & ſubcreſcente clementia humanitatis Regiæ, nouella quædam propago conſurgat. Nos itaque, qui prædicti regni noſtri fidelium inſtantijs turbinis incurſibus laceſſiti, preſſuris quibuſlibet premimur grauaminibus aggrauamur. Ad remotionem oppreſſionum omnium, & onerum iniuſtorum diligenti cura, & curioſa diligentia ſenſus noſtros acuimus, & vias, & modos adinuenire ſolicitis ſtudijs, & ſtudioſis ſollicitudinibus inſudamus: quibus eiuſdem noſtri regni fideles de cuiuſcunq; moleſtationis indebitæ ſuper inductis abuſionibus liberentur, ſæuientibus officiorum præpoſitis, & profanantibus prouinciarum rectoribus adhibeatur fræni temperies: qui in noſtri abſentia de iam dicto regno potiſſimum agrum dominicum ſpinis, & tribulis laxata licentia repleuerunt. Idcirco pro nimia ſubditorum dilectione, quos affectu paterno reputamus filios, & nepotes commoditatibus inuigilamus populorũ, dum pro ipſorum quiete labores voluntarios appetentes, accuratè quæſiuimus: quod in præſentiarum occurrit ad eorundem ſtatum pacificum reparandum, aut de nouo etiam inducendum: illa ergo, quę pro temporum, & cauſarum varietate iuri communi, conſtitutionibus, & conſuetudinibus memorati regni addenda, corrigenda, ſupplenda, detrahenda, & declaranda ob communẽ vtilitatem prouidimus, prælatorum, Comitum, Baronum, & ſapientum conſilio habito. In præſenti nouas noſtri nominis ſanctiones redigi fecimus, quas multiplici prælatorum ipſorum, Comitum, Baronum, & ſapientum diſcuſſione præhabita, noſtræ ſereniratis authoritate firmatas, ab omnibus eiuſdem regni noſtri fidelibus, tam in iudicio, quàm extra iudicium præcipimus inuiolabiliter obſeruari.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T 1 R*Egina Iuſtitia.* Eſt autem iuſtitia † ſecundum Mercuriũ Termegiſtrum Dei motus: ideoq; non immeritò vocauit iuſtitiam Reginam, cùm iuſtitia legalis ſit princeps omniũ virtutum moralium, & neq; eſt Heſperus, neq; Lucifer ità admirabilis, vt habetur in authen. vt omnes obediant iudic. prouinc. in princ. & Philoſ. in 5. ethic. quod explicat Sanctus Thom. 2. 2. q. 58. art. 12. in corpore, quatenus iuſtitia † dirigitur ad bonum commune omnium. Nam in hac parte 2 excellit omnes alias virtutes, quod etiam annotarũt Domin. Sot. de iuſt. & iur. lib. 3. q. 2. art. 8. Molina lib. 1. de iuſt. diſput. 1. & Patres Collegij Conimbricenſ. in commentariis ad moralia bona, Ariſt. diſput. 9. quæſt. 1. art. 1. & Corrad. in templo

Digitized by Google

plo omn. ind. cap. 1. de Imperatore lib. 1. §. 3. et (vt inquit
3 Sanctus Thomas) d. loco art. 6. in corpore † eſt virtus genera-
lis in quantum ordinat actus aliarum virtutum ad ſuum finem,
quod eſt mouere per imperium omnes alias virtutes, & hoc
de iuſtitia in genere ſumpta. de iuſtitia autem particulari, tra-
dit idem Sanctus Thom. d. quæſt. art. 12. quòd præexcellit
etiam inter alias virtutes morales: Nam aliæ virtutes laudan-
tur ſolùm ſecundum bonum ipſius virtuoſi, iuſtitia autem lau-
datur ſecundum quòd virtuoſus ad alium benè ſe habet; quod
declarat Sot. d. art. 8. verſ. tertia concluſio intelligi de virtuti-
bus moralibus, quæ ſunt in appetitu; idq; pluribus comprobat
rationibus, vt prudentia primo in loco ſedem habeat, quod d.
art. verſ. cum tamen ex pluribus deducit: de quo vide plura
collecta per Luc. de Pen. in l. neminem. C. de ſuſcepto: præ-
poſit. & arcarijs lib. 10.

T *Veritate.* Hæc verba ſunt deſumpta ex Pſal. 44.

4 T *Vt inſtituens.* Hæc inquam † iuſtitiæ virtus neceſſaria eſt in
Rege *Rex enim iuſtus erigit terram*, prouer. cap. 59. & Plutarc.
in Demet. inquit, *nihil tam egregium, tamq; proprium Regis eſſe
videtur, quàm iuſtitia opus Marſ. enim* (vt Timotheus inquit)
Tyrannus eſt, lex autem omnium Rex. In hoc enim differt ex-
cellentia Regis ab aliis, vt iuſtus ſit: ideoq; Plutar. in Ageſilao
inquit, *nihil maior eſt ille me, niſi ſit iuſtus, & magis rectè, præ-
claréq;* putans menſura quadam, quantum quiſq; præexcellat
Regem exiſtimari debere.

5 T *Effrenis.* Debet enim Princeps † ſubditorum audaciam,
atq; vitia iuſtitia refrenare: nam, vt inquit Diuus Gregor. lib. 7.
epiſt. 120. *Summum in Regibus bonum eſt iuſtitiam colere, ac ſua
cuiuſq; iura ſeruare, & ſubiectis non ſinere, quod poteſtatis eſt, fie-
ri, ſed quod æquum eſt cuſtodire.*

Agrauamus. Rex enim debet commoda ſubiectorum in-
6 ueſtigare, nam quies † & bonum ſubditorum dicitur eſſe pax
ſuperiorum, vt in cap. officij vbi notat Philip. Franc. de off. le-
gat. in 6. adeſt enim quædam amicitia inter dominum, & ſub-
ditum, propter quam conſeruandam tenetur illi benefacere,
vt ait Philoſoph. lib. 8. ethicor. c. 11. cum. n. & ipſe ſit homo,
ut alij neq; in alio præſtet, quàm quod uel à Deo, uel à ſubditis ad
illorũ regimen ſit electus, quomodo non grauabitur ipſe, ſi gra
uantur, & ſubditi. Ideoq; præter ea, quæ ad conſt. Poſt mundi
machinã diximus, audiamus Oſorium lib. 7. de Regis inſtitut.
7 dicentem, *à Principio Reges † creati ſunt, vt miſeros, & afflictos
à Tyrannidis crudelitate liberarent, potiſſimum autem eorum mu-
nus erat iudicare, itaq; iuditiorum ſeueritate ſcelera coercebant, &
vnicuique quod ſuum erat tribuebant*, & rectius Seneca id ele-
gantiſſimis deſcripſit verbis oſtendens nobis Principem eſſe
Reipub. animam, quæ corpus illius informat: quam ergo con-
ſolationem ſentire poterit anima, ſi corpus affligitur? *Animus
Reipub.* (inquit ipſe,) *Princeps eſt, ille vinculum eſt, per quod
reſpublica coeret ille ſpiritus vitalis, quem tot millia hominum tra-
hunt, nihil ipſa per ſe futura, niſi onus, & præda, ſi mens illa Im-
perij ſubtrahatur.*

8 T *Acuimus.* Ad hoc † creatus eſt Rex, vt ab oppreſſionibus
ſubditos liberaret, ad quod faciunt verba Euſeb. apud Strobeũ
ſermo. de magiſtr. adductus per Siman. lib. 3. de repub. cap. 9.
*Ad regnandum promotus es, vt Imperio tuo ſubditos ab aliorum
inſidijs ſecuros, atq; tutos cuſtodires, & vt cuſtos eſſes recti, & ma-
gnæ Deæ iuſtitiæ miniſter, atq; interpres,*

9 T *Præpoſitis.* Maximum enim malum eſt quando miniſtri iu-
ſtitiæ non ſunt ea virtute præditi, (vt debent) cum etenim
credunt homines iuſtitiam ſibi miniſtrari, ſi pro ipſa grauami-
na recipiant, ferre id non poſſunt, nec verbis exprimi, quàm
magnum malum ſit illis, qui talia patiuntur, & propterea di-
10 uinæ † iræ ſignum apertiſſimum eſt, quando Rex malus da-
tur, vt ex Fero. in eccleſiaſt. cap. 10. refert Simanc. lib. 3. de
repub cap 5. ſic & miniſtri ipſius, cum & ipſe regat Regnum
per eius miniſtros: cum enim Deus vult peccata populi caſti-
gare, id pluribus mediis efficit, inter quæ iſtud eſt, vt malos
miniſtros permittat iuxta illud Iob. 34. *Deus regnare facit ho-
minem hypocritam propter peccata populi*, & alibi, *dabo tibi Re-
gem in furore meo, & auferam in indignatione mea*, quod expo-
nens in quodam ſermone habito in ædibus D. Mariæ Annun-
ciationis in hac Ciuitate Neap. inſignis, & verè apoſtolicus
concionator vir religioſiſſimus ordinis Carmelitarum B. Ma-
riæ Deſcalciatorum Frater Petrus matris Dei (dixit) nolle Do-
minum noſtrum quotidie Turcas introducere, vt nos affligant,
ne fidem amittamus; ſed miniſtros malos permittere. Pro-
pterea Principes iuſti debent inuigilare ſuper ipſis, & (ni fal-
lor) hæc primùm cura eis eſſe debet, nec aliis ſe immiſcere: ſi
enim

enim iuſtitiæ miniſtri probi ſunt; ſi quod ſibi commiſſum eſt,
rectè, ac fideliter exerceant, quid igitur Regi remanet agen-
dum? ad hoc igitur peruenire poterit, ſi bonos præmijs, ma-
los verò pœnis afficiat, cum vnius pœna, ſit multorum exem-
plum. † Ideoq; facinus illud Cambiſæ Perſarum Regis fertur 11
egregium, qui ſupremum illius Regni iudicem improbum ex-
coriari fecit, eiuſq; pelle ſedem ipſius ornauit, & ſuper ea fi-
lium ſedere fecit, idemq; ſe facturum nunans, niſi rectè iudi-
caſſet; de quo meminit Marcus Ant. Surgens de Neap. illuſtr.
lib. 1. cap. 17. num. 20. Ideoq; Iſocrates ad Demonicum ſcri-
bens, ait, *Imperium gerens nullini mali opera ad gubernandum
vtito, illius enim peccatorum cauſa in te referentur.* Malus enim
miniſter nihil aliud, quàm malum agere poteſt: quod ſcripſit
Theognis in ſentent. elegiacis *veriſimile eſt* (inquit) *malum vi-
rum mala iura adminiſtrare*, in Euritheo *improbos in Ciuitate
nunquam promoueri, mali enim, vel pecunijs ditati, vel aliquo
reipub. magiſtratu aucti exultant repente fortunatis ipſorum do-
mibus factis*, & tandem vt Iamblici dicto in exhortatione ad
philoſophiam omnia concludam, *perinde periculoſum eſt inſa-
nienti gladium, ac improbo viro magiſtratum committere.*

T *Filios.* Princeps † enim, & eius Conſiliarij debent diligere 12
ſubditos vti filios, & fratres ſuos, vt dixit Martinus Laudenſ. in
tract. de conſil. Princip. q. 14. & Corrad. lib. 1. de Imper. cap.
1. § 3. q. 5. cum enim ſubditi à Principibus diligi ſe intelligunt,
ipſum etiam Regem maximo proſequuntur amore; & hoc
eſt, quod Princeps exactiſſime curare debet, Nam vt ait Plu-
tarch. in Demetrio: eſt optimum Regni fundamentum. *Re-
gem Antigonum* (dicit ipſe) *dixiſſe tradunt beneuolentiam, ſibi
ſemper viſum optimum Regni fundamentum, veriſſimumq; præſi-
dium.* Et idem in Arato dicit, *vera, ac ſtabilis ciuium beneuo-
lentia, optima Principis cuſtodia eſt, latrones, rupes, ac ſaxa inco-
lunt, & præcipitijs ſe tutantur. Regi autem nihil fide, ac beneuo-
lentia firmius, nec munitius eſſe poteſt.* Et Diuus Ambroſ. lib. 2.
officiorum cap. 7. loquens de humanitate, qua Reges debent
eſſe præditi, inquit, *legimus non ſolùm in priuatis, ſed etiam in
ipſis Regibus, quantum facilitas † blandæ affabilitatis profuerit;* 13
*aut ſuperbia, verborumq; obſuerit tumor, vt Regna ipſa labefacta-
ret, & poteſtatem ſolueret.* Quod rectè intellexit Seuerus ille
Imperator, cuius dictum refert Ianſenius in prouerb. cap. 20.
*de Seuero Imperatore traditur, quòd cum Mammea mater, &
eius vxor Memia ei obijcerent, quod nimia ciuilitate redderet po-
teſtatem molliorem, reſpondit, ſed ſecuriorem, atq; diuturniorem.*

T *Baronum* Cum enim debeat lex ab omnibus obſeruari,
æquum eſt, vt Regni procerum, ſapientumq; virorum conſen-
ſus præcedat † Sunt enim proceres totius Regni flores, quo- 14
rum odore ducti populi faciliùs ad legum obſeruantiam tra-
huntur. Ideoq; Imperatores Theodoſius, & Valentinianus in
l humanum. C. de legibus, procerum ſapientumq; virorum
† conſilium exquiſiuerunt in lege condenda. Princeps enim 15
debet cuncta gerere cum conſilio ſapientum virorum prout
de Alexan. Seuero refert Herodian. lib. 6. & Lampridius in
Alexan. *Alexander* (inquit Seuerus) *ſexdecim ordinis Senatorij
viros ætatis, grauitate, vitaq; ſanctimonia præexcellentes, aſſeſſo-
res, & conſiliarios delegit, nihilq; aut dicebatur, aut agebatur, niſi
illorum antecedente ſuffragio. Hi autem fuerant Vlpianus, Pau-
lus, Sabinus, Pomponius, Alfenus, Africanus, Florentinus, Mar-
tialis, Calliſtratus, Hermogenes, Venulsius, Triphonius, Metia-
nus, Celſus, Proculus, & Modeſtinus omnes illuſtres iureconſulti,
oẽs iuris profeſſores celeberrimi*, Et Zonaras in Imperio Hadria-
ni dicit. *Omnes res magnas, & neceſſarias non priuato conſilio,
ſed ſenatoribus adhibitis egit Hadrianus* Ideoq; celſus Mancinus
de iuribus principat. libr. 8. cap. 1. ex Plutarch. & aliis pro-
bat † Principem omnia cum conſilio agere debere. Si enim 16
res contentioſa, ac laborioſa ſit, ex amicis optimos eligere
debet, aut ex optimis placidiſsimos ad negotia. Hi namq; &
illum ſubleuant, ſi prudentia ſint præditi emulationis neſcia,
& vt res feliciter tranſigantur efficiunt; ad quæ adducit Plu-
tarch. contextum omnino legendum. Nec † ſolùm vnius con- 17
ſilio, ſed plurium vti debet, Hinc idem Celſ. loco citato, in-
quit, *& licèt in ſe omnia ſint munera, in illoq; cuncta ſint poſita, vt
res feliciter agantur, & in commodum populorum pluribus nego-
tijs, plures vni negotio, & multos præficere.* Sic enim, vt ſcripſit
Ariſt. *vnus alium obſeruabit, vnuſq; alium emulabitur, & hac ra-
tione negotia optimè euenient, prudentia ſingulari tractabuntur, &
maturius abſoluentur, atq; vbi numerus hominum adeſt, ibi vnus
ſi ſpei de ſe concepta non reſpondebit, alter prudentior, & ſagacior
imperfectionem deficientis abolebit diligenter agendo. Addamus tu-
tius ſemper res agi, vbi multis vna demandatur cura; fieri poteſt ſi*
vnus

vnius ſit (vſu hoc ſæpe accidit) cui committitur negotium, vt Principis gratia abutendo omnia verſet, & tractet inſulſè. Ex Periclis amicis vnus fuit Methiochus, qui inuidiam (vt inquit Plutarch.) & inſolenter ſuam. Periclis poteſtate cuncta agere, omnia tractare voluit populi nauſea. Hinc illud apud Athenienſes. Methiocus farina eſt curator, Methiocus omnia monet, Methiocus in malam rem ibit. Plures igitur ad plura, & plures ad vnum adhibeant peritos, Principes negotium, qui ſint veluti cordis, & animæ in populo inſtrumenta.

Huius verbi occaſione adducam in medium quæſtionem an
18 Rex poſsit legem condere † ſolus, vel teneatur illam facere cum conſilio Procerum: in qua, vt breuibus rem perſtringam, diſtinguendum eſt primo, quod in Summo Pontifice, quem
19 poſſe legem condere † abſq; Conſilio Cardinalium firmiter tenemus, ad quod adducitur tex. in c. tranſlato de conſtitut. quam conclusionem firmanit aduerſus Andr. Sicul. in rub. de conſt. col. 4. Didac. del Caſtill. pluribus rationibus comprobans in proœm. ad ll. Taurinas fol. 8. ver. *ello* licèt regulariter id Summus Pontifex facere ſoleat cum conſilio fratrum, vt patet in lib. Pontificalium conſtitut. quem bullarium nominant. Secundo quid in Imperatore, vel Rege non recognoſcente ſuperiorem, vt de Rege Hiſpaniæ, & Franciæ dicit Chaſſeneus in catalog. gloriæ mund. par. 5. conſiderat. 30. & 31. & præfatus Didac. del Caſtillo fol. 9. in proœmio, & in hac concluſione idem dicendum ibi affirmat, quod ſequitur Seruantes in fine proœmij ad ll. Taurinas num. 33. qui num. 34. limitat in Regina, † ſumpto argumento ex l. 4. circa medium tit. 4. par. 20
5. quam ſine conſilio procerum legem facere non debere affirmat; licet, vt ſupra diximus, debeat id facere Rex cum conſilio procerum. Carol. Tap.

Leges tam editas, quàm nouiter edendas, iubet ſeruari deſtinatis perſonis, quæ de inobſeruantia inquirant, vt contra illos procedi poſſit, & copiam ipſarum iubet vniuerſitatibus, & baronibus dari. h. d. Tapia.

CAROL. II. VICAR. REGNI. Cap. 138.

ITem ſtatuimus, quòd conſtitutiones nouellæ editæ per Dominum patrem noſtrum ſuper reformatione, & ſtatu pacifico Regni, inuiolabiliter † obſeruentur. Verùm quia ſunt quidam ſic amatores periculi, quòd ſemper ad interdicta conantur accedere, & parum prodeſſet iura conſtitui, niſi ipſorũ conſtituta ſeruentur. Et vt tam nouellæ conſtitutiones, quas nuper Regiæ benignitatis prouiſio prò reformatione Regni, ac eius ſtatu pacifico promulgauit, quàm præſentes, quas de conſilio Prælatorum, Comitum, Baronum, ciuium, multorumque proborum parlamento in Sancti Martini planitie ſolemniter celebrato, non ſine magna prouiſione nuper edidimus, vt ſuperius cõtinetur, inuiolabiliter † obſeruẽtur, & contra violatores ipſorum vltionis debitę non deſit ſupplicium, in ſingulis ciuitatibus, caſtris, ac locis partium prędictarum, tam per Prælatos religioſos, quàm per alios probos viros, quibus ſuper hoc noſtrę commiſſionis literas curabimus deſtinare, & ad hoc etiam volumus deputari, quod cauta, & ſolers inquiſitio fiat de eiſdem officialibus, vel perſonis, qui contra præfatas conſtitutiones in aliquo venerint. Et quicquid per eaſdẽ inquiſitiones inuentum fuerit, fideliter in ſcriptis redactum ſub ipſorum ſigillis ad nos volumus deſtinari, vt viſis meritis, & probatis inquiſitionum ipſarum contra violatores conſtitutionum ipſarũ, † pœna debita procedamus, cũ ipſi non ſolum Dominum patrem noſtrum, & nos per huiuſmodi violationes offendant, mandata noſtra temerè contemnendo, ſed etiam vtilitatis publicę commodum lædere moliantur illa, quę pro eius obſeruatione, & augmentatione ſtatuta ſunt, quantum in ipſis auferenda. Vt autem ea quæ communi vtilitate ſancita ſunt, communiter ſciantur ab hominibus, & generaliter obſeruentur, de eiſdem conſtitutionibus ſingulis Prælatis, Baronibus, ac locorum vniuerſitatibus ſub ſigillo pendenti Vicariæ copiam fieri volumus, & mandamus.

Data in campis in planitie Sancti Martini, anno Domini 1283. dię penult. Martij 11. indict.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

OBſeruentur. Cum vidiſſet Rex Carolus ſecũdus tũc Regni Vicarius legum ab eius Patre Carolo Primo conditarum inobſeruantiam, ac de nouis per ipſum edendis conſtitutio-
1 nibus id etiam timeret, † lege iſta decreuit, vt ab omnibus obſeruarentur; & ad hoc particulares miniſtros deputauit, vt pœnis debitis affligantur inobedientes, & vt nullam ignorantiæ cauſam adducere poſſent, ipſarum legum copiam dari iubet baronibus, & vniuerſitatibus Regni.

Ex hoc cap. meam confirmant ſententiam, in qua multis
2 retro annis fui, vt ſcilicet † vnus ex dominis Regiam Cancellariam Regentibus pręeſſet legum Regni obſeruationi, tam in Regijs Tribunalibus intra, & extra Ciuitatem, quàm etiam in baronalibus curijs, cùm apertiſsimè quotidie videamus, ſtatim lege inuenta, illam, vel à populo ea negligentia iudicium, vel ab ipſis iudicibus, aut ex inſcitia, aut culpa non obſeruari, quod reipub. pernitioſiſsimum eſt, cùm (vt inquit hic Rex Carolus) parum proſit leges condere, ſi illæ non obſeruentur, ſed ego dico damnum maximum afferre, tum quia mali, quorum morum correptio deſideratur, dum pœnis non aſtringuntur, in eorum malitia perſeuerant, tum etiam, quia boni, vel affliguntur dum leges contemni vident, vel ad malum inducuntur.
3 Ideóq; rectiſsimè decretum eſt l. ſecunda Tauri, † vt omnes iudicantes, & legum periti debeant perlegere, & ſcire omnes leges ordinationum, fori, & pragmaticas illius Regni. quod quidem in Regno iſto pernecеſſarium arbitror, cùm plurimi, ne dicam omnes accedant, tum ad iudicia ferenda, tum ad cauſas defendendas ignorantes ius municipale Regni: ſecundum † quod (vt dictum eſt in conſtit. puritatem) debet iudicari, quod vel ſummis labijs deguſtarunt, vel ſaltim aliquas conſtitutiones, ſiue pragmaticas feudales. Et ideò ſupplicaré Regem noſtrum, vel eius Illuſtriſsimum Proregem, dominoſque Regiam Cancellariam Regentes, vt hoc animaduerterent, & de vtroq; quod dixi pragmaticam ederent, primo conſtituendo præfectum legum obſeruationi. Secundo, vt † à iudicibus, & aduocatis reciperent iuramentum, quod omnia Regni iura perlegerint. Quid enim prodeſt, quòd illarum obſeruantiam iurent, ſi earum plenam, & diſtinctam notitiam non habent? Hæc dixi, vt meo fungar munere, animaduertendo quæ debeo pro Regis Domini mei ſeruitio, & Regni vtilitate, ſubmittendo eorum prudentiæ hæc quæ dixi, & omnia quæ dicam, ne abſcondam in agro talentum Domini. 4
5

Et in tantum huiuſmodi legum obſeruantiam neceſſariam iudicarunt prudentiſsimi illi Romani, vt ſtatim lege condita † iurabunt ſe, ſuoſq; liberos, illis legibus perpetuò vſuros, vt 6
tradit Antonius Auguſtinus de legibus cap. 11. ideóq; Summus Pontifex ille Sixtus V. iurare fecit Cardinales omnes ad obſeruantiam legis per ipſum conditæ, de ſeruandis in Caſtro Sancti Angeli centenis millibus aureis, & inde non extrahendis, niſi pro cauſis in ea conſtitutione contentis; quod & alij Summi Pontifices fecerant. † Egregiumq; Licurgi factum, vt 7
leges ſuæ ſeruarentur ſcribit Rebuff. in proœm. conſt. Gall. glo. 5. num. 17. Is enim cum conſpiceret facilitatem, qua ducuntur

cuntur homines ad inobſeruantiam legum, finxit ſe eſſe Deum
Apollinem conſulturum ſuper earum iuſtitia, vel iniuſtitia
dummodo iurarent eas obſeruaturos, donec rediret, quo fa-
cto à patria receſsit, nec amplius in eam eſt reuerſus, miſitq;
poſt mortem eius oſſa in mare proiici, ne etiam ad patriam
mortuus rediret.
T *Obſeruentur.* Sed à quibus debeant obſeruari quærendum
8 eſt, & † dic ab omnibus ſubditis, iuxta tex. in l. cunctos popu-
los, & ibi gloſ. & doctores. C. de ſumm. Trinit. & fide Cath.
& l. leges ſacratiſsimæ. C. de legibus, & l. 5. ff. eod. & concor-
dat l. 15. tit. 1. par. 1. hoc autem, quod diximus de ſubdito de-
clarat Rebuff. in proœm. conſt. Gall. num. 49. gloſ. 1. vt non
9 † intelligatur quando ſubditus degit in terris Imperij, vel aliis
non ſubiectis Regi, qui legem condidit, vel in eo, qui alia re-
gitur lege ſuperiori, quod ipſe exemplificat in Proconſule; nos au-
tem in clerico, vt infra dicemus: & propterea Gregor. Lo-
pez in l. 16. tit. 1. part. 1. dixit ſubditos nolentes ſeruare ratio-
nabilem conſtitutionem, cogi poſſe ad illius obſeruationem;
10 quod non procederet, quando Princeps † ſciuiſſet illam non
fuiſſe obſeruatam, & tacuiſſet, vt ſuperius diximus in conſt.
nihil veterum hoc tit. Et in tantum eſt hoc verum, quòd lex
11 debeat obſeruari, vt etiam † Rex licèt quoad vim coactiuam
non teneatur illam ſeruare; teneatur tamen ſola voluntate
promotionis boni communis, iuxta tex. in l. digna vox. C. de
legibus, cum quo concordat l. 16. tit. 1. par. 1. vbi Gregor. Lo-
pez, qui alios adducit concordantes. Nemo enim ſe ipſum co-
git, nec ſibi imperat, & tantæ celſitudini non poteſt lex im-
poni, cui Deus leges ſubiecit ſecundum Bal. in cap. primo de
alien. feud. col. fin. quod pluribus authoritatibus exornauit
Rebuff. doctor quidem egregius in d. proœm. conſt. Galliæ
num. 49. gloſa prima.
12 An autem clerici teneantur ad legum obſeruantiã, † quan-
do leges Principis ſpectãt ad pacem, & tranquillitatem Reip.
poſt Domin. Sotum in quarto ſententiarum diſtinctione 25.
q. 2. art. 2. 4. col. verſ. quarta concluſio, vide Vinc. de Franch.
deciſ. 9. num. 5. cum licet ipſi ſubditi non ſint legi, debeant ta-
men eſſe rationi, quæ eſt anima legis: quamuis in iſto articu-
lo ſic in genere ſumpto teneamus opinionem Rebuff. loco ci-
tato num. 57. dicentis regulariter non eſſe ſubditos legi, qui
13 tamen nu. 61. limitat quando leges eſſent † à canonibus ap-
probatæ. ſecundo in illis, quæ reſpiciunt ordinationem litis,
quando clerici litigarent coram laico in caſibus permiſſis nu.
63. Tertio & nu. 72. quod ſi eſſet lex rõnabilis, & generaliter lo-
quens, & fauorabilis, nec canonibus contradicens. Quarto
num. 76. quando rem afficeret, vt quando eſſet prohibita rei
alienatio in extraneum, de quo tamen art. diximus in authen.
ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccleſ. in verb. ſua cap. 6. num. 77.
quando ordinatio cæpit habere vires antequam efficeretur
clericus. Quinto num. 78. quando clerici vellent vti legibus in
ipſorum fauorem, quia debent vti eo modo, quo lex dictat.
Sexto quando ſtatutum, vel lex eſt approbata per Pontificem,
nam hoc caſu clerici ligantur hac lege, & tenentur eam ſerua-
re Didac. del Caſtillo in l. 1. Tauri. fol. 17. col. 3. vbi an ſit ne-
ceſſaria expreſſa, vel ſufficiat tacita approbatio, in quo remit-
tit ſe ad Hoſt. in cap. fin. in fin. de ſolution. vbi vide multa ad
materiam.
14 T *Pœna.* Illi enim, qui leges non ſeruant pœna digni ſunt,
ſed quæ ſit iſta pœna in Regno, dic eſſe Principis arbitrio re-
ſeruatam, vt exprimitur in cap. 8. Regis Caroli primi, quod
incipit prædeceſſorum noſtrorum verſ. & quia in fine, quem
tex. ita etiam intellexerunt ibi Bartholomæus de Capua, &
Io. Ant. de Nigris, ac etiam in cap. 172. & in cap. 282. §. nec
non conſtitutiones, quæ hoc tit. ſunt poſita.
15 Hinc doct. quærunt, an committat † peccatum mortale,
qui legi non eſt obediens? qua in re plura tradunt doctores,
& præcipuè canoniſtæ in cap. 1. & in cap. quæ in eccleſiarum
de conſtit. Panorm. in cap. quia pleriq; de immunit. eccleſ.
Sanct. Thom. 2. 2. quæſt. 186. art. 9. in reſponſ. ad ſecundum ar-
gum. Angel. & Silueſt. in verb. lex. Alphonſ. de Caſtro: de le-
ge pœnal. lib. 1. & 2. Nauarr. in manual. cap. 23. num 48. Tolet.
in Summa in tract. de ſeptem peccatis morta. c. 20. Couarr.
in reg. peccatum 2. par. relect. §. 5. Greg. Lopez in l. 16. tit. 1.
par. 1. verb. *en carrera de muerte.* Didac. Perez in proœm. leg.
ordinat. quæſt. 10. & in l. 2. tit. 4. lib. 1. ordinat. Azeued. in rubr.
de legibus; 2. lib. nouæ recollec. & alij plurimi, quos præcita-
ti doctores allegant, ex quorum dictis cum, & diuerſæ ſint
opiniones, & aliqui confusè loquuti ſint, infraſcriptas diluci-
das colligi concluſiones, vt clarius materia liqueat.

Sit ergo prima concluſio legem humanam, † ciuilem, ſiue ca- 16
nonicam; ad peccatum mortale obligare eius tranſgreſſorem,
ſi hoc fiat ex contemptu. hanc firmauit Silueſt. verb. lex. nu.
8. Couarr. loco citato nu. 5. & ex iſta concluſione declaratur,
quod ſimpliciter dixit Didac. Perez loco alleg. legem huma-
nam obligare ad peccatum quando eſt lata ſuper certo, cuius
dictum ſic ſimpliciter acceptum eſſet nimis animæ periculo-
ſum, vt infra dicemus, & ita etiam erit intelligendus Rebuff.
in proœm. conſtit. Galliæ gloſ. 1. num. 46. Secunda concluſio
eſt, legem tam † canonicam, quàm ciuilem ad peccatũ mor- 17
tale obligare, quando conſtat expreſſe de voluntate ſtatuen-
tis; confirmarunt Angel. d. ver. lex nu. 3. Couarr. loco vbi ſu-
pra num. 3. verſ. quando autem. Nauarr. in d. cap. 23. num. 49.
& 55. Tertia concluſio eſt regulariter tranſgreſſorem legis
obligari, vel ad peccatum mortale, vel ſaltem ad veniale, ſe-
cundum Couarr. dicto num. 3. quæ tamen circa mortale plu-
res recipit declarationes, vt colligi poſſit eam fuiſſe † legis 18
latoris mentem. Et primo quando lex loquitur per verba præ-
ceptiua, tunc communiter doct. affirmant obligare ad pec-
catum mortale, Ang. vbi ſupra nu. 3. Gregor. Lopez in d. l. 16.
verb. *en carrera de muerte.* Hanc concluſ. diſputat Nauarr.
vbi ſupra num. 50. qui nullum verbum reperiri poſſe affirmat,
quod voluntatẽ ſtatuentis declaret volentis obligare ad mor-
tale; dicit tamen vſu receptum eſſe huiuſmodi interprætatio-
nem fieri per hæc verba præceptiua, ſed hoc tantum admit-
tit quoad ius canonicum, ſecus quoad ius ciuile; quod plu-
bus rationibus comprobat obligare non poſſe ad peccatum
mortale; quam rectiſſimam ſententiam habui; cum nunquam
† legiſlatorum intentio ſit ad peccatum mortale obligare eius 19
ſubditos, quicquid dicat Sotus lib. 1. de iuſt. & iure q. 6. art. 4.
& Tolet. in ſua ſumma tract. de ſept. peccat. mortal. cap. 20.
num. 3. & Couarr. loco citato dicens non eſſe veriſimile legiſ-
latorem, qui poteſt ſuam legem fortiorem reddere obligando
ad culpam, nolle id facere: Nam reſpondetur, neq; veriſimi-
le eſſe credere legiſlatorem velle ſubditorũ animas illaqueare
agendo præſertim de lege ciuili, & ſeculari, quæ cum multæ
ſint, ac de illis, vt plurimum cum hominibus imperitis agatur
ad æternam damnationem homines ferè omnes perducerẽt;
& pro hac ſententia adducimus, quod Nauarr. dicit conſtitu-
tiones fratrum ordinis prædicatorum non obligare tranſgreſ-
ſores ad peccatum mortale, niſi id ex contemptu faciant. Sed
poſſent conciliari hæ opiniones † quando lex ciuilis præcipe- 20
ret aliquid, quod bonum commune omnium ſubditorum re-
ſpiceret, vtpotè ſi tempore famis valida eſſet prohibita ex-
tractio frumenti, & aliquis extraheret conſiderabilem quan-
titatem, tunc eſſet peccatum mortale reſpectu ſubiectæ ma-
teriæ, quibuſcunq; id verbis præciperetur; fit enim ex huiuſ-
modi extractionibus carior annona ex quo pauperes defati-
gantur tum ad frumentum reperiendum, tum etiam ad carius
emendum, & hoc eſt quod voluit dicere Angel. in ſumma lo-
co citato, dum dixit non eſſe curandum de verbis quando lex
continet materiam præceptiuam, allegando tex. in can. rogo
24. quæſt. 3. vbi per verbum rogo prohibet Summus Pontifex
communionem cum excommunicato. Secundo principaliter
colligi poteſt mentem legiſlatoris fuiſſe obligare ad peccatũ
mortale ſi loquitur per verbum, debet, ſecundum Angel. in d.
verb. lex. Tertio ſi per verba imperatiua, & inhibitorialia, ſi
tamen res non eſt ità grauis, vt Nauarr. in manual. d. cap. 23.
num. 49. †. Hoc tamen non procedit ſi per verba communia 21
diſpoſuiſſet vt decernimus, ſtatuimus, tunc etenim non po-
teſt colligi legiſlatorem voluiſſe obligare ad peccatum mor-
tale eius tranſgreſſores; Angel. d. verb. lex. verſ. aut loquitur
per verba communia, Nauarr. num. 49. verſ. 3. Gregor. Lop.
ad d. l. 16. tit. 1. part. 1. verb. *en carrera de muerte.* Item, & 2. ſi
id faceret per verba conſultiua, vt idem Greg. Lop. loco cita.
Quarta concluſio † quando lex præcipit ſub pœna excom- 22
municationis, tunc eſt mortale, idemq; eſt ſi id faciat ſub pœ-
na obedientiæ, vel damnationis, ſecundum Angel. loco ſæpius
alleg. num. 3.
Quinta concluſio quando † lex ciuilis imponit pœnam, in 23
qua variæ ſunt doctorum opiniones, Domin. enim Sot. lib. 1.
de iuſt. & iur. & alij quos adducit Tolet. ſupra alleg. loco tra-
dunt in reatum incidere contrauenientem, quod etiam affir-
mauit Couarr. verſ. ultima concluſio, intelligentes quando im-
ponitur grauis, & notabilis pœna capitis, vel amiſsionis
omnium bonorum, vel perpetui exilij, ſecus ſi non eſſet pœ-
na tam grauis, & quando non grauitate pœnæ eſſet coniuncta
grauitas materiæ, contrarium tamen tenet Nauarr. num. 55.
cuius

cuius ſententia (vt dixi) probabilior mihi videtur, & optima
reſponſio ad communem concluſionem de qua teſtatur vbi
24 ſupra Tolet. num. 4. in fine, quòd † ſcilicet exponens ſe peri-
culo, peccatum mortale committat, quòd ipſe non negat, ſed
dicit id non eſſe quia contraueniat legi, ſed quia expoſuit ſe
periculo, quòd licet ducat principium ab ipſa legis contrauen-
tione, tamen aliud eſt. ex quibus oibus ne erremus, hac poſſu-
mus vti regula, in quam ferè omnes inclinare videntur ex ſu-
25 perius dictis, vt lex ciuilis in tantū obliget † ad peccatū mor-
tale, quando vel tranſgreditur ex contemptu, vel quando ſu-
perior voluit ad id obligare, vel quando aliquod magnum
malum ciuibus accideret, vel commune bonum impediretur,
vel quando mortis naturalis, vel ciuilis pœnam impoſuit.

Sed data regula, quòd obliget eam limitat pluribus modis
Rebuff. in prohœmio conſt. Franciæ num. 41. & primo † ſi le-
26 giſlator excedat poteſtatem quam habet. ſecundo ſi lex pro-
mulgetur contra præcepta Dei, vel legis naturalis. tertio ſi
contraueniens habet iuſtā cauſam excuſandi ſe ab obedientia.

Remanet igitur videndum an pœna à lege ſtatuta ſi pecu-
niaria ſit debeatur ſtatim ac quis cōtrauenit, vel aliquid aliud
requirat, in qua gloſ. communiter recepta in cap. frater 12.
quæſt. 2 quam plurimi doctores ſequuntur, & præcipuè Fely.
& Dec. cap. 1. de conſt. & alij allegati per Azeued. in rubr. tit.
27 primi lib. 2. nouæ recollect. nu. 23. affirmant † nunquam de-
beri antequam eius condemnatio fiat. etiam ſi ipſo iure impo
natur: cuius contrarium tradunt Abb. in cap. dilect. num. 12.
de arbitr. & Ant. Gomez tom. 3. de delict. cap. 2. num. 5. ſed
priorem magis communem dicit poſt Nauarr. in manuali nu.
66. Azeued. loco citato nu. 24 qui gloſæ concluſionem limitat
in cap. Rainald. num. 25. de teſtam. non procedere quando
illa pœna eſſet appoſita à teſtatore, vt intelligit Azeued. & re-
ctè quando pœna debetur tanquam intereſſe partis, vt in
actione leg. aquiliæ, vel in eo qui ſe obligauit de præſentando
debitorem intus carcerem: in his enim caſibus tenetur in foro
conſcientiæ. Secundo intelligitur dictum gloſæ dummodo lex
quæ pœnam imponit non præciperet eam deberi etiam in fo-
ro conſcientiæ, vt idem Azeued. loco citato num. 3. quamuis
contrarium affirmet Siman. de inſtit. Cath. tit. 9. num. 192.
28 & ſequentibus. Sed dictum illius gloſæ ampliat, vt † condem-
natus ad mortem propter aliquod delictum poſſit fugere à
carceribus ſalua conſcientia, vt pœnam euitet, quicquid pro
contraria opinione adducat gloſ. in cap ius gentium prima
diſt. probans ſeruum, vel captiuum fugientem à Domino ſuo
furtum facere ſui ipſius, & ſic teneri in conſcientia, nam id eſſe
poteſt ratione dominij, quod habet dominus in eum, ſecus in
condemnato, qui non ſubeſt iudici niſi ratione delicti com-
miſſi, quòd intelligit Azeued. loco citato num. 26. in eo qui
detinetur iniuſtè, non verò ſi iuſtè detineretur; quæ tamen li-
mitatio mihi non probatur, cùm vera ſit concluſio eum, qui
iniuſtè detinetur ſi fugiat, neq; temporali pœnæ, quæ defu-
gientibus à carceribus ſtatuta eſt ſubiectum eſſe, ſed potius
erit ſimpliciter intelligendum, ex rationibus quæ per Docto-
res allegantur.

Sed an ſtatim, ac lex facta eſt ligentur ſubditi quærendum
29 eſt, in qua doctores omnes affirmant † non ligare ſubditos niſi
poſt publicationem; de quo eſt tex. in auth. vt factæ nouæ
conſtit. & in cap. cognoſcentes, vbi Felynus de conſtitut.
cum

cum nec etiam diuina lex obligare poſſit antequam fuerit pu-
blicata, vt dicit Azeued. ad l. prim. tit. 1. de legib. lib. 2. nouæ
recollectio.

Hæc autem † publicatio apud Romanos fiebat hoc modo, 30
nam lex ſcribebatur, & ſcripta ponebatur in loco nundinarum,
ad quem octauo quoq; diè veniebant ruſtici, & per trinas
nundinas ibi manebat, quo elapſo tempore intelligebatur pro
mulgata, idq; fiebat, vt in omnium notitiam veniret, prout
ſcriptum reliquit Ant. Auguſt. lib. de legibus cap. 10

Poſt vero † publicationem conceduntur duo menſes, vt in 31
omnium penitus ſcientiam perueniat lex, infra quos ſi deli-
querit aliquis liberatur, ad quod faciunt tex. in auth. vt factæ
nouæ conſtit. in princ. in cap. nouerit: de ſentent. excomm.
& ibi gloſ. & gloſ. in cap. cognoſcentes verſ. ante prohibitio-
nem de conſt. Bar. & cæteri in l. omnes populi ff. de iuſt. &
iure Bal. in l. humanum. C. de legibus. Didac. Perez in l. prima
tit. 4. lib. 1. ordin. col. 180. Azeued. in l. 1. tit. 1. lib. ſecundo no-
uæ recollec.

Qui duo menſes incipiunt currere ſtatim poſt publicationē
factam, vt declarat idem Azeued. num. 9. quod eſt intelligen-
dum ſi publicatio eſt facta in prouincia iuxta tex. in d. authen.
vt factæ nouæ conſtitutiones, ſecus autem ſi eſſet facta Romę,
quo caſu Azeued. ad d. l. 1. tit. 1. lib. 2. nouæ recollectio. num.
19. arbitrarium eſſe dicit, cum habeat comprehendere tot
prouincias.

Aduerſus verò prædictum tempus duorum menſiū non ad-
mittitur excuſatio ſi probaretur infra duos menſes notitiam
habuiſſe, vt poſt Abb. in cap. cognoſcentes num 6. de conſt.
& alios doct. tradit idem Azeued. ibi num. 10. qui etiam tra-
dit poſt Dueñam in regul. 129. ampliat. prima lapſis duobus
† menſibus admitti probationem iuſtæ legis ignorantiæ, vt 32
pœnam effugiat, quæ tamen ignorantia intelligitur iuſta, & nō
craſſa, & ſupina, & propterea dixit idem Azeued. poſt Mele-
ſium Villalobos, & Duenam loco citato non debere in totū
liberari contrauenientem legi poſt duos menſes, ſed aliqua
pœna extraordinaria puniri, propter iuris præſumptionem;
ſed aduerſus omnes ſupra dictos contrarium poſſet ſuſtineri,
etiam ſi verum eſt aduerſus iuris præſumptionē admitti proba-
tionē, quæ illam excludit, vt tradit Menoch. lib. 1. præſumpt.
Tunc aut hæc probatio erit vera, & ex iuſta, & rationabili
cauſa, & à lege admiſſa, & hoc caſu nullam video rationem
propter quam pœna extraordinaria puniri debeat, cùm vt ſu-
pra diximus, nec etiam lex diuina poſſit obligare ante publi-
cationem: aut verò cauſa ignorantiæ non erit vera, nec iuſta,
& rationabilis, & tunc ſiue probata fuerit, ſiue non minime
erit admittenda excuſatio, ſed ſtatuta pœna puniendus erit
contraueniens, & ſic non poteſt procedere, vt extraordina-
ria pœna puniatur.

Vnum tamen non omittam, quòd licet regulariter lex non
liget ignorantes exteros, quando pœnalis eſt niſi in caſibus
per Afflict. collectis in conſt homines, id tamen non proce-
dit, quando Rex ſtatueret in re ſua, veluti ſi ſtatuiſſet, quòd
nō ſoluentes gabellam aliquid ſoluerent, & ſi id non facerent
amitterent merces, eo enim caſu contrauenientes ligantur, li-
cèt exteri, & ignorantes, quia tenentur ſcire conſtitutiones
iſtas, & rei ſuæ quilibet eſt moderator, & arbiter l. in re man-
data. C. mandati ita poſt And. Affl. ibi.

Ca-

Capitula edita per Regem Carolum primum, & ſecundum iubet publicari per Regnum pœna contra violatores ſtatuta. h. d. T.

REX CAROL. II. Cap. 172.

CONſtitutiones igitur ipſas, quas in eodem regno (ſublatis iuribus conſtitutionibus aduerſantibus) per te, ſucceſſores tuos, cæteros officiales, noſtrosq; omnes ſubiectos tenaciter ſeruari præcipimus, in vulgarem notitiam reducere volumus, mandantes, vt per ſingulas terras iuriſdictionis tuæ ipſas cum tenore præſentium facias diuulgari, vt in corpore conſtitutionum Regni aggregatæ, pariter & redactæ ſeruentur vbilibet, cognitionalia certamina dirimant, & decidant, pœna qua violatores legum, & neglectores ſanctionum legitimè feriunt, earum contemptoribus, & omiſſoribus imminente. Tu quoque de executione præſentium fieri facias ſcripta competentia publica, quorum aliud tibi retineas in tuo ratiocinio producendum, & aliud è veſtigio nobis mittas in T Archiuo noſtro ſeruandum.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HOc capitulum gloſauit Io. Antonius de Nigris, qui aliqua dixit circa id, qua pœna ſit plectendus inobediens, & ideo ad eum me remitto cuius dictis adde quæ diximus ſupra in c. item ſtatuimus quod conſtitutiones, quod eſt 138.

ideo

M *Archiuio*

Digitized by Google

1 T *Archiuio noſtro ſeruandum*. Hoc † iuſſit Rex duplici ex cauſa, primo, vt non poſſit allegari ignorantiæ cauſa à ſubditis, & propterea dicit, vt de exequutione præſentium fieri faciat ſcripta publica, item, & alia ratione mandat conſeruari in archiuo, vt cum caſus acciderit. qui interpretationem requi- rat

rat (quod ſpectat ad Regem) poſsit facilius legum per ipſum conditarum haberi copia, vtq; nemo poſsit illarum literam alterare, ita declarat Regina Ioanna in l. 1. Tauri: vbi autem ob ſeruarentur leges Romanorum, & apud quos, plura ſcribit, & notatu digna Ant. Auguſtinus lib. de leg. cap. 16.

Ad

AD perpetuã rei memoriam. In hoc c. vſq; ad c. inſuper ad fidelium. ponitur confirmatio, & commendatio capitulorum ſupra poſitorum.

Ibi, *cæterum ea quæ*, circa ſi. cap. No. iuſtitiarium non poſſe facere locumtenentem, ſine ſpeciali mãdato regio. concordat c. quod eſt Regis Caroli I. & conſt. regni, quæ incip. officia quæ perſonis. B. de Cap.

Confirmat Capitula per ipſum promulgata tempore quo erat Vicarius Regni in planitie S. Martini. h. d. Tap.

REX CAROL. II. Cap. 175.

AD perpetuam rei memoriã. Ingẽtia, & immenſa mentem noſtram deſideria tenuerunt, & creſcenti ſẽper eorũ ſollicitudine aſtringimur, vt preſſuris abolitis, & grauaminibus procul eiectis, quæ in regno noſtro Siciliæ quorundam eius occupatorum radicauit, & fouit improbitas, & demum tempore ſuccedente tam in pernicioſum abuſum produxerat officialium præſumptuoſa temeritas eiuſdem regni fideles, vt in cultu iuſtitiæ debito viuerent, ac ſecura quietis, & pacis tranquillitate gauderent, nec ambigimus plenè ſatis eſſe notorium, quòd quamprimum aliqua ſe nobis opportunitas obtulit, cum ſcilicet, claræ memoriæ inclytus Dominus pater noſter Hieruſalem, & Siciliæ Rex Illuſtris Burdegelas proficiſcens, ſuas nobis vices, ac regni regimen dedit, in plena noſtrorum huiuſmodi proſecutione votorum anxia meditatione ſolliciti, nec minus in Regis eiuſdem, quàm ſuorum officialium diu latuerant inſolentiæ, ac errores benignitate confiſi, vt quicquid ad ſuorum fidelium ſtatum proſperum cederet gratis erat affectibus amplexurus, tum authoritate ſuæ nobis traditæ poteſtatis, tum feruentis noſtræ voluntatis inſtinctu, qui quo ad id poteſtatis eiuſdem claudi menſura vix patiens, nos vlterius audere perſuadebat indubiè, vltimo quòd Rex idem, qui ad dictorum fidelium incrementa non minori trahebatur affectu, nullus erat nobis proinde aſcripturus tranſgreſſionis exceſſus, in Sancti Martini planitie parlamento ſolenniter celebrato, capitula certa edidimus, per quæ noſtra erga eos clarius pateret intentio, ipſiuſque liberius ſtatu potirentur optato. Nec ignoramus & aliud, quòd illorum, qui noſtri fidem nominis ſunt ſecuti, conſtans & illibata deuotio, auro puritate ſimillima, quod ſua prærogatiua munditiæ conflationis detrimenta non ſentit, in tot vexationum anguſtiis, ac turbationum varietate multiplici, quas noſtri, & eorum hoſtes terra mariquè diuerſis regni partibus intulerunt. Interuenientibus etiam Regis eiuſdem obitu, & captionis noſtræ tanquam diutinæ detentionis euentu, ad noſtri tuitionem dominij, hoſtiumque perniciem propulſandam, perſonarum, & rerum pericula non expauit, quinimò ſerenior ſemper apparuit, & firmitate perſtitit inconcuſſa, qua ſecutum eſt, vt illos ad quos tanquã hæreditarij regni noſtri fideles, naturali quodammodo afficiebamur amore grandium ſuorum obſequiorum merito, noſtris creditoribus iam effectis, iuris cenſura, velut ex debito, impenſius teneamus. Effectum eſt etiam, vt non ſolùm ad id, quod eis de noſtræ gratiæ liberalitate indulſimus, ſufficientes operas debitæ ſatisfactionis impenderint. Verùm nos ex plenitudine meritorum ad maiorum meritorum impendia obligarint. Igitur circa eorum ſtatum primis votis, quæ ipſorum gratitudo ſic auxit, vehementius excitati, capitula eadem conſtitutione præſenti in perpetuum valitura, de noſtra mera ſcientia, confirmamus, & defectum omnem ſi quis eis tunc inſuit, qui regni poteſtate vicaria, non dominica fungebamur, regiæ dignitatis authoritate ſupplemus: Cæterum ea, quæ regis præfati ſacra prouiſio ſtatuit, quòd in nullis regni ciuitatibus, aliiſquè locis Iuſtitiariorum, vicarij, vel aliqui alij, ſinè ſpeciali mandato regio, ordinari deberent: Sed fideles, ſuo more viuentes, per iuſtitiarios, baiulos, ac iudices terrarum, prout conſuetum eſt hactenus, in iuſtitia regerentur.

Carolus hic mentionatus, eſt Carolus filius Caroli primi, & demum fuit Carolus ſecundus, hic Carolus ſecũdus, fuit captus in bello nauali per Rogerium de Lauria Admiratum Regis Aragonum & cancoratus apud Barchinonam an. 1279 qui miraculosè euaſit, vt teſtatur Roſa aurea in Euang. Ioannis cap. 20. vbi de apparitione facta per Dominũ Maria Magdalena loquitur Et licèt ipſa non dicat, quòd fuerit Rogerius de Lauria, ego tamen vidi, ita in Cronica. Iſte Carolus mortuus eſt 5. Maij in aurora, anno 1309. cui ſucceſſit Robertus, qui die 3. Auguſti eiuſdem anni per Papam Clem. V. fuit Auinioni coronatus; vt habeo ſermone factum ſuper hoc D. Bartholomæi de Capua. qui Robertus vixit vſque

vſque

Nonas leges pro pacifico Regni ſtatu cuius fidelitatem, & amorem extollit ſe promulgaturum promittit ad refrenandas officialium, & aliorum concuſſiones. h. d. Tapia.

REX CAROL. II. Cap. 91.

DEſiderijs hactenus nõ minus immenſis, quàm arduis noſter ſpiritus laborauit aſſiduè, vt peculiare Domini patris noſtri prædilectumquè noſtrum T hæreditarium regnum Siciliæ, quod tam olim occupatum iniuſtiſſimis inſtitutis horrendam quodammodo abuſione contraxerat ſeruitutem, quam in præſentiarum ab eiſdem regni præſidibus, aliorumq; officiorum geſtoribus conſuetudinariam conuerſam ad prædam extremæ ferè inopiam exinanitionis incurrit, ab inſtitutionum

ad annũ 1342. cui ſucceſſit Ioanna eius neptis, quæ fuit Ioanna I. licèt quædã Cronica dicat, quòd Carolus mortuus eſt die 3. Maij in die Pentecoſtes, paruus eſt error ſepultus in Eccleſia Sancti Dominici de Neapoli demum eius cadauer aſportatum, in Prouinciam, in monaſteriũ ibi per eum ædificatum. In Cronica Neap. dicitur, quòd captus fuit anno 1283. & liberatus ex pacto cũ ſtagijs relictis tribus filijs, videlicet Roberto, Raymundo Berengario, & Ioanne cũ alijs quinquaginta milit. Prouenzanis & ſoluit quadraginta marcas ſterlinarum cum promiſſione, quòd Carolus de Sakis frater Regis Francorũ, qui fuerat inueſtitus de Regno Aragonum, renuntiaret illi regno. De Bottis.

Iabe

Digitized by Google

labe ſeruilium noſtris parcta laboribus noua lege reſurgeret,& tam ob pœnas pro cōmiſſis inflictas, quàm per edicta noſtra futuris obſtantia officialium tranſgreſſionibus,prædiſq; ceſſantibus, expectata reaſſumeret fortunæ ſolatia: pinguioris tantum equidem pię proſecutionis conceptum, dum authorante ſacro præfati Domini noſtri genitoris oraculo in locum cenſuimus ſaluberrimę ſanctionis educere, quod ab eo magnopere in hac parte popoſcimus, ea nobis faciliori ſucceſſerit inſtantia impetrandum, quò ad reparanda commoda ſubditorum non minori Rex deſiderio, quàm ſupplicans vrgebatur. Præfatis itaq; odioſis noſtri ſtatus incommodis, fortunarumq; noſtrarum deteſtabilibus detrimentis, quàm citius ea inoleuiſſe credidimus; tam opportunis non parauimus obiici T remediis occurrere tempeſtiuis, ne grauaminis ſeminarium peſtilentiis tenſis vndique proſerpens radicibus amœniſſimum paterni,ac noſtri regni T pomerium longis in totum diſcurſibus occuparet. Imminentibus autem tam eidem Domino patri noſtro multimodis arduis in Romana Curia alibiq; negociis, quàm nobis etiam (vt vos credimus non latere) tam in Gallicis,quàm in longinquis experiri partibus perplexitatibus pluribus occupatis, caſus qui animos vtriuſque euocauit ad exteras à prioris executione propoſiti, internallatione temporis lōgiori, quàm putauimus, non diſtraxit. Veruntamen cum ſummi clementia Creatoris, quæ ſæpe dicto Domino patri noſtro regni gubernacula pia largitate conceſſit, non ſine occulto cæleſtis prouiſionis miniſterio, tantæ commoditatis effectibus impedimenta dilationis paraſſe credatur. Rectè idcirco dilatum putamus vniuerſale regni, non noſtra, ſed Dei prouiſione remedium, vt interim vecta Siculorum factionis contentæ nequitia in ſuis ſceleſtibus operibus procul à rebellione prodiret, ne diù ſub modio deliteſcens, & pœnam, quam merebatur deluderet, & vobis cęteris regni fidelibus in ſerenitatis noſtrę T munificę participio congauderet. Prębet ergo ſe nobis nunc, cęteriſq; regni fidelibus immunitatis noſtrę pręſtandę tempus acceptabile. Hic verè ſalutis eſt dies, quo paternum noſtrumq; non erat in manifeſto fidelitatis experimento iudicium,nec notoria proditionis oſtenſio ſub ſcuto fidei celari patitur infideles. Verè inſuper in vobis veſtrum his tēporibus dominus preces adimpleuerit T Dauidicas, quę in diſcernendis meritis ſubditorum ſui regni, verum dedit iudicium. Regiſque filio in retributione rectiſsima ſuam iuſtitiam eſt largitus. Nouas igitur noſtri nominis ſanctiones diuina in perpetuum concedente potentia valituras pro ſalubriori, tranquilloq; noſtro cęterorumquè fidelium ſtatu ſummis à nobis vigiliis editas, hos pręſentem redactas in paginā duximus tranſmittendas, deuotioni veſtrę mandantes ac omni, qua poſſumus perſuaſione hortantes. quatenus quatenus ipſas obſeruare fideliter ſtudeatis,omnipotenti Deo gratias in humili cordis deuotione agētes.qui expectatas lōgiſsimis ęui curriculis leges noſtras noſtris concedi tēporibus eſt dignatus.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T 1 HAEreditarium. Bene dixit Rex Carolus II. hoc Regnum † eſſe hæreditatium, cum inueſtituram ipſius acquiſierit Rex Carolus primus pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus, vt patet ex inueſtitura quam in fine huius operis deſcribi curabimus.

T *Remedijs occurrere.* Melius enim eſt malo occurrere, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere l. 1. C. quando lic. ſine iud. ſe vindicare, & l. fin. C. in quibus cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſſ.

T *Pomerium*. Regnum iſtud Siciliæ ſemper cordi fuit illis Regibus. & propterea Imperator Federicus in conſtitut.

2 occupatis nobis,in hæc verba prorupit † Regnum Siciliæ præ ceteris velut electum quoddam viridarium inter agros cum præcipua colere diſponamus; de huius Regni laudibus plura ſcripſit frater Leander Alberti Bononienſ. in ſua Italia in deſcriptione Campaneæ,& Scipin Mazzella in deſcriptione Regni Neap. in principin.

T *Munificè*. Rex enim debet eſſe munificus, & liberalis,

3 gratioſus, non auarus, vt inquit Bald. in l. & in legatis in fine. C. ad legem falcid. in l. 1. §. finali C. de caduc. tollen. Didacus del Caſtillo ad l. 1. Taurl. Fol. 14 col. 3. verſ item Rex, ideòq; debet eſſe diues, vt poſſit bene facere, vt ait Diog. apud Stobeum, *Regem oportet opes poſſidere, vt amicos beneficijs abſtringere, ac indigentibus ſuppeditare liceat, & inimicos iure vlciſci,*ſed hæc ita facere debet, vt non egeat, cum vt ait Conſtantinus Maneſes relatus à Iacob. Siman. lib. 3. de Repub. c. 15. *egens Imperator, & magnus ab opibus deſtitutus re ipſa nihil aliud eſt quam aquila ſenio confecta ſpoliata pariter alis, vnguibus, & roſtro*, & Oſorius lib. 7. de Regis inſtitutione dicebat, *vectigalium rationem diligenter habuit, videbat enim vbi Regni opes miniſtrorum negligentia dilabuntur, aut quæſtorum auaritia diripiuntur, aut ſumptibus minimè neceſſarijs exhauriuntur, nec enim bellum*

4 *geri, neque pacem conſtitui, nec ius adminiſtrare commodè licet, vbi Regis penuria, quæ debet eſſe publicæ ſalutis inſtrumentum, aut à priuatis auertitur, aut ab ipſo Rege ſine vllo fructu conſumitur*; de liberalitate Principis, & qualis in eo laudabilis rectè dixerit Corrad. in lib. templi iudicum cap. 1. de Imperat. §. 3. quæſt. 21. noſque diximus aliqua in rub. ff. de conſti. princ. cap. 4.

Dauidicas Hoc inquam eſt quod dicit in Pſal. 71. *Deus iudicium tuum Regi da, & iuſtitiam ſuam filio Regis, iudicare populum tuum in iuſtitia, & pauperes tuos in iudicio.* Salomon enim petiit à Domino ſapientiam, vt rectè poſſet gubernare, eamq; ſibi Dominus conceſſit, & quia petiit ſapientiam dedit ei theſauros maximos, vt habetur Reg. 3. cap. 3. & ſapien. cap 6. 7. 8. 9. & 10. ex quo edocemur orare, ſi enim à Deo petemus quæ ad rectam iuſtitiam miniſtrandam ſunt neceſſaria, dabit ipſe diuitias, dabit & honores, ſolliciti ergo ſimus quæ cæleſtia ſunt quærere, non quæ terrena, cum & illis paruo ſimus tempore fruituri, illa verò æterno in cœleſti patria, hæc ſcripſi quia vera ſcio in ſtatu meo, putaueram enim aliquod magnū eſſe Regis Conſiliarium, inueni poſtea nihil aliud eſſe niſi multa pati, & rectè pronuntiare Salomonem dum dixit vanitas vanitatum, & omnia vanitas, idcirco deſiderantes has dignitates moneo, & vt minori deſiderio deſiderēt, ne poſtea cum ipſis præpoſiti fuerint quod putarent non inueniant, ſed eas appetant, vt Deo inſeruiant, cum & iuſtitiæ miniſtri ſint neceſſarij ad pacem in Repub. conſeruandam, ideòque eorum gradum excellentiſſimum eſſe iudicauit Daniel dum ait, *qui alios † ad iuſtitiam erudiunt, ſicut ſtellæ fulgebunt in firmamento cœli*, euſq; benè iudicantes dixit Hoſtienſ. in procem. decreto. magis mereri, quàm fratres prædicatores, & minores, propter quòd & martyres appellauit Diuus Auguſtinus in ſermone de tempore 232. *Nemo* (inquit Auguſtin.) *dicat quod in iſtis temporibus Martyres non ſunt, quotidie Martyres fiunt, Martyr enim teſtis interpretatur, quicumq; ergo pro veritate teſtimonium dederit, & omnes cauſas cum iuſtitia iudicauerit, quicquid pro teſtimonio veritatis, vel iuſtitia pertulerit, totum ei*

Dominus cum martyrio computabit, Ideòque omnia dirigamus ad Deum, qui eſt noſtrū principium, & finis, iuxta illud phi- philoſophi quicquid agimus propter finem agimus. Carolus Tapia.

Iubet

Iubet Rex obſeruari capitula edita in anno 10. indictionis ſuper ſtatu Regni, pœna Regis arbitrio puniendos eos, qui contrauenerunt. h. d. Tap.

Ex Cap. Item nullus Iuſtitiarius. Cap. 182.

REX CAROLVS II.

† NEc non conſtitutiones alias ſubſequenter in anno, ſcilicet, decimæ indictionis primo pręteritę ſuper ſtatū regni per eundem Regem ſimiliter editas, quàmquam pręmiſſa hęc omnia plenam ſatis ab authoritate condentis habeant firmitatem. Hanc tamen noſtra edictali lege perpetuo valitura, ratificamus, & mandamus, ac volumus, iuxta quod regia ordinatio diſtinctius continet, inuiolabiliter obſeruari. Et vt nullus officialis, aut alius his pręſumat temerarijs auſibus contraire, pręter pœnas in prędictis regijs conſtitutionibus, & edictis contentas, quas tranſgreſſores ſe nouerint incurſuros, contra eos adhuc maiorem pœnam adijcimus, quę noſtro arbitrio reſidebit. Si verò huiuſmodi conſtitutiones Regię, ac edicta, à prędictis noſtris capitulis ſuper eiſdem cauſis tam circa foreſtas, & earum cuſtodias, quā caſtellanias, vel alia in aliquo diſcrepent, cum credamus, quòd in capitulis ipſis poſtmodū conditis cum conſilio Pręlatorum, Baronum, aliorumq; nobilium, & fidelium Regni, qui prædicto interfuerunt colloquio, Regni melior extitit exquiſita conditio. Placet nobis, & volumus, vt vbi diſcrepatio talis occurrerit, capitulorum ipſorū tantum ſeries attendatur.

Principium verò huius capituli eſt poſitum in tit. ne officiales munera recipiant in ſecundo libro huius operis.

Confirmat leges editas per Reges Carolum primum, & Carolum ſecundum. h. d. Tap.

REX ROBERTVS. Cap. 212.

† SAlubrem ſtatum, & proſperum fidelium noſtri Regni Siciliæ plenis deſiderijs affectantes. Capitula, ſeu Conſtitutiones editas per claræ memoriæ progenitores noſtros, pro commoditate, & tranquillitate ſtatus eorundem fidelium confirmamus, ex nr̄a † certa ſcientia ſub ſerie ſubſequenti.

ROBertus Dei gratia &c. Ad perpetuam rei memoriam. Frequenter ex abundanti robur adijcitur, & adiectio plenitudini pluries pro cautela confertur. Exuberans quidem cautionis ſuffragium rei, quæ geritur nullum ſtabilitatis adijcit, & per explicationem actus affectum beneuolum prouiſæ conſequenter oſtendit, qui eò ſe potius realiter exhibet, quò vehementius fomes illum dilectionis adauget. Licet igitur Domini auus, & genitor noſtri memoriæ recolendæ pro tranquillitate ſtatus, & pro commoditate fideliū Regni noſtri Siciliæ capitula varia, ſeu conſtitutiones ediderint, quæ ipſorū authoritate condentium, & communis boni ſuadente cenſura robur efficax obtinent firmitatis. Vt tamen ex noſtri vigore præſidij accedat illis abundans cautela ſecurior, & erga ſubiectos noſtros regni noſtri præfati, quos apud vnum noſtræ gratiæ luſtrat fidei charitas, deuotionis integritas approbat, & obſequiorum grandium creſcens promptitudo commendat, noſtræ ſynceritatis affectus, ſiue occurrerit, viciſſim in lucem prodeat, & actualiter demonſtretur. capitula, ſeu conſtitutiones iam dictas integraliter, & in omnibus ſuis partibus confirmamus, de certa noſtra ſcientia, perpetuò valituras, Volentes, & iubentes expreſſè omnibus officialibus Regni noſtri Siciliæ præſentibus, & futuris, quòd capitula, & conſtitutiones eaſdem ſeruent tenaciter, & ſeruari faciant ſub pœnis in dictis capitulis, & conſtitutionibus comprehenſis, & alijs eiſdem per noſtrum arbitrium infligendis, & illa pœna pręcipuè, quæ in contemptores iuſſionum noſtrarum, ſicut in ſacrilegis, eſt indicta. Quò circa fidelitati tuę mandamus, quatenus prędicta capitula, & conſtitutiones, ſub earum interminatione pœnarum, ſeruetis tenaciter, & faciatis ab alijs obſeruari, vt tantorum edicentium ſtatuta ſeruent illęſa, & per eorum obſeruantiam, cultu ſeruato iuſtitiæ, ſuccedat per conſequens pax amœna.

Data Neapoli per Dom. Barth. de Capua, anno 1318. die Ianuarij. 2. indictionis.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

† SAlubrem ſtatum. Bene dicit ſalubrem, cum beatá † ſit terra, cuius Rex ſapiens eſt, & nobilis, & cuius principes veſcuntur in pane ſuo, vt habetur eccleſ. c. 10. & l. 2. tit. 1. part. 2. *Rex enim inſipiens perdet populum ſuum*, vt dicit Didac. del del Caſtillo in l. 1. Tauri. fol. 14. col. 3.

† *Certa ſcientia.* De hac clauſula diximus ſupra in Rit. Reg. Ioannæ ſecundæ ſub rub. de nouo C. fac. verbo *de certa noſtra ſcientia.*

Item

REGINA IOANNA. Cap. 288.

ITem quòd prædicti officiales obſeruare teneantur conſtitutiones, & capitula, ac bonas obſeruantias Regni. Neque præmiſſa capitula nouiter edita ipſis in aliquo derogent, ſed rata, & firma permaneant in omni parte ipſorum.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

MAndat obſeruari conſtitutiones, & capitula, & bonas obſeruantias, Regni, neque eſt hoc mirum, quod tot cap. cap. fuerint ſuper hoc ædita, nam cum Regnum, vt diximus plures paſſum fuerit inuaſiones, pluraq; bella, ea † il- 1

lis

ſis legum corruptio fuit introducta, ideòq; prudentiſsimi Reges maximam circa ipſarum obſeruantiam curam habuerunt,

runt, quòd ſuperius declarauimus tam in conſtit. nihil veterum, quàm in conſtit. puritatem. Car. Tap.

Item

☞ REGINA IOANNA Rit. 84.

Item quòd ſeruentur omnia capitula, & conſtitutiones Regni editæ ad adminiſtrationem Regni, & pro ſtatu pacifico ſubiectorum.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

NOn ſolùm in recollectione capitulorum iubentur ſeruari conſtit. & capit. Regni, verùm etiam in compilatione Rituum magnæ curiæ Vicariæ, & ad hûc ritũ vide quæ ſcripſit
1 Carauit. in hoc Rit., qui affirmat † ritus cõtrarios capitulis, & conſtitutionibus eſſe ſeruandos, quemadmodum, & ſtilus S.C. ex quo videtur idem Rex facere, de quo tamen ſatis dubito, tùm per verba primæ conſtit. per ipſum allegatæ, tùm etiã per verba ritus 32. §. Curiæ autem qui infra hoc tit. eſt poſitus.

Item

Ex Cap. Neap. in anno 1496. Cap. xxxv.

REX FEDERICVS.

ITem che la Maieſtà voſtra come prudentiſſimo Re habbia la mente dirizzata à la reformatione, & amminiſtratione della giuſtitia di queſto voſtro Regno, la quale per le guerre, & turbationi è ſtata ſuppreſſa, & di ſuo debito alterata. Supplicando, & adimandando, che da mo innanti alla amminiſtratione di quella, ſiano tali preſidenti, miniſtri, & aſsiſtenti, tanto in voſtra Regale audientia, & in lo Sacro Conſiglio, quãto della gran corte della Vicaria, & in la voſtra Camera della Summaria, come particolarmente in le prouincie, & terre di detto Regno, che la Maieſtà voſtra ne ſia commendata, & poſſa rendere bon conto à noſtro Signore Dio, li quali debbiano ſeruare le conſtitutioni, capituli, & ordinationi di detto Regno, quali meglio in detti tribunali, & luoghi ſono conſueti oſſeruarſi, per lo buono regimẽto, & amminiſtratione della giuſtitia in tutto il Regno. Placet Reg. Maieſt.

Idem Cap. xxxxiiij.

ITem ſupplicano che voſtra Maieſtà ſi degni ordinare, che ad vnguem ſiano oſſeruate tutte le conſtitutioni, pragmatiche, riti, & capituli del regno, li quali ſono ſtati fatti in releuatione grauaminum publicorum regni. Pla. Reg. M.

Idem. Cap. lxvij.

ITem ſupplicano la M. V. ſi degni comandare, & ordinare à tutti li officiali del Regno maggiori, & minori, etiam al Sacro Conſiglio, che à tutte hore, & quando à loro, & ciaſcuno di eſſi ſerà preſentato lo priuilegio, ſiue tranſumpto de li preſenti capituli, quelli, & ciaſcuno di eſſi debbiano ad ogn'vno oſſeruare iuxta loro tenore, & continentia, & che ſempre indubiis ſi debbiano interpretare in fauore di detta vniuerſità, & facendo lo contrario, ſiano priuati de loro officij, & incorrano in pena de ducati diece milia, quante fiate ſe li contrauenirà, per detti officiali, & debbiano pagare lo intereſſe incorreno detta vniuerſità, & huomini di quella, & detti Baroni, & ciaſcuno di quelli per non eſſere ſtati oſſeruati detti capituli. Placet Regiæ Maieſtati.

Ex

Ex Cap. Neap. in anno 1503. Cap. 63.

MAGNVS CAPITAN.

ITem ſupplicano ſi degni comãdare à tutti li officiali dello regno maggiori, & minori, etiam del S. Conſ. che à tutte hore, & quando à loro, & ciaſcuno di eſſi, ſerà preſentato lo priuilegio, ſiue trãſumpto delli preſenti capituli quelli, & ciaſcuno di eſsi debbia ad vnguem oſſeruare il loro tenore, & continentia, & che ſemper in iudiciis ſe debbiano interpretare in fauore di detta vniuerſità, & facendo lo contrario ſiano priuati de loro officij, & incorrano la pena de ducati duemilia quante fiate ſe li contrauenirà per detti officiali; & debbiano pagare lo intereſſe incorreranno detta vniuerſità, & huomini di quella, & detti Baroni, & ciaſcuno di quelli per non eſſerno ſtati oſſeruati detti capituli.
Placet præfato Illuſt. Domino Locumtenenti gen.

Ex Cap. Neap. in anno 1554. Cap. 26.

IMPER. CAROL. V.

PEr oſſeruanza, & fermo ſigillo di tutte queſte gratie, & altre che la Maieſtà voſtra ha conceſſo alla ſua fedeliſsima Città di Napoli, e con lo aiuto de Iddio ancor concederà humilmente ſe ſupplica, che ſecondo la decretatione de' capitoli delle felici, e ſante memorie de' Re Ferrante primo, de Federico, e del Re Cattholico auo di voſtra Maieſtà voglia ſtrettamente commandare à tutti li Vicerè, e Locotenenti generali del regno, & à tutti li officiali maggiori, e minori, che debbiano oſſeruare, e fare oſſeruare dette gratie, e capituli remota ogni calunnia, e ſiniſtra interpretatione, e che nelli caſi dubij ſiano interpretati in fauore della Città ſotto pena d'incorrere l'ira, & l'indignatione di voſtra Maieſtà, e pena di ducati dieci milia, quali s'habbiano da eſigere da ciaſcuno, che contrauenirà, & applicarſi al fiſco di voſtra maieſtà, la quale il Signor Iddio conſerue longo tempo felice. Mandat ſua Cæſarea Maieſtas inuiolabiliter obſeruari priuilegia, capitula, & conſtitutiones, aliena, & ſiniſtra interpretatione remotis, ac cum pœnis in ſimilibus ſolitis.

§ Curiæ

Mandat Regina obſeruari conſtitutiones, & capitula Regni non obſtantibus quibuſcunq; conſuetudinibus contrarijs.

REGINA IOANNA. Rit 311.

§ CVria autem prædicti Capitanei ciuitatis noſtræ Neapol. procedendo in criminibus, & delictis contra quoslibet, per omnia ſeruēt iura communia, regni conſtitutiones, & capitula, legibus, iuribus, conſtitutionibus, capitulis, conſuetudinibus, ritibus, obſeruantiis, priuilegiis, literis, & reſcriptis, quibuſcunq; præſentibus forte contrarijs, ſub quacunq; forma, & expreſſione verborum, etiam ſi de illis præſentibus eſſet ſpecialis mentio facienda, (quibus, inquantum præſentibus refragantur) tenore præſentium de dicta certa noſtra ſcientia totaliter derogamus, ¹ non obſtantibus quoquomodo. Mandantes propterea præfatis vniuerſis, & ſingulis noſtris officialibus, maioribus, & minoribus, quocunque nomine nuncupatis, ac officio, & iuriſdictione fungentibus, eorumq; locumtenentibus vbilibet in toto regno noſtro Siciliæ, & præſertim in prouīcia terræ laboris, præfataq; ciuitate noſtra Neapolis cōſtitutis, præſentibus, & futuris, ad quos ſpectat, & ſpectabit, quatenus forma præfatarum literarum, & priuilegiorum præfatorum Regiarum, & Regiorum prædeceſſorum noſtrorum de præfatis franchitijs, priuilegijs, immunitatibus, & exemptionibus eiſdem vniuerſitati, & hominibus, vt præfertur, conceſſarum, & conceſſorum, ac præſentium noſtrarū literarum per eos, & eorum quemlibet diligenter attenta: necnon & attentis præfatis conſuetudinibus, ſtatutis, & obſeruantijs, & capitulis antiquis, illas, & illa ipſi & quilibet eorum officiorum ſuorum temporibus eiſdem vniuerſitati, & hominibus pręfatæ ciuitatis noſtræ Neapolis, eodem modo, quo in ipſarum, & in illorum poſſęſſione, ſeu quaſi ad præſens exiſtunt: necnon & præfatas omnes alias conceſsiones, & priuilegia præſentibus noſtris literis expreſſas, & declaratas obſeruent inuiolabiliter obſeruare, & obſeruari facere, ſicut habent gratiam noſtram caram, & beneuolam, nec contra faciant præſentes, ſi prædicti, & ipſorum quilibet indignationem cupiunt eiſdem eadem ſcientia certa noſtra; ac ſub fidelitate earum tenore præſentium ſimiliter, & bona fide eiuſdem vniuerſitati, verbo, & fide regalibus pureq; ſub noua conceſsione ad omnem ipſorum de huiuſmodi noſtra confirmatione intimè pro eiſdem requiſitionem, & voluntatem vniuerſitatum, & hominum, ſeu per præſentes literas præſentibus conſimiles bulla aurei fieri facere, & mandare noſtras lucidas ſeu laudandas. In cuius rei teſtimonium præſentes literas exinde fieri fecimus, magno noſtro pendenti ſigillo iuſsimus communiri, quas pro validiori robore earum dedimus, & ſubſcripſimus propria manu noſtra, ritu, & obſeruanti noſtræ curię quacunque contrario non obſtante.

Datum in Caſtro nouo Neap. per manus noſtrę prędictę Ioannę ſecundę Reginę, anno Domini 1420. die decimonono menſis Ianuarij 12. indictionis. Regnorum noſtrorum anno ſexto.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 NOn obſtantibus. Iſta clauſula † non obſtante quacunq; conſuetudine, vel vſu generaliter promulgata eſt efficax ad inualidandas quaſcunq; leges, & conſuetudines contrarias, vt tenet Abb. in cap. nonnulli de reſcrip. ſequitur ibi Felinus verſ. fallit autem prædicta regula, & Doct. in l. humanum vbi Bal. col. 2. C. de legibus verſ. ſed dominus, ſequitur Didac. del Caſtillo in l. prima Tauri fol. 16. col. 4. verſ. non embarcante.

Iubet

Iubet ſeruari Conſtitutiones, Pragmaticas, & Ritus Regni. hoc dicit Tap.

PRAGMATICA VNICA.

De Pœnis.

CAROLVS V.

ITem ſupplicano voſtra Maeſtà li faccia ſpecial gratia abrogare, togliere, & eſtinguere tutti li Bandi ſino al preſente di emanati, per li quali s'impone pena d'vltimo ſupplicio, corda, ò altra pena corporale, & ſolo reſti la diſpoſitione delle leggi communi, Conſtitutioni, Pragmatice, & Riti del Regno.

Placet Cæſ. & Maieſt. quod ſuper hoc ſeruentur Conſtitutiones, & Capitula, & Pragmaticę dicti Regni.

Inter cętera conceſſa per Cęſ. Maieſtatem Caroli V. Imperat. Ciuitati Neap. 12. Martij 1550. Bruxelles, extat ſupradictum capitulum.

Legem paribilem per quam probatio cum ferro calido ad purgandum occulta delicta admittebatur tollit Imperator. h. d. Tap.

IMPER. FEDER.

LEges, a quæ à quibuſdam ſimplicibus ſunt dictæ b paribiles, ¹ quæ nec rerū naturam reſpiciunt, nec veritatem attendunt; Nos qui c veram legum ſcientiam perſcrutamur, & inſpicimus, errores à noſtris iudicijs ſeparamus, pręſentis noſtri nominis ſanctionis edicto in perpetuum

a LEges. Per conſtitutionem iſtam tollitur illa vulgaris probatio, quam habent præmanibus laici. Nam cum conueniuntur dicunt ſe non feciſſe, & de hoc accipere ferrum calidum, & talem legem vocabant Paribilem, quod apparet vtrum læſerit, vel non, qui ferrum calidum accepit, & continet hæc cōſtitutio ius commune. vt extra de pur. vul. per totum.

b Paribiles. Quòd ſecundum eos manifeſte apparet per has leges de reatu, vel innocentia alicuius. Paribiles leges habentur, & prohibentur, quia fabricante paribile Diabolo ſunt inuentæ, & Deus tentari videtur in his, vt extra de purgatione vulg. cap. vltimo. ſecunda quæſtione 5. cap. Mennam. aliàs, metuam.

c Veram. Vt ff. de iuſtitia & iure l. prima, circa princip. Et ideo alibi dicitur quòd princeps eſt philoſophia plenus, vt C. de his qui-

Digitized by Google

quibus, vt indignis. l. penolti. ¶ Et alibi, eſt quidem res ſanctiſſima ciuilis ſapiĕtia, &c. vt ff. de variis, & extraordina. cognitionibus. l. pri-

inhibentes omnibus Regni noſtri iudicibus. Vt nullus ipſas leges paribiles quę abſconſę à veritate deberent potius nuncupari. aliquibus fidelibus noſtris indicet; ſed communibus probationibus ſint contenti, tam antiquis legibus, quàm noſtris conſtitutionibus introductis. Eorum etiam ſenſum, non tā corrigendum duximus, quàm deridendum, qui naturalem candentis ferri calorem te peſcere: immò (quod eſt ſtultius) frigeſcere nulla iuſta cauſa ſuperueniente confidunt, aut qui reum criminis conſtitutum ob conſcientiam lęſam tantum aſſerunt ab aquę frigidę elemento *a* non recipi, quē ſubmergi potius aeris cōpetentis retentio non permittit.

l. prima. §. proinde.
a *Non recipi.* Submergebātur enim in aqua frigida tribus vicibus antiquitus.

ANDRAEAS DE ISERNIA, ET ALII.

Leger. Quæ à quibuſdam dicuntur Paribiles, quia apparenter demonſtrabant nocentia, vel innocentiam, ſic eſt iudicium ferri candentis, & aquę feruentis, vt in titulo, de pace tenen. cap. ſi miles pro paco.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 Paribiles. Ideſt † apparentes, nam cùm quis imputabatur de aliquo delicto, vt innocens appareret, purgabat ſe vel per aquam calidam, vel per ferrum, etiam caldum, aut per aquam frigidam, hæc ſi ei non nocebant, innocens habebatur. Hæc lex, ſiue conſuetudo ortum habuit ex antiquo Hebræorum more, quorum mulieres ſi ſuſpectæ eſſent de concubitu, cum alienis viris, purgabant ſe cum aqua amam zelotipiæ, ſecundum formam traditam Numeri c. 5. cuius verba regiſtrantur in decret. 2. q. 4. c. in libro quæ optima † ratione prohibita
2 eſt, cum ſit ſpeties ſortilegij, & ſit tentare Deum (vt inquit Sanctus Thom. 2. 2. q. 95. art. 8. ad tertium) & propterea huiuſmodi purgatio prohibetur tàm à ſacris Pontificalibus cōſtitutionibus, quàm ab Imperialibus, vt in c. fin. de purgat. vulgar. cap. ex tuarum, de purgat. canon. c. Mennam, & c. conſuluiſti, 2. q. 5. l. 2. C. de Paganis, & l. nemo auruſpicem, C de maleſ. quemadmodum reprobatur etiam purgatio per duellum, † l. vnica, C.
3 de gladiat. lib. 11. & l. 8. tit. 24. part. 3. ſed benè admittitur purgatio † per iuramentum, per quod iuditio Dei ſubmittitur, vt in c. quoties, & c. auditum eſt, & c. omnibus, 2. q. 4. & toto tit. extra de purg. canon. cum hæc vera ſit regula, quòd deficientibus † probationibus, ad iuramentum deueniatur, c. fin. de iureiur. & l. 1. & l. admonendi, ff. eod. Sed † an Iudex admittere debeat iuramentum ſecundum formam duellantium, qui non ſolum iurant ſuper Sancta Dei Euangelia, & ſuper crucem, ſed etiam adiciunt, quòd dant animas ſuas in perditionem, reſpondet affirmatiuè Rebuff. in d. l. vnica, C. de gladiat. lib. 11. num. 1. 4 5 6

Plura, & pulchra de criminibus occultis, & de ipſorum varijs ſpetiebus tradit Iacob. Simancas de Cathol. inſtit. tit. 42. per totum, qui etiam in tit. 56. tradit multa de purgatione canonica, † quæ nihil aliud eſt, quàm de obiecto crimine innocentiæ oſtenſio, vt per eum poſt Alex. de Ales ibidem nu. 3. 7

Iura

a Speciale quodam. Alius ordo, ſcilicet, iudicij ſeruabatur olim in quibuſdam perſonis, & ſolemnitates captioſæ temporum, puta, in Francis, vel Romanis, quod hæc conſtitutio tollit, & vult quod idem ius ſeruetur inter omnes, & eſt ratio, vt C. de in integ. reſtit. l. fin. Item ſi Francus contumax erat, olim poſt litem conteſtatam perdebat cauſam, ſiue bonam, ſiue malam habebat. quod hic corrigitur, & vult ſeruari conſtitutionem illā ſuprà, de pœna poſt litem conteſt.

Iura Francorum, ac etiam Longobardorum, quæ in iudicijs ſeruabantur, tollit, & in ſpetie reſpectu contumaciæ, tàm quo ad condemnationem bonorum in criminalibus, quam etiam amiſſionis cauſa in ciuilibus. h. d. Tap.

IMPER. FREDER.

Speciale *a* quoddam † Francorum ius, immò, vt proprius loquamur, iniuriam, quā *b* in iudicijs tam ciuilibus,

b *In iudicijs.* Secus in ſucceſſionibus, vt infrà de ſucceſſ. in feud. l. vl-

ANDRAEAS DE ISERNIA, ET ALII.

Speciale quoddam. Remouet quaſdam abuſiones, & vult vt omnes ſubditi indiſtinctè, non habita perſonarum diſcretione, eadem l. viuant, Francus ſit, ſiue Romanus, aut Longobardus. Multi enim in Regno ſemper vixerunt iure Francorum, multi iure Romano, & multi iure Longobardo. Sed in alijs ſeruarentur potius iura Longobarda, quàm Roma. ſupra de offi. mag. cam. l. præſenti. & l. puritatem. & ſupra de offic. iudi. vniuerſitas.

Illud nihilominus. Tollit alium abuſum, & eſt intelligendū, quòd contumax non punitur in omnibus bonis mobilibus ante

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 Francorum ius. Hoc equidem Francorum † ius à Normandis introductum fuiſſe affirmandum eſt, qui (vt quidā affirmant, & præcipuè Igheſcas in Hiſtor. Pontif. in vita Sergij Secundi) ex Prouincia Danimarchæ exeuntes, Regnum Franciæ inuaſerunt, & Prouinciam quæ nunc Normandia vocatur, occuparunt, inde cum eorum numerus excreuiſſet, in Italiam peruenerunt, & præcipuè Regnum iſtud occuparunt; quorum primus fuit Tancredus qui duodecim filios habuit, & Comes Apuliæ fuit appellatus, donec Rogerius eius nepos Regis titulum obtinuit ab Anacleto II. Antipapa, quod Lucius II. confirmauit. Hic, & eius prædeceſſores, atque ſucceſſores plures in Regno conſtitutiones tàm circa iudicia, quàm etiam circa mores, & ſucceſſiones, atque contractus ediderunt, quas meritò ius Francorū appellant, cum Normandi, ex Normandia Franciæ Prouincia, quam (vt diximus) occuparunt, ortum habeant; cùm ergo Normandi qui † in Regno remanſerant, vellent ſibi ius reddi ſecundum antiquas Regum ſuorum conſtitutiones; ſic & Longobardi, quod etiam affectabant qui ex Romanis originem ducebant, idq; maximam induceret confuſionem, cum ſi Longobardus litem haberet cum Romano, dubium eſſet 2

Digitized by Google

l. vltima. in princ.
a *Diſcretionē.* In tranſgreſsione, vel exhibitione iuſtitiæ, vt hic, ſed habetur diſcretio in perſonis iudicium, vt ſupra, quod non lice. vniverſ. l. 1.
b *Noſtra conſtitutione.*
c *Debet repleri.* Vt l. de iudic. properandū. §. cum

quâm criminalibus hactenus obtinebat, de medio tollere cupiētes, pręſentis noſtrę ſanctionis programmate cunctis Regni noſtri fidelibus volumus eſſe notum. Quòd nos, qui ſingulorum iura iuſtitię libra penſamus in iudicijs aliquam a diſcretionem haberi nō volumus T perſonarū, ſed æqualitatem, ſiue ſit Francus, ſiue Romanus, aut Longobardus, qui agit, ſeu qui conuenitur, iuſtitiam ſibi volumus T miniſtrari. T Cauillationes, & captiones antiquas iure Francorum noſcentias, & momenta temporum, quæ inter Francos litigantes in iudicijs hactenus ſeruabantur, nec non quaſdam alias ſubtiles obſeruationes tam in ciuilibus, quam criminalibus cauſis ſubmouemus. T Pœnam ēt per quam Francus ante litem conteſtatam contumax bonis mobilibus omnibus priuabatur, in pœnam tertiæ partis mobilium b noſtra conſtitutione contentam, volumus eſſe transfuſam. Illud nihilominus (quod acerbius reputamus) præſenti lege corrigimus, videlicet, quòd Francus lite cum eo in pecuniarijs litibus, vel in cauſis criminalibus conteſtata contumax, bonam, vel malam cauſam habeat, ipſam amittat. hoc enim, & ab omni iuſtitiæ tramite diſcrepat, & omnis hæc ratio æquitatis abhorret. Vt propter alicuius abſentiam, quæ Dei c debet repleri pręſentia, firma iuſtitia, vel etiam in ſui perpetuitate, deficiat, vel inconſtantia varietur. Prædicto igitur tempore Francus contumax, non vt olim, cauſam amittat, ſed iuxta nuper editam noſtri nominis d ſanctionem, vel poſſeſſionem, & venditionem bonorum, aut perpetuæ poſſeſſionis iacturam, vel deciſionem principalis cauſæ remedio appellationis e excluſo, ſecundum ius, & iuſtitiam patiatur.

§. cum autem cremodicium.
e *Sanctionem.* Quæ eſt ſupra, vt lite conteſt. ſuper l. 1. & in ſequ. t.
d *Excluſo.* Id eſt, repulſo, vel denegato, vt ſupra de exor. & præpa. iudi. l. ſi quis poſt litem contumax enim non appellat, vt ibi.

An-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

te litem, nec poſt, vt cauſam amittat. Sed ſi eſſet vere contumax, poſſet puniri in omnibus bonis. Et ſub pœna omnium bonorum contumaci mandare. Eumq; punire, ve dicunt Moder. C. lib. 10. de iure fiſ. l. certa. de Decur. l. ſi magiſtratum, & dictum eſt ſupra in ſuperioribus.

Appellatione exclusō medio. Contumaces non appellant. ff. de iudi. poſt edictum in fine. & ſupra de exor. & præpa. iudi. l. ſi quis poſt litem in princ.

CA-

CAROLI APIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

ſet quæ iura eſſent in iuditio ſeruanda, neceſſariò Imperator Federicus ad huiuſmodi conciliandas differentias conſtitutionem hanc edidit, per quam & in genere, & in ſpetie vnicum ius, vnici Regis ſubditis præſtari iubet in iuditijs, firmus tamen remanentibus aliquibus conſtitutionibus reſpectu ſucceſſionis
3 feudorum, † quam in dubio ſecundum ius Longobardum eſſe intelligendam affirmat, Andr. in prælud. feud. q. 3. nu. 39. & licet Afflictus hic dicat in ſucceſsionibus ius Romanum eſſe ſeruandum, intelligendum eſt ſecundum verba per eum prolata, hoc eſt quod vbi non eſt probatum quod viuitur iure Francorum, tunc omnes filij ſuccedunt non primogenitus, & hoc inquam eſt quod ius Longobardum diſponit. & ita erit intelligendus Afflict. ne videatur erraſſe, dum agendo de ſucceſſione feudorum, dicit eſſe ſeruandum ius Romanum, quòd feuda non cognouit, debet ergo probari in feudo illo ſuccedi ſecundum ius Francorum, hoc eſt, vt primogenitus ſuccedat, de quo tamen dicemus in tit. de ſucceſsione feudorum, ad conſtit. vt de ſucceſsionibus. Hodie tamen in regno ſecundum formam inueſtituræ non eſt neceſſe probare, quòd viuitur iure Francorum, quia communiter ſucceditur ſecundum conſt. vt de ſucceſsionibus, in aliquibus tamen Regni partibus ſeruatur ius Longobardum, & præſertim in Prouintia Aprutij; in qua ſuccedítur ſecundum ius Longobardorum in multis feudis: & hac de re dicerem hodie probandam eſſe qualitatem hanc, quòd viuitur iure Longobardorum.

4 *Perſonarum.* Iudex enim † non debet eſſe partialis, ſed cōmunis, vt poſt Bart. tradit Follerius in praxi crim. prima par. num. 4. & propterea debet reſpicere bonum commune, & ità ſe gerere, vt nulla ſit apud ipſum acceptio perſonarum, vt poſt Specul. in tit. de leg. verſ. 8. dicit idem Foller. vbi ſupra num. 5. & Latius dicemus in apparatu ad rub. de official. in Regn. conſt. quæ prima eſt 2. lib.

Miniſtrari. Ad quæſt. quam tangit hic Afflict. ſi duo litigant, & vnus habeat conſuetudinem pro ſe, & alter aliam pro ſe quod ius attendi debeat, vide hic late ſcripta per Foller.

Cauillationes. Iudex enim † debet litigantium cauillatio- 5
nes tollere, ad quod adde dicta per Conrad. in templo omn. iud. lib. 1. cap. 8. de præſide num. 17. & quod iudex debeat reijcere ſubterfugia, & calumnioſas exceptiones dicit Chaſſen. ad conſuetud. Burgund. rub. 11. §. 6. poſt. nu. 66. & quòd iudex a calumnia offendatur, tradit idem Chaſſen. d. rubr. §. 7. num. 12. ad id autem, quod Afflict. hic tradit quòd iudex poteſt † ſupplere, quæ ſibi liquent in facto pro abſente, adde Iacob. de Sanct. Georgio in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. ſi omnes C. ſi minor. ab hæred. ſe abſtinen. vbi ponit caſus, in quibus poteſt iudex impartiri ſuum officium, etiam non requiſitus.

Pœna etiam. De pœna contumaciæ dicemus infra titulo de contumacibus, hic autem licebit annotare, quòd ex ſola contumacia † iure communi inſpecto, non debet quis corpora- 7
liter damnari, itaut ab alio, quàm à iudice poſsit puniri, vt hodie fit in Regno iſto erga foriudicatis. Nam tantum efficiebat contumacia, vt haberetur pro confeſſo, vt tradit Chaſſen. ad conſuetud. Burgund. in rub. prima §. 7. num. 10.

DE

DE CVLTV TRIBVNALIBVS EXHIBENDO. Rub. xiiij.

a *Cultui.* Prohibetur aduocatus, vel alius clamare in iudicio, vt C. de poſtulan. quiſquis. & eſt ratio C. de ſtu.li. vr. Romæ. l. vni in fin. niſi velint corrigere errorem aduocati ſui, & qui contrafecerit punietur pro qualitate perſonæ pecunialiter, pauper minus diuite. quam pœnam ſi iudex remiſerit, de ſuo reſarciet.

b *In ſilentijs.* Alias inſolentijs.

c *Iura ſua.* Aliud olim iure Lombard. quia in cauſa ſua non tenebatur aliquis licentiã poſtulare, vt Lombard. de offi. iudi. l. 1.

d *Vel pro alio poſtulare.* Quid autem iuris ſit, ſi præſumpſerit pro alijs perorare, nulla licentia conſecuta? non exprimit cõſtitutio præſens: ſequenda eſt ergo diſtinctio veteris iuris vt in Lombard de officio iudi. l. 1. Nam iure nouo non diſtinguente, ſequimur diſtinctionem veteris iuris, vt C. de appell. præcipimus, in fine.

e *Præiudicium.* Sed malè, quia ſecundum Doctores noſtros, errorẽ aduocati poteſt quis corrigere vſq; ad ſententiam.

ADDITIO. *Adde. an aduocatus poſſit corrigere errorem ſuum per Ang. in l. ea quæ, in prin. C. de erro. aduoc.* Superan.

Vel ſecundum alios infra triduum. quod dic, vt in ſumma de erro. aduoca. & ideo mirum eſt quod hic dicit. nam omnis timor non excuſat, vt ff. de reg. iur. vani. & de re iudic. ſi quis ab alio. ff. quod metus cauſa. l. metus. Eſt autem vanus metus, cum quis timet, quæ nulla ſunt digna ſuſpitione, vt C. de iure deliber. ſancimus, in 1. reſpon. Hic non petebat à ſe geſta reſcindi per vanum timorem, ſed excuſari à delicto, vel nõ incidere in damnum, quia ignorat ius, ſcilicet ciuile, quod poteſt, quod dic, vt in ſumma de pœn. circa prin. & de iur. & facti ignor. §. porrò. diſtigui põt, ſed caue tibi, qa ibi dicitur, ꝙ non debet excuſari à pœna conſtitutionis, ꝙ eſt contra hanc l. G.

f *Si miles.* No. homines maioris dignitatis magis puniri, ſic in conſtit. intentionis noſtræ quod dic vt ibi not.

g *De bonis.* In conſtitutione ſi quis in poſterum in fine.

Non ſeruanti ſilentium in iuditio poſt tertiam iudicis monitionem iudex, cui debetur reuerentia. debet illum punire, vt hic, nec licet loqui abſq; eius licentia, nec aduocatos loquentes interrumpere, niſi in tribus caſibus hic expreſſis. hoc dicit Tapia.

IMPER. FEDER.

CVltus a iuſtitiæ [T] ſilentiũ reputatur: eorum igitur b inſilentiis occurrentes, qui iudiciorum ordinem tumultuoſis clamoribus ſæpe perturbant: Statuimus in poſterum litigantes, & quoslibet alios in iudicijs exiſtentes, cum reuerentia magiſtratus iura reddentis, quietem iuſtitiæ obſeruare: nec priuſquam licentiam ab eo, qui in iudicio præerit, cõſequantur; c iura ſua ꝓponere audeant, d vel pro alio poſtulare: ſic modeſtè partes volumus pro ſe, vel pro alijs in iudicijs perorare, vt etiã ſi aduocato dicenti, quòd aduocatus eius, vel pars principalis aliquid ad memoriam, de iure, vel de facto reducat, maturè ſine ſtrepitu aliquo dicere ſtudeat ꝙ intendit: niſi fortè celeris proteſtationis neceſsitas, aut ꝙ incõtinenti quis aduocati corrigere velit errorem, interruptionem inducat, cùm inferri ſibi e præiudicium aliquis ex taciturnitate veretur. Si quis autem poſtquam ter per interualla aliqua à Bainlo, vel à iudice fuerit admonitus: vel ſi ſit aliquis (prout aſſolet) iudici, & iudicio tędioſus, ſemel, bis, & ter, abſque interuallis aliquib. interdictus tacere noluerit. Si ruſticus fuerit, vnum auguſtalem: ſi burgenſis, duos: f ſi miles, quatuor; ſi Baro, octo: ſi Comes, ſexdecim auguſtales curię noſtræ componat. Scituris pro firmo quibuslibet officialibus noſtris, quòd ſi ob gratiam alicui pœnam iam dimiſerint, nos g de bonis ſuis proprijs ipſam integrè proculdubio proſequemur.

ANDRAEAS DE ISERNIA, ET ALII.

CVltus iuſtitiæ. Hæc verba Prophetæ ſunt Iſaiæ 32. circa finem. fortè voluit dicere cultus iudicij. Nam cultus iuſtitiæ eſt voluntatem ſeruare iuſtitiæ, quæ eſt vnicuique reddere quod ſuum eſt, hic colit iuſtitiam. ff. de iuſtitia, & iure, l. 1. in ſilendo non eſt hoc. Item Silentiarius eſt nomen officij. C. lib. 10. de ſilent. per totum. Sed ponit iuſtitiam pro eo, quod in fine iudicij per ſemitam terminatur, quod dicitur iuſtitia, & iure ſtatus. extra de verb. ſignifi. cap. forus. quaſi dicat, ad talem iuſtitiam peruenitur per examen iudicij, in quo requiritur ſilẽtium, & ſic ponitur finis iudicij, quia dicitur iuſtitia pro toto iudicio, vel diſcuſsione

Pro alio poſtulare Hodie ſine examinatione, & licẽtia Curiæ per litteras inde conceſſas, vt vidimus fieri aduocationem: debet tamen ſeruare tunc quietem in iudicio, † vt hic lex iubet

† ADDITIO. *Vide Parid. de Puteo in tract. ſindica. in verbo, Aduocati cauſarum. & glo. infra, in conſtit. vniuerſos.* Fab. Iordanus.

Et nota quod poteſt iudex interdicere aduocationem perpetuò, & ad tempus. ff de pœnis. l. more. hæc pœna non tolleret illam, ſed priſcæ ſeueritati accedit, ſic C. de ſepulcro violato. l. 3.

De bonis ſuis proprijs. Etiam corporalis pœna dimiſſa, vel minorata eſt hic, vt de ſuo corpore ſatisfaciat. C. ne ſacrum baptiſma reitere. l. fin. de quo plenè diximus in titulo, quæ ſint regalia. vbi vide per te, quoniam ex his quæ ibi ſcripſimus, omnia tibi patebunt, ita ꝙ amplius minimè dubitare poteris.

Ca-

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T *CVltus iuſtitiæ.* Eſt autem cultus reuerentia quædam tam interior, quàm exterior, vt inquit Tolet. in ſumma lib. 1. cap. 1. & quamuis cultus de diuino intelligatur, attamen cum iuſtitiam exercentes Dij appellentur iuxta illud Dominicum *vos Dij eſtis, & filij excelſi omnes* pſal. 81. & in princ. illius pſal. *Deus ſtetit in Sinagoga Deorum, in medio autem Deus dijudicat, vſquequo iudicatis iniquitatem,* & cum iuſtitia proprium ſit Dei attributum, dicente Propheta pſal. 7. *Deus iudex iuſtus, fortis, & patiens,* & propter hoc iuſtitiam ad populos gubernandos ſibi, & filio petebat à Domino pſal. 71. *Deus iuditium tuum Regi da, & iuſtitiam tuam filio Regis,* meritò igitur, iudicibus reuerentia debetur: & ideò iubet Apoſt. ſuperioribus reuerentiam, & obedientiam deberi. *Omnis anima (inquit) ſublimioribus ſubiacet poteſtatibus* cap. omnis anima de cenſibus, & alibi *ſubditi eſtote præpoſitis veſtris, etiam diſcolis* cap. ſolitæ de maioritate, & obedientia, & cum dignitati, quæ per hominem exercetur, non homini debeatur reuerentia; ideo dixit etiam diſcolis, & hoc tradit Summus Pontifex in cap. vt debitus honor, de appellat. vbi notat gloſ. & Doctores in l. fin. C. quorum appell. non recip. Qui enim exteriorem hanc reueren-

tiam

Google

tiam non exhibent, maximum contra ſe argumentum ſuperbiæ babent, cum exterior cultus ſit euidens interioris cultus ſignum, ex factis enim animus declaratur, vt poſt Albert. in rubr. de hæret. lib. 6. q. 2. num. 61. & q. 13. nu. 68. & alios dicit Io de Royas in tract. de hæret. nu. 206. & 207. Ideoq; optimè dixit Duaren. ſummum bonum eſt iuſtitiam colere in tract. de modo general. concil. celebrandi in rubr. 3. nu. 16. tom. 13. tract. part. 1 fol. 154. Ideoq; etiam ex præcepto Domini ſuperiori reuerentiã deberi tradit Io. Hug in tract. de off. quatr. prælat. tit. de inferiorum reuerentia poſt Card. Hoſt. in ſumm. de off. ord. §. quis poſsit conſtituere; Sed, vt ad particularia deſcendamus, hanc reuerentiam iudicibus debent aduocati: debent enim reuerenter iudicem ſalutare, & reuereri ſtando, vt inquit Specul in tit. de aduocato §. hic dicendum, nec modò ab aduocatis: ſed etiam ab alijs debetur hæc reuerentia iudici, & non ſolùm iudici cum eo loquendo, ſed etiam inter partes ipſas, ideoq; iniuria ab altera partium alteri facta grauius punitur reſpectu præſentiæ iudicis, ex regula tex. in l. prætor. edixit. §. quod autem prætor verſic. tempore. ff. de iniur. *Tempore* (inquit iureconſult.) *ſi in ludis, & in conſpectu prætoris, nam in conſpectu prætoris, an in ſolitudine iniuria facta fuerit multum intereſſe ait, quia atrocior eſt, quæ in conſpectu ſit*, per quem tex. dum Auditoris munere fungerer in Prouinciis Principatus Citra, & Baſilicatæ in ciuitate Salerni, dum ſuper quadam differentia domi audirem decuriones, ſiuè electos eiuſdem ciuitatis accidit, vt vnus ex decurionibus nulla occaſione motus proiecit chyrotecas in faciem alterius ſimiliter decurionis popularis dicendo, tu mentitis, in præſentia plurimorum teſtium condemnaui eum ad relegandum per triennium in Inſulam Caprearum, quæ eſt de Prouincia Principatus citra, & illius Præſidi ſubdita, per tex. in l. inter pœnas. §. Præſides. ff. de interd. & relega. procedendo etiam per viam notorij, iuxta ea, quæ tradit Foller. in pract. crim. in verſ. item quod eſt notorius delinquens, præſertim num. 27. quæ ſententia fuit confirmata per M. C. V quamuis poſtea S. C. ſua benignitate vtendo relegationem in exilium triennale commutauit. Ex quo vellem, vt litigantes diſcerent modeſtè facti seriē narrare ſuo loco, & tempore ad obiecta reſpondere, tam iudici, quàm etiam partibus, eorumq; aduocatis.

Perturbant. De quo habemus tex. in cap. In loco 5 q. 4. *in loco* (inquit) *Sancta Sinodus benedictionis confidentes domos ſacerdotes nullus debent: aut indiſcretis vocibus perſtrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbare, nullis etiam vanis fabulis, vel riſibus agi, & quòd deterius eſt obſtinatis diſceptationibus tumultuoſas voces effundere*. Cuius concilij verba repetita fuere in Sacro Concilio Tridentino ſeſſ. 2. verſ. in ſententijs verò dicendis. Nam iuſtitiæ opus in ſtrepitu, & clamore exerceri non poteſt, ſed in pace, & quiete, vt annotauit Egid. Bellam. in d. cap. in loco, exponens verba Eſaiæ cap. 32. adducta per Andr. & Afflict. hic. Nam humanum iuditium, quod debet diſtinguere veritatem à falſo, perturbatur clamoribus litigantium. Et ideo bene dixit Guliel. Redoan. de ſpol. eccleſ. q. 13. tomo 14. tract. fol. 255. num. 4. & Catal. de Boncompag. in tract. de poteſt. Papæ. cap. 2. num. 16. 13. tom. tract. fol. 17. quod iuſtitia cultum ſuum perdit quando ſilentium iuditij, obſtrepentium turba profunditur. qua de re aduocatus non debet eſſe loquax, garrulus, & procax ad l. quiſquis. C. de poſtul. cap. infames §. tria. verſ. ſi quis adeò 3. q. 7. vt inquit Specul. tit. de aduocat. §. hic dicendum, dicens quia loquacitas auditorem ſuum coinquinat: & ſit cautus ne dicatur ei garrula pica tace. Immò aduocatus nimis verboſus poteſt aduocationis officio priuari, vt tradit Didac. del Caſtillo in l. 2. Fori fol. 22. col. 4. verſ. & nota quod aduocatus, poteſt gloſ. in l. ex ea. ff. de poſtul. Huic morbo conſulit Spiritus Sanctus per eccleſiaſt. cap. 5. in fine. ibi *eſto manſuetus ad audiendum verbum. vt intelligas, & cum ſapientia proferas reſponſum, verum ſi eſt tibi reſponſum reſponde proximo; ſin autem, ſit manus tua ſuper os tuũ, ne capiaris in verbo indiſciplinato*, & in cap. 7. poſt princ. dicit *noli verboſus eſſe in multitudine præsbyterorum, & non intereſſe verbum in oratione tua*, & cap. 10. dicitur *eſt tacens, qui inuenitur ſapiens, & eſt odibilis qui procax eſt ad loquendum: eſt autem tacens, & non habeas ſenſum loquelæ, & eſt tacens ſciens tempus apti temporis, homo ſapiens tacebit vſq; ad tempus, laſciuus autem, & imprudens, qui multis vtitur verbis, lædet animam ſuã*. plura autem de ſilentio tradit Carauit. in ritibus 103. & 104. cuius dictis addam, quod Feneſtella tradit in lib. de Magiſt. Roman. cap. de ſenatorum origine, vbi Marcum Catonem nimis in Senatu fortè loquentem, & longiori ſermone, Cæſarem ad carceres duci iuſſiſſe tradit in hæc verba, *cum verò Marcum Catonem rogares, atq; idem cum conſulebatur de republica nimis forte diceret, longioriq; proinde oratione vteretur, qua omne ferè tempus, quod eſt habendum Senatui tereret Cæſar viatorem vocatus M. Catonem, quoniam finem non faceret prabendi loquentem, & in carcerem tradi iuſſit Catonem cum Imperio pareret Senatus conſurrexit, & ad carceres cõſequebatur. Cuius rei, quaſi inuidia motus Cæſar deſtitit, atq; emitti iuſſit. Car. Tap.*

Dum aliquis vocatur in curia, procurator aſſurgat, & ſileat, donec lecta fuerit citatio. & dum alter loquitur, alter ſileat certa pœna ſtatuta. h. d. Tapia.

EX PRAGMATICA. XXXII.

De offic. Magi. Iuſt.

§ ITem per remediare alli diſordini, che ſi cauſano nel reggere della Corte per li Procuratori, che ſenza ordine, & licentia parlano, onde molti ſe ne potriano fare contumaci, & le cauſe non ſi poſſano bene intendere, ſi comanda, che da qui auanti, quando ſi chiama alcuno, ſubito il procuratore dello chiamato, & il procuratore ad inſtantia di chi ſi chiama ſi pongano in piede, & niſſuno di loro parli, inſino à tanto, che ſia finita di leggere la citatione, quale finita, il procuratore à chi toccarà dica quello, che li parerà per lo clientolo, & fin che non haurà finito, l'altro procuratore non riſponda, & finito, all' hora poſſa replicare quello che gl' incumbe, & in queſto tempo tutti gli altri tacciano, ſotto pena di ſtare carcerato nelle carcere di detta gran Corte ad arbitrio del Regente, & pagare vn tarì alla guardia, quel che contrauenerà per ciaſcuna volta, & neſſuno d'eſſi procuratori parli fuori di detto ordine, ò parli, parlando altri, mentre ſi reggerà la Corte, perche finito che ſarà di chiamare le citationi, à tutti ſi darà audientia per ſua antiquità ſotto la pena predetta.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

IN *piede*. Nam aduocatorum eſt propriè ſtare l. quiſquis in fin. C. de poſtul. vbi gloſ. allegat tex. concordant. in authen. vt ab illuſtr. §. 1. col. 5. l. 1. C. de offic. ciuil. iud. l. fin. C. de offic. diuerſ. iudic. & quòd quando loquitur ſurgere debeat, dixit Specul. in tit. de aduocat §. hic dicendum; quod tamen eſt intelligendum iuxta tex. in d. l. 1. C. de offic. ciuil. iudic. ideſt ijs horis, vel temporibus, quibus cauſarum, vel merita, vel facta panduntur, nam aliàs debetur eis honor, iuxta tex. in d. l. fin. C. de off. diuerſ. iudic.

Carcerato. Hæc pragmatica corrigit rit. 103. ſecundum Carauit. ibi num. 4. cùm olim pœna pecuniaria punirentur ſilentium rumpentes.

Silen-

Silentium debet ſeruari dum Curia regitur, & ad id deputati pœnam ſtatutam exigant. h. d. Tapia.

REGINA IOANNA II. Rit. 103.

ITem quod nulla priuata perſona, quæ eſt in curia loquatur, niſi vocatus per aduocatum, ſeu procuratorem, ſeu ſtet in ſilentio, & qui contra fecerit, ſoluat grana 10. & ſi pauper eſt, grana 5.

Idem. Rit. 104.

ITem quòd deputentur quatuor de ſeruientibus Curiæ, qui habeant eſſe in quatuor locis curiæ, & indicere ſilentium, & exigere pœnam à contra factoribus.

Ingredientes aulas S. C. reuerenter vertice nudo, & humili ſermone, ac voce loquantur. h. d. Tapia.

PRAGMATICA XIX.

De officio Sacr. Concil.

REX FERDINANDVS I.

QVoniam venerabilem Sacri noſtri Concilij, eiuſdemquè Præſidentis, & Conſiliariorum conſpectum eſſe decet: Ideo aduocatis procuratoribuſq;, ac litigantibus quibuslibet noſtro edicitur mandato, vt Concilium ingredientes ceruice flexa illos venerentur, ac vertice nudo, modeſtè, humiliquè ſermone alloquantur, voce intelligibili, non tamen altius vt hactenus eleuata, nec prius capita cooperiant, quàm in Concilio id nutu Præſidentis ſibi permiſſum eſſe cognouerint.

Ingreſſuri tam audientiam publicam, quàm ſecretam, quo tempore in ea noſtri Sacri Concilij Præſidens, & Conſiliarij ad res gerendas conſederint, cuiuſcumque gradus, ſtatuſue, ac conditionis fuerint, pileum, armaquè deponant, cuiquè ordinationi non paruerint, eos pileo, armiſquè amiſſis, grauiori pœnæ arbitrio noſtro decernendæ obnoxios eſſe mandamus.

Conſimilis extat promiſſio Cath. Maieſtatis.

ITem q nemo audeat arma deferre in dicto Sacro Concilio, quinimmo Sacrũ Concilium omnes ingredientes ceruice flexa illos venerentur, & vertice nudo, modeſto humiliquè ſermone, & voce intelligibili alloquantur.

Per Sacrum Regium Concilium pro obſeruantia Pragmaticarum Sereniſſimorum Regum, tam Regis Ferdinandi primi, quàm Regis Catholici prouiſum eſt, quòd ingredientes aulas prædicti Sacri Concilij, cuiuſcumq; gradus, qualitatis, & conditionis exiſtant, non audeant ſecum deferre arma, ſub pœna perditionis ipſorum, aliaq; arbitrio eiuſdem Sacri Concilij reſeruata, die primo menſis Decembris 1557. Marinus Freccia pro Præſidente, & Protonotario. Cæſarius Secretarius.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

7 VEnerabilem. Diximus ſupra in prima conſtitutione huius tituli Venerabiles iudices ideo eſſe, quia Dei vices gerunt in terra, propter quòd Dij appellantur, vt ibi diximus.

PRA-

Præſente aduocato procurator taceat, niſi aliquid in facto aduertere voluerit. Aduocati, & procuratores cum aduerſario non rixentur, nec aliquid præſente parte iniurioſum verbum proferant. h. d. Tapia.

PRAGMATICA XXI.

De offic. Sacr. Concil.

REX FERDINANDVS I.

PRæſente aduocato, procuratori in cauſa quicquam dicere, ſine in Concilio, ſiue coram commiſſarijs fuerint, licere non permittimus: Eidem tamen, ſi in facto quippiam aduocatos errare animaduerterit, modeſtè admonendi poteſtatem non ſubducimus. coram commiſſarijs aduocati, procuratoreſq; cauſidici, & litigantes coercendam ſibi linguam eſſe meminerint, nec immodeſtè, ac ſine reuerentia verba temere effundant, neue inter ſe, aut cum aduerſario importunius rixentur, aut incontinenter odioſa iurgia prorumpant, non tamen pro clientis iure defendendo quicquid voluerit dicendi aduocato poteſtatem abſcindimus, etiam ſi ea in medium afferri oportet, quæ ſine partis, alteriuſue perſonæ iniuria explicari nequirent, modo id pro cauſæ defenſione, & quantum poterit cum modeſtia factũ eſſe noſcatur, contrauenientes verò ipſius Conſiliarij, vel Sacri noſtri Concilij arbitrio mulctandos permittimus.

Et quoniam ſilentio magiſtratibus honor exhibetur, & cauſæ commodius cognoſcuntur; Ideo Regni Conſtitutioni ſuper hoc editæ, & hactenus male ſeruatæ antiquum robur reſtituimus. cuius inferius ſingula verba, vt omnibus innoteſcant, apponi iuſſimus.

Hęc conſtitutio poſita eſt ſuper hoc eod. tit. Tapia.

IOANNA II. Rit. 77.

ITem qaòd quolibet ſero poſtquàm aduocati compleuerint propoſitiones eorum, audiantur procuratores ad actus per eos faciendos in cauſis.

Procuratores non ſtent in loco aduocatorũ. nec ad bancam ducant clientulum, & ſemel in hebdomada audiantur. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. cxi.

ITem quòd nullus procurator ſtet in loco aduocatorum, nec accedat ad locum illum, ſeu bancham, niſi vocatus per aduocatum de ſententia iudicum hebdomadariorum, ſeu per iudices hebdomadarios, & vocatus nihil proponat ipſe procurator, ſed in ſecreto dicat quicquid vult aduocato ſuo, & ſi quis contrarium fecerit, ſoluat pœnam vnius carleni.

Item quòd nullus procurator ſub pœna granorum decem ducat ſecum ad bancham aliquẽ clientulum ſuum, niſi primò fuerit clientulus ipſe vocatus.

Item quòd procuratores pro actis ordinariis, & cauſarum audiantur ſemel in hebdomada.

Mulieribus in iuditio denegatur audientia, præterquàm in aliquibus caſibus. h. d. Tapia.

IMPER. FREDERICVS.

MVlieres ad curiam noſtram, vel alicuius officialis noſtri præſentiam venientes nullatenus admittantur, ſed in ipſarum pœnam quòd præſentari ſe conſpectibus publicis non verentur, expediri eas, priuſquàm ad propria redeant, prohibemus: niſi tanta perſonarum, vel rerum inopia prægrauentur, quòd in aliorum defectum ipſas oporteat perſonaliter laborare.

Finis Libri Primi.

IVRIS

Digitized by Google

IVRIS REGNI NEAPOLITANI
LIBER SECVNDVS.
CAROLO TAPIA REGIO CONSILIARIO COMPILATORE.

De officialibus in Regno conſtituendis, eorumq; creatione Baronibus, & Vniuerſitatibus prohibita. Rubrica j.

QVamuis libri ad librum non ſit neceſſa-
ria continuatio, vt ait gloſ. in rub. ff. de
condictione furt. Azeuedo lib. 2. nonæ re
collectionis in prin. & doct. in l. 1. ff. de
legat. primo; attamen, vbi comodè fieri
poteſt, omittenda non erit. Ideoq; dica-
mus breuiter, dictum eſt in ſuperiori li-
bro de rebus ſacris, inter quas ſunt leges
ſacratiſſimæ, nunc de ijs, qui debent illas adminiſtrare ne-
ceſſarium erat dicere; cum vanum vtiq; eſſet leges condere,
ſi magiſtratus non adeſſet, qui illas adaptare ſecundum caſuū
1 contingentiam poſſet. lex enim † inanimata res eſt; eius ſpi-
ritus, & anima magiſtratus; quemadmodum enim anima cor-
pus informat, illudq; regit, cogit, & vertit, ità magiſtratus le-
gem extendit, moderatur, atq; declarat, ſecundum tempus,
perſonas, & locum. Ideoq; rectè dicebat Plat. lib. 6. de legib.
*Nemini dubium eſt, quin cum magna res legum latio ſit: ſi quis ci-
uitati per leges benè paratæ non idoneos magiſtratus conſtituat,
quamuis leges benè poſitæ ſint, tamen non modò id nihil proderit,
riſumq; mouebit: verùm etiam calamitates maximas ciuitatibus
pariet;* Et idem epiſt. 11. in Leodamando ait. *Si putant aliqui
legum quarumlibet poſitione ciuitatē bene quandoq; conſtitui poſſe;
niſi ſit aliquis cum authoritate præſidens ciuitati quotidianæ om-
nium vitæ moderator, adeo vt ſit temperata, & fortis, tam in ſer-
uis quàm in liberis, non rectè putant.* & apertiùs Demoſthenes
aduerſus Midiam, id nos docuit; *legum vis in quo eſt?* (inquit
ipſe) *verum in eo, ſi quis affectus iniuria exclamet, vt ipſi occur-
rant, & præſentia ſua opitulentur? non litteræ enim ſunt, & ſcri-
ptura conſtant; neq; hoc facere poſſunt, in quo igitur earum vis eſt?
Si vos eas confirmabitis, & ſemper ratas exhibebitis omnibus ea-
rum opem implorantibus. ita, & leges per vos firmæ ſunt, & vos
per leges.* & Ariſtot. lib. 6. Politic. cap. 8. inquit. *Nam nec eſſe
ciuitas poteſt ſine magiſtratibus neceſſarijs nec rectè ſine ijs, qui per-
tinent ad rectum ordinem, & ornatum adminiſtrari.* Sed ne de-
ſit Chriſtianorum doctorum authoritas, licèt hiſce in rebus
moralibus ad noſtram confuſionem, & eruditionem ſemper
gentilium ſcriptorū authoritates perquiramus, qui ſupra natu-
rali lumine priuati in tenebris ambulantes inferiori tantum lu-
mine ducti beatæ vitæ præcepta nos docuerant, quanto id at-
tentius, & docere, & ſeruare debeamus, qui diuino illuſtrati
Chriſtianæ fidei radio tot etiam ſanctorum inſtructi exemplis,
atq; doctrinis non in tenebris, ſed in meridiana, & clariſſima
Saluatoris noſtri luce ambulamus, quæ maximam nobis in tre-
mendo illo iuditio confuſionem, & damnationem afferent.
Surgent enim aduerſus Chriſtianos iudices, atq; rectores gen-
tiles iſti, & condemnabunt nos iuxta illud Dominicum per
Euangeliſtam Matth. traditum cap. 12. *viri niniuitæ ſurgent in
iuditio contra generationem iſtam, & condemnabunt eam.* ſed vt
ad inceptum propoſitum redeamus. Cirillus lib. 3. contra Iu-
lianum hac de re ſententiam iſtam ſcripſit. *Neq; naues ad ſuū
ſcopum ibunt, ſi is, qui ſcit dirigere auferatur, neq; ciuitas guber-
nabitur optimis legibus, ſi non præſideant iudices, qui eas ad effe-
2 ctum perducant.* † Sunt itaq; magiſtratus ad rempub. benè
gerendam neceſſarij, ſed ij, optimi, & præſtantiores ex toto
ſubditorum cœtu eligi debent, cum (vt ait Teognis in ſenten-
tiis elegiacis, cuius dictum refert Simanc. lib. 6. de repub. cap.
3 2. num. 6. *veriſimile eſt † malum virum male iura adminiſtra-
re,* aam, & vt tradit Iamblicus in exortatione ad philoſophiā.
*perindè periculoſum eſt inſamenti gladium, ac improbo viro ma-
4 giſtratum committere;* cum igitur ad † Principem magiſtratuū
electio ſpectet, cum ſit de regalibus cap. 1. quæ ſint regaliæ,
immò de ijs, quæ ad ſupremā pertinent iuriſdictionem, vt in
conſt. ea quæ adſpetiale decus, & in conſt. duram & diram,
& conſt. officia, & adnotarunt ſcribentes in allegatis locis, de
quo etiam habemus l. 1. tit. 15. lib. 2. ordinat. Vbi Didac. Pe-
rez, & l. 2. tit. 14. par. 3. vbi Greg. Loper, & tradit Marcus
Ant. Surg. de Neap. illuſt. lib. 1. cap. 2·, num. 3. & latiùs di-
cemus in gloſ. ad dictas conſt. debet Princeps nimium in vi-
gilare in magiſtratuū electione, cum ad rempub. in pace † re- 5
gendam, quæ Princeps felicem hic vitam ducere facit, nihil
aptiùs inueniri poſſit, quàm magiſtratus optimus; hi ſunt po-
tiſſima propugnacula, fortiſſima caſtra, & militum potentiſ-
ſima falanx. nam dum populi ab optimis reguntur magiſtra-
tibus, nihil aliud ſibi quærunt, quippe cùm magiſtratus opti-
mus in repub. benè viſus ratione cuncta perſoluat, corda ſub-
ditorum, qui rationales ſunt homines, captat; & veluti rete
piſces, ità ratione corda † hominum ad Principis obedientiā, 6
ac beneuolentiam ducuntur. Hanc rem ſæpè ſæpiùs audiui vi-
rum optimum illum Franciſcum Aluarez à Ribera dominum
meum dicentem, nihil aliud magiſtratum inueſtigare debere,
quàm ad Regis ſui obſequium corda ſubditorum trahere; neq;
aliud Regni eſſe fortiùs munimen, quàm ſubditos Regi bene-
uolos reddere; idq; fieri iuſtitia, cum æquitate coniuncta:
idemq; poſtea reperi approbatum Alexandri ſeueri exemplo,
qui (vt Ianſen. in prouerb. cap. 20. tradit) eam ſententiam
de hac re dixit. *De ſeuero Imperatore traditur, quòd cum Ma-
mæa mater, & vxor Menia ei obijcerent, qui nimia ciuilitate po-
teſtatem redderet molliorem reſpondit, ſed ſecuriorem, ac diutur-
niorem;* Atq; ideo idem Alex. Rom. Imperatorum omnium
ferè optimus, qui Conſiliarios habere meruit, Sabbinum, Vl-
pianum, Paulum, Pomponium, Alpherium, Florentinum,
Martianum. Calliſtratum, Hermogenum, Venuleium, Tripho-
nium, Meſcianum, Cælſum, Proculum, & Modeſtinum om-
nes iuris profeſſores cæleberrimos, quorum faciebat cuncta
conſilio, præſides, proconſules, & legatos nunquàm fecit ad
beneficium, ſed ad iuditium, vel ſuum, vel ſenatus, & quan-
do aliquos voluit prouinciis iudices dare, vel magiſtratus, aut
præpoſitos facere, nomina eorum proponebat, hortans po-
pulum, vt ſi quis aduerſus eos quid haberet criminis, probaret
manifeſtis rebus; dicebatq; graue eſſe, cum id Chriſtiani, &
Iudæi facerent in prædicandis ſacerdotibus, qui ordinandi
ſunt, non fieri in Prouinciarum rectoribus; quibus, & fortunæ
hominum committerentur, & capita. Idem quoquè Princeps 7
dicere ſolebat, inuitos, † non ambientes in republica collo-
candos; Deniquè Vlpianum virum optimum, & iuris peritiſ-
ſimum non tantùm pro conſiliario, ſed etiam pro tutore ha-
buit: atq; ideo † ſummus Imperator fuit, quòd eius conſiliis
præcipuè rempub. rexit. Hæc ex Lamprid. in vita Alex. ſeue-
ri tradidit nobis Iacob. Simanc. lib. de catth. inſtitution. tit.
41. de miniſtris, & eorum offic. num. 2. Et tandem vt ſermo-
nem concludamus Iſocratem ad Demoſthen. adducamus di-
centem. *Imperium gerens, nullius mali opera vtitur, illius enim
peccatorum cauſa in te referentur.* Hæc præ oculis ſemper ha-
buit ſapientiſſimus ille, atq; prudentiſſimus † Rex Philippus 9
Hiſpaniarum ſecundus qui ex collegiis iuris peritorum, ac re-
ligioſorum præſtantiſſimos eligebat: vel ex Salmaticenſi
ſchola doctores, ad inferiora tamen prætoria vallis oleti, vel
Granatæ aſſumebat, & ex illis demum quos experientia rei-
publicæ vtiles maioribus conſiliis, & dignitatibus aſcribebat,
propter quòd non mirum ſi tot tantaq; Regna tranquilla pa-
ce tot annis gubernauit. Hoc itaq; exemplar tantùm eis pro-
figuum, vellem vt Principes, qui tam propria, quàm aliena
Regna gubernant, ante oculos ſemper haberent.

Vt autem ſciant ipſi, quos eligere debeant, & nos quos
Deus tanto muneri præpoſuit, quales eſſe debeamus, non igno
remus; aliqua de hac re in medium afferre volui; Illud in pri-
mis memoriæ tradendo, nullum eſſe huiuſmodi officiis præfi-
ciendum, qui, & hæc, quæ dicenda ſunt ignoret, aut ante acta
vita

vita contrarium doceat. nam vt ait Plato lib. 6. de leg. *oper-*
10 *tet eos, † qui rectè magiſtratus accepturi ſunt ab adoleſcentia pro-*
batos fuiſſe, tam ipſos, quàm ſuos, vſq; ad ipſam electionem. &
idem lib. 3. de sepub. *is qui ſingulis ætatibus ſemper pueritia,*
adoleſcentia, matura ætate probatus eſt, & immaculatus extitit,
cuſtos, & iudex ciuitatis eſt conſtituendus. Ad hæc alia per Si-
manc. de repub. lib. 5. cap. 2. 4. & 5. Debent itaq; vt dixi-
mus Principes eximiam circa magiſtratuum electionem cu-
11 ram adhibere, eum † & mali Conſiliarij Principes corrum-
pant, vt ait Mutius Surgens, qui fuit optimus Regiæ Ca-
meræ Summariæ Præſidens in additio. ad Marcum Antonium
fratrem de Neap. illuſtr. lib. 1. fol. 318. in fine.

12 Sunt itaq; eligendi magiſtratus, qui ſint de bono genere
nati, vt ait Plato io primo Alcibiade. *Conſentaneum eſt melio-*
rem eſſe naturam nobilis in genere, quàm ignobilis, ac neceſſe eſt,
vt benè nati, ſi benè educentur; ità demum ad virtutem perue-
niant, & Diuus Thom. in epiſtol. ad Hebræos cap. 5. lectione
2. ait *Ideo requiri nobilem, ne contemnatur præcipiendo,* addu-
cens illud prouerb. vltimo, *nobilis in portis, vir eius cum ſede-*
rit cum ſenatoribus terræ. *Nam*, vt inquit Plato dialogo 5. de
13 republ. *ex † bonis viris, & mulieribus optimos viros naſci*, &
Ariſtot. lib. 1. politic. cap. 4. inquit, *vt ex homine hominem, &*
ex feris belluam; ſic ex bono bonum generari putant. Sed hoc
non eſt ità ſimpliciter intelligendū, vt ſi eligendus nobilis non
fuerit, ſed virtute præditus, is nequeat admitti ad dignitates, &
magiſtratus. quod perbelle docuit Dioniſ. Alicarnaſſ. lib. 3. relatus
à Simanc. lib 5. c. 4. *Apud nos magiſtratus, ac honores deferuntur*
non ditiſſimis, non his, qui longiorem maiorum indigenarum poſſunt
oſtendere ſeriem; ſed dignißimis. Nulla enim alia re quàm virtu-
14 te hominis nobilitatem † conſtare dicimus, quod latiùs pro
ſequitur Marcus Antonius Surgens de Neapol. illuſtr. lib. 1. c.
57. num. 55. & Azeued. lib. 3. tit. 6. l. 4. num. 6. nouæ recollect.
& d. lib. 2. tit. 5. l. 22. in principio. & Ioan. Bedinus in tracta.
de Maieſta. Principis in principio.

Debet etiam eligere Princeps magiſtratum, qui iuris peri-
15 tiam † habeat, vt ait Ariſtot. lib. 5. ethic. cap. 3. *vnuſquiſque*
(inquit) *ea rectè iudicat, quæ cognoſcit, atq; eorum bonus iudex*
eſt. vnamquamq; igitur rem bene iudicat, qui in ea eruditus eſt, &
ante ipſum docuit eius præceptor lib. vltimo de leg. dum ait,
futurus iudex operam dare debet, vt legum conſtitutiones ante
omnia diſcat, & mente firmiter teneat; quòd multis etiam com-
probat Simanc. lib. 5. de republ. cap. 55 & Foller. in princ.
praxis criminalis num. 2. & 3. & ideo dixit Bal. in l. 2. C. de
ſent. ex breuilo. recitand. Iaſ. in l. rem non nouam 1. not. C.
de iud. Didac. Perez lib. 2. ordinat. tit. 15. l. 1. iudicem de-
bere habere ſalem ſcientiæ, & conſcientiæ, quia ſine con-
ſcientia eſſet diabolicus, & ſine ſcientia inſipidus.

16 Quin etiam neceſſe eſt, vt experientiam † habeat. Nam
eccleſiaſt. 34. dicitur, *vir multis expertus cogitabit multa, & qui*
multa didicit enarrabit intellectum. & Ariſt. lib. 10. ethic. cap.
vltimo ait *ijs, qui de re ciuili cupiunt ſcire, experientia non parum*
conferre videtur, & de quo idem Siman d. lib. 5. c. 11. & vltra
per ipſum adducta, Plato dialog. 3. de republ. fol. mihi 586.
quod tamen erit intelligendum de illis, qui ad ſuprema præ-
toria ſunt euocandi iuxta ea, quæ diximus in tracta. de habili-
tate iuuentutis.

Sunt etiam eligendi ad officia, qui particularem habent ad
huiuſmodi exercitium aptitudinem, non enim ſinguli homi-
17 nes ad omnia naſcimur. perrarò enim accidit. vt vnus pluri-
bus ſit aptus rebus; ideoq; Plato lib 2. de sepubl. inquit: *na-*
ſcimur quidem non admodum ſimiles, ſed differentes inuicem,
ſingulosq; ad ſingula opera promptos natura producit.

18 Debet etiam curare Princeps, vt ad magiſtratum eligen-
dus venerabilem habeat aſpectum, quod præceptum tradi-
dit Plato de republ. lib. 7. *Grauiſſimos homines* (inquit ipſe) *de-*
cet eligere, quòd id fieri poteſt ſpecioſiſſimos. Eſt enim vt commu-
niter traditur naturæ commendatio venerabilis vultus. Nam,
cum pulchrum ſit viſus obiectum, quo ſenſus ille delectatur,
non abhorrent inferiores, ſuperioris vultum, ſed potiùs ad il-
lum contemplandum alliciuntur, ſic tradit Plutar. in Marco
19 Craſſo. † *corporis autem dignitas, ac ſermonis elegantia tum fron-*
tis claritas quædam facilè ad ſe amandum alliciens, par in vtroq;
fuiſſe traditur. Et in Scipione Africano ait. *Erat Scipio animo*
alijsq; virtutibus vehementer excellens, ſed præſtans etiam pul-
chritudine oris; & totius corporis forma conſpicuus, læta, atquè
hilari fronte, quæ plurimùm valent ad gratiam hominum conci-
liandum. Hæc autem corporis forma nihil ſine probitate
prodeſt, vt ait Toſtatus in lib. num. c. 15. quæſt. 39. Hoc igitur
inſti-
inſtitutum nobiles, & ſpecioſos homines, eligendi in legatio-
nibus etiam ſeruaſſe Sauromatas, ac etiam ſeruare Venetos
tradit Nicephor. in hiſto. eccleſiaſt. lib 11. cap. 33.

Et tandem is eligi debet, qui domui ſui præeſſe ſciat: quod
tradit Apoſt. 1. ad Timotheum cap. 2. *ſi quis domui ſuæ præeſ-*
ſe neſcit, quomodo eccleſiæ Dei diligentiam adhibebit? & idem
tradunt in ead. epiſt. Chriſoſtomus, & Theophilac. & multi
alij, quos adducit Simanc. lib. 5. de republ. cap. 14. Hæc quæ
diximus, ad Principem ſpectant circa electionem magiſtra-
tus faciendam.

Nunc videamus, quæ debeat ſeruare † iudex, vt perfectus 20
ſit coram Deo, & hominibus, quibus non ſeruatis debet ab
adminiſtratione remoueri. Vtq; à capitali omnium peccato-
rum Principe ſuperbia exordiamur, prima qualitas, quæ in ma
giſtratu requiritur, eſt humilitas, ſiue manſuetudo iuxta illud
eccleſiaſtici cap. 3. *fili in manſuetudine opera tua perfice, & ſu-*
per hominum gloriam diligeris, & propterea Spiritus ſanctus
nos monet eccleſiaſt. 32. humilitatem ſeruare. *Rectorem te*
poſuerunt noli extolli, eſto in illis quaſi vnus ex iſtis. Cum omni-
potens ille Deus ſibi ſoli altitudinem reſeruauerit; qui & gra-
uiſſimis pœnis ſuperbos afflixit, & habetur eccleſiaſtic. 10.
ſedes ducum ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro
eis, & Beatus Gregorius lib. 24 in Iob. cap. 14. inquit. *vnuſ-*
quiſque ſuperbus rector toties ad apoſtaſiæ culpam dilabitur, quo-
ties hominibus præeſſe delectatus honoris ſui ſingularitate lætatur.
Quod pluribus comprobat Simanc. dicto lib 5. de Repub. c.
9. & lib. 6. cap. 1. & præter adducta per ipſum, docet Plato
dialogo 6. de republ. fol. 409. Hanc ſi humilitatis virtutem
poſſederit, plures etiam ex ea procedent virtutes; & in pri-
mis clementia, quæ pernéceſſaria eſt in iudice: cùm ij, qui
nimis emungunt ſanguinem eliciant: ideoquè Senec. lib. 5. de
clem. dixit. *Nullam ex omnibus virtutibus magis homini conueni-*
re ſcimus, quàm clementiam, cum ſit nulla humanior quod etiā
Ariſtot. dixit in problem. cap. 29. *In dubijs* (inquit) *cauſis ad*
eam partem vergere oportet in qua, ſi erratum ſit, peccetur leuius;
grauius autem eſt innocentem damnare, quàm nocentem ab-
ſoluere, quod dixit iureconſ. in l. abſentem. ff. de pœnis.
Hæc aūt qualis eſſe debeat docet Senec. ad. lib. 1. de clementia
† *Clementia* (inquit) *eſt lænitas in conſtituendis pœnis, ſiue incli-* 21
natio animi ad lenitatem, in pœna exigenda clementia liberū arbi-
trium habet, nec ſub formula, ſed ſub æquo, & bono iudicat Hæc
verò clemētia ſiue miſericordia non debet eſſe talis, vt à iuſti-
tia ſeparetur: ſed vt ait Ferus in exodo. cap. 22. in hæc ver-
ba. † *Miſericordia ſine iuſtitia puſillanimitas, iuſtitia autem* 22
ſine miſericordia crudelitas eſt; quod & Martianus in l. reſpi-
ciendum ff. de pœnis, docuit in hæc verba. *Reſpiciendum eſt*
iudicanti, ne quid durius, aut remiſſiùs conſtituat, quàm cauſa
depoſcit, Nec enim aut ſeueritatis, aut clementiæ gloria affectan-
da eſt, ſed propenſo iudicio: prout quæquè res expoſtulat, ſtatuen-
dum eſt. Planè in leuioribus cauſis proniores ad lænitatem iudices
eſſe debent; in grauioribus pœnis ſeueritatem legum cum aliquo
temperamento benignitatis ſubſequi. Hinc eſt, † deteſtabilem 23
eſſe in iudicibus iracundiam; cum per illam impediatur di-
ſtinctio veri à falſo; quod nos docuit Iſid. lib. 3. cap. 56. dum
inquit; *Quidam dum iudicare incipiunt iraſcuntur, ipſamq; iu-*
dicij ſententiam in inſaniam vertunt. De quibus rectè per Pro-
phet. dicitur; *qui conuertunt in furore iudicium.* Iracundus iudex
iudicij examen plenè conſiderare non valet, quia caliginem
furoris non videt, quod, & antea docuit Plato. Ideoq; maxi-
ma conſideratione capitales cauſæ ſunt tractandæ, vt perbel-
lè Plutar. in apophtegmat. laconicis. *Quodam percunctante*
(inquit ipſe) *quare capitales cauſas pluribus diebus ſeniores au-*
diunt; reſpondit, Anaxandrides pluribus diebus iudicant, quia de
morte, qui errauerint ij, conſilium mutare non poſſunt.

Et hac etiam de cauſa debent iudices ebrietatem fugere;
nam vt dicitur prouer. 20 † *luxurioſa res eſt vinum; & tumul-* 24
tuoſa ebrietas: quicunq; his delectatur, non erit ſapiens. De quo
multa per Simanc. lib. 6. cap 5. & hac de cauſa Athenienſes
vinum bibere magiſtratibus prohibebant adminiſtrationis tē-
pore, vt tradidit Marc. Ant. Surg. de Neap. illuſt. lib. 1. c. 17. nu.
8. & idem de Egyptiorum Rege Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 9.

Requiritur etiam, vt nec † odio ducatur, nec amore vin- 25
catur, quod pluribus authoritatibus oſtendit Simanc. dicto
lib. 6. de repu. cap. 8 Huiuſmodi enim paſsiones excæcant
(vt diximus) intellectum, & rectum impediunt iudicium;
Nam eccleſiaſt. 19. dicitur. *Vinum, & mulieres apoſtatare fa-*
ciunt ſapientes, & quanto magis inſipientes?

Decet etiam magiſtratum iuſtitiam colere, cùm ad hoc ſit
con-

conſtitutus. Ideoq; ſapie. 1. dicitur. *Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram*, & Deuter. 16. dicitur *iudices, & magiſtratus conſtitues in omnibus portis tuis, quas dominus Deus tuus dederit tibi per ſingulas tribus ſuas, & iudicent populum iuſto iudicio, nec in alteram partem declinent*. Non enim eſt apud iudicem acceptio perſonarum, vt habemus prouerb. cap. 24 ibi *cognoſcere perſonam in iudicio non eſt bonum* Hinc dicit Cic lib. 3. de le-
26 gib. † magiſtratus leges eſſe loquentes; leges autẽ mutos magiſtratus. De quo plura etiam per Simanc. lib. 5. de rep. c. 6. Plato lib. 2. de repub. in principio, & in dial. 5. fol 410, & vltra adducta per Simanc. videatur tex. cap. 19. libri exodi, & Foll. in praxi crim. 1. par. ca. 1. num. 4. & 5. Inter cæteras autem virtutes quibus præcipuè corruſcare iudex debet, eſt fortitudo, cum iuſtitia ſit æqua lance miniſtranda potenti, diuiti, & pauperi, Ideoq; eccleſiaſt. 7. dicitur *noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, nè fortè extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua*; & Paulo inferius *noli eſſe puſillanimis in animo tuo*, & Plato dial. 6. de rep. fol. 400. & latè proſequitur Simanc. d. lib. 5. cap 7.

Huic etiam virtuti coniunctam debet habere prudentiam, quæ cęteras † virtutes moderatur, vt ait S. Tho. 2. 2. q. 47. & D. Sot. de iuſt. & iur. lib. 3. q. 7. ar. 8. ideoq; Ariſt. lib. 7. Aeth. c. 16. inquit *fieri non poteſt, vt ſine prudentia homo ſit proprie bonus & abſq; morum virtute prudens*. Et S. Chriſoſtomus in epiſt. ad Epheſ. ſerm. 15. ait, *nihil ad rerum adminiſtrationem, ità neceſſarium eſt, & accomodum, atq; prudentia*, & Iſidorus lib. 2. de ſummo bono cap. 1. dicit, *nec iudex ſine iuſtitia, nec vlla poteſt eſſe iuſtitia ſine prudentia*.

28 At ſi hæc omnia neceſſaria ſunt, perneceſſaria erit etiam † patientia. debet enim patienter audire; ſed cum grauitate ſitientes litigantes, qui ad iudicem tamquam ad iuſtitiæ fontem recurrunt: vt inde quietem ſibi, filijs, & rebus ſuis exhauriant. ideoq; patiens ille dominus, qui ſui ipſius ſacrificium erat oblaturus Deo Patri, exclamans dixit. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos*. Math. cap. 11. ad quod etiam conducit, quod ait Dauid pſalm. 41. *quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus*. Sunt † enim iudices, vt, alibi diximus, Dij iuxta illud pſal. 81. *Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes*. Vnde Simanc. (inquit) *patientia admodum neceſſaria eſt iudicibus, & magiſtratibus quippe qui moleſtijs, & importunis litigantium precibus, & querelis ità obruuntur, fatigantur, & irritantur, vt non facilè ſit ſubinde non commoueri, ac tantum non in moroſitatem quandam incidere*.

30 Eſt etiam iudicibus neceſſaria diligentia, † & vigilantia quemadmodum enim gregi ſuo paſtores inuigilant, vt illum à lupis defendant; ita præpoſiti ciuitatibus, domibus, ac Regnis inuigilare debent, vt ſubditos ſibi commiſſos à prauis hominibus defendant; quod exemplum me docuit Diuus Ambroſius in homilia, quæ legitur in feſtiuitate natiuitatis Domini poſt tertium euangelium: hoc ipſum præcepit Ioſaphat iudicibus Paralipo. lib. 2. cap. 19. *Videte*, ait, *quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium, ſed Domini, & quodcunq; iudicaueritis, in vos redundabit; ſit timor Domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite* Et Seneca laudans Cæſaris diligentiam in libello de breuitate vitæ, ait, *Omnium domos illius vigilia defendit; omnium otium illius labor, omnium delitiam illius induſtria*. Et Plutarch. libro de doctrina princip. Epaminundæ Regis exemplo nos docuit; quod Principes. populorum rectores facere debent. *Epaminundas*, (ait) *Thebanis in ludos quoſdam feſtos, & compotationes ſolutis ſolus adibat arma, manitaque, dicens ſe ſobrium eſſe, ac vigilare, quo liceret alijs ebrios, eſſe, ac dormire*. Hanc rem pluribus etiam authoritatibus, atq; exemplis corroborat Simanc. d. lib. 5. c. 12. & hinc eſt, quod
31 populorum † rectores debent à voluptatibus abſtinere, non inquam vt continuo labore deprimantur vires eorum; ſed ab illis voluptatibus, quæ animos ab aſſumpta cura alienos reddunt, quæ vel continuæ ſunt, vel vitiis mixtæ. Ideoquè debẽt præſertim fugere ludos, commeſſationes, & viſitationes, atq; feſtiuas congregationes mulierum, hominumq; ſaltantium, ne dici poſſit illud, quod Plutarch. in Annibale tradit. *Corrumpunt blandæ voluptates omne robur animi, indolemquè virtutis: ingenium labefactant, & conſilium eripiunt*; & Ariſt. lib. 5. politicorum cap. 10. *qui ſe voluptatibus dederunt facilè in contemptionem veniunt, & multas ſe opprimendi occaſiones præbent*.

32 Præter ea quæ diximus † auaritiam magiſtratus fugere debent, quæ omnium malorum eſt radix, vt ait Imperator in auth. vt iudi. ſine quoque ſuffrag. & Theophilat in epiſtola 1. ad Timotheum. cap. 6. quam Seneca lib. de conſideratione, ad Albinam. cap. 13. appellat vehementiſſimam generis humani peſtem. De qua Diuus Petrus Chriſologus ſermone 162. dicit *auaritia parentes negat, germanos diuidit, ſeparat ſocios, amicitiam ſoluit, excludit affectum*. Hanc qui intra ſe habuerit, erit nullius, ſuus, non erit. Et ppeà præcepit Dominus Exod. 18. Moyſi, dicẽs *prouide viros ſapientes, qui oderint auaritiam, vt iudicent populum omni tempore*, de quo alibi latiùs Deo dante dicemus. ex quo deducitur quantam debeãt adhibere curam in muneribus recipiendis, ea prorſus reiiciendo, quæ ad magiſtratum aſpectum habere poſſunt, quod latiùs differemus in tit. ne officiales munera recipiant.

† In iudicando verò ſubditorum cauſas nullam iudex de- 33
bet perſonarum exceptionem admittere; ſed ità pauperem, ac diuitem iudicare, ſic præcipitur Deuther. cap. 1. *quod iuſtũ eſt iudicate, ſiue ciuis ille ſit, ſiue peregrinus, nulla erit diſtinctio perſonarum, ita paruum, ſicut magnum iudicabitis, nec excipiatis cuiuſlibet perſonam*, & Leuit. cap. 19. *Non conſideres perſonam pauperis, nec honores vultum potentis*. iudex enim ſtateram in manu geſtat, quam non debet ad dexteram, vel ad ſiniſtram inclinare; nam aliàs, ſi in eo non eſt iuſtitia, iudex non eſt, vt poſt gloſ. in cap. cum æterni tribunal de re iudic. in 6. tradit Auiles in cap. prætorum cap. 1. verſ. *derechamente* num. 1. & 2. Hoc tamen non ita intelligendum eſt, vt nulla ſit perſonarum ratio adhibenda; cum aduerſus politicam vitam eſſet eundem honorem ignobilibus tribuere ac primatibus; & eadem pœna punire nobiles, ſicut ignobiles: de quo dicemus in cap. Regni x. Ad hoc quod noſtrorum, quod docuit Ariſt. lib. 3. politicorum cap. vltimo dum ait, *vt corporibus pernitioſum eſſet ſi cibo, aut veſte pares impares vterentur, ſic eſt de hominibus ſtatuendum*, & Plinius lib. 2. epiſtol. *in tanta hominum inæqualitate nihil eſt. tam inæquale, quàm æqualitas ipſa*. & idem lib. 9. *Cuſtodienda ſunt diſcrimina ordinum, ac dignitatum, quæ ſi confuſa, turbata, permiſtaq; ſiat, nihil eſt æqualitate ipſa inæqualius*. & Philoſoph. lib. 1. de Monarchia, ait *æqualia dignitate imparibus tribuere, eſt inæqualitas; inæqualitas verò fons malorum*.

Hinc oritur alia qualitas, quam debet iudex habere; hoc eſt, animaduertere, ne quid malum propter amicitiam faciat.
Cum enim † amicitia ſit amor quidam ſuperabundans, qui 34
oculos animæ non nunquam excecat, vt ait Ariſtot. libr. 9. Ethicor. ità ſuccedit ex hoc, vt iudices iis gratificent, quos amant, & aut omnino abſoluunt, aut parum condemnant. Ideoq; eccleſiaſt 6. monentur in hæc verba. *Ab inimicis tuis ſeparare, & ab amicis tuis attende*. & Cicero lib. 3. offic. regulam nobis tradit, quam in amicorum rebus ſeruare debeamus. *Quæ enim videntur vtilia, honores, diuitiæ, voluptates, cæteraq; generis eiuſdem, hæc amicitiæ nunquam anteponenda ſunt, ac neq; contra rempublicam, neq; contra iuſiurandum, ac fidem amici cauſa vir bonus faciet, ne ſi iudex quidem erit de ipſo amico: ponit enim perſonam amici, cum induit iudicis. Tantum dabit amicitia, vt veram amici cauſam eſſe malit, & vt orandæ liti tempus, quo ad per leges licet, accomodet. Cum vero iurato dicenda ſententia ſit, meminerit Deum ſe habere teſtem*. & paulò poſt ſuadet honeſta amico à iudice concedi poſſe. Nam ſi omnia facienda ſunt, quæ amici velint, non amicitiæ tales; ſed contracta-
tiones putandæ ſunt. † Non enim prohibemur pro amicis ea 35
facere, quæ arbitraria ſunt: pro quo eſt ordinarium dictum doctorum, ꝙ fit queſtio pro amico: ſed ea quæ iniuſta ſunt;
quæ nec à iudicibus quærere † amicus debet: cui ſi amicitiã 36
ad iuſta nihil prodeſſe dicat, cum etiam inimicis teneantur iudices adminiſtrare iuſtitiam: ſed ad iniuſta; audiamus Valer. Maxim. lib. 6. cap. 4. dicentem *Publius Rutilius cum amici cuiuſdam iniuſtæ rogationi reſiſteret, atq; is per ſummam indignationem dixiſſet, quid mihi opus eſt amicitia tua? reſpondit, immò*
quid mihi tua, ſi propter te aliquid inhoneſte facturus ſum. † Sed 37
quomodo cum amicis iuſtitiam petentibus ſe debeat gerere, docet Plutarch. in Politic. *Quorumuis amicorum inepta, & incommoda poſtulata amoueas ipſe, depellaſquè neceſſe eſt. non tamen acerbè, & truciter; ſed placidè, leniterquè commonefaciendo, quæ abſte petuntur, non eſſe digna, quæ ab illis impetrentur, quando à virtute, atquè exiſtimatione eorum iure abhorrere videri poſſunt*. Quibus iniuſta petentibus reſponderi poteſt, vt, ſolebat dicere Simancas, qui de ſe hoc dicit lib. 6. de republ. cap. 13. in fine. *Moleſtis, & importunis amicis, nonnunquam ego reſpondi, Tu ſatis ſuperq; functus es rogatoris officio ſine me nunc recto iudicis officio fungi*. Non tamen à recti iudicis officio alie-
num eſt, vti † gratificatione, in pœnis, vt dicit Foller. in 1. 38
part.

Digitized by Google

part. praxis criminalis. cap. 1. num. 25.

Debent etiam ambitionem dimittere, quam ſi præ oculis habeant, rectum iuditium præbere non poſſunt: ideoquè eccleſ. cap. 7. dicitur. *Noli quærere ab homine Ducatum, neque à Rege cathedram honoris*; & ideò nos monet Beatus Ambroſius, vt ab huiuſmodi vitio præcaueamus, ait enim, *ſæpe quos vita nulla delectat, quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaritia*
39 *ſubruere, facit ambitio criminoſos*. † Exæcat enim ambitio mentis intuitum; vt inquit Chriſoſtomus ad populum Anthiochenum homilia 43. & Seneca lib. 1. naturalium quæſt. inquit. *Ambitio te ad dignitatem, niſi per indigna non ducit*. Hoc enim vitium terminum, neque fines habet: creſcit enim cum dignitatibus, & honoribus. Ideoq; maximam adhibere curam debent iudices, ne ab hoc vincantur, quod ſuperbiæ filius eſt, & primogenitus: oriuntur enim ex illo ſuſurrationes immò, & falſæ detractiones, vt enim Principi placeant, vt ad maiora promoueantur; quid mens ambitioſa non facit? cum Deum ſibi fecerit Principis voluntatem? Quid pro eius gratia obtinenda, conſeruandaq; non impendit? Quid inquam fœdum non committit? Sed ne in hoc amplius me extendam quod vellem Chriſtianis iudicibus cordi eſſe; quodue Principes etiam præoculis habere deſiderarem: cum, & ipſi malorum omnium, quæ inde oriuntur ſint Deo rationem reddituri, remitto me ad cumulatas authoritates cælebcrrimorum virorum per Simanc. lib. 6. de republ. cap. 14. & Azeued. in l. 1. tit. 5. *de los aſiſtentes* lib. 3. nouæ recollect. de quo habemus titulum. ff. & C. de ambitu.

40 Neque tenentur ſolùm, vt cæteri homines ad † peccata fugienda: ſed particulari quodam ſtudio ab eis præcauendum eſt: cùm maius ſcandalum ex eorum peccatis populus accipiat. Putant enim ignaui licitum eſſe, quod & legumlatores; eorumq; interpræetes, atq; obſeruationi præpoſiti faciunt. Quomodo enim nociuum eſſe cibum alicui perſuadere poſſumus, aut venenoſum, ſi ex eo abundanter, & lætè comedamus? ridicula quippe res videbitur. ſi cum eos peccantes videt populus, demum ſeuerè illum corrigere velint, dicet fortaſſe nobis vulgare dictum illud *medice cura te ipſum*.

His breuiter addantur, quæ Foller. in ſua praxi criminali in principio tradit, vt audiat attentè quod ſibi dicitur; ſit in examinando teſtes terribilis: corrigat ex dilectione ſubditos; rixis, & altercationibus occurrat: veritatem inueſtiget, ſubiectos tueatur à potentibus, terribilem vultum oſtendat delinquentibus, diebus feſtiuis carceratos viſitet, caſtus ſit, & pudicus, non ſit ad capiendum facilis, arbitrium ſuum regulet à iure, & in mitiorem partem inclinet.

Et tandem duo ſibi præoculis habeat, quæ Cicero lib. 1. offic. ex Platone tradit dicens, *qui republicæ præſunt duo Platonis præcepta teneant; vnum, vt vtilitatem ciuium ſic tueantur; vt quidquid agant ad eam referant obliti cõmodorum ſuorum, & alterum, vt totum corpus reipubl. curent, ne cum partem aliquam tuentur reliquas deſerant*. Et de peccatis conſiliariorum Regum, & aliorum indignitate conſtitutorum, videatur Aluar. Pelag. de planctu eccleſiæ lib. 2. cap. 30. & ſeq.

Vtque huic rei finem imponamus; illud officia exercentibus, atq; illa cupientibus ſuadendum cenſeo; vt conſiderent, ſe in hoc mundi theatrũ à Deo rerum omnium conditore eſſe introductos, vt in aliqua re ſe exerceant; cumquè diuina ordinatione ad publica gerenda officia ſe videant inclinatos, vel aſſumptos (quod munus inter omnia prætioſiſſimum, atq; altiſſimum eſt. vocantur .n. per Danielem † ſtellæ, & per Regium Prophetam Dij) rogo, vt principiũ, atq; finẽ laborum 41
ipſorum Deum habeant: ſimiliter tenendo labores, atquè curas officiorum eſſe maximas, ſi enim libertatem, quæ res ineſtimabilis eſt conſideramus, eam pœnitus magiſtratus amittunt; ſi eorũ muneri diligenter incumbere volunt; ſi autem res augere cupiant, id facere nequeunt: cum, vt ait Plato lib. 1. de republ. *vir iuſtus, ſi quando magiſtratu fungitur ſi ei nulla alia iactura contigerit, hac ſaltem illi non deeſt, vt res eius domeſtica deterius per negligentiam diſponantur. Ex publico autem nihil, propterea quòd iuſtus ſit lucratur*, & tandem multa alia incommoda magiſtratus reportant, tum corporis propter ſtudia continua, tum etiam animi propter multorum emulationes, ac litigantium detractiones, & principum graues occupationes Ideoquè illud in principio aſſumpti muneris, ac dignitatis cupio, vt in corde firmiter figant, non ad quietem, non ad diuitias, non ad voluptates eſſe vocatos; ſed ad labores, atq; perſequutiones; Quod ità cum ſit, quodq; cum in dies magis, ac magis, qui ad hoc munus euocati ſumus experiamur; ea omnia propter Deum, vt faciant rogo, nihil inde ſperantes, niſi Deum ipſum, propter cuius gloriam, & honorem iuſtitiam adminiſtraturos ſe ſpondeant, ſic ambitionis ardor ceſſabit, ſic vitiorum omnium delectatio, ſic enim principis fauorum neglectio; & ſic deniq; emulorũ perſecutio. Hæc ſilentio prætерire non potui, ſed ſcriptis traddere coactus ſum, vt, & mihi ſeruandi illa onus imponam; ne (vt ait Apoſtol.) cum aliis prædicauerim ipſe reprobus efficiar. & vt charitatis præcepto ſatisfaciam, iuxta illud eccleſ. 17. *Mandauit Deus vnicuiq; de proximo ſuo*. Nec dicat mihi detractor, hæc ab inſtituto operis aliena eſſe, reſpondebo enim à Chriſtiani munere alienum non eſſe, idquè etiam ſeruaſſe plures ex noſtratibus, vt Andr. Iſern. Afflict. in conſtitutionibus, Luc. de Pen. & Foller. tum in conſtit. tum in praxi, & alios multos.

Ex quibus concludamus ſicut, & concludit Imperator Feder. in vltima conſtitutione omnia ad gloriam Dei eſſe referenda, & propter ipſum facienda, cum ab ipſo omne bonũ deſcendat, dicente Apoſtolo Iacob. epiſt. 1. *omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à patre luminum*. Car. Tap.

Impe-

NOn ſine grandi. In hac conſtitutione dicitur, quòd in in perſona Imperatoris debent duo concurrere, iuſtitia, & fortitudo concor. inſtit. in prin. & C. de Iuſtin. C. confir. & in autheo. vt omnes obe. iudi. in prin. Item pollicetur ſe obſeruare iuſtitiã Regnicolis, & diſtinguere officiales, ne promiſcuis actibus rerum turbentur officia, vt C. de teſtam. conſulta diualia. & pulchra eſt hæc conſtitutio, & continet ius commune.

Imperator iuſtitiæ Zelator ex neceſſitate ſui officij offert ſubiectis creare officiales diſtinctos in cauſis ciuilibus, & criminalibus pro iuſtitia copioſè exhibenda. h. d. Afflict.

*ADDITIO. *An Barones cognoſcentes ſuperiorem, poſſint condere leges, & quando, Socin. conſil. 272. Et Aym. de antiq. tempor. fol. 178. Et quid in ciuitate, an poſſit inter ciues. Aret. in l. 1. C. de ſum.*

IMPER. FREDER.

NOn a ſine grandi conſilio, & deliberatione per-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

NOn ſine Pulchrè dictata eſt hæc lex *Lege Regia transtulerunt regnum*. Cum ad Regem pertinet eo ipſo, quod eſt rex, vt ſubditis ſuis imponat legem, & condat. Vnde ſi hodie liberi populi conſtituerent ſibi regem, eo

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 PRincipem. † Ad Principem legis condendæ poteſtatem ſpectare diximus latè ſupra tit. de legibus; & in quantum hic Foller. tradit vnius regimen perneceſſarium eſſe, adde Diuum Thom. lib. 1. de regim. princip. cap. 2. qui † monarchiam 2

penſa condendæ legis ✝ ius,& Imperium in Romanum Principē, a lege ✝ Regia tranſtulere ✝ Quirites, vt ab eodem qui commiſſo ſibi Cæſareæ fortunæ faſtigio, per potentiam populis imperabat,prodiret origo ✝ iuſtitiæ,à quo eiuſdem defenſio procedebat. Ideoquè conuinci poteſt non tam vtiliter, quàm neceſſariò fuiſſe prouiſum, vt in eiuſdem perſona concurrentibus his duobus, iuris origine ſcilicet b & tutela, vt à iuſtitia vigor: & à vigore iuſtitia non abeſſet. Oportet igitur Cæſarem fore Iuſtitiæ patrem, & filium, dominum, & miniſtrum. Patrem, & dominum in edendo iuſtitiam, & editam conſeruando. Sic ✝ Sic & in venerãdo iuſtitiam ſit filius, & in ipſius copiam miniſtrãdo ✝ miniſter. Hac igitur conſulta ratione commoniti, qui de ✝ manu Dñi ſceptrũ Imperij: & inter alia regna, Regni Siciliæ moderamẽ accepimus. Noſtris fidelibus omnibus prædicti Regni noſtræ voluntatis propoſitum nũciamus. Quia nobis cordi eſt,inter ipſos, ✝ abſq; exceptione qualibet perſonarum vniuerſis, & ſingulis,prompto zelo,iuſtitiam miniſtrare, vt abundè ipſius copia per officiales noſtros, quibus ipſam cõmiſimus miniſtrandam, vndique valeant inuenire. Ipſorum officialium noſtrorum officia volumus eſſe diſcreta. Ciuilibus quæſtionib. alios: & alios accuſationib. criminalibus ✝ præponẽtes.

ſum. Trinit. & fide cath. & quid ſit iuſtitia, Belluc. in ſpec. princ. fol. 23. & quid in officiali, an poſſit facere ſtatutũ contra legem ex cauſa. & quid in Prorege, Gram. deciſ. 26 n. 7. Fab. Iord. Lege

a *Lege Regia* Poſita in prin. ff. vet. in ſi. conſti.
b *Et tutela.* Parum. n. eſt iura in ciuitate eſſe, niſi ſiot, qui iura reddant, & reddere poſſint, vt ff. de ori. iu. l. 2. poſt originem.

ANDRAEAS DE ISERNIA, ET ALII.

eo ipſo ſuper eos hic Rex haberet legis condendæ poteſtatem. Sicut ſi faciat Regem ille, qui poteſt, vt Papa Regem Siciliæ, per ea, quæ dicta ſunt in prohœmio ſupra. Dicitur Hieremiæ. 1. conſtitui te ſuper reges, & regna, de Vicario Chriſti in terris, qui Papa eſt. 22. diſtinct. omnes.

ADDITIO. *Adde cap. quanto, de tranſla. prælator. cap. Ego Ludou 63. diſtin. cap. non quales. t. q. 1. clem. 1. de iureiuran. clem. paſtoralis § nos tam ex ſuperioritate. de ſent. & re iudic. Innoc. in cap. quod ſuper his. de voto.*

Sed nunquid ſit tranſlata .i. conceſſa, vt ſic poſſit reuocari, quaſi etiam ſibi retinuiſſet. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſ. l. 1. in fin. Vnde ſecundum hoc, Quirites Romani, & Senatus poſſent leges condere. ff. de leg. non ambigitur. Verius dixit ibi Io. quòd non: dicit enim ibi tranſtulit. ff. de offi. præſ. præ. l. 1. §. regimen. ff. de conſti. Prin. l. 1. quod eſt loco abdicationis à ſe. ff. de origi iur. l. 2. §. & cum placuiſſet. Poteſtas populi Romani non erat ab illo, ſed à ſe. potuerunt igitur alij dare, ſicut voluerunt, & transferre incorporalia, ſicut eſt iuriſdictio; quæ non propriè poſſidetur. Inſt. de reb. incor. ſed quaſi. ff. de acquir. rer. do. l. ſeruus. §. incorporalis. Item continentur actiones appellatione bonorum, ff. ad Treb. ſi legatum. §. ſi quis bona. Si autem ab alio, non à ſe, non poſſet abdicare à ſe, inuito eo, à quo habet. ff. de offic. prætor. l. fin. Differentia eſt igitur, vtrum transferam & abdicẽ, an alij committam. Iudicium ſoluitur etiam ſi totam cauſam commiſiſſet ordinarius. ſecus ſi delegatus. extra de offic. delegati. cap. ſuper. §. porrò. Item primo caſu quando tranſtulit, nunquam reuocabit, niſi ex cauſa, vt ſi Rex fiat Tyrannus, & ſic abutitur. ff. de origin. iur. l. 2. §. exactis. Vel non eſſet idoneus ad regimen. 15. quæſt 1. alius. Cum excedit terminos regios, non eſt Rex. 2. quæſtio. 1. ſcelus. & 1. quæſt. 7. non omnes. Idcircò exceditur à non ſuis terminis, ſicut actio. ff. depoſi. l. Lucius. Meræ etiã donationes reuocantur per ingratitudinem. C de reuo. do. l. fi. Et à locato, & conducto expellitur. C. loca. & conduc. l. 3. & in decre. ad apoſtolicæ. de re iudica. Ineſt hoc, vt non reuocet, qui transfert in Regio ſtatu manente. ff. de ſolut. cum quis. Si non facit iuſtitiam, ad quod Rex ponitur, non eſt Rex in integro ſtatu ſuo. nam ad hoc conſtituitur Rex. 2. Regum, decimo cap frangit fidem, & fides ei non ſeruatur. C. de pact. cum proponas. hæc fractura ſiet ab illo, qui dedit & contulit, vt dicit frater Tho. in libello, cogitanti mihi. & vide quod dicit Hoſtien. in ſum. de conſti. §. quis poſſit conſtitutionem facere, circa finem. §. item tranſlatio incorporalium debet fieri cum cauſa & titulo. C. man. l. per diuerſas. ſicut homo liber qui ſe vendit, aut alicui ſe donat. ff. de lib cauſa. l. ſi vſumfructum. §. primo. Liberi ergo populi carentes Rege, vel eo mortuo ſine filiis, ſi eligerent & facerent ſibi Regem, ſicut Quirites, eo ipſo haberet poteſtatem legis condendæ in eos, illo iure quo Rex eſt, eorum voluntate, quia ſe ſubiiciunt ei tanquam Regi. Nam poteſt quis per pactum deuenire liber, & vaſallus alterius, vt in prima quæſtione de homagio.

Abſq; exceptione perſonarum. Hoc exigitur de iure etiam diuino. Deutherono. cap. 1. extra de iudic. nouit Andræas.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

chiam optimum eſſe regimen affirmat, cum, vt ait Plato lib. ciuili. *Vnius dominatio bonis coniuncta legibus ſola omnium rectiſſima eſt.* Ad quod faciunt dicta per Diuum Hieron. in epiſt. 4. ad Ruſticum Monacum: quæ regiſtrata ſunt in decreto 7. q. 1. cap. in apibus; & plures authoritates prudentiſſimorum virorum collectæ per Siman. lib. 3. de republ. cap. 2. & 3.

✝ *Lege Regia.* Quæ autem fuerit hæc lex ✝ regia; quandouè condita fuerit, & qua occaſione tradit Foller. hic poſt Couarr. pract. quæſt. cap. 1. quibus adde, quæ dicit Iulius Cæſar Imbrian. in libello de iudice Regni dialog. 3. num. 10. vbi poſt Couarr. tradit non fuiſſe per illam Regiam abrogatam poteſtatem ſenatui, cum, & Cæſar, & Auguſtus, & alij Imperatores, & conſules Pontifices Maximos, & creari ſe petierint, & optauerint à populo: paulatim tamen, & à ſenatu, & cæteris magiſtratibus ſuprema poteſtas ſuit ſublata, cùm, & illa imperatoria tyrannica fuerit, vt tradit Andr. in prohœm. feud. quæſt. 2. nu. 3. In quantum autem Illuſtriſſ. Didac. Couarr. dicit eam legem ideo Regiam dictam eſſe, quòd in ea actum fuerit de poteſtate, quam Reges habebant concedenda Imperatoribus, qui ne illam vſurpaſſe videretur aliqua ad ſenatum referebant, omnia tamen ad eius libitum fiebant; apertiùs hoc declaratur per Paul. Manut. lib. antiquita. Roman. de legibus fol. 12. vbi legem Regiam à Romulo fuiſſe conditam teſtatur, & leges à ſe cõditas ſibi, ac populo prohibuit infirmare in hæc verba, *(ſed ante omnia, Romulus videtur; nequis vnquam ſuas leges, aut ſua facta poſſet infirmare. legem illam, quam Regiam Vlpianus vocat, de ſuo imperio tuliſſe, cum populus ab eo rogatus, omne ſuum, ei, & in eum imperium, omnemq; poteſtatem contulit.* Cùm ergo Vlpianus de lege Regia mentionem facit, de illa à Romulo ædita eſt intelligendum: cùm igitur in locum Romuli, & ſucceſſorum Regum ſucceſſiſſent Imperatores, eandem poteſtatem videtur reaſſumpſiſſe, non quòd noua lex de poteſtate eis tribuenda fuiſſet à populo condita, vt dicit Coraſius lib. 7. miſcellan. cap. 8.

✝ *Quirites.* Ex hoc tex. colligi poteſt aliud fundamentum ad opinionem eorum, cui me ſubſcribo poſt Didac. Couarr. in regul. peccatum par. 2. §. 9. num. 5. & 6. qui affirmant ✝ Im- 4
peratorem non eſſe dominum totius mundi, ſed illius tan-

Digitized by Google

tùm partis, quæ Romano Imperio ſubdita fuit quicquid in
contrarium ſenſerint alij, & præcipuè Corrad. in templ. iudic. lib. 1. cap. 1. de imperat. in quæſt. Imperator eſt dominus
5 totius mundi. Sed quod ad † principis poteſtatem attinet, in
genere antiquiſſimam eſſe. & ipſo naſcente mundo ortam diximus in rub. de conſtit. Princip. cap. 1. poſt Diuum Auguſt.
lib. 15. de ciuit. Dei cap. 20.
6 T *Iuſtitiæ.* Debet enim † Rex in primis iuſtitiam colere, vt
diximus in cap. regni 139. Regina Iuſtitiæ in tit. de legibus: quibus adde, quæ tradit eruditè quidem, & accuratè
Iulius Cæſar Imbrianus in tract. de iudice Regni prima part.
in præfat. num 21. Et in tantum debet iuſtitiam colere, vt ſi
eam non ſeruet, nec ſeruari per ſuos miniſtros faciat nõ Rex,
7 † ſed tyrannus appellaretur; quo caſu poteſt Regno priuari,
vt dicit Andr. hic, cuius dictis adde, quæ dicit Corrad. in
templ. iudic. lib. 1. cap. 1. de Imper. §. 2. q. 5. tit. tyrannis exceptio, qui latè etiam tradit, quibus ex cauſis poſſit electus in
8 Imperatorem à Papa reprobari, quo etiam caſu † tyrannidis
licet etiam reſiſtere ſecundum diſt. traditam per Sotum de
iuſt. & iur. lib. 1. q. 6. art. 4.
9 T *Sit filius.* Tunc enim erit † Imperator legis filius quan-
10 do leges ſeruabit. † Nam licèt legibus ſit ipſe ſolutus, ſecundum illas tamen viuere debet, vt idem Imperator ſtatuit in l.
digna vox. C. de legibus. & tradit Corrad. d. lib. 1. templi
iudicum cap. 1. de Imperatore §. 3. quæſt. 7.
11 T *Miniſter.* Ad hoc miniſterium iuſtitiæ aſſumpti † Reges
fuere; quod cum per ſe tantùm exercere non poſſint propter
ciuitatem, atquè regnorum multitudinem; id per optimos
magiſtratus exercere debent; & ipſe idem princeps facere
dicitur. Omnia enim (inquit Imperator) noſtra facimus,
quibus authoritatem noſtram impartimur, in prohœm. inſtit.
In quorum electione multum inſudare debet, quod latiùs diximus in rub. huius tit. Credi enim vix poteſt Principem iuſtitiam populis miniſtrare velle, ſi vel optimorum magiſtratum electionem non curet, vel ſuper ipſis aſſumptis non inuigilet, vt animaduertit Iulius Cæſar Imbrian. in tract. d. de iudice Regni in dialogo 3. & ad quod ipſe. ibidem num 155. &
& ſeq. dicit de malis magiſtratibus adde, quæ latè dixit Iacob. Simanc. lib. 6. de republ. cap. 1.
T *Manu Domini.* † Imperium enim à Deo proceſſiſſe ex plu-
12 ribus comprobauimus in d. rub. de conſt. princip. cap. 1. &
diximus ſupra in conſt. poſt Mundi machinam, ſic etiam de
Rege Francorum latè dicit Carol. de Graſſal. Reg. Fran. lib.
1. iure 6.
T *Abſq; exceptione qualibet.* † Rex enim, & iudices, qui
13 eius vices gerunt, nullam debent admittere in iuſtitia miniſtranda perſonarum acceptionem, hoc eſt in iuſtitia reali, non
perſonali, nam ſicut alteri licèt pauperi propter diuitem ius
tollere eſſet iniquum; ita in perſonali iuſtitia miniſtranda eſſet etiam iniquum ſic iudicare nobilem, vt ignobilem; cùm &
omnia iura id diſtinguant circa pœnales actiones. † Nam in 14
pecunia grauius punitur nobilis, vt dicemus in conſtitutione
intentionis noſtræ: in perſona verò mitiùs, vt in cap. regni
28. placuit, & ibi dicemus poſt Auiles: in cap. 1. prærto. gloſ.
derechamente. num. 25. & in cap. 25. gloſ. *diſpenſaren.* num. 8.
& dum fiſci patrocinium ſuſcepiſſem in cauſa cuiuſdam doctoris Calabri, qui fuerat inquiſitus de falſa moneta, & depræhenſus cum duobus aliis ferè infraganti, & contra quem
aderant duæ confeſſiones ſociorum criminis; noluerunt domini Regentes aſſentire, vt condemnaretur ad triremes ad
ſeruiendum, non ad remigandum. Vidi poſtea condemnari
per eoſdem dominos quendam continuum Suæ † Maieſtatis 15
ad remigandum poſt duas torturas: & alium doctorem inquiſitum de homicidio vxoris (licèt ex cauſa mala) poſt tres
torturas ad remigandum per decennium: quod magnũ mihi
viſum fuit. Nam grauitas delicti non facit, vt eadem pœna puniatur, licèt ead. lege. Quod tamen iudex non debeat admittere exceptionẽ perſonarũ diximus ſupra in rub. huius tit.
T *Præponentes.* Maxima cum prouidentia † Imperator de- 17
creuit, vt alter iudex de cauſis ciuilibus, alter de criminalibus
cognoſceret, tum propter negotiorum multitudinem, tum
etiam propter eorum qualitatem. Sæpiùs enim accidit, vt in
capienda informatione criminis, cæteriſquè adhibendis diligentiis, non vnus: ſed plures iudices requirantur, ex quo ciuilia impedirentur negotia, vel ſaltim minus benè diſcutirentur. Hanc ad rẽ faciendã motus eſt. Imperator noſter exẽplo
Romanorum, qui dum Prætoribus cognoſcendi de criminibus facultatem dediſſent, † Prætor Vrbanus ab ea erat exce- 18
ptus, qui ciuilibus tantùm cauſis ius dicebat, vt teſtatur Paulus Manutius vir eruditiſſimus Antiquit. Rom. lib. de legibus
Romanis fol. 115. in paruis. Et quòd de criminibus diſtincti
iudices eſſent apud Romanos tradit. Tib. Decian. tract. crim.
lib. 4. cap. 46. vbi quòd prius delicta ad triumuiros deferebantur, & ab ipſis ad Prætorem: Hinc Budæus in annota ad
L. vltim. de orig. iur. fol. mihi 121. in paruis dicit ex Cicerone, iudicia eſſe alia publica, vt rerum capitalium, alia priuata, quæ ciuilia appellantur; quæ iudicibus prætoriis dabantur.
& fol. 136. dum declarat verbum quærere quid ſignificet,
ait *quæſtionem pro iudicio publico accipi: vnde iudex quæſtionis Prætor dicebatur, idem qui & quæſitor, qui iudicijs publicis præerat;* ad quod adducit Martia. Iureconſ. in l. 1. ff. ad leg.
Cornel. de ſicariis. Hæc etiam diſtinctio eſt Mediolani, vbi
Poteſtati datur facultas tres iudices eligendi, & vnum Vicarium, quorum duo iudices cauſis criminalibus præſunt, vt in
tit. de poteſtate, & eius curia cap. 6. in ſtatutis Mediol. licèt
hodie aliter ex nouis conſtitutionibus ſtatutum ſit, vt ſcilicet
in ciuilibus habeant omnimodam iuriſdictionem, in criminalibus non, niſi re cõmunicata, & relatis in ſenatu referendis, vt dicit Horatius Carpanus in addi. ad. d. cap. 6. ver. quantum iudices.

Ex Cap. Neap. Cap. II.

REX FERDINANDVS I.

ITem che la corte del Capitanio della città predetta non poſſa cognoſcere delle cauſe ciuile, ne ſopra lo tenore de inſtrumenti, ma tanto habbia à cognoſcere delle cauſe criminali, iuxta lo antiquo ordine antiquitus obſeruato.

Placet Regiæ Maieſtati.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 Ex hoc cap. colligimus olim diuiſam fuiſſe † curiam Capitanei à Magna Curia. In ea enim, quæ Vicaria appellabatur, cognoſcebatur de cauſis criminalibus, vt diximus ſupra
tit. de nouo Philippi Cod. componen. ad rit. 1. in verb. in
noſtris magna, & Vicaria curiis. Hodie verò licèt ſint diſtincti iudices ciuiles (prout per prius) à criminalibus, vnus eſt
Regens, qui in vtroq; tribunali præſidet, cauſaſq; diuidit: licèt
ordinariè præſideat in M. C. V. cauſarum criminalium propter negotiorum grauitatem, & vt certiorет d. Proregem de
ſententiis, quæ in dicto tribunali proferuntur. Ad regimen
etenim Neap. ciuitatis, & Regni multum confert delictorum
punitio: ideoq; maximum illum Alcalanorum Ducem relatum eſt mihi præcepiſſe tum Regenti, tum Fiſci patrono, vt
ſingulis diebus referrerent tũ delicta, quæ cõmittebantur; tum
pœnas, quæ pro illis infligebantur. Cognoſcebat enim ex his
princeps ille iuſtiſſimus delinquentium multitudinem, iudicum ſeueritatem, & probitatem, & vt neceſſe erat, ea adhibebat remedia, quæ neceſſaria erant ad curandum corpus hoc
huius ciuitatis infirmum, ad quod, ſi ea, quæ opus eſt, diligentia, non animaduertunt Proreges non ciuitas: ſed nemus dici poterit, cùm, & eccleſiarum multarum refugia, & hominũ
peſſimorum auxilia non deſint. † Hac de re, dum Fiſci patro-
ni munere fungerer, ſupplicaui Illuſtriſſ. D. Comitem de Le- 2
mos recolendæ memoriæ, vt capitaneos cuſtodiæ, (quos vocant) per aliqua ciuitatis quarteria collocaret, vbi frequentius delicta comittuntur, qui cum eorum alguzeriis ibi reſiderent, & noctu aſsignatum cuiq; quarterium circuirent; & licèt in pluribus deſideraſſem; fuit tamen conceſſum mihi in
aliquibus per Illuſtriſſ. D. Franciſcum de Caſtro eius filium,
qui Locumtenens generalis remanſit in Regno, dùm eius pater

Digitized by Google

ter Regis noſtri nomine ad præſtādum obedientiam Sanctiſs. Clem. VIII. Pont. Max. acceſſiſſet adhuc adoleſcentulus, qui ea prudentia: ac diligentia tunc, & poſt obitum parentis Regnū gubernauit, vt cum oium admiratione, atq; cōſenſu inter prudentiſſimos, atq; ſapientiſſimos Proreges fuerit collaudatus, fuerunt. n. poſiti in quarterio fori, platcæ Vlmi, Sellariæ, Charitatis, & in Burgo S. Luciæ ex quo dum Regentes ſuo munere funguntur, plurima bona oriuntur, nam vno eodemquè tempore tam ciuitatem. quàm ſuburbia huiuſmodi capitanei ſingulis noctibus circundarent: & ſi aliquod in dictis quarterijs committeretur delictum, vel furtum præſto delinquentiū capturæ eſſent; qua de re non poſſum non inſtare, ac ſupplices preces fundere, vt excellentiſſ. Proreges per ſingula quarteria ſingulos deſtinent capitaneos; qui ſingulis annis omninò mutentur, quiq; diligenter inquirant contra delinquentes, fures, ac vagos homines, qui nimis ſplendidè, ac luxurioſè viuunt nullum, vel paruos reditus habentes, nec artem exercentes, niſi in fraudem pragmaticæ de vagabundis: quod ſi ità fieret, abſq; dubio à prauis hominibus ciuitas purgaretur. Hoc autē quod de ſtatuendis capitaneis cum eius militibus dixi, non ex mea minerua poſui; ſed ex Suetonio didici, qui Auguſtum refert ſtationarios milites ad purgandas vias à latronibus deſtinaſſe; vt latè differui in tractatu contra latrones, & dicam aliqua infra in conſtitu. pœnam eorum, vel in pragmatica Ducis Oſſunæ in tit. de foriudicatis. Et quod dixi de circuitu ad purgandum ciuitatem, me docuit Imperat. Federicus in conſtit. iuſtitiarij non per Calendas, quia idē prædicatur de parte, quod de toto, licèt iſta ciuitas ſit maior aliqua ex prouintijs regni.

Augetur numerus iudicum M. Curiæ Vicariæ, qui ſint annales, & diuerſis temporibus mutentur Regens.

PRAGMATICA I.

De officio Magiſtri Iuſtitiarij.

CAROLVS V.

NOtum facere volumus, qualiter pro ſeruitio Cæſ. & Cath. Maieſtatum celeriq; executione cauſarum omnium dictæ Magnæ Curiæ Vicariæ, & bonæ iuſtitiæ adminiſtratione viſum nobis fuit, quod in dicta Magna Curia vltra quatuor Iudices, pro quolibet anno deputantur, & ordinantur in ipſa Magna Curia, debeant nouiter ad beneplacitum Cæſ. Maieſtatis, & noſtrum, ex nūc in antea deputari, & creari duo alij iudices, adeò quòd ſint numero ſex iudices quolibet anno, quorum quidem duo vacare debeant in cauſis ciuilibus, & illarum expeditione, & alij quatuor in cauſis criminalibus, tali quidem declaratione, quod ſi quatuor iudices in deciſione cauſarum criminalium grauium fuerint, diſcordes, in illis etiam interueniant, & interuenire debeant duo alij iudices, & ſimiliter in cauſis ciuilibus ſi fuiſſent diſcordes dicti duo iudices, interueniant in illis, & interuenire debeant dicti alij quatuor iudices in ipſarum cauſarum ciuilium expeditione, videlicet, vnus, duo, aut très, aut quatuor, prout viſum fuerit præfato Magnifico Regenti Vicariam magis conuenire rectæ expeditioni cauſarum, & illarum iuſtæ declarationi, qui iudices debeant mutari ſingulis annis, videlicet. Duo in menſe Maij, duo menſe Septembris, & duo in menſe Ianuarij, & ita ad vnguem, & inuiolabiliter ex nunc in antea Cæſ. & Cath. Maieſtatum nomine obſeruari volumus, & iubemus; & ſecus non agatur ſub ira Regiæ indignationis, & pœnam ducatorum auri mille cupiunt euitare; in quorum fidem præſentes fieri fecimus Cæſ. & Cath, Maieſtdtum ſigillo impreſſas. Datum in Caſtello nouo Neap. die 22. menſis Ianuarij. 1534.

Don Petro de Toledo.

Vidit Decolle Regens. Vidit Loffredus Regens.

Dominus ViceRex Locumtenens generalis mādauit mihi Bernardino Martirano. In Curię pri. f. 154.

a OCcupatis nobis. *Perpetui.* Id eſt, dum viuunt, ſic ff. pro ſocio. l. 1. Et nota quòd de iure Romano officium iſtud tabulariorum durabat triennio tantùm, vt C. de numer. & act. l. 2. in fi. lib. 12.

b *Fructibus.* Concord. ad hoc quod dicit Boetius de conſolatione Philoſop. metro. 5. de agro ſeminando, vt bene fructificet, prius auferantur malæ herbæ, metricè ſic: Qui ſerere ingenuum volet agrū. Liberet arua prius fruticibus. Falce rubos ſilicemq; refecet, Vt noua fruge grauis Ceres eat.

*ADDITIO. *Si vnus eſt dominus feudi, alter baiulationis, officium magiſtri baiulationis ſpectat ad illum, qui baiulationem habet, iuxta tex. in cap. quoniam contra, in princ. ext. de probat. & videtur ſentire hic And. cuius ver. Notarius, ita emendari debent, Notarius ad contractus creatur perpetuus, ad acta iuſtitia ad annum ſicut iudex, &c. F. Iord.*

*ADDITIO. *Sed an finito anno poſſit Iudex ſubſcribere ſe inſtrumento confecto tempore ſui officij? & an notarius poſſit inſtrumētum exemplare, ſi ad aliud officium aſſumptus eſt. Bartholomæus de Capua ſingular.* 140 Fab. Iord.

Pro iuſtitia in regno adminiſtranda Imp. certos iudices in prouincijs, & in qualibet ciuitate, & primorijs ciuitatib. conſtituit: qui ſiat annales, h. d. Tapia.

IMPER. FREDER.

OCcupatis a nobis circa totius reipubl. noſtræ curas delicioſum nihil, aut modicum cogitantibus non ſunt laborum additamenta, ſed requies: qua de componendo ſtatu regni noſtri Siciliæ cogitamus, vtpotè, cùm inter cætera, quę iuribus noſtris paternæ ſucceſſionis reliquerit debitum, vel fortunę felicitas, acquiſitionibus poſtmodū aggregauit, Regnum Sicilię prę cęteris, velut electum quoddam viridarium inter agros, cura pręcipua colere diſponamus: ad illud potiſſimè ſatagentes, vt eradicatis in totum amaritudinis b fructibus, & nociuis, in eo pacis, & iuſti-

a *Anni*

ANDRAEAS DE ISERNIA, ET ALII.

OCcupatis nobis. Per pulchra verba, & bene dictata eſt, ſicut & plures præcedentes. Primò dicit, quòd in officio quolibet vnus tantum debet eſſe, nam vnus Iuſtitiarius, vnus magiſter Camer. vnus Baiulus, in hoc eſt contra conſtitutio ſæpe

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

AD huius conſt. ornatum plura diximus de Imperatoris iuſtitia populis miniſtranda; de pace inter ſubditos procurāda, de diligentia, quam in regendis populis adhibere debet, dequè optima magiſtratum electione. tam in ſuperiori lib. in tit.

Digitized by Google

a *Anni circulo*. No. † q officiales durant tantũ per annum.

ADDITIO. *Adde l. defenſoribus. cum gl. C. de defenſorib. ciui ta. & per Io. de Pla. in l. neminem in 2. no. C. de ſuſcept. & Arcba. lib. 10. Et quid de officiali poſito ad beneplacitum, an aquiparetur perpetuo? vide gloſſ. in verbo, electionem. in clem. 2 de reſcri. lib. 6. Cyn. & Bal. in l. quiſquis C. ſi cer. pet. Bar. in l. de pupillo. in §. ſi quis ipſi pratori. ff. de no. oper. nunt.*

† ADDITIO *No. ex hac glo. iuncta conſtit. qua loquitur etiam de magiſtris actorum, quòd iſti magiſtri actorum debent ſtare ſindicatui.* De Bottis.

Nam neque eos, qui placuerint, grauare iuſtitiæ

tię robora affluant, & prouidè nutriantur, vt ſit admirantibus omnib. ſimilitudinis ſpeculum, inuidia Principum, & norma Regnorum: cùm ſtatũ pacificum populorum iuſtitia roboret, & ordo decoret. id ordinatum fore, prȩuidimus iuſtitiam ordinare, quam copiosè mandauimus regni noſtri fidelibus miniſtrari: Vt non tam ordo, quàm copia ſacrum & prouidum noſtræ voluntatis propoſitum præconizet. Ad cuius conſumationem cura perſpicua laborantes, neceſſarium duximus, officialiũ omnium, per quos T iuſtitia colitur, & culta petentibus miniſtratur, taxare tempus officij, & numerum præfinire: ne vel confuſio numeri pluribus præſtet prædæ materiam, vel infinitas temporis graſſandi licentiam tribuat longiorẽ. Statuimus igitur, vt per T prouincias ſingulas, quæ certis Iuſtitiariatuum, & Camerariatuum terminis limitantur, non plures, quam vnus Iuſtitiarius, & vnus magiſter Camerarius ordinetur: quorum Iuſtitiarius quilibet iudicem vnum continuũ, & notarium vnum actorum * habebit. In ciuitatib. ſingulis vnum tantummodo Baiulum, & iudicem vnum, qui cauſarum cognitionib. præſint, iuxta præmiſſam noſtræ manſuetudinis formam, per magiſtrũ Camerarium, & tres iudices, qui geſta conficiant, per noſtram excellentiam volumus ordinari: Ciuitatib. Neapolis, Meſſanæ, & Capuæ tantũ exceptis, in quibus propter contractuum multitudinem, quinq; iudices, & octo notarij creabuntur; ita ꝙ nullus magiſter iudex aliquatenus ſit in Regno. Horum officialium * omnium tempora præter notarios, qui vbiq; terrarũ perpetui ſtatuantur, a anni circulo prȩcipim⁹ terminari: niſi vel T eminens adminiſtrationis induſtria, vel ſubſtituendi defectus nobis aliquẽ, quibus T ſolùm ordinationem Iuſtitiariorũ vbicunq; fuerimus, reſeruamus, temporis ſpatium de neceſſitate, prout ſuaſerit prorogandum.

ſtitiæ eſt: neq; eos qui diſplicuerint, tenere prudentiæ eſt: debet enim officialis finito anno reddere rationẽ.

ADDITIO. *Adde l. cùm quidam. ff. de admin. tut. l. prima C. vt omnes iud. gl. & Doct. in cap. aduerſus. de immu. eccl.*

Vt facilius ſi quis in furto fuerit deprehenſus teneatur quisque integrare iacturam, & ſic interim, donec ſe liberauerit à vinculo rationis, & ſatisfecerit fiſco non eſt ad officiũ eligẽdus, vt de ſuſcep. l. neminem. lib. 10. Et dic plenè, vt ibi. Sed hoc videtur ſtatutum non in fauorem, vel honorem officialis, ſed fiſci, vt ff. de vacan. & exact. mu. l. vlt. §. conductores.

ANDRAEAS DE ISERNIA, ET ALII.

ſæpe. vnus iudex, & vnus notarius ad faciendam iuſtitiam: ſed ad contractus plures, ad hoc 7. q. 1. in apibus, & 1. q. 6. ſcitote. non vult magnum iuſtitiarium in Regno.

¶ Secundo limitat tempus: quia vult officia eſſe annalia: & remouet perpetuos iudices, ſicut prætores per ſingulos annos, C. de offi. præt. l. fi. Sed iure Romano defenſores biennio hodie in Auth. de defenſo. ciuitat. §. interim. olim quinquennio, vt C. eo. tit. l. 4. & olim incipiebat annus officij in Calendis Ianuarij. ff. de condi. & demonſtr. l. Publius. Notarius ad contractus creatus perpetuus, ad acta iuſtitiæ, ad annum, ſicut iudex: quia hic combinatur, iudicem & notarium vnum actorũ. In iudice vt non ſit perpetuus, concor. in *l.* iudices. Andr.

ADDITIO. *Ad hanc conſtitutionem, maximè in fi. videas cap. Regis Roberti, importuna. alias ſant, &c. Regina Ioan. item quòd prædicti officiales. & aliud cap. Regis Roberti, ſcire vos volumus. Et vide caſum, in quo quis non poteſt eſſe amplius officialis, in conſtitutione eos tantum.* Cæſar.

O*Ccupatis*. In textu, in ciuitatibus ſingulis. Vide quòd nouum inducit hæc conſtitutio: corrigit enim conſtitutionem, in locis demanij. vbi ponit ꝙ ſint tres iudices, hic ponit, quòd ſit vnus: Item quòd vnus ſit Baiulus in quacunque ciuitate: & ſic corrigit conſtitutionem ſæpe contingit. quod nota. Pet. de Monteforte.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

in tit. de legibus, quàm in rub. præſentis noſtri tit.

T *Iuſtitia colitur*. Hoc facient iudices primum iuſtitiam cũ
1 ſemetipſis ſeruantes: † debent enim minus peccare, quàm alij
2 propter ſcandalum ſubditorum, † nam licet ſubditi illorum vitia, atq; defectus imitari non debeant; ſed potius eorum parere imperio; attamen] exemplo eorum facillimè ducuntur. De illis enim ait Dominus in euang. Matthæi cap. 23. *omnia quæcumq; dixerint vobis ſeruate, & facite; ſecundum autẽ opera illorum nolite facere*, illis verò dicit, *væ autem homini per*
3 *quem ſcandalum venerit*. Sunt enim † iudices, & Prælati lucerna, ſupra montem poſita, & ſupra modium, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt; ſi enim ipſi, qui à Domino lucem acceperunt alijs lumen non dabunt, quam rationem altiſſimo Domino de accepto lumine reddent? & propterea ſubdit idẽ Dominus Matth. cap. 18. *expedit enim, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.* ſed quia diuinum eſt hoc præceptum videamus, quid lumine orbatus, & in tenebris ambulans dixerit Plutarch. etenim in politicis.
4 in hæc verba prorupit. † *vitam ſibi quiſq; & mores pulcherrimè excolere debet, quo prorſus omni nota, vituperationeq; careat quando præſertim eorum, qui reipubl. præſunt, non modò ſingula verba, nec res tantum publicitus geſta animaduerti, notariq; ſolent: ſed virtus quoq; ioci ſimul, & ſeria quæq; domus ipſa, familia, vxor, cubile curioſius quo quæritur; vulgus mores, vitam, actiones, conſilia omnia eorum, qui reipubl. præſunt, curiosè mirari, atq; introſpicere ſolet, etiam ſi hoc apte admodum obtegas, & tanquam velamentis obnubas, & abdas.*

T *Prouincias ſingulas*. Quid autem hodie ſeruetur dicemus infra titulo de offi. Iuſtitiarij Prouinciæ.

Quod verò in hac conſt. dicitur, vt in ciuitatibus ſingulis vnus † baiulus, & vnus iudex per magiſtrum camerarium ſtatuatur; nec non, & iudices ad contractus tres; dic, hodie aliter ſeruari; Nam in ciuitatibus demanialibus dominus Viceręx præficit gubernatorem, quem capitaneum vocant, hic habet aſſeſſorem, vel regium, vel vbi non adeſt, ipſe ſibi eligit; in aliquibus tamen locis iuriſperitum præponit, qui vtroq; munere fungitur; & capitanei, & iudicis, vt in ciuitatibus Troiæ, Foggiæ, Lacus liberi, & aliis: in cæteris vero Barones, & alij proce-

proceres regni capitaneos deſignant; qui cum voto conſolatoris ordinarij per baronem deſtinati cauſas dirimunt Habent tamen aliquæ vniuerſitates priuilegia, vt non poſſit eſſe capitaneus niſi ſit iuris peritus; ſicut, & aliæ vniuerſitates etiam demaniales habent priuilegium nominandi iudices. veluti vniuerſitas ciuitatis Litij & vniuerſitas ciuitatis Regij in Prouincia Calabriæ. Quo vero ad iudices ad contractus, & ad notarios ſpectat, dic hodie non eſſe præfinitum numerum.

6 *Annuo curriculo*. Per hanc conſtitutionem ſtatuitur, vt † officiales ſint annales; quod in pluribus capitulis, & pragmaticis infra poſitis eſt determinatum; Ad hoc etiam aducitur, & per gloſam, & per addentes nouiſſimos hic tex. in l. neminem C. de ſuſceptor. & Archar. lib. 10. qui idem diſponit, ex quo deſumitur ratio, vt reddat adminiſtrationis per eum geſtæ rationem per ſindicatum: quam etiam ibi, & hic doct. admittunt: ego autem collegi, & aliam; quia cum lex reſpiciat iuſtitiam inter conciues, inde oritur, quòd, aut hoc eſt honor, aut onus: ſi honor debet eſſe communis omnibus, & omnes ciues debent ex eo participare: aut eſt onus, & non debet quis perpetuò grauari. Adde, & aliam: quia ſapit tyrannidem; quando quis perpetuò in adminiſtratione manet. nam, vt ait Rebuffus in d. l. neminem poſt num. 3. faciet multum malum quando ſcit ſe perpetuò duraturum; quod docuit Ariſt. 2. politic. arguendo Socratem quòd dixerit officiales fore perpetuos dicens. *Socrates ſemper facit eoſdem principes, quod eſt ſeditionis cauſa apud nullam dignitatem poſſidentes.* quam authoritatem, & alias adducit Lucas de Penna in d. l. neminem nú. 10. His addam damnoſum reipubl. eſſe vt pauci regimini publico apti educentur. Nam cum homines ſint mortales, accidere poteſt, vt vno, eodemq; tempore plures moriantur; & ſic reſpublica optimis rectoribus priuetur. His ergo, & aliis rationibus moti Romani exactis Regibus conſtituerunt, vt officiales annales eſſent, vt tradit Marcus Antonins Surgens de

7 Neap. illuſtrata lib. 1. cap. 5 num. 26. immò † cum cenſores quinquennio adminiſtrarent, ad annum poſtea eorum adminiſtratio fuit redacta, vt tradit Feneſtella de magiſtratibus Rom. ſub. rub. de ſenatoribus; quod poſtea receptum fuit per Imperatorem in authen. de defenſor. ciuit. & apud Hiſpanos l. 4. tit. 5 lib. 3. nouæ recollectionis, vbi Azeuedo, ſic hodiè in

8 regno † capitanei terrarum ſunt annales, † gubernatores pro-

9 uinciarum triennales, † iudices ciuiles, & criminales Magnæ

10 curiæ Vicariæ ſunt annales, licèt per biennium ſemper exerceant: nam dicitur in commiſsione per annum, & per alium ad noſtrum beneplacitum. Non deſunt tamen rationes contrariam ſententiam confirmantes, quia ſcilicèt expedit, vt ſint perpetui. prima quia graue eſt inexpertos hominũ obſequiis ſociari, vt dicitur in cap. monaſteriis. 19. q. 3. ſecunda quia melius eſt, vt commiſſum officium ſub vmbra magiſtratus veteris gubernetur, quàm ſi alteri nouæ, incognitæq; perſonæ gubernandũ in diſcrimine committatur, vt has, & alias refert Lucas de Penna in d. l. neminem num. 11. vbi Rebuffus, ad quem vide apoſtillam, quæ refert exemplum muſchæ; ex quo etiam habemus notabile dictum quoad œconomos eccleſiarum, qui poſſunt cogi ad continuandum adminiſtrationem, quando probi ſint. Ad huiuſmodi igitur contentiones euitandas optima via eſt media. hoc eſt, vt adſint in repub. officia, annalia, per quæ probentur homines, an ſint apti maioribus magiſtratibus; ſint alia, in quibus perpetuò maneant probati inferiores magiſtratus viri: Nam quemadmodum, ſi ſint mali, timent, cum per annum officium tantùm duret, ſic etiam ſi ſint boni, fortaſſe timebunt, ne officio finito perſonæ, vel bonis damnum inferatur. Ideo expedit, vt ſuperiores magiſtratus perpetui ſint, qui ſi boni fuerint, magnum bonum reipublicæ erit.

11 Cum autem ſuperius dictum ſit † Romanos per annum eorum magiſtratus conſtituiſſe, non omittamus quo tempore cœperit annus, vt annotat hic Andræas. Ad quod dicamus, annum cœpiſſe Cal. Ianuarij, vt dixit Andræas in cap. 1. de feudo guard. num. 3. & Marcus Ant. Surgens loco ſupra citato, qui id deducunt ex l. publicus. ff. de cond. & demonſtrat. repertum eſt etiam diuerſis aliis temporibus cœpiſſe: cuius rei rationem aſsignat Marcus Antonius Surgens d. loco dicens, Romanos variaſſe circa anni principium. ſed & ego aliam reddo, quòd ordinariè Calendis Martij creabant, cum autem vel mors incidebat vel alia cauſa, tunc alio tempore creabatur magiſtratus. In regno tamen incipiebat in menſe Septembris, vt per cap. regni 172. electionem in fine; quod licèt hodie non ſequetur in totum; ſeruatur tamen pro maiori parte, quoad barones, cum omnia ferè officia prouideant hoc tempore Septembris: licèt hoc immutetur ſecundum caſuum contingentiam.

Eminens. Ex qualitate enim perſonæ receditur à regulis iuris ad tex. in l. ad beſtias. ff. de pœnis, quod latè proſequitur Tiraquel. tract. de pœnis. 12

Solum. Ad Regem itaquè pertinet † officialium creatio, & 13 ipſi ſoli hoc eſt reſeruatum, vt ſupra diximus in rubr. huius tit. eſt enim hoc de regalibus: & quæ Principi competunt in ſignum ſupremæ iuriſdictionis, vt in auth. de defenſor. ciuit. §. nos igitur, & in cap. 1. quæ ſint regal. vbi Andr. num. 64. in §. poteſtas conſtituendorum, & apud Hiſpanos idem in l. 1. tit. 4. lib. 3. nouæ recolle. quod annotauit Azeued. ad le. 3. tit. 5. lib. 3. nouæ recoll. & in l. 2. tit. 4. partit. 3. vbi Gregor. Lopez, & in l. 1. tit. 15. lib. 2. ordinat. vbi Didac. Perez † ex qui- 14 bus habemus hanc regulam ceſſare, vbi, vel princeps alicui facultatem creandi officiales conceſſiſſet, vel eſſet conſuetudine ius iſtud alicui vniuerſitati quæſitum: de primo exemplum habemus in hoc regno in Marchione Burgentiæ viro equidē ſtrenuo, & humaniſſimo, cuius illuſtriſſimæ familiæ facultatem Reges conceſſerunt ob ſeruitia plurima bello, & pace illis exibita creandi iudicem in ciuitate Tarenti: De ſecundo diximus aliqua exempla ſupradicta. Quæ regula etiam ceſſat ſecundum Gregor. Lopez in d. l. 2. tit quarto. part. 3. † in exer- 15 centibus aliquam artem, qui poſſunt ſibi eligere ſuos iudices, quod etiam tradit Meſſias in pragmatica panis. Et hodie ſic 16 habemus in hac Ciuitate, † nam quælibet ars habet ſuos magiſtros, qui iudicant inter ipſos de defectibus in arte, & concernentibus ad illam ſecundum capitula artis approbata, & confirmata per Illuſtriſſimum Viceregem, & tandem hodie 17 eſt conceſſa † omnibus Regni baronibus facultas creandi capitaneos terrarum, aſſeſſores, iudices ſecundarum, & tertiarum cauſarum. Quod tamen ad iuſtitiariorum electionem attinet, ad hæc vſque tempora habemus illam ad Regem ſolùm ſpectare: nominat tamen Illuſtriſſ. Vicerex, tres ex quibus, vel aliis ſolet Rex vnum eligere: vacante tamen officio, vel ob mortem Iuſtitiarij, vel aliquam cauſam neceſſariam, mittit Prorex aliquem; qui donec prouiſio per Regem fiat, Iuſtitiariatum, ſiue præſidatum exerceat, qui aliquando tanto tempore exercet, ac ſi à Rege prouiſionem obtinuiſſet. ad quod debent animaduertere, qui in ſupremo Italiæ ſenatu Præſident: nam ex iſtis, (vt ità dicam) interregnis corruptiones, & abuſus in Prouincialibus tribunalibus ſuccedunt; Dum enim qui prouinciis interim præficiuntur ſucceſſores expectant, non audent corruptos prouincialium mores corrigere, ad meliorem frugem reducere, ac delicta punire; quadere mea ſemper fuit ſententia, quam etiam prudentiſsimi viri aliqui, cum quibus de ea ſermonem habui, probauerunt, vt vacantibus qui in capite officia prædicta tenent, ad prouinciarum curam, & præſidatum mitterentur Regij Conſiliarij; tam ex Sacro Conſilio, quàm ex Regia Camera Sumariæ; qui prouincialibus iuſtitiam rectam adminiſtrari faciant, quam (proh dolor) ità de ſuo excelſo toro cecidiſſe in prouinciis fertur, vt nec eius vmbra remanſerit. Hac etiam ex cauſa in ea fui ſententia, vt alternis ſaltem vicibus: mittantur ad illas gubernandas conſiliarij, vt dixi; viri doctrina, integritate, ac morum probitate clari, qui dum hæc omnia in primaria Ciuitate iſta ſunt profeſsi ſic populis tradant, vt Regem, qui tales ſibi præpoſitos dedit, collaudent, ſummopere diligant, & reuereantur, quod præſertim cuperem in prouinciis Calabriæ citra, & vltra, terrarum Hydrunti, Bari, & Aprutij, quæ longè ab hac Ciuitate diſtant; Nam quemadmodum ſolis radij, quo penetrant Margaritas efficiunt, aurum quoq;, & argentum, & res equidem pretioſas, ſic vbi impedimento terræ, ità facile penetrare non poſſunt, vel propter zodiaci diſtantiam, generantur infima metalla, & turpia animalia; ſic populis accidit, quos Regis, qui ſol dicitur, radij non penetrant. Hinc inobedientes ſiunt Regi Regum quoad religionem, & Regi terreno, quoad ſubiectionem. Dum enim populi ſe oppreſſos à viris ſanguinibus, & auaris conſpiciunt, quid non molientur quid aduerſus principem non excogitabunt? & ne videar, hæc meo marte dixiſſe, Afferamus Hiſpaniæ exemplum. vbi prudentiſsimi viri Regnum illud gubernantes conſueuerunt Ciuitatibus primariis præficere viros legali ſcientia præditos; Mediolani quoq; ad gubernandas Ciuitates Cremonæ, & Pauiæ mittuntur ſinguli Senatores ex illo ſupremo Mediolani Senatu, cui nunc præſidet peritiſsimus, atq; prudentiſsimus, Iacobus Manoldus, vir nunquam ſatis laudatus, ſic etiam

in hoc regno conſueuerit fieri; nam in prouintijs Hydrunti,
18 & Bari, dum erant vnitæ, fuit primo loco præpoſitus † Bernardinus à Sancta Cruce tunc Regiæ Cameræ Præſidens, vir equidem probatiſſimus, qui poſtea in magni Camerarij Locumtenentem fuit aſſumptus; & poſtea dum eiuſdem Regiæ
19 Cameræ eſſet Præſidens † Franciſcus Aluarez à Ribera; qui per tres circiter annos illis præfuit, maxima cum laude æternā de ſe memoriā populis illis relinquens; Propterea hæc dixi; vt meo muneri ſatisfaciam ob fidelitatem, quam debeo Creatori meo, ac Regi, qui eius Vicarius eſt in temporalibus, vt dicit Sanctus Thom. allegatus in conſt. poſt mundi machinam, faxit Deus, vt exaudiantur ad eius gloriam, & populorum quietem.

† *Prorogandum.* † Vbi autem hæc prorogatio facienda eſſet ab vniuerſitate habente poteſtatem eligendi iudicem, vel à quolibet collegio, tunc non ſufficit maioris partis concurſus; ſed omnium interuenientium concurſus requiritur, ita, vt vno contradicente fieri non poſſit, vt in §. ſi vero, qui eſt in fin. Auth. de defenſor. ciuit. ex quo id docuit Vinc. de Franch. deciſ. 2. num. 21. 20

Iudices perpetuos, & ad beneplacitum reuocat, & annales eſſe iubet; & principium anni in menſe Septembris: hoc dicit Tapia.

REX CAROL. II. Cap. 173.

ELectionem * inſuper iudicum, quos diui Principes eſſe decreuerunt annales, vniuerſitates, & homines, quibus iudicaturę præſunt officio, abſolutam, & liberam habere volentes, iniquum, & inter iniquum reputantes, vt per iudicaturam perpetuam, quoddā T quaſi dominium quis ſibi vēdicet in compares, & continuos iudices perpetuos, aut ad beneplacitum factos per nos, aut quoſcunq; prædeceſſores noſtros Reges Siciliæ, in quibuſcunque terris dicti Regni remouemus, atq; caſſamus: viribus vacuantes literas indultas, priuilegia facta eis, & eorum cuilibet ſub quacunq; forma verborum, qualemcunq; ipſis T perpetuam, vel ad T beneplacitum iuriſdictionem cōtinentes conceſſam ſub interminatione infamię perpetuę ipſo facto illi, qui cōtrafecerint inſligendę, omniſq; pœnę ſtatutę in eos, qui authoritate propria dignitatem, & iuriſdictionem vſurpant, Edicimus, vt nullus de cętero in dicto regno noſtro iudicem ſe perpetuum nominet, aut faciat nominari, mādantes vniuerſitatibus ſingulis, vt talibus iudicibus in nullo intendant, aut pareant. T ſed menſe Septembris anni cuiuſlibet in conſueto numero pro anno illo, liberè iudices ſibi idoneos eligant per curiam noſtram ad annale iudicationis officium confirmandos.

ELectionem. Vide ad hoc cap. quod incipit, ordinata iuſtitia.

* ADDITIO. Electionem. *Eſt, & alia declaratio Regis Roberti idem continens cap. 311. in cap. 77. ſub an. 1315. die 2. Feb. 13. indict. regnum eius 6.* De Bottis.

Ibi, *remouemus.* No. quod quis non debet officium perpetuare. concordat ad hoc Authen. de aſſeſſ. l. nemo. quod quis non debet, nec poteſt perpetuare honores, vt ibi cum glo.

Ibi, *edicimus.* Cum iſto c. concordat conſtitut. quæ incipit, occupatis.

Ibi, *menſe Septembris;* Cuiuſlibet anni debet eligi iudices annales ab vniuerſitate, & poſtea debent exercere officium poſt firmationem à iuſtitiarijs habitam. B. C.

CA-

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 QVaſi dominium. † Sunt enim Regum miniſtri quaſi domini, cum iudicis arbitrio committantur vita, ſalus, bona, honor, & anima ſubditorum, propterea, vt ſuperius diximus in rubri. huius tit. illos Deos appellat ſereniſſimus Rex Iſrael.

T *Perpetuum.* De hoc diximus ſupra in conſtitutione occupatis in fine.

T *Beneplacitum.* Hic tex declarat beneplacitum ad inſtar perpetui iudicari in electionibus officialium iux. tex. in l. ſufficit. ff. de cond. indeb. & l. iuris peritos. ff. de excuſatio. tutorum, quod facit ad quæſtio: † an officiales ad beneplacitum creatus poſſit abſq; cauſa priuari, quod fieri non poſſe diximus in repet. l. fina. ff. de conſti. princ. 2. part. legis. cap. 9. num. 23.

T *Sed in menſe Septembris.* Ex hoc tex. habemus annum incipere à menſe Septembris, ſic pariter circa fructuum perceptionem, & diuiſionem inter dominum, & vaſſallum, ſi moriatur ante, vel poſt calendas Martias eſt tex. & ibi Andr. in cap. 1. §. bis conſequenter. hic finitur lex. hoc tamen principium anni apud diuerſas nationes diuerſimode fuit ſeruatū. Apud Romanos enim à menſe Martij initium ſumebat, vt Plutarch. in vita Romuli, Feſtus Pompe. lib. 11. Alexan. ab Alex. genial. dier. lib. 3. cap. 24. & Tiraq. in addit. ibi. Hebræi ab equinoctio vernali quod olim ſemper in menſe Martij ſolebat incidere, vt præfati autho. Hinc potuit fundari origo, vt ſumeret initium à die incarnationis, ſcilicet à 25. die Martij. de quo more meminit tex. in cap. 1. 23. diſt. & glo. in rub. C. de indict. lib. 10. & Specul. in tit. de inſtrum. edit. §. 2. & 3. Præpoſ. in cap. in nomine domini 23. diſt. qui atteſtatur ſecundum ſtilum Curiæ Romanæ annum incipere ab incarnatione, & hunc vſum adeſſe in multis locis teſtatur Andr. in d. §. his conſequenter circa fin. Hinc Florentini, & Piſani etiam hodie computant annos ab incarnatione, vt notat Card. in cap. iuuenis de ſponſ. In Francia verò annus computatur à die reſurrectionis, vt per Chaſſen. in conſuet. Burgun. rub. 1. §. 8. ver. quæro quando. nu. 4. & in catal. glor. mundi par. 12. conſid. 39. Alij verò annum incipiunt à Calend. Aprelis, de qua re eſt tex. in l. per hanc C. de aduoc. diuerſ. iudic. vbi ſtatuit ſalarium aduocato fiſci eſſe ſoluendum in medietate anni ibi *cum ad medium iter peruenerint patrocinij verò fiſcalium, id eſt Cal. Octobris.* gloſ. ibi dicit nam incipiebantur anni ſinguli ſecundum antiquos in Cal. Aprelis, quod etiam ibi notat Bal. & Pluth. in Teſeo. Sæpiſſimè verò incipit annus à die natiuitatis Domini, & ſic in 25 die Decembris, vt ex tex. in extrauag. 1. de cenſibus, & in extrauag. 1. §. nos de omnipotentis Dei tit. de pœn. & remiſſ. ex diuo Auguſtino, Thoma, & alijs firmat Couar. variarum reſol. lib. 1. cap. 12. in princ. Cotta in ver. anni, & meminit Iſer. in d. §. his conſequenter circa fin. & apud Mediolanenſes incipit à die Natiuitatis Domini, vt in 1. tomo ſtat. cap. 109. & ibi Carpan. reſpectu inſtrumentorū, & actorum iudicialium, quoad alia à Cal. Ianuarij. Frequentius verò annus in cōtractib. à die Circumciſionis Domini noſtri, & ſic à Cal. Ianuarij, vt atteſtatur Andr. in loco citato, & Couarr. in d. cap. 12. in prin. & hoc vſu hodie vtimur, quod antiquitus à Numa Pompilio originem traxit, qui duos menſes addidit Ianuarium, & Februarium; & Ianuario initium anni dedit. Pluth. in illius vita, & Macrob. lib. 1. ſatur. cap. 13. Alex. ab Alex. d. cap. 24. & dum ſæpiùs apud Romanos circa anni principium fuiſſet variatum. ad Auguſti tempora tandem ventum eſt, in quibus rurſus ad Cal. Ianuarij rediit, quo die magiſtratus inibant, vt ex Suetonio, Plinio, Herod. & alijs firmat Tiraq. ad Alex. vbi ſuprà, & eſt tex. in l. Publius Meuius ff. de cond. & demonſtr. Hæc accuratiſſime collecta fuere à peritiſſimo Ioan. Baptiſta Meliore aduocato primario in allegationibus inter Duciſſam Adriæ, ac Principiſſam Scillæ. dum in ea cauſa ageretur de declarando anno mortis principis D. Fabritij in qua fuit iudicatum annum mortis eſſe attendendum, non à die primo Septembris, ſed anni currentis,

Ea

Digitized by Google

Ex Cap. Neapolit. Cap. XXXIX.

REX CATTHOLICVS.

ITem ſe ſupplica, che in le terre demaniale di queſto voſtro Regno ſe deputeno, & muteno omne anno li officiali, àcciò che li populi ſiano ben gouernati, & ſe miniſtre la giuſtitia, che dandoſe in perpetua gouernatione, ò per più anni, la giuſtitia non haueria così il ſuo loco, & li ſudditi ne conſeguiriano maggiore beneficio. Placet potentiſſimo Regi.

Quod Regentes, & Iudices ſingulis annis mutentur, & ſindicentur. hoc dicit.

Ex eiſdem Capitulis Neapolitan. Cap. 16.

REX FERDINANDVS I.

ITem che lo Regente della Vicaria, & Iudici di eſſa corte, nec non capitanio, & li ſuoi iudici di anno in annum ſe debbiano mutare, & ſindicare, & che in lo ſindicato ce ſiano dui ſindici Neapolitani, ſecundo ſe contiene in lo priuilegio della Maieſtà ſua, & Regina Ioanna, & ſic intelligatur de iudice admiratie curiæ, Pl. R. Maieſt. prout melius prouiſum fuerit, & quod ſingulis annis ſindicentur, vt ſupplicatur.

Officiales Baronum ſint annales. hoc dicit Tapia.

PRAGMATICA V.

De Baronibus.

CAROLVS V.

VOlumus etiam, vt Barones prouideant, quod eorum officiales ſint annales, Ɏ & finito anno, debeant ſtare, & parere ſindicatui faciendo per Sindicum eiuſdem Ciuitatis, terræ, ſeu caſtri, in quibus officia exercuerint, iuxta formam Regiæ pragmaticæ.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 DVm hic dicitur, quòd barones conſtituant officiales, qui ſint annales, extende iſtam pragmaticam, vt non ſolũ procedat reſpectu baronum, qui præciſè ſecundum formam huius pragmaticæ tenentur per annum officiales conſtituere annullatis commiſsionibus, quæ fiebant per ipſos ad bene-

1 placitum; † ſed etiam vt nec ipſi conſentiẽte barone poſsint relinquere officium, contradicente vniuerſitate, vt voluit Vincen. de Franch. deciſ. 4 9. licèt caſus non fuerit deciſus eſt tamen apud noſtri Sacr. Conſ. ſenatores receptiſsima, hæc opinio, cui etiam adderem, vt nec etiam vniuerſitate conſentiente liceat diſcedere ex notatis per eundem Vincentiũ de Franchis d. deciſ. licèt de hoc non inuenerim huc vſque deciſionem.

Limita huius Pragmaticæ diſpoſitionem, non procedere

2 quando capitan. † infirmitate opprimeretur, quæ impediret officij exercitium continuum, tunc enim poteſt mutari iuxta cap. Regis Caroli ſecundi. Item quod prædicti officiales non ordinent, quod eſt 35 & licèt ibi dicatur (& hoc fit de ſcientia noſtra) hoc tamen intelligendum eſt habito reſpectu, ad illud tempus quo erat interdicta baronibus, creatio officialium, vel quod ibi loquatur Rex cum ſuis officialibus. Nunc autem, cum ſint communicata baronibus omnia ferè regalia, vt tradit Auiles ad ll. Præt. cap. 1. in ver. *ordenanças*. nu. 6. non eſt dubitandum. ratio tamen ſuadet. ne propter conſenſum, duorum vel trium de regimine defatigentur ſubditi nouos quotidie mutare officiales, qui eis quandoq; coactam voluntatem præſtant vt ſatisfaciant baronibus, vel timentes aliquod malum ad quod etiam confert Imperatoris Tiberij reſponſum qui dum officiales perpetuò mittebat reſpondiſſe fertur, eos eſſe, vt muſchæ, quæ dum nimis ſatiatæ recedunt ab infirmo aliæ ieiunæ accedunt, & maiorem moleſtiam inferunt, quo reſponſo vtitur addictionator ad Rebuff. in l. neminem .C. de ſuſceptor, & Archar, lib. 10. in fine.

Iudices perpetui remouentur, per annum creantur, quales eſſe debeant, & ſi concurrant plures, quid agendum, ſecundum leges iudicare. & in loco iudicij, & coram baiulis debent. Tapia.

IMPER. FREDER.

IVdices * vbiq; locorum remotis Ɏ perpetuis hactenus ordinatis, vt eſt dictum, annui viri Ɏ illuſtres, & Ɏ fideles, & Ɏ iuriſperiti, Ɏ ſi vnquam in regno reperiantur idonei decernantur. Quod ſi competitores habeant forſitan promouendi, de vtriuſq; meritis teſtimonio ſuorum conciuium, & examinatione ſolicita doceatur: ita quòd in officiali promouendo Ɏ diſcretio, & in remoto iuſtitia conſeruetur. Iudices ſecundum formam conſtitutionum noſtrarum, &

* ADDITIO. *Adde c. idem importuna, & c. electionem. & de notario addente aliquid in margine protocolli vide Alex. conſ. 53. vol. 7. & de omiſſione notarij, vide Boer. dec. 116. F. Ior.*

* ADDITIO. *Vide Capic. deciſio. 153. & Gram. deciſ. 27. & ibi quid in actuario falſificante acta. & quid ſi ſtatutum eſt nulli. ibidem, & an extendatur ad mandantes.* De Bot.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

I*Vdices*, Remouentur iudices perpetui, ſic & ſupra occupatis, & præferuntur illi, qui ſunt de Regno, ſi inueniuntur idonei: arg. C. de epiſ. & cler. l. in eccleſiis. Iudices, & notarij conficientes inſtrumenta debent cauere, vt veritatem ſcribant, alioquin capite puniuntur. Ante hanc conſtitutionem puniebantur ad mutilationem manus, vt dicit litera in Lom-

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Ɏ
1 P*Erpetuis*. † Cur annales potiùs quàm perpetui debeant eſſe iudices ? diximus ſupra in conſt. occupatis. *Illu-*

Ɏ *Illuſtres*. † Hoc eſt nobili genere nati diximus, etiam de hoc in rub. huius tituli, vbi enumerauimus omnes qualitates, quæ 2

iura communia, & conſuetudines approbatas, quæ conſtitutionibus non reſiſtunt, de puriſſima conſcientia, cauſas audiant, vt tamen ipſas, nec alibi, quam apud Baiulos ciuitatum in curiæ noſtræ T prætorio: vbi conſueuerunt iura decerni, vel apud alium, quam qui iuriſdictioni præeſt, diſcutiant, & audiant quæſtiones. quòd enim iudicibus ſupradictis ordinariis iuriſdictiones concedimus infra annum, non ſic accipi volumus, vt apud ipſorum prætoria, ex litigantium fortè conſenſu, quæſtiones accipiant, ſed in præſentia officialium, & baiulorum noſtrorum ipſas examinent, & fine debito ſtudeant terminare.

ANDRAEAS DE ISERNIA, ET ALII.

Lombar. de eo qui char. falſam. l. 1. Item debent ſedere ad iudicandum in prætorio ſolito, vt ff. de iuſti. & iure. l. penul.

IVdices vbiq; locorum. No. hic, quòd ſi notarius publicus falſum condat inſtrumentum, ꝙ debeat pœna capitis puniri: ſed ſi notarius facit inſtrumentũ de cõtractu prohibito, putã quia ſcripſit inſtrumentum de feudi alienatione ſinè conſenſu domini, punitur: quia amittit officium notariatus, & infamis efficitur, vt de prohibita feudi alienatione per Lotharium. c. 1. §. notarium. & ibi no. 10. collat. Et de prohibita alienatione feudi per Fredericum cap. Imperialem. §. ſcriba. 10. collat. punitur notarius pœna infamiæ, & amittit officium, & punitur pœna manus. & vide vt ibi notatur. Sed ſi tabellio aliquo modo in officio ſuo deliquit. vtrum poſſit amodo officium exercere? dic ꝙ non, vt notatur in Auth. de armis. in 6. collat. ad fin. Ad idem facit. C. de ſuſceptoribus, & arcbarijs, lib. 10. l. ſi aliquid. Sed circa iſtam materiam, dic vt plenè notatur per innoc. extra de hæretic. cap. fraternitatis. circa principium magnæ gloſſæ. Ioan. Grillus.

CA-

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

quæ debent concurrere iudices, vt eligatur, & qualiter poſt electionem ſe gerere debeat, vt vnico ictu oculi iudicans quid ſibi incumbat, perſpicere poſſit, ſed vltra ibi dicta addamus Mutium Surgentem virum nobiliſſimum ideo annotantem poſt alios ad fratris ſui dicta fol. 354. num. 15.

T *Fideles*. Hoc verbum poteſt dupliciter accipi primo de fidelitate, quam iudex debet in ſuo officio exibere Regi, & legem ſeruare in omnibus, prout ita intelligit Follerius in praxi
3 crim. 1. part. nu. 8. & † tradit Cicer. in orat. pro Cluentio: *Eſt ſapientis iudicis meminiſſe ſe hominẽ, cogitare ſibi tm̃ eſſe permiſſũ, quantum cõmiſſum ſit, & creditum, & non ſolum ſibi ſoli poteſtatẽ, eſſe datã, verum fidem habitã eſſe meminiſſe poſſeq. quem oderit abſoluere quem non oderit condẽnare: & ſemper non quæ velit ipſe: ſed quæ lex, & religio rogat cogitare*, ſecundo pôt intelligi de fideli-
ſit ornata, eoſq; ſenes præferendos, qui virtutibus polleant,
cum enim habilitati, & doctrinæ iuuenum ſuperaddatur ex-
perientia, quæ in iuuenibus eſſe non poteſt, & in ſenibus re-
peritur, apertum eſt conſilio pollere ſenem, atq; prudentia.
Diximus quoq; in ſenatu eſſe adhibendos iuuenes cum ſeni-
bus, vt alter alteri auxilium præſtet, ſenex conſilio, & rerum
ante actarum notitia, iuuenis labore; quam ego rem ſum ex-
pertus poſtquam ad Sacrum Conſilium fui aſſumptus. Vltra
tamē ibi dicta vide Chaſſeneum ad conſuetud. Burg. in pro-
hœm. verbo *ordonne que ſix de noz conſeilleres.*
5 T *Infirmos.* Sunt enim qui propter † infirmitatē prohibentur
iudicare, & idem rectè dixit elegantiſſimis verbis Paulus in
l. cum prætor. ff. de iudi. *quidam enim* (inquit) *lege impediun-
tur ne iudices ſint, quidam moribus, quidam natura; Natura vt
ſurdus, mutus, & perpetuò furioſus, & impubes: quia iuditio ca-
rent,* quod etiam Hiſpanorum lege eſt affirmatum in l. 4. tit. 4.
part. 1. qui ergo hac infirmitate laborat, iudex eſſe non po-
6 teſt, ſicut nec † feudum habere poteſt mutus, ſurdus, vel ali-
ter imperfectus (vt ſtatuitur in cap. 1. an mutus, vel ſurdus, &
cap. 1. §. mutus, Epiſcopum, vel Abbat. idq; ita fuit deciſum
per Sacrum Conſilium in Collat. Conſilio in cauſa Illuſtriſſi-
mæ D. Hieronymæ Caracciolæ Principiſſæ Sancti Seueri cum
Illuſtr. Vittoria Caracciola Comitiſſa Caſtri defendentis par-
tes Ioſeph Caraccioli fratris muti, ſurdi, & imperfecti, licèt
quoad articulum ſubſtitu i fuerit dubitatum. De quo tamen
dicemus in conſtitutio. officia quæ perſonis. Huiuſmodi au-
7 tem † infirmitates à perſonalibus etiam muneribus excuſant
iuxta ſancita per Imper. in l. 1. & 2. C. qui morb. ſe excuſ.
ſed tex. hic non ſolùm de hac infirmitate intellexit; ſed etiam
de quouis morbo, qui impedit exercitium liberum officij.
8 Sed an laborans † podagra poſsit eſſe iudex? dic non eſſe
morbum, qui hoc impediat iuxta tex. in l. podagræ. C. qui
morbo ſe excuſ. & ego cognoui duos Regios Conſiliarios ni-
mis oppreſſos podagra Carolum Fenicium, & Marcellum For
narium, qui non ex hoc fuerunt remoti ab officio, benè ta-
men verum eſt, quod ex diſpoſitione d. l. podagræ in a. parte
crederem non poſſe eſſe iudicem, qui ea maiori parte anni eſt
impeditus, prout erat Marcellus Fornarius: eo enim caſu Rex
inuictiſsimus noſter deberet ſalarium concedere, cum præro-
gatiua veniendi ad conſilium ad votandum, nam licèt pedum,
manuumq; impedimentum maximum ſit propter proceſſuum
viſuram, & ſubſcriptiones ſcripturarum, & alia quæ ad offi-
cium pertinent, non tamen impedit quin ſuam ſententiam
(quando valent) proferre non poſsint, qui cum pro Regis
ac Reipub. ſeruitio ſtudendo, & iudicando ſalutem amiſerint,
iuſtum, & debitum eſt, eis maxima in neceſsitate ſuccurrere,
& ſalario, & honore, qui etiam propter longam experientiam
maximo ſolent eſſe tyronibus adiumento, ita feciſſe Regem
noſtrum Philippum II. cum Carolo Phenicio relatum eſt mi-
hi, cui & ſalarium aſsignatum traditur, & facultas conceſſa
veniendi ad Sacr. Conſ. cum valeret procurante illo integer-
rimo, & generoſo Principe Comitæ Mirandæ tunc Regni
Prorege. Et quòd hæc infirmitas debeat eſſe grauis, colligitur
ex dictis per Gomeſ. in Reg. Cancellariæ de infirm. reſign.
quæſt. 28. & tradit Azeued. ad l. 6. tit. 5. lib. 3. num. 9. alle-
gans not. in tex. l. quæſitum. ff. de re iud. per Bart. & alios.
Et an † officiali infirmo debeatur ſalarium? dic quòd ſic, vt 9
poſt Parid. de Puteo de ſind. verſ. ſalarium cap. 3. num. 3. te-
net Azeued. in d. lege 6. tit. 5. lib. 3. num. 7. & Auil. in cap.
præto. cap. 5. num. 19. quod tamen intelligunt, ſi in ciuitate
permanſerit, in qua eſt iudex, ſecus ſi iuerit ad patriam, vel
alibi abſq; tamen licentia ſuperioris, tunc enim videtur offi-
cium relinquere: quod tamen limitaretur, niſi aliter ſalutem
recuperare non poſſet, & de medicorum conſilio id feciſſet,
arg. l. cum hæres. §. ſtichus, ff. de ſtatu lib. c. ad audientiam,
vbi glo. de cler. non reſident.
T *Non idoneos.* Sunt enim apti ad officia eligendi, vt diximus
in rub. huius tituli.
T *Infirmitatis.* Hoc eſt maximæ, nam qualibet non ſuffice-
ret, vt diximus.
T *Interim.* Debet enim qui Regno præeſt † officiales eligere, 10
qui interim iuſtitiam populis miniſtrent, & hoc facit Illuſtriſ-
ſimus Prorex cum Regentibus: nam vacantibus duobus Re-
gentibus poteſt eligere Proregentes prout fecit Illuſtriſſi-
mus Dux Oſſunæ, qui cum fuiſſent ſuſpenſi Regentes Sala-
zar, & Darocca, elegit Antonium Cadenam in Proregentem,
& poſtea cum mortus eſſet Regens Salernitanus vir doctiſsi-
mus elegit Io. Antonium Lanarium virum nulli ſuæ tempe-
ſtatis ſecundum in Proregentem, & Io. Lopez de Bericano ſi-
militer Proregentem, ſic etiam facit Illuſtriſsimus Prorex
quando iuſtitiariatus hoc eſt gubernium Prouinciæ vacat. Nā
facit prouiſionem pro interim & nominat prouidendos à Re-
ge. In officio verò locumtenentis Regiæ Cameræ Summariæ
non facit prouiſionem; ſed Præſidentes per hebdomadas
exercent officium locumtenentis: in noſtro verò Sacr. Conſ.
facit propræſidentem, qui ſemper ſolet eſſe decanus, vel alius
prout Illuſtriſsimo Proregi placet, & ſic Illuſtriſsimus Dux
Oſſunæ prouidit Hieronymum Olzignanum virum tùm legali
diſciplina, tum etiam omni ſcientiarum genere præditum pro
pter ſuſpenſionem illius magni Præſidentis Antonij orificij,
qui fuit poſtea reſtitutus. Sed Illuſtriſsimus Don Ioannes Al-
phonſus Pimentel Comes Beneuenti, dum ad Regni gubernium
perueniſſet magno omnium Regnicolarum applauſu, ob eius
ſummam iuſtitiam, & probitatem, diſcedente D. Petro de
Vera ab Aragonia Sacr. noſtri Conſil. Præſide meritiſsimo of-
ficium Propræſidentis commiſit Ioanni Thomæ Salamanchæ
noſtri Sac. Conſil. Decano peritiſs. & opt. Conſiliario.

Magiſtri paſſuum, & alij officiales hic deſcripti infra certum tempus denuntient Regi ſubofficiales electos idoneos, & electos non amoueant, niſi certis caſibus. hoc dicit Tapia.

REX CAROLVS II. Cap. 57.

Item magiſtri paſſuũ. Ibi, *amoueant, vel commutent.* Cōcordat cum capitulo 35. incip. item quod prædicti officiales. Barth. de Cap.

ITem magiſtri paſſuum, magiſtri maſſarij, magiſtri aratiarum, & magiſtri foreſtarum, & prouiſores caſtrorum in ingreſſu officij eorum quindecim dies, ſi ſit citra Farum, & ſi vltra Farum infra mēſem nominent, & ſignificent curię ſubofficiales, prout ad cuiuslibet eorum ſpectat officium opportunos, deſignando per eorum numerum, & perſonas, qui ſcilicet, ſunt conuenentes, & idonei ad officium, quod

quod eis committitur exercendum, de quibus nominatis, & ſignificatis ſub ſigillo eorum, veſtrum eis beneplacitum reſcribatur. Et ex tunc caueant ſub pęna mediæ libræ auri, ne aliquem de ipſis ordinatis amoueant, vel cõmutent. Et ſi fortè poſtmodum ex cauſa infirmitatis, ſeu mortis, vel alterius iuſti impedimenti aliqui de ipſis ſtatutis nequeant commiſſa ſibi officia exercere, incontinenti ſinè mora ſignificent nobis nomen impediti, & cauſam impedimenti, & vt nominent alium, vel alios loco impediti, ſeu impeditorum, qui ſunt idonei ad ipſum officium exercendum, & reſcribatur eis ſupradicta forma, tamen in caſu mortis tantum illum, quem nominauerint interim faciãt adminiſtrare, donec nos eis mandauerimus ſuper hoc noſtræ beneplacitum voluntatis.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

De iſtis magiſtris paſſuum, & magiſtris maſſariis, & aliis dicemus in propriis titulis de off. magiſt. foreſt. de off. magiſt. maſſario, & de cuſtodibus paſſuum, & graſsiæ, vbi etiã dicemus de officio magiſtri ratiæ hoc eſt. magiſtri equorum, qui pro ſeruitio Regis aluntur.

Hoc capitulum ſumma ratione fuit conditum à Rege Carolo dum ordinauit notitiam ſibi dari omnium ſub officialium. Rex

Rex enim debet oculum habere ſuper omnibus ſuis miniſtris ideoq; † Aegyptij deſcribentes Regis officium virgam depingebant, & ſuper ea oculum, vt intelligeremus vigilantiam, quam Reges, & qui vices eorum gerunt habere debent in Regnis ſibi commiſsis, & hæc eſt propria cura Regum non vt ipſi faciant, quod eius miniſtri facere debent, ſed vt videant ſciant, & intelligant quid ipſi faciunt. 1

Offi-

Officiales Regni committant officia idoneis in terris ſuis, & locis conuicinis. hoc dicit Tap.

CAROL. II. VIC. REGNI

Cap. 181.

Item ſtatuimus, quòd officiales regni, officia, ſeu cõmiſſiones, vel ſeruitia curiæ committant hominibus in terra ſua, & in locis conuicinis, & talibus, qui ad hoc ſint idonei, ſufficientes, & habiles: & ad talia cõmittantur, quæ ſtatum, & condirionem eorum deceant, quibus commiſſa fuerint: & alia in huiuſmodi capitulo obſeruentur, quæ per nouellam conſtitutionem domini patris noſtri indulta noſcuntur.

Item ſtatuimus, quod officiales. Iſtud capitulum concordat cũ conſti. inter nullas. ibi, patris noſtri indulta: vt no. in cap. quod incip. item iuſtitiarij non ordinariè.

Ibi, *locis conuicinis.* Sed quæ dicuntur loca conuicina, & coniuncta? dic quòd ſunt illa, quæ ſunt coniuncta cũ illa ciuitate, vel caſtris, vnde commiſſarius eſt oriundus medio interiecto: nam vicinus dicitur, quia vice vnius loci cenſeatur: vt extrà de præſumpt. cap. quoſdam. & de verb. ſign. cum ſim. P.P.

Hoc cap. allegat, & ſequitur Matth. in conſtit. magiſtri Camerarij. in viij. not. & vide aliud in c. in præced. col. in prin incip. item ſtatuimus, quòd Comitibus.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Tanta fuit huius ſanctiſsimi Regis cura circa quietem, & pacem vaſſallorum, vt quantum fieri potuit excogitauerit illorum grauamina tollere, cum autem maxima recipiant atq; ſentiant grauamina vaſſalli ex acceſsibus per tranſitum commiſſariorum pp hoſpitalitatem quam illis tenentur exhibere, ad huiuſmodi euitandas vexationes præcepit, vt † curiæ ſeruitia committantur ordinarijs terrarum vbi eſt actus aliquis peragendus, vel locorum vicinorum. Huius cap. doctrina edoctus, dum fuiſſem auditor in prouincia Principatus citra, & Baſilicatæ, & in eis annone perfectus ab Illuſtriſsimo D. Comite Mirandæ (de cuius laudibus alias ſed non abunde, vt opus erat diximus) vt populus minus grauarem coſtitui certum numerum commiſſariorum, atq; ipſis certa, è quibus nõ egrederentur, oppida aſsignaui; & quia multi inſurrexerant latro- 1

latrones propter tunc eminentem, & præteritas penurias iiſdem eorum capturam commiſi, & aliis etiam terrarum dominis, vel ciuibus, virtute præditis, & opibus, qui eorum diſtrictum, & territoria purgata cuſtodirent fuitq; Deo fic dante effectum (cui honor ſemper, & gloria) vt prouincia tota quam breuiſsimè ſceleſtis hominibus purgaretur, & viatoribus liber iter præſtaretur, ita vt abſq; aliquo populorum, & Regni grauamine ciuitas Neapolitana frumenti copia fuerit munita.

† *Deceant.* Non enim debet committi † nobili officium ignobile, excuſantur enim ab huiuſmodi muneribus, vt habetur in l. prima. C. de excuſ. mun. lib. 10. & ad hæredem extraneum non tranſit hæc immunitas l. ſordidorum eod. titulo. 2

Tres

Tres iudices Rex conſtituit ad emendanda damna ſubditis illata per ſtipendiarios, & familiares. h. d. Tapia.

CAROLVS II. Cap. 181.

Item quòd tres in Curia ſtatuantur ad ſtipendiariorũ, & familiariorum regiorum, & aliorum ſequentium curiam cohibendos exceſſus, & emendanda † damna patientibus, & ſatis fieri facienda ſuper eo, quòd victualia, & alia vtenſilia auferre, ac fideles diuerſis contumelijs, & iniurijs afficere præſumebant.

Item quod tres. Iſtud cap. optimum eſt, & hodie in regno male ſeruatur. Bar. de Cap.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Dicit Io. Antonius de Nigris hoc cap. bonum eſſe, ſed male ſeruari ſunt enim nimium indulgentes Principes ſuis familiaribus, qui vt fertur cum ſuis cohortibus procedentes per regnum excoriant populos, non contenti eius quantitatis, quàm vniuerſitates pro ipſorum hoſpitalitate offerunt, ſummas immoderatas petentes. credo tñ hoc ad eorum rectam notitiam non peruenire; hi enim † familiares ſunt ſeuerius puniendi, quam alij ita ſtatuere Imp. Valent. & Valer. in l. 1

Q

In l. vniuerſi fiduciam gerant. C. vbi cauſæ fiſcal. hodie tamen hoc officium exercetur per Auditorem generalem exercitus, qui de cauſis omnium militum regni cognoſcit, quas refert Illuſtriſſimo Viceregi, & ab illo reſponſo obtento ſententias profert, quod officium ampliauit nimis Illuſtriſſ. D. Comes de Lemos.

Damna

T *Damna.* Hic quærit Io. Antonius de Nigris, an poſſit facere † pacem dominus de damnis illatis ſubditis, & ea remittere ipſis inuitis, & poſt multos negatiuè concludit: cuius contrarium diximus in rub. l. fin. ff. de conſtit. Princip. cap. 1. num. 59. vbi pluribus, & authoritatibus, & rationibus probauimus id fieri poſſe.

Offi-

Officiales in perpetuum, vel ad beneplacitum, vel ad tempus creatos reuocat, & vniuerſitatibus ius eligendi iudices reſtituit. hoc dicit Tapia.

REX ROBERTVS Cap. 102.

IMportuna petentis inſtantia fatigat animum audientis interdum, vel audit, ſed male, vel credit, illumq; ſic tædio afficit, vel diſtrahit pariter quod à tramite claræ diſpoſitionis auertit, quo ſæpè contingit, vt quod recta ratio, certo tramite, denegat petentis improbitas, per ſtimulum præſumptionis T euellat. Sanè crebris, & inquietis inſtantiis noſtrorum fidelium fatigati, certis perſonis noſtri Regni Siciliæ ad ciuiles cauſas, ſeu contractus aliquos celebrandos in terris eorum in perpetuum conceſſimus Iudicatus officium, non nullis ex ipſis ad T beneplacitum, & aliquibus ad vitam eorum. Necnon & aliquibus ad certi temporis ſpatium præfinitum. Super quo earundem terrarum, & ciuium in T auditorio noſtro petitio propoſita murmurat, quòd ipſa noſtra conceſſio ipſis non modicè præiudicialis exiſtit, dum vniuerſitatibus terrarum ipſarum ius eligendi annales iudices tollitur, & ad iudicandum continuè eiſdem perpetuus iudex datur. Supplicato itaquè ſuper his per noſtræ poteſtatis præſidium prouideri. Nos abhorrentes intrinſecè fidelium noſtrorum T grauamina, & pronisſo, deteſtante ingenio, vni non conferre gratiam in onus, & diſpendium T plurimorum, conceſſiones eaſdem de perpetuo iudicatus officio per nos factas, ſiue per T Carolum primogenitum noſtrum T Ducem Calabriæ ipſius Regni noſtri Siciliæ Vicarium generalem in perpetuum, vel ad beneplacitum, vel ad tempus T reuocamus, eneruamus, & ad nihilum redigimus. Eligendi iure vniuerſitatibus ipſis eoſdem annales iudices, ſicut eiſdem competit, remanente. Contractus autem omnes, & quælibet ſcriptura legitima facta per dictos iudices prædicto tempore propter vtilitatem contrahentium, quatenus ſunt acta legitimè habere decernimus ſtabilitatem, & T firmitatem. Quocirca iubemus expreſſè, vt conſtitutionem ipſam diuulgari per totam vobis decretam prouinciam faciatis: dantes alterutri has noſtras literas in pendenti. Data.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 T EVellat. Reges enim decet eſſe † liberales, & munificentiſſimos, vt aliàs diximus, quodq; ſcripſit Conrad. in templo iudicum lib. 1. cap. de Imperato. §. 1. quæſt. 23. dum ſubditi aliqua petunt faciles ſunt ad concedendum, quæ ſi vident poſtea alios lædere, debent reuocare. nam per importunitatem precum videntur quodammodo extorta, quæ Principes faciunt contra ius tertij, vel quæ in diminutionem coronæ Regiæ fiunt, ita Imperat. in l. 1. C. de petitio. bono.

2 ſubla. lib. 10. Preces enim † vim quandam inferre dicuntur, vt inquit Luc. de Pen. in d. l. 1. ſic etiam dicit iureconſult. in l. item apud labeonem. §. ſi quis virgines. ff. de iniur. blanda verba vi æquiparantur ibi in verſ. abduxiſſe. Clauſula tamen non obſtante, vel motu proprio, & aliæ clauſulæ hanc ſuſpitionem tollunt, & diximus in rub. ff. de conſtit. prin. c. 4. & de virtute clauſularum prædictarum d. rub. cap. 2.

3 T *Beneplacitum.* Licèt litera huius tex. videatur innuere † beneplacitum eſſe quid diuerſum à conceſſione ad vitam in officio, id tamen intelligendum eſt, vel ſecundum iuris diſpoſitionem ex l. iuris peritos. ff. de excuſat. tuto. vel quòd fuerit,

4 ita in his caſibus interpretatum: attenditur enim † conſuetudo vtendi, vel loquendi patris familias l. ex vſu. ff. de vin. & oleo legat. & l. legato. ff. de ſuppellect. legat. & ibi gloſ. & & doctor. notant.

5 T *Auditorio.* Debet enim eſſe † facilis ad audiendum, qui iudicat, quiq; populis præeſt, vt dicit Foll. in praxi crimin. nu. 7. 14. & 35. non autem facilis ad credendum. Nam ſicut optima Principis pars eſt ſubditorum querelas audire, ita peſſima erit eiſdem clamoribus ſubditorum ad alterius perniciem facilem eſſe, vt idem Foller. tradit nu. 15. ibid.

T *Grauamina.* Principes enim debent ſummopere curare ne ſubditis grauamina inferantur, vt diximus in c. Regina iuſtitia quod eſt. 193. ſupra tit. de legibus.

Plu-

T *Plurimorum.* Gratia enim † Principis, ſine eius beneficium non debet tertio præiuditium inferre, & quando de tertij 4
præiuditio agitur, eſt facienda ſtricta interpretatio cap. ſane vbi ſcriben. not. de priuil. Non enim præſumitur Principem velle tertio præiudicium inferre l. 2. §. merito. & §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco publ. cum aliis adductis per nos in rub. ff. de coſtit. Prin. cap. 2. num. 23. vbi diximus; nec Principem id præſumi, velle facere ex clauſula ex certa ſcientia, & aliis, ibiq; etiam nu. 28. diximus poſſe hoc facere legitima ſubſiſtente cauſa.

T *Carolum primogenitum.* Iſte Carolus mortuus fuit in vita ſui patris, & vocatus fuit Carolus ſinè terra, ſepultus eſt in AEdibus ſacris D. Claræ iuxta ſepulchrum patris, quod eſt marmoreum, & ſuperbum mauſuleum, vbi etiam adeſt marmorea effigies Roberti, ob cuius obitum ſucceſſit Ioanna I. de qua in c. ſeq. 5

T *Ducem Calabriæ.* Hic eſt † titulus primogeniti Regis Neapolitani, quo etiam vtuntur hucuſq; Reges Sereniſſimi de domo Auſtriaca, ſic in Regno Franciæ Primogenitus vocatur Delphinus, eo quòd ſit dominus Delphinatus: ſic Regis Hiſp. Primogenitus vocatur Princeps Aſturiarũ, & ſucceſſor in Imperio eligitur primo in Regem Romanorum, & poſtea defuncto Imperatore ſuccedit in Imperio.

T *Reuocamus.* An autem Princeps † poſſit reuocare priuilegium conceſſum alteri, diximus latè in l. fin. ff. de conſtit. 6
Prin. 2. part. cap 9. per totum.

T *Firmitatem.* Etiam ſi non fuiſſet creatus à Rege, qui habet poteſtatem creandi officiales, vt diximus. Nam ſi à populis fuiſſet habitus pro iudice, hoc ſufficeret, vt habetur per doctor. in l. Barbarius de offic. prætoris, licèt commun. opin. ſecundum Iaſ. ibi nu 66. ſit, quod non teneant geſta per eum quã non eſſet creatus ab habente poteſtatem, de quo latiùs alibi.

Vir-

Digitized by Google

Virtutes quibus debeat eſſe præditus officialis, ad adminiſtrationem aliquam promouendus, enumerantur. h. d. Tapia.

IOANNA I. Cap. 273.

VT ſtatus T reipublicæ regni T reformetur circa obſeruationē iuſtitiæ, ante omnia aduertendum eſt ſuper creatione officialium. Vnde videtur, quòd domina Regina cum curioſa, & maxima diligentia prouidet, qnòd Iuſtitiarij prouinciarum, & Capitanei terrarum ſint homines T fideles, Deum T timentes, & T honorem Dominæ diligentes, qui ſeruent T mundas manus, & ſoliti ſint in officiis exercendis actis retro temporibus, aliiſq; agendis manus mundas habere, & ſeruare, & ſint homines conditionis talis, quòd magno nō ſint ſuffulti præſidiò, & T fauore, & reſpectum non habeant niſi ad Deum, reginalemq; honorem, & conſcientiam eorum, & ipſam non lædant, ſed illam penitus ſeruent illæſam. Et idem intelligitur de iudicibus, & actorum notariis ſecundum eorum conditiones. Et nihilominus, vt officialibus ipſis creandis adſit materia benè regendi, & in iuſtitia gubernandi ſubiectos: vtq; eis propter abuſum præteritorum temporum prædeceſſorum ipſorum fortaſsis imitantibus veſtigia: excedendi iuſtitiæ limites deſit materiapariter, & facultas. & ne ex iuris ignorantiæ nubilo excuſationes prætendere valeant commiſſorum, fræniq; temperies in eorum proceſsibus, & exceſsibus adhibita videatur, condita ſunt capitula infraſcripta modica, & quaſi nulla ſtatuentia T noua; ſed ſolùm rememorantia, & reformantia iura antiqua, quæ per abuſum malorum officialium minimè fuerunt obſeruata modernis temporibus, videlicet.

Quòd de cætero ordinentur iudices, & aſſeſſores, qui ſaltem ſtuduerint per annos quinque Cōſtitutiones, & Capitula T regni: & anteqnàm ipſis de officiis prouideatur, T examinentur per Prothonotarium, ſeu eius locumtenentem, & aliquos de conſilio. Et vbi reperiuntur ſufficientes, prouideatur eis de officiis: vbi verò reperti fuerint non ſufficientes, remittantur ad ſtudium: vt cùm erunt periti, prouidebitur eis de officiis: & idem intelligatur de actorum notario attenta facultate ipſorum.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 IOanna iſta, quæ has condidit ordinationes fuit † Ioanna I.
ſapientiſſimi Regis Roberti filia, quæ in regno ſucceſſit ob
mortem Caroli Ducis Calabriæ, quem (vt diximus ſuperiori capit.) vocarunt Carolum ſine terra. Hanc fuiſſe impudicā
aſſerunt ſcriptores multi; eam tñ defendit Angelus Conſtātius
in eius hiſtoria: de hac meminit Dec. in l. fœminæ. ff. de regul.
2 iur. poſt Angel. in l. eum prætor. §. penul. ff. de iud.
T *Reipub.* Licèt propriè † reſp. dicatur ciuitas, vel prouincia, quæ Regem non habet, ſed à ſuiſmet ciuibus regitur, vt
Venetorum, Ianuenſium, atq; Lucentium, reſpublica etiam
dicitur, quæ Regem habet, qui rerum publicarum, hoc eſt,
communis boni curam habet.
T *Reformetur.* Diximus ſupra in cap. Regina Iuſtitia nu. 139.
in rub. de legibus, Regis curdi eſſe debere corruptos reformare mores, & ad priorem ſtatum perfectionis reducere no-
3 uas condendo leges, & optimos conſtituendo magiſtratus,
† lex. n. mortua res quædam eſt, cui ſi adiieiatur ſpiritus, qui iudex bonus erit, optima res eſt, neq; laudibus extolli poteſt,
eritq; corpus organicum, ſi autem deficiat iſte, cadauer erit:
immo quod pro ſalute fuerit introductum ſubditorum, in eorum perniciem conuertetur: ideòq; multorum fuit virorum
ſententia, quam probamus, Principes peculiarem curam habere debere in reformandis ciuium moribus veteres renouando leges, nouaſq; conſtituendo. Quadere circa huius regni
regimen dicebam Proreges conſtituere debere in qualibet
hebdomada diem, in qua tantùm de iis, quæ ad rectam reformationem regni attinent, ageretur, & circa obſeruantiam
conſtitutionum, capitulorum, & pragmaticarum Regni tum
in Sacrò Conſilio, tum in Regia Camera, M. C. V. & cæteris
curiis, tam Neap. quàm extra, tùm etiam circa militaria grauamina, & adminiſtrationē bonorum vniuerſitatum; Hnc ego
dixi vt apud Deum, & homines excuſationem afferre valeant, vtq; rectam ſuæ adminiſtrationis rationem reddere
poſſint, & in re tam neceſſaria, tamq; magni ponderis certa ſit ſtatuta dies, quam ſciant ſubditi, vt & ipſi inde relenamen expectent, & quod pro populorum pace, & quiete
Deus aliquibus communicat, in Principes, & eorum, qui illis
aſſident, notitiam perueniat; ſunt namq; plures quorum ſpiritum excitat Deus, & hi quandoquidem infi ni, vt confundat fortia, quibus reuelantur, quæ abſcondita ſunt à ſapientibus, & prudentibus, quorum monita ſunt recipienda, & admittenda neq; obliuioni tradenda, vt moris eſt, quod inquam
ex hoc præcipuè euenit, quod rebus huiuſmodi pertractandis
certa dies, & certi homines non ſunt ſtatuti, quibus adiungendus eſſet, qui de exequendis tātùm mandatis curam haberet,
deque referendo in concilio, id quod vel perperam, vel nullo
modo exequutioni eſt demandatum. Hanc rem deſideraui
ſummopere, faxit Deus, vt animos Principis moueat, quam ni
fallor profuturam populis arbitror, idq; præcipuè eſt deſide- 4
randum in regno iſto, cuius † incolæ ſunt variabiles, vt inquit Afflict. in conſt. vniuerſas, & propter hanc qualitatem facilè recedunt à benè incepta via, ſicut etiam ſunt obſequentiſſimi, & reducibiles.
T *Fideles.* Diximus etiam de hoc ſupra in prælud. ad hunc
titulum, & in conſtit. iudices vbiq; locorum in verb. fideles
ſupra hoc tit.
T *Timentes.* De quo etiam ſupra diximus, & ex hoc capitu-
lo colligitur, quod dicit Bal. in l. 2. C. de ſentētiis ex breuil. re- 5
cit. Iudicem † debere habere duplicem ſalem conſcientiæ,
ſcilicet, & ſapientiæ, nam ſinè ſcientia eſſet inſipidus, & ſinè
conſcientia diabolicus. 6
T *Honorem dominæ diligentes.* Debent † miniſtri regij dominum Regem diligere, ideòq; ſolitus erat dicere optimus ille
vir Franciſcus Aluarez Ribera nil bonum poſſe facere regiū
miniſtrum ſi dominum ſuum ſummopere non diligat, atquè
præ oculis habere ſubditorum corda in Regis dilectionē trahere, nec diem præterire, qùn alicuius cor non lucrifaciat,
ſciebat enim Antigonū Regem, quod Plutar. refert in Demetrio dixiſſe *beneuolentiam ſibi ſemper viſum optimum regni
fundamentum, veriſſimumq; præſidium*, & in Arato ait idem
Plutar. *vera, ac ſtabilis ciuium beneuolentia optima Principis
cuſtodia eſt*, quod proſequitur Simanch. de republ. lib. tertio
cap. 12.
T *Mundas manus.* De hac re dicemus infra in titulo ne official. muner. recip.
Fauore. Hoc ideo quia potentiores difficilius conueniuntur:
ad quod faciunt, quæ dicuntur in tit. C. ne liceat potentioribus. ſed hoc erat eo tempore, quo Regnum iſtud erat ſub ditione Regum, qui ſubditos timebant, & præſertim iſta Regina Ioanna, quæ multa paſſa eſt, vt videri poteſt apud Coſtantium in eius hiſtoria.
T *Noua.* Diximus etiam ſupra in tit. de legibus in conſtit. nil
veterum, nouas leges eſſe condendas, ſi neceſſariæ ſint ad morum correctionem: verùm legum multiplicitatem eſſe vitandam.
T *Regni.* Cum hoc tex. concordat tex. l. 2. tori. per quēm

 prohi-

prohibetur officia exercere, qui leges ordinationum, & pragmat. & leges fori non legerint, & ſummo ſtudio non viderint quomodo enim poterũt obſeruare leges ſi eas ignorant. hinc,
7 † (vt ſupra diximus in cap. 183. rub. de legibus) oritur in obobſeruantia legum vnuſquiſq; enim pro vt ſibi placet iudicat, & leges interpretatur.
8 † *Ex immenetur.* Hoc † hodie non ſeruatur, ſed in huius examinis locum ſolet Illuſtriſsimus Prorex committere alicui ex dominis Regentibus, qui relationem faciat de meritis, & habilitate prouidendi, qui eam facit in ſriptis, & hoc ſufficit, ego tamen dicebam huiuſmodi relationem fieri debere in Collat. Conſil. & coram omnibus dominis Regentibus informatis, vt poſſet vnuſquiſq; de ea re ſententiam ferre, & ad hoc non omittam, quod audiui aliquos conſuluiſſe dominos Proreges, vt cũ voto vnius dominorũ Regẽtium poſsit aliquas gratias facere, quod iniuſtum eſſe iudicamus cum Rex ad id conſtituerit omnes, & Deus dixit in ore duorum, vel trium, ſed contra iſtos adulantes iudicabit dominus.

Officiales annales non poſſunt finito anno in ead. terra, vel alia officium exercere, vt ſindicari poſſint. h. d. Tapia.

IOANNA I. Cap. 283.

ITem quòd prædicti officiales Iuſtitiarij, ſcilicet, & Capitanei, iudices, aſſeſſores, actorum Cameræq; notarij, qui vno † anno habuerint, & exercuerint officia huiuſmodi, non poſſint nec debeant in ſequenti anno officia ipſa obtinere, & exercere in eadem prouincia, ſeu terra, vel alia ad hoc, vt ſuper reddendis rationibus officiorum, ceſſet omnis confuſio, faciliuſq; haberi poſsit, & officiales ijdem abſq; excuſatione aliqua valeant ſyndicari.

ITem quòd prædicti officiales obſeruare teneantur conſtitutiones, & capitula, ac bonas obſeruantias Regni. Neque præmiſſa capitula nouiter edita ipſis in aliquo derogent, ſed rata, & firma permaneant in omni parte ipſorum.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 † ANno Officiorum exercitium prohibetur in eadem terra, & prouincia, quia cum ſint honores debent omnibus ſubditi communicari, & ideo pragmatica 5. de offic. iud. in §. 1. diſponit, quod tanto tempore vacent, quanto exercuerint ſic prag. 6. §. item quia experientia ſub eod. tit. & per hoc cap. dicit peritiſſimus Præſes Vinc. de Franch. in deciſ. 479. ſe iudicaſſe non eſſe admittendum ad officium iudicis ſecundarum cauſarum in anno ſequenti illum, qui antecedenti anno officium capitanei exercuit, nam licèt ſit diuiſum officium uiget tamen eadem huius capituli ratio, vt facilius poſſint ſindicari.

Neq; hoc cap. vires tantum obtinet in officijs habentibus iuriſdictionem: ſed in 2 † adminiſtratoribus vniuerſitatum, qui debent quinquennio abſtinere ab eiſdem, triennio verò ab alijs l. 2. C. de mun. & honor. non continuan. lib. 10. quod tamen non procedit in terris paruis, vbi non poteſt haberi copia hominum ad adminiſtrationem habilium l. honor. §. penult. & fin. ff. de mun. & honor. & quod diximus de non continuandis officiis, dum procedere etiam conſentiente electo, vt ait Vinc. de Franch. deciſ. 264. In hac autem alma Vrbe huius capituli Regula non ſeruatur cũ præſertim ex ſedili Portænouæ, qui fuit Electus per ſex menſes, per alios ſex eſt deputatus pecuniæ, vel alterius deputationis, quod tamen accidit, quia nemo ſe opponit prout fieri deberet.

Capitaneos terrarum, & iudices iubet eſſe annales; Auditores prouinciarum biennales; Gubernatores verò prouinciales triennales, & quòd non poſſint confirmari, & continuare etiam ad ſupplicationem vniuerſitatum, & prouinciæ, & tanto tempore abſtineant ab exercendis officijs, quanto vacauerint. hoc dicit Tapia.

PRAGMATICA V.

De officio Iudicum, & aliorum officialium.

IOANNA I. & CAROLVS V.

DEcet nos quibus ne dum recti regiminis, & adminiſtrationis iuſtitiæ, verum etiam bonæ gubernationis, conſeruationis, & defenſionis Regnorum, terrarum, & dominiorum noſtrorum cura ab alto commiſſa eſt, tales in adminiſtratione iuſtitiæ præficere perſonas, talique modo ordinare exercitium eorum, taleſque leges, & obſeruantias ipſis, ac Caſtellanis Caſtrorum noſtrorum Capitaneis, militibus, tam grauis, quàm leuis armaturæ, ac peditibus ponere. Itaq; circa recuperationem, & conſeruationem redituum noſtrorum neceſſaria prouidere, quod iuſtitia in ipſis Regnis rectè adminiſtretur, & exercitium officiorum noſtrorum per noſtros ſubditos diſtribuatur, noſtriq; officiales ſyndicentur continue, & milites vtriuſque armaturæ ſint habiles, & apti ad militiam, & ne aliis officiis, ſed ſoli militiæ ſe intromittant, vt omnia ad ſeruitium Dei, & noſtrum beneficium publicum, & rectam adminiſtrationem inſtitiæ, bonam cuſtodiam, conſeruationem, & defenſionem Regnorum noſtrorum dirigantur, & ſi hoc in omnibus Regnis, & Dominiis noſtris facere debemus, multo magis in dicto noſtro Siciliæ citra Farum Regno, quod præſentia noſtra caret. Ideo tenore præſentis, deque noſtra certa ſcientia, deliberate, & conſulto, ad ordinationem, & reformationem præfatorum, Pragmaticas ſanctiones noſtras infraſcriptas, cunctis tẽporibus firmiter valituras, facimus, ſtatuimus, & ordinamus, in hunc, qui ſequitur modum: Et primo quia intelleximus, quòd multi Capitanei Ciuitatum, & locorum dicti noſtri Siciliæ citra Farum Regni, minis, ſubductionibus, & aliis exquiſitis modis, inducunt Prouincias, Ciuitates, & loca ad pro eis ſupplicandum, vt confirmentur, & continentur, quod in maximum dedecus Diadematis noſtræ, & damnum Reipublicę vertitur: Volentes propterea huic incommodo obuiare, cenſemus, ſtatuimus, & ordinamus, quatenus de cætero nullus Gubernator, aut Auditor Prouinciarum, Capitaneus, aut aſſeſſor dicti noſtri Siciliæ citra Farum Regni, poſsit confirmari, aut continuari in dictis officijs, etiam ad ſupplicationem Prouinciæ, ciuitatum, & locorum, ſed tantum faciant

Digitized by Google

ciant officium pro vno anno, Gubernatores pro tribus, Auditores vero prouinciarum per duos annos, T & non vltra.

T Item quia continuatio officij in vna, & eadem perſona in maximum damnum Reipublicæ vertitur, & rationi conſonum eſt, quod non ſemper vnus, ſed multi officijs gaudeat, & officia inter ſubditos noſtros diſtribuãtur, cẽſemus, ſtatuimus, & ordinamus, q̃ ille, qui habuerit officium in vno anno, vel per biennium, aut triennium, tanto tpe ab ipſis, & aliis ſimilibus officiis vacare debeat, quanto tenuerit, & adminiſtrauerit dictum officiũ, & etiam q̃ Gubernatores prouinciarum habeant, & adminiſtrent officia per triennium, & non vltra & currat triennium illis, qui habent priuilegia à Rege Catholico bonæ memoriæ, à die obitus ſui, Illis verò, qui habent priuilegia confirmationis noſtræ à die datæ priuilegiorum, & de cætero talia officia ſub quauis verborum forma conceſſa dentur, ſic intelligantur conceſſa.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T *Confirmari.* Summa ratione hoc fit ne dum officia debent eſſe annalia, efficiantur perpetua, & ne propter importunitatem ipſorum officialium coactæ vniuerſitates, cogant importunis precibus Principes.

T *Et non vltra.* Tamen † non eſt ita ſimpliciter intelligendum, vt ſtatim finito anno teneatur deponere officium, ſed debet

debet expectare ſucceſſorem, vt habetur in cap. Regni ſcire volumus, quod eſt 135. & ita ſeruatur in praxi.

T *Item quia.* Hoc non ſeruatur & benè: nam ſicut reip. commodum eſt officiales eſſe annales, ita periculoſum eorum, qui apti ſunt opera non vti. Non.n.poſſunt reperiri tot homines officiis apti, ſed ij, qui ſemel probati ſunt, ſẽper dẽnt admitti.

Hac

Hæc pragmatica non ſumatur, nequè gloſatur, quia ponit idem, quod fuit poſitum in præcedenti pragmatica. Tapia.

PRAGMATICA VI.

De offic. Iud.

IOANNA, & CAROLVS V.

Item, quia pleriq; Capitanei, & alij Regij officiales Ciuitatum, & locorum Regni, nimiis, ſeductionibus, & aliis exquiſitis modis induxerunt dictas Ciuitates, & loca, ad ſupplicandum pro ipſorum officiorum confirmatione, & continuatione, in maximum damnum tranquillitatis, & libertatis ipſarum ciuitatum, & terrarum, ſtatuimus, & ordinamus, quod ab inde nullus Gubernator, Auditor, Capitaneus, vel Aſſeſſor dicti regni poſſit confirmari in eius officio, nec illud quauis ratione (ſolito plus) continuare, etiam ſi pro illis, vel eorum aliquo ſupplicarint Prouinciæ, Ciuitates, vel alia loca præſentis regni, ſed tantũ exerceant officia ſua Gubernatores prouinciarũ per triennium. Auditores per biennium, Capitanei Ciuitatum, & Terrarum per annum vnum; ita quod nullo modo poſſint confirmari, nec prorogari, iuxta continentiam, & tenorem Regiæ Pragmaticæ, alias ſuper hoc editæ.

Item, quia experientia præcipuum eſt, quod continuatio officiorum in eiſdemmet perſonis eſt, damnoſa, & inconueniens, eo maxime, quia ratio ſnadet, quod officij adminiſtratio per omnes diſtribui poſsit, ſtatuimus, quod hi, qui habuerint officium iuſtitiæ annale, biennale, vel triennale, non poſsint aliud ſimile officium exercere, quin prius vacent tantundem temporis, quantum dictum officium exercuerit, iuxta formam pragmaticæ à præfata Maieſtate ſuper hoc editæ.

Item, quod Gubernatores Prouinciarum exerceant, & adminiſtrent dicta officia per tres annos, & non vltra.

Prohibet officia peti per intermedias perſonas ſub pœna, quòd illa non obtinebunt, & per annum non exerceant officium, hoc dicit Tapia.

PRAGMATICA I.

De officialibus, & quæ iis prohibeantur.

IOANNA &c.

Decet nos quibus regiminis, & adminiſtrationis iuſtitiæ cura eſt ab alto commiſſa, tales in adminiſtratione iuſtitiæ præficere perſonas, quæ ſint ne dum ſcientia, & doctrina inſtructę, ſed etiam vita, & moribus approbatę, animaduertentes, quod multoties ob importunitatem nonnullorum, quibus complacere deſideramus prouidemus de officiis iudicum Magnæ Curiæ Vicariæ, Auditorum prouinciarum, & Aſſeſſorum, Capitaneorum, perſonis minus doctis, minuſq; vita, & moribus approbatis, quod in maximum dedecus noſtræ Diadematis, & damnum Reipublicę vertitur. nam multi freti auſu temerario fauoribus, ad cuius interceſsionem huiuſmodi officia conceduntur, minus benè inſtitiam adminiſtrant, noſtroſq; opprimũt. Volentes propterea nos huic incommodo, & detrimento noſtro, & Reipublicæ obuiare, tenore præſentis noſtræ Regiæ Pragmaticæ, cunctis temporibus firmiter valituræ, cenſemus, ſtatuimus, & ordinamus, quod de cætero nullus quantumcunq; de nobis benemeritus, & nos debito ſanguinis T affectus, audeat per ſe, vel per interpoſitas perſonas, à nobis, vel noſtro Pro Rege, in dicto noſtro Siciliæ citra Farum Regno officia Iudicum Magnæ Curiæ Vicariæ, Auditoratus Prouinciarum, aut Aſſeſſoratus Capitaneorum pro quibuſcunq; perſonis quantumcumque dignis, & idoneis ad dicta officia petere, aut ſupplicare. quod ſi intentare præſumpſerit, ipſo facto perſonę, pro quibus huiuſmodi officia ſupplicarint, ne dum careant gratia

impe-

T impetrata, ſed etiam ſint inhabiles per vnum annum ad huiuſmodi, aut alia officia regia exercenda. Quapropter Illuſtri Viceregi dicti noſtri Siciliç citra Farum regni, magno quoq; Camerario, eiuſq; Locumtenenti, magiſtro Iuſtitiario, Gubernatoribus Prouincialibus, & Capitaneis quarumcumq; ciuitatum, & terrarum dicti regni. dicimus, & diſtrictè mandamus, pœna vnciatum auri mille adiecta, quatenus huiuſmodi noſtram pragmaticam ſanctionem, omniaquè in ea contenta, teneant firmiter, & obſeruent, teneriquè, & inuiolabiliter obſeruari faciant, & non contrafaciant, vel veniant, ſeu aliquem contrafacere, vel venire permittant ratione aliqua ſiue cauſa: ſi, præter iræ, & indignationis noſtræ incurſum, pœnam præappoſitam cupiunt euitare. Et vt de prçmiſſis ignorantia allegari non valeat, mandamus huiuſmodi noſtram pragmaticam per loca publica, & aſſueta dictç ciuitatis noſtræ Neap. voce prçconia publicari. In cuius teſtimonium præſentem fieri iuſſimus, magno noſtro negotiorum Siciliç citra Farum ſigillo à tergo munitam.

Datum in Oppido noſtro Bruxellarum, die xxx. menſis Septembris, anno à natiuitate Domini. 1516. Yo el Rey. Vidit Cancellarius, & pro Magno Camerario. V. Generalis Theſaurerius. V. Montaltus Regens, & pro Prothonotario. Dominus Rex mandauit mihi Petro de Quintana. Nihil ſoluat quia pro curia. Petrus Ioannes Taxator.

Quapropter volentes Regiis (vt tenemur) obedire mandatis, quòd ſupradicta omnia cuilibet innoteſcant, vt ſuum debitum ſortiantur effectum, & nulla poſt hac de præmiſſis ignorantia allegari valeat, præſentes ex inde fieri iuſſimus, cum inſerta forma ipſius regiæ pragmaticç, vt in locis publicis, ſolitis, & conſuetis magnificæ, ac fideliſſimç Ciuitatis Neapolis publicentur, & affigantur: Mandantes propterea ſupradictis omnibus, & cuilibet ipſorum inſolidum quatenus, forma prçinſertç pragmaticç per eos, & quemlibet ipſorum diligenter attenta, illam ad vnguem, & inuiolabiliter obſeruent, ac obſeruari faciant, per quos decet in omnibus, & per omnia, iuxta ipſius ſetiem pleniorem, ſub pçnis in eadem contentis. Datum in Caſtello Nouo Neapolis, die quinto Maij. 1517. Don Raimondo de Cardona. Vidit Montaltus Regens. Dominus Vicerex mandauit mihi Antonio de Seron.

In Cur. 12. fol. 249.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HVius pragmaticæ rationem dum perquirere volui, nullã aliam inueni niſi id ſtatutum eſſe ad euitandas importunas magnatum preces, quibus fit, vel quòd principes cogantur minus idoneos eligere, vel petentibus gratiam negare, quod principibus graue eſt. Nemo enim à facie Principis debet exire mæſtus, quem decet eſſe liberalem, atq; munificum, quod diximus in rub. de conſtitut. princ. cap. 4. & diximus ſupra in cap. importuna. nu. 102.

1 T *Ioanna*. Iſta † fuit filia Catholicorum Regum Ferdinandi cognomento Catholici Regis Aragonum, & Siciliæ, ac Eliſabeth. Hiſpaniarum Reginæ Philippo Auſtriaco Maximiliani Imperatoris filio nuptui tradita, qui ex illa domo primus fuit Hiſpaniarum Rex, deceſſitq; viuente adhuc Catholico Rege, qui ob eius mortem Hiſpaniarum Regnorum gubernium ſuſcepit. Ex Philippo ortus eſt Carolus primogenitus oĩum ferè Imperatorũ princeps; ortus eſt, & Ferdinãdus, qui Carolo ſucceſſit in Imperio Hæc Ioanna vna cum filio Regna adminiſtrauit: ideoq; in literis, & priuilegiis appoſitum fuit nomen vtriuſq; nam cum eſſet patrimonium matris tam regnum Hiſpaniarum, quàm etiam, quæ Aragonum coronæ ſubſunt, ipſa
2 remanſit in adminiſtratione, fuitq; huius nominis tertia.

T *Affectus*. Hic idem zelus prouidendi benemeritos effecit, vt apud † Hiſpanos lege cautum eſſet, ne officia iuſtitiæ. & caſtellaniæ darentur familiaribus Regis, aut perſonis potentibus, vt in l. 5. tit. 56. lib. 2. ordinat.

T *Impetrata*. Huius prag. diſpoſitio fallit, ſi ille gratiam obtinuit cum clauſula † non obſtante, quæ gratiam facit validã, 3
cum prohibitio ſit iuris, ita Rebuff. num 3. & Io. à Plat. num. 4. in l. 1. C. de petit. bon. ſubla. lib. 10. vel cùm clauſula motu proprio, vt in cap. ſi motu proprio, vbi Gemin. de præben. lib. 6. vel ſi accederet ſecunda iuſsio, quæ habet vim clauſulæ motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, vt in cap. paſtoralis de fide inſtrum. vbi gloſ. & Imperat. in §. hoc verò iubemus in auth. vt nulli iudi. & per And. de Barul. & alios in d. l. 1. C. de petitio bon. ſubla. de quib. clauſulis diximus in rub. l. fin. ff. de conſtit. princip. cap. 2. nu. 8, & 9. cum ſequentibus. Huius pragmaticæ meminit doctiſſimus Pater Ferdinandus Mendoça ſocietatis Ieſu in tractatu *de las gracias* cap. 4. vbi animaduertit Proreges, ne ſint faciles ad concedendas gracias ſuis familiaribus.

Hæc autem † clauſula non obſtante non poteſt ab inferio- 4
ri apponi, qui non poteſt legem ſuperioris tollere. l. ſi hominem. ff. manda. Ideoq; cum hæc pragm. fuerit per Ioann. & Imperat. Carolum condita, non poſſent Vicereges contra eam diſponere cum clauſula non obſtante ex reg. tex. in d. l. ſi hominem. ff. mandati; quod erit cogitandum, quando caſus occurrerit ponderata poteſtate conceſſa Excellentiſsimis Proregibus, vide etiam plures quæſtiones ad huius pragm. ornatum circa hanc materiam per Rebuff. & Plat. in d. l. 1. C. de petitio. bono. ſubla.

Im-

Idem quod in ſuperiori diſponitur, nec dicit Tapia.

PRAGMATICA III.

De officialibus, &c.

CAROLVS V.

REcolimus etiã nos præteritis annis mandaſſe, & ſanciſſe per noſtram Regiam pragmaticã, quod Conſiliarij Regij, Præſidentes Regiæ Cameræ ſummariç, Iudices Magnæ Curiç, Auditores prouinciarum non poſſint eligi ad alicuius partis inſtantiam, vt libera poſsit fieri electio perſonarum habilium ad dicta officia, vt conuenit, exercenda: Renouantes dictam Regiam pragmaticam mandamus illam inuiolabiliter obſeruari: declarantes ipſo iure inhabiles, & non idoneos ad dicta officia omnes illos, pro quibus per quaſcumque perſonas preces effundentur. Mandantes Illuſtriſſ. Vice Regi, quòd nullatenus dicta officia ad cuiuſcumque preces, ſeu intercesſiones concedat, ſed illos tamquam inhabiles à dictis officiis repellat.

Baiulo-

Baiulationis officia vendi prohibentur: ſed ea committi idoneis mandat qui non ſint ciues locorum, vbi iuriſdictionem exercere bent in paruis oppidi. hoc dicit Tapia.

REX GVILIEL.

*M*Agiſtri Camerarij. Per impoſitionem concor. ff. de mune. & hono. l. ſi quis magiſtratus.

* ADDITIO. *No. quòd officiales poſſunt dare ad credentiam gabellas, & vendere. Vide Parid. in tract. ſyndica. verſic. excedunt quoque Barones.* Fab. Iord.

MAgiſtri a Camerarij, qui per quorūlibet præſidatum regiones amodo ſtatuentur, non vendant Baiulationum officia, quæ ad adminiſtrandā iuſtitiam pertinent in audiendis, & diffiniendis quæſtionibus, quarum ad eos cognitio ex iuriſdictione, vel mixto imperio partium, ſeu veteribus legibus, & noſtris conſtitutionibus demandatur. Indignum namq; fore decernimus, vt ſacratiſſimum quiſquam iuſtitiæ miniſterium precij venalitate mercetur. * Sed Baiulationes eaſdem committant viris fidelibus, & opinionis electæ, prudentioribus, & generoſioribus, ac ditioribus, prout locorum conditio miniſtrabit, qui ſint de demanio noſtro tantùm. Per loca quælibet vnum tantummodo ſtatuant, non plures, adeò vt nec ſocietatis occultæ velamine, nec prædictę Baiulationis officium à pluribus adminiſtrari permittant. Ex paruis autem ciuitatibus, locis, & municipiis, in quorum ſingulis baiulus, vnus iudex, atq; notarius ſunt neceſſarij, ne ſine magno curię noſtrę diſpendio cauſari valeant plura, volumus inſimul combinari vnius baiuli, iudicis, & notarij, qui non ſint de ipſorum locorum aliquo municipes, vel etiam oriundi iuriſdictione regenda, vt tantum non de vno loco ad alium aduocent litigantes, ſed per vices, & tempora, in quolibet locorum ipſorum ſedeant, & ibidem, prout cauſarum qualitas, & numerus exegerit, commorantes petentibus iuſtitiam ſubminiſtrent.

Hanc conſtitutionem exornabimus in declaratione pragmaticæ ſecundæ de officialibus, & quæ eis prohib. quæ ſequitur.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

MAgiſtri Camerarij. Non debet vendi iuſtitia.

ADDITIO. *Adde tex. in cap. non licet iudi. 11. q. 3.*

Et membrum quod vocatur virga iuſtitiæ pertinens ad iuſtitiam adminiſtrandam hnc ſpecialiter. Nam vendita baiulatione in genere baiulus emptor miniſtrat iuſtitiam, infra de off baiulorum. l. 1. tranſit tunc bancus iuſtitiæ cum vniuerſitate. ſic. ff. de acq. rer. dom. l. quædam, de contrah. emp. l. in modicis. defectus quoque ſit in iuſtitia ſup. tit. 1. l. 1.

Officia vendi prohibentur, neq; pecunia intercedente alijs cedi poſſunt: ſed idoneis conferantur. hoc dicit Tapia.

PRAGMATICA II.

De official. & quæ eis prohibentur.

CAROLVS V.

MAndamus etiam per præſentem noſtram ſacram ſanctionem, ne de cætero officia deputata ad adminiſtrationem iuſtitiæ, vel perceptionem pecuniæ, vllatenus nec per noſtram curiam, neque per particulares, qui dicta officia obtinent, vel obtinebunt, vendi poſsint, neque interueniente pecunia in fauorem alterius renunciari, ſed conferantur, cum vacauerint dicta officia, perſonis dignis habilibus ad rectum exercitium dictorum officiorum: Et qui contrafecerint tam vendentes, quàm ementes, & renunciantes, & illi, in quorum fauorem renunciantur ipſo iure cenſeantur priuati dictis officiis, & aliis conferri poſſint, pecunia verò, quæ pro venditione, vel renunciatione data fuerit, pro dimidia Hoſpitali Incurabilium, & pro dimidia Regiæ Curiæ applicetur. In quibus pœnis volumus incurrere illos, qui per priuilegium habent nominationem in terris demanialibus, ſi dictam nominationem fecerint interueniente pecunia.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 REm non nouam aggredimur, cùm hæc officiorum venditio omni tempore fuerit improbata, omniq; tempore
2 à prauis hominibus introducta, vnde omnia † mala procedunt: quid enim boni poteſt in Republica eſſe, in qua venduntur officia? cum quicquid poteſt eſſe boni, ſit iuſtitia, quæ longè à venditione officij ſedem habet, hinc ſtupra, lenocinia, adulteria, homicidia, latrocinia, & ſæua quæuis crimina nutrimentū, & alimentum ſumunt: ſcit latro pœnas effugere, ſi iuſtitiam pecunia redimat, (& proh dolor) audiui quendā, qui per vias publicas viatores fuerat graſſatus, fuiſſe à quodam barone compoſitum; cumq; iterum latrocinium commiſiſſet, iterum, atq; iterum fuiſſe ad compoſitionem admiſſum. Scit etiam homicida, & adulter ſe immunem à pœna red-
3 dere. Ideoq; † perituram cito vrbem dixit Maſsiniſſa, quam venalem viderat, vt refert Liuius.

Et ideò de hac re extat ſollennis Iuſtiniani conſtitutio in authen. vt iudices ſinè quoquo ſuffragio, quæ eſt omnino videnda: ſicut etiam Imper. Theodoſ. in l. ſancimus. C. ad leg. Iul. repet. in quo tit. & in lib. ff. eod. tit. hanc plenè materiam iura, & doctores noſtri proſequuntur: de qua etiam plura per Vmbria. in tracta. de iudice regni dialog. 1. num. 64. & pluribus ſequentibus; ſed vltra dicta per ipſum, quid de hac re alij grauiſsimi authores ſenſerint, videamos, vt omni (vt diximus) tempore improbatum hoc malum conſpiciamus, & in primis Plato lib. 8. de repub. ait *abſurdam eſſe reip. conſtitutionem, in qua principatus venduntur, & regna venalia ſunt*, & eius diſcipulus Ariſtot. lib. 2. Polit. cap. 9. *Turpe eſt* (inquit) *maxima imperia, regna, & ductū militarem facere venalia*: ſed nō tam hoc turpe eſt, & longè ab hominum natura alienum; ſed etiam reipub. (vt diximus) damnoſum. Ideòq; ſapientiſsimus ille Seneca dixit omnia cecidiſſe, cum pecunia præualere cœpit in officiis quærendis. Ipſe enim in epiſt. 116. ait, *Hæc ipſa res, quæ tot magiſtratus, & iudices facit, pecunia ex quo in honore eſſe cœpit, verus rerum honor cecidit; mercatoreſq; & venales inuicem facti, quærimus non quale ſit quicquid, ſed quanta.* quod paucis verbis edocuit Illuſtriſ. Card. Thom. Caieta. in ſumma, Magiſtra rerum experientia nos docet collapſam eſſe rempublicam, vbi officia venduntur.

Quodq; hinc plura oriantur mala, audiamus quæſo D. Chriſoſt. in epiſt. Paul. ad Epheſios ſerm. 6. *Dignitates facta ſunt venales, mille hinc mala naſcuntur, & tamen nemo eſt qui corrigat, nemo, qui reprahendat; ſed viam quandam, atq; ſequelam* nacta

nalis eſt hæc merces.

4 Hinc eſt, quòd cum † iuſtitia venalis ſit, cultus eius ammittitur. Ideòq; dicebat diuus Greg. epiſt. 113. lib. 7. *Quis veneretur, quod venditur, aut quis nō vilē putet eſſe quod emitur?* Hæc vellem, vt perſcrutarentur reges, hæc cuperē, vt lynceis intuerentur oculis, quod vnum ſufficeret ad rectam reipub. adminiſtrationem, quæ in ſola iuſtitia conſiſtere poteſt, qui dum ſe populis iuſtitiā miniſtrare putant, ſi vel ipſi exerceant, vel illam audiant exercentes, in peſsimum incidunt errorem: nā tempus deficit: Curent igitur ipſi magiſtratus optimos conſtituere, quærant viros idoneos, quos, ſi velint, reperient, eoſq; repertos ſciant in honore conſeruare, atq; illos non modò andiant ſed interrogent de veritate dicenda: ſic nec optimi, nec mediocres pecunia quærent, quod virtute conſequi arbitrabuntur: nec mali conſequentur, quod nunquam meruerint. hæc Salluſt in orat. ad Cæſarē de rep. ordinādā paucis perſtrinxit. *Verùm, hæc, & omnia mala pariter cum honore pecuniæ deſinent; ſi neq; magiſtratus, neque alia vulgo cupienda venalia erunt.* Studeāt ergo imitari optimos Principes, qui, ne officiales iuſtitiam vendent, prohibuerunt ipſis officia vendi, ne poſtea dici poſſet illis, *emerat ille prius, vendere iure poteſt.* Ideòq; ſextus Aurelius Victor in Septimio ait, *Septimius Seuerus nulli in dominatu ſuo permiſit honores venundare.* Et de Nerone in ingreſſu Imperij hæc Tacitus lib. 13. Annalium. *Nero cum optimæ ſpei iuuenis eſſet, curiam ingreſſus egregia multa facturum ſe eſſe promiſit, & inter alia, nihil in pænatibus ſuis venale, aut ambitioni per viam eſſe permiſſum.* Quod etiam de Romulo tradit Dionyſius Halicarnaſeus lib. 2. Rom. antiquita. *cum alij temerè plerunque, ac inconſideratè ſacerdotes eligant, quidam licitatoribus præponentes hunc honorem, Romulus neque venalia eſſe voluit ſacerdotia, neque ſorti ſubdita: ſed legē ſanxit, vt è ſingulis curijs boni deligerentur.*

Et tandem, vt hanc orationem claudamus, videtur quodāmodo inhabilitatus Princeps ad puniendum eos, qui officia ſibi vendita vendunt, quod videtur innuere Imper. in d. auth. vt iudices ſinè quoquo ſuffragio: de quo videamus egregium dictum Alex. Seuer. quod refert Lamprid. in eius vita in hæc verba, *Honores iuris gladij nunquam vendi paſſus eſt, dicens, neceſſe eſt, vt qui emit, vendat: ego non patiar mercatores poteſtatum: quos ſi patiar, damnare non poſſum. Erubeſco enim punire eum hominem, qui emit, & vendit.* Multa etiam de hac re dicere poſſem, quæ, ne longa narratione afficiam tædio legentes, omittam, cum notiſsimum ſit apud omnes damnum maximum reip. fieri, ſi officia vendantur: virtus enim fugatur, & vitia introducuntur. Cum enim ſe pecuniis conſequuturos ſperant homines officia, & dignitates, nec ſtudiis, nec virtutibus incumbunt; ſed pecuniarum acquiſitioni; faxit Deus, vt hæc ab hominum memoria deleantur: vtq; collabentis iam virtutis ſtatus reſtauretur, quod Philipp. III. Catholici, ac maximi Regis cura futurum ſpero. Sed quia Vmbrianus cit. dialogo 1. num. 65. ex cap. Neap. in anno 1540. dicit hanc pragmaticā ſolùm habere locum in † officiis iuſtitiæ, non in aliis quæ vendi poſſunt: dico id etiam debere prouideri in his officiis quæ, licèt adminiſtrationem iuſtitiæ non habeant annexam; nullū tamen inuenio officium, per quod ſubditi non grauentur, ſi iuſtitia non miniſtretur. Nam licèt horum officiorum venditio ſit licita, non tamen expedit: in quo audiamus Angelicum illum Thom. qui in opuſculo de regim. iudæorum ad Duciſſam Brabantiæ cap. vnico verſ. quinto quærebatis, in hæc verba reſpondit, *Quinto quærebatis baliuis: & officialibus veſtris, ſi liceat eis officia vendere, vel mutuo ab eis recipere aliquid certum, donec tantum recipiant ex officiis, ad quod dicendum videtur, quod quæſtio iſta duas difficultates habere videtur, quarum prima eſt de officiorum venditione, circa quam conſiderandum videtur, quod Apoſtolus dicit, quòd multa licent, non tamen expediunt. Cum autē balinis, & officialibus veſtris nihil committatis, niſi temporalis officij poteſtatis: non video quare huiuſmodi officia non liceat vobis vendere: dummodo talibus vendatis, de quibus poſſit præſumi, quod ſint vtiles ad talia officia exercenda & non tanto precio vendantur officia, quod recuperare non poſſit, ſine grauamine veſtrorum ſubditorum; Sed tamen talis venditio expediens non videtur, primo quidem, quia contingit frequenter, quòd illi, qui eſſent magis idonei ad officia huiuſmodi exercenda, ſunt pauperes, vt emere non poſſunt, & ſi etiam ſunt diuites, illi, qui meliores ſunt, talia officia non ambiunt, nec inhiant ad lucra ex officio acquirenda: ſequitur igitur quòd illi, vt plurimum officium in terra veſtra ſuſcipiant, qui ſunt peiores, ambitioſi, & pecuniæ amatores, quos etiam probabile eſt ſubditos veſtros opprimere, & veſtra etiam commoda non ſic fideliter procurare: vnde magis videtur expediens, vt bonos homines, & idoneos ad ſuſcipiendum veſtra officia eligatis, quos etiam inuitos ſi neceſſe fuerit compellatis, quia per eorum bonitatem, & induſtriam maiora accreſcent vobis, & ſubditis veſtris, quàm de prædicta officiorum venditione acquirere valeatis. Et hoc conſilium dedit Moyſi eius cognatus prouide inquit de omni plebe viros ſapientes, & timentes Deum, in quibus ſit charitas, & qui oderint auaritiam, & conſtitue ex eis Tribunos, & Centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore.* Hæc diuus Thom. quo ad venditionem officiorum, cuius equidem doctrinam ſequi debent Principes maximam adhibendo curam circa electionem officialium, vt ſuperius in rubrica huius tit. diximus.

Certum numerum iudicum, & actuariorum conſtituit in magna curia, & quod officiales perſonaliter ſeruiant, ita, vt quilibet vnum officium exerceat hoc dicit Tapia.

IOANNA II. Rit. ij.

ADDITIO. *Ritus iſti debent obſeruari per omnes iudices inferiores Regni, Luc. in l. 1. C. de profeſſ. qui in vrbe Conſtan. & Capyc. in verbo, Rex Siciliæ, §. magiſter Iuſtitiarius & debent obſeruari pro lege, l. ſi quando, in fi. C de inof. et Gui. Papæ, cōſ. 7. in fi. et Hip. ſing. 118. An autem debeant ſeruari in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, vel coram alio iudice eccleſiaſtico, Affl. in conſtit. ſi quis in poſterum nn. 8. 10. 26 dicit, quod non Et de modo probādi ritus curiarum vide Affl. in conſtit. prædicta & an ritus debeāt obſeruari, vide Dec. latè in conſ. 699. 1. col. & ſententia contra ſtilum, an valeat, vide Guid. Papæ in proœm. deciſionum ſuarum.* De Bot.

IN primis: quia vbi † ordo deeſt, firmum, rectumq; omnium rerum firmamentū, nihil ſuperædificari poteſt. nequè enim vniuerſitas aliqua vlla poteſt ratione ſuſtentari, niſi huiuſmodi magnus (cauſa differētiæ) ordo ſeruetur, quia non quæquè creatura in vna eademq; qualitate gubernari, vel viuere poteſt, † vt cæleſtium militiarum exempla nos inſtruunt, quia ſunt † Angeli, & ſunt Archangeli, licèt non æquales ſint, ſed in poteſtate, & ordine differunt alter ab altero. Sicquè, vt in prædictis noſtris Magnæ, & Vicariæ Curiis, * & qualibet ipſarū certus debituſquè numerus officialium dictæ Curiæ reducatur ad debitum numerum infraſcriptum, videlicet, quòd iudices debent eſſe † ad minus tres, treſquè alij magiſtri Actorum, ſex Subactarij, duo Fiſcales, vnus Ærarius, vnus Aduocatus fiſci, & procurator fiſci, vnuſquè aduocatus pauperum, & vnus ipſorum procurator, vnus Comeſtabulus, vnus Carcerarius, vnus Tubitta, & vnus contumaciarum accuſator, & omnes debeant ſeruire † perſonaliter, & non per ſubſtitutum, & quòd omnia dicta officia ſint ad beneplacitum reginale. Cum verò hodie in dictis Curiis plures vltra dictum numerum exiſtant, volumus quòd omnes prædicti exiſtentes præſentialiter officiales in illorum exercitiis remaneant: ita tamen, quòd quilibet ipſorum vnum tantùm officium perſonaliter exerceat. Declarantes, quòd decedentibus, ſeu cedentibus ex eis, nullus alius poſſit in eorum locum ſubrogari vſquequo perueniatur ad ſupradictum numerum deſignatum. Verùm volumus, quòd prædictis nunc exiſtentibus omnibus officialibus ſoluantur gagia rata ad rationem gagiorum ſoluendorum officialibus iuxta ſupradictum numerum tantummodo, & non vltra.

* ADDITIO Et Vicariæ Curiæ. *Vide D. Tho Gram. in deciſ. 34. nu 9.* De Bottis.

Ordo

Digitized by Google

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T 1 ORdo. Ordo enim † dat formam, & eſſe rebus omnibus, neq; conſiſtere poteſt res aliqua abſq; ordine. Ideóq; dum Deus voluit mundum creare cuncta ordine admirabili diſpoſuit. In principio enim creauit Angelos, cœlum, & terram; & cum terra animantia, vt deſcribitur Gen. 1. & ſequ. Hoc etiam ordine vnigenitum ſuum miſit, dicente Apoſt. *dum medium ſilentium tenerent omnia, & nox &c.* Ordine pariter progreſſus eſt Dominus in redemptione mundi, cum & infantulus naſci voluit, & educari, & ſubditus eſſe, dum potuiſſet, ſi voluiſſet, in mundum ea ætate venire, in qua ſacrificium conſumare debebat. Hoc etiam ordine paſſionis ſuæ miſteria ordinauit. Nam, vt ſui amoris ardorem oſtenderet, in monte Oliueti voluntariam priùs ſubiit paſsionem, demum captus fuit, prius iudicatus à iudice eccleſiaſtico, poſtmodum à temporali, & dum voluiſſet miraculum illud famoſum facere quinque panum, & duorum piſcium, quibus quatuor millia, pluſue hominum cibo repleuit, vt rem tam grandem oſtenderet, fecit eos diſcumbere, mulieres, viros, & pueros ſegregatim, vt habetur Matth. 14. Mar. 6. & Ioan. 6. Ordo enim obſcuris nimium rebus claritatem, difficilibusq; facilitatem præbet. Sic Baſilius Magnus, quem poſtea ſequtus fuit frater Aloyſius Granatenſis, vt homines ad Dei cognitionem traheret per hæc viſibilia ad inuiſibilium, & per has creaturas ad creatoris cognitionem, quaſi per manus deducit, atq; hoc eodem ordine faciliimè Deum eſſe, eumq. hominem factum, paſsibilem, & reſurrexiſſe, aliaq; diuina miſteria, quæ adeo nobis videntur obſcura, dignoſcimus quem librum omninò legendum cenſeo à quolibet Chriſtiano viro.

2 Hic inquàm † ordo eſt in iuditiis ſeruandus, vt iudex ad iuſtam ſententiæ prolationem peruenire poſsit, de quo Maran. qui alia multa de ordine ſeruando dicit, in ſuo ſpeculo in principio.

T *Cœleſtium militiarum.* De ordine cœleſtis militiæ plurima ſcripſit Chaſſen. in catalo. glor. mund. 3. part. per totum, & in quarta, terreſtres dignitates cum cœleſtibus comparauit, quæ ſunt omnino legenda.

T *Angeli, & ſunt Archangeli.* Deus enim creauit † Angelos, vt ciues paradiſi eſſent, quos in nouem choros diſtinxit, vt non ſolùm eſſent contemplantes Deum, ſed vt generaliter præſidentes: ideòque Seraphin qui amore Dei ardēt, inflamme in nobis calorem amoris Dei, Cherubin cognitionem Dei nos docent, ſic Throni ſuper quos Deus iuditando ſedet, mittunt nobis iudicij veram informationem, ſic etiam cæteri Angeli certæ rei præſunt; eamquè nos docent, & ad eam inſtruunt, vt Chaſſen. in chatalo. glor. mundi 3. part. cōſideratione quinta, & ſequentibus tradit, qui etiam 4. conſideratione agit de ordine ſecularium, ex quo pulchritudo tam cœleſtis, & triumphantis eccleſiæ, quàm etiam militantis colligi poteſt. 3

T *Ad minus tres.* Hodie † autem ſunt quatuor iudices criminales, & duo regij conſiliarij in audientia cauſarum criminalium. Nam cùm priùs eſſent duo iudices alius fuit additus tēpore, quo regnum gubernabat Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Don Ioannes de Zunica Mirandæ Comes Prorex prudentiſsimus, & alter tempore Illuſtriſſ. D. Franciſci de Caſtro Generalis Locumtenentis, & Capit. generalis in regno; & in audientia cauſarum ciuiliū adſunt ſex iudices in duabus aulis, cùm prius tres tantùm eſſent in vna aula, fuit tamen poſtea gubernante Illuſtriſſ. ac iuſtiſſ. viro Don Henrico de Guzman Oliuarenſiū Comite auctus numerus ad alios tres vt facilius, & rectius ad cauſarum procederent expeditionem, quod verò ad numerū actuariorum, & ſcribarum attinet, ſuo loco dicemus; quemadmodum de cæteris magiſtratibus, qui hoc loco continētur. 4

T *Perſonaliter.* De quo dicemus infra in tit. quòd officiales perſonaliter ſeruiant, & in ſequenti conſtit. quid in feudatario aliquo impedimento detento, quod hic attingit Carauita.

Cale-

Subſtitutos creare prohibentur officiales regni ſub pœna capitis, & cauſa criminales delegata alteri delegari non poſſunt. hoc dicit Tapia.

REX GVLIEL.

T OFficia 1 quæ perſonis * T perſonaliter conferuntur, perſonas T transgredi, quibus ſunt collata, non poſſunt: magiſtros Iuſtitiarios, & Iuſtitiarios, qui alios hactenus loco ſui T Vicarios ſtatuebant, à licentia prædictæ præſumptionis illicitæ coercemus. Cum enim cauſa aliqua ſingularis, quæ criminalis ſit, ab aliquo aliis regulariter committi non poſsit, multominus prædictarū cauſarum vniuerſitas poterit delegari. Quisquis aūt contra prædicta fecerit, * ordinator, & ordinatus capitali ſententia ſe nouerint ſubiacere.

1 OFficia quæ perſonis. *Quiſquis autem.* Alia pœna hodie ſtatuta eſt, vt in conſtitutione.

* ADDITIO. *Hæc conſtitutio quo ad pœnā eſt correcta. vide Maran. in tract iud. quarta parte, diſtin. 2. colum. 4.* Fab Iord.

* ADDITIO. *Vide Capyc. deciſ. 130. nu. 21. & Moder. in cap. regni, quia de Vicarijs. fol. 71.* De Bottis.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

OFficia. Corrigitur pœna huius conſt. per conſt. durā. & per conſt. ea, quæ, quando committuntur criminales tantùm, tunc eſt publicatio bonorum, ſed ſi per vſurpationem committerentur criminalia, & ciuilia, tunc eſt pœna capitis, vt in conſt. cum ſatis.

OFficia. Pro intellectu huius conſtitutionis vide cap. quia de vicariis. Et corrigitur iſta conſt. per conſt. duram, & diram. Io. Gril.

Hodie officiales habent literas aſſumendi, & vtrum quis poſſit ſeruire per ſubſtitutum, vide glo. in l. nullus. quæ eſt ſuper ver. decoratus. C. de decu. lib. 10. Marinus.

In tex. *capitali.* In hoc corrigitur hæc conſtitutio per conſtitutionem, diram & duram, & per conſtitutionem, ea quæ. quia non imponitur pœna capitis, ſed bonorum confiſcatio. Marin.

Hodie CA-

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T 1 OFficia. Hoc † nomen generale eſt, & ad multa adaptari poteſt, vt inquit Anchar. in cap. ea, quæ de regul. iur. in 6. ſignificat enim miniſterium, obſequium, actus perſonæ corrigentis, ſecundum Archid. in cap. monachus 16. quæſt. 1. actus ſiue exercitium publicæ authoritatis, mandatum à lege, vel ab homine ſuſceptum; & quandoq; actus naturaliter perſuaſus ſecundum Bal. in rub. C. de oper. lib. quod proſequitur Anchar. in d. cap. ea quæ, Decius, & alij in rub. de offic. eius, & alij adducti per Felin. in cap. poſt ceſſionem de probat. num. 2. & Alber. in dictionar. verb. officium. Hic autem

ſumitur pro exercitio publicæ authoritatis alicui commiſſo.

2 T *Perſonaliter conferuntur.* Nota hoc verbum ad hoc, quòd vbi requiritur, quòd aliquid † perſonaliter fiat, non eſt ſatisfactum iuri, ſi per alium fiat, ſunt verba Abbat. in cap. fin. §. is autem de officio deleg. num. 1. qui poſt gloſ. in clem. 1. de vit. & honeſt. cler. in ver. perſonaliter, & Bal. in l. vnica. §. ne autem num. 3. C. de cadu. tollend. dicit, quòd ſi ſtatutum punit eum, qui perſonaliter aliquid facit, non compræhendit illum, qui per alium id fieri fecit: ad quod etiam vide plura per adden. ibi. Et ex his verbis *perſonis perſonaliter* arguitur enixa voluntas Principis volentis officia † perſonaliter exer-
3 ceri ab ijs, quibus conceſſa ſunt, † geminatio enim actus ex-
4 preſſam voluntatem agentis demonſtrat, vt diximus in rub. de conſtit. Princip. cap. 2. num. 14. & ſequ. vbi remiſſiue ad Felin. in cap. non nulli num. 14. & ſequen. & in cap. ſi quanto de reſcript. vbi etiam diximus plura geminationem operari: ideóq; præcauendum eſſet ab huiuſmodi conſtit. tranſgreſſione, ſi non eſſet correcta pœna per illam impoſita per conſtitutionem ſequentem; licèt quoad ipſius obſeruantiam in ſui robore apertè principis colligatur voluntas. Idq; optima ratione. Nam cum in officiis, quæ adminiſtrationem annexam habent, intelligatur perſona electa, id alteri demandari eſſet contra mentem eligentis, ex regula tex. l. inter artifices. ff. de ſolut. & cap. fin §. is autem cui de offi. & poteſt.
5 iud. deleg. & Capyc. deciſ. 151. nam † per electionem induſtriæ adimitur poteſtas ſeruiendi per ſubſtitutum ſecundum tex. & ibi doctor. in d. l. inter artifices, & tradit Afflict. ad l. 6 tit. 5. lib. 3. num 4. nouæ recoll. Ideóq; mandatam ſibi iuriſdictionem mãdare alteri neminem poſſe tradit iureconſul. Paulus in l. fin. ff. de offic. eius, quem tex. licèt in delegato à Principe limitari tradatur in l. à iudice. C. de iudic. vbi latè ſcribentes, & in c. quamuis de offic. deleg. limitatur tamen non procedere quando in ſpetie eſt electa induſtria perſonæ, vt de communi teſtatur Boer. deciſ. 6 num. 9. quando autem
6 præſumatur electa † induſtria perſonæ colligitur primo ex qualitate facti, vt quando cauſa grauis, & ardua delegata fuit, ſecundo ex verbis, vt ſi actum eſt, quòd ipſe faciat: vel eſt dictum tu, & nullus alter cognoſcat, vel tu cognoſcas, vel vt proprio iuditio cognoſcas, vel propria onerata coſcientia, vel tibi committimus cauſam talem de tua prudentia plene confidentes, vel vt tu perſonaliter cognoſcas, Panor in cap. fin. §. is autem de offic. deleg. & latè proſequitur Iacob. Menoch. digniſſimus Mediolani magiſtratus extraordinarij Præſidens, vir ſummi, & clari ingenij ætate, atq; doctrina venerabilis in tractatu de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 21. & de arbit. iud. lib. 2. cap. 68. num. 8. & ſequent. & ex huius tex. verbis colligitur ibi magiſtros iuſtitiarios, & iuſtitiarios, ex quo poteſt colligi intellectus huius tex. vt non intelligatur in alijs officialibus, quàm in illis, quorum electa videatur induſtria, & etiam declaraſſe videtur ſequens conſtit. duram, & diram, cum de ordinatis in Vicaria, & Iuſtitiariatus officio meminit Sed hodie omnes habentes officia tenentur perſonaliter ſeruire, vt hic, & infra in ſequentibus legibus apertè videri poteſt, cætera autem vide ad Cap. quia de Vicariis infra hoc tit. poſitum, & hanc regulam, quòd officiales omnes teneãtur perſonaliter ſeruire, pluribus comprobat Carauit. Rit. 2. num. 16.

Quod autem diximus ex hac conſtit. officiales teneri perſonaliter ſeruire, quod expreſſè comprobatur ex tex. in cap. fin. §. is autem, de offic. deleg. non procedit, quando partes expreſſè conſenſum adhibuere, vt probatur in d. § is autem, qui tamen debet intelligi ſecundum Innoc. & Abb. ibi num. 2. quando partium vtilitati eſſet conſultum, non autem publicæ. ex quo tex. poſſumus deducere limitationem ad hanc conſtit. vt non procedat quotieſcunq; Rex conceſſit facultatẽ ſubſtituendi; pro quo facit tex. in l. nullus qui. C. de decurion. lib 10.

7 Hæc tamen conſtitutio videtur limitare l. 1. de iuriſd. omn. iudic. vbi prætorem iudices dare dicitur, & in quantum hic Afflict num. 1. quærit an Locumtenens, ſiue † Regens Magnæ Curiæ Vicariæ durante impedimento infirmitatis, vel alio poſſit ſine licentia Regis, vel Proregis cum voto, & conſenſu aliorum iudicum deſtinare aliquem ex iudicibus, qui ſuum locum, & baculum Regentis teneat dum regitur curia, cui quæſtioni occaſionem videtur dediſſe tex. in l. de pollicitationibus ff. de pollicit. quem ad limitationem l. inter artifices. de ſolut. adducit Alex. in addit. ad Bart. in l. inter artifices de ſolut. & ipſe affirmat non poſſe, ſed ipſum impetraſſe à Rege, vt aliquem deſtinaret: dic quod idem obſeruatur hodie, vt ſcilicet non poſſit Regens hoc facere: ſed in eius locum dum curia regitur, accedit vnus ex duobus Regiis Conſiliariis, qui reſident in M. C. Vicariæ cauſarum criminalium, & quando Regens eſt impeditus, antiquior rotæ criminalis committit cauſas criminales, ſicut etiam antiquior rotæ ciuilis cauſas ciuiles: ſic etiam vacante Regentis officio ſolet Illuſtriſſ. Prorex donec fiat prouiſio mandare, vt illud officium exerceat antiquior ex Regiis Conſiliariis, qui reſident in M. C. V.

T *Tranſgredi.* Hoc autem verbum intelligi poteſt duppliciter primo in vita officialis, qui prohibetur ſeruire per ſubſtitutum, vt diximus. ſecundo, vt non tranſeat ad hæredes, cum de ſui natura † officium regulariter ad hæredes non tranſeat l. fin. ff. 8
de adminiſt. tutor. Bal. in l. 3. §. ſed & ſi quis C. communia de legat. & tradunt Caſtr. & vterq; Imolenſis in l. maritum. ff. ſol. matr. & Marin. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. 1. author. quæſt. 50. vbi tradit † facultatem conceſſam tranſmittendi ad hære- 9
dem officium non comprehendere fœminam, etiam ſi eſſet dictũ pro quibuſcunq; hæredibus, vel cũ facultate relinquendi cui voluerit, qui etiam id voluit, quando ab initio officium eſſet conceſſum fœminæ cum facultate relinquendi, cui voluerit: de quo tamen dubitauimus in l. fin. de conſt. Princip. cap. 3. 2. partis num. 57. & nunc etiam dubitamus ex rationibus ibi dictis. Hæc autem concluſio, quòd officium non tranſmittatur ad hæredes, non procedit quando à Principe obtineretur gratia illud tranſmittendi ad hæredes, ſicut hodie fieri ſolet ſoluta aliqua quantitate, prout melius cum Regia curia conueniri poteſt, quæ ſolet eſſe quarta, vel quinta pars pretij officij, & hoc ſeruatur in officiis, quæ iudicandi munus non habẽt, vtpote in ſeptem officiis regni, in officio ſcribæ portionis, & theſaurarij generalis in officiis actuariorum Sacr. Conſ. & M. C. Vicariæ, & alijs huiuſmodi.

Sed nunc remanet quærendum à quo † videatur capere nominatus in officio à concedente, vel à nominante, vt teneatur ad debita illius? hanc quæſtionem diſputat Marin. Freccia 10
loco citato quæſt. 53. vbi concludit à Rege, non à nominante officium capere: verùm teneri ad onera hæreditaria nominantis propter qualitatem illam hæreditariam, cum qua conceditur iſta nominatio: Hic articulus requirit deciſionem. nam pro parte aſſerentium non teneri ad onera nominantis facit primo, quòd officium (vt diximus) perſonale eſt; ideóq; cum Rex facultatem nominandi conceſſit nil aliud feciſſe videtur, quam ſuas vices nominandi conceſſiſſe, vt aliquẽ ſibi beneuolum, aut conſanguineum nominaret; quod maximè prodeſt iis, qui officia adminiſtrant, & præſertim ſi pecuniaria ſint. Secundo facit, quia iſtud officium in perſona hæredis nouum eſt ex noua gratia, ſeu conceſſione arg. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis item. ff. de verb. oblig. quo vtitur argumento. Freccia d. quæſt. 50. num. 14. Pro parte verò affirmantium ad debita nominantis teneri, non negantur prædicta, ſed dicitur primo, illa habere locum, quando ſimpliciter eſſet conceſſa facultas nominandi, non adhibita illa qualitate hæredem, quæ obligat accipientem ad ſuſcipiendum onera nominãtis, ſicut diximus in feudo hæreditario, in quo non poteſt ſuccedere filius, aut agnatus. niſi ſit hæres l. ius. ſepulchri C. de relig. & ſumpt. funer. & tradunt poſt And. in cap. 1 §. quid ergo in final. verb. de inueſtit. de re aliena facta, Camerar. in cap. imperialem fol. 19. & 20. Vinc de Franch. deciſ. 1 num. 22. ità, & in officio ſucceſſor cum illa qualitate hæreditaria tenetur ad onera nominantis, cum inſpectu feudorum conceſſionis initio feuda ad vitam concedi ſolitum fuiſſet Secundo facit, quia illa facultas nominandi intelligitur, ne dum poſt mortem: ſed etiam in vita, pro qua poſſet pretium accipere, vt communiter practicatur, quod pretium eſt in conſideratione ad beneficium creditorum, ad quod facit, quod dicit Franciſcus Conna. in coment. iur. ciuil. lib 4. cap. 17. num. 7. l. ſi is, qui ff. de iure fi- 11
ſci: dum † fiſcum tacitam habentem hipothecam cæteris etiã anterioribus creditoribus præferri tradit in bonis poſtea quæſitis, ex quo illa peruenerunt ad debitorem cum illa qualitate vt ipſe præferatur, qui etiam, vt cæteri creditores habebat obligationem omnium bonorum futurorum.

T *Vicarios.* Ex his, quæ ſuperius diximus firmatam habemus concluſionem, non poſſe magiſtrum Iuſtitiarium, neq; Iuſtitiarios prouinciarum, eiuſq; Auditores locumtenentem ſibi creare cum videatur electa induſtria perſonæ, ex qua infertur ad aliam, an ſcilicet dominus † Vicerex Locumtenens, & Capitaneus generalis poſſit alium locumtenentem ſibi creare, 12
quando eſſet à regno diſceſſurus, & hoc caſu breuiter reſpondendo pro nunc ſtante ſupradicta ratione, videtur non poſſe

locum

Digitized by Google

locumtenentem ſibi creare inſpecta magnitudine negotij ſecundum Innocentium in cap.fin. §. is autem cui, de offic. deleg. cum regula tex. in l. à iudice, C. de iudiciis non procedat, quando eſſet electa induſtria perſonæ: pro quo faciunt iura per Capyc. allegata in dec. 15 1. ſcilicet tex. in auth. de defenſor. ciuit. §. nulla, & auth. vt iudices ſinè quoq; ſuffra. §. nulla quoq; & in §. eos autem in auth. de mandat. Princip. & in auth. vt nulli iudic. in princ. quo loci annotauit Iacob. Beluiſ. non poſſe iudicem generalem vicarium per prouinciam, neq; in aliqua terra ſubſtituere. qui etiam d. §. nulla in auth. de defenſor. ciuit. reſpondendo ad tex. in §. antequam in auth. de collator. dicit illum procedere ante quàm prouinciam ingrediatur ea cauſa neceſſaria, ſecus poſtquàm illá eſt ingreſſus. faciunt etiam dicta per Marcum Anton. Surg. de Neap. illuſtr. cap. 25. in fin. vbi præfectos prætorio non ipſos ſibi vicarios cõſtituiſſe tradit, ſed ipſis ab Imperatorib. ex l. 4. C. de annon. & trib. lib. 10. & l. 1. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 10. l. 1 §. à præfecto. ff. de leg. 3. qui tamen refert Illuſtriſſ. Marchionem de Mondejar reliquiſſe D. Berardinum à Mendozia eius filium cum Neap. in Hiſpaniam nauigaſſet per paucos tamen dies; quod fieri nõ potuiſſe tunc à peritiſsimis viris audiui: eo magis, quia Illuſtriſſ. D. Ioannes à Stuñica maior Commendatarius eius ſucceſſor Puteolis degebat, & licèt Vinc. de Franch. deciſ. 393. pluribus confirmet Viceregem non poſſe adminiſtrare antequàm hanc ingrediatur ciuitatem, & iuret in manibus electorum ipſius; hoc tamen non obſtat caſui propoſito, cum & ipſe loquatur de poteſtate Viceregis diſcedentis, quam durare, vſq; quo Neap. diſcedat ipſe affirmat, & benè. concedimus enim vſq; ad illud tempus, quo diſcedit omnia poſſe facere, pro ut prius faciebat, nos autem loquimur, an poſſit facere locumtenentem exiſtente iam alio Prorege in ſuburbiis (vt ita dicam) ciuitatis huius. De hac etiam re fuit dubitatum præterito anno 1601. dum Illuſtriſſ. D. Ferdinandus à Caſtro Lemenſium Comes, Regni Prorex alias à nobis propter eius eximiam probitatem laudatus, graui oppræſſus morbo eius vices cõmittere voluiſſet D. Franciſco à Caſtro meritiſsimo filio, quod indeciſum remanſit morte ipſius ſequuta, ob quam fuit admiſſus in eius locum prædictus Illuſtriſſ. D. Franciſcus ſtantibus Regiæ Maieſtatis litteris ad ſupradictum Comitem patrem directis, quibus, dum anno præcedenti ægrotaſſet facultatem conceſsit, vt ſi mors ſequeretur in eius locum D. Franciſcum filium relinqueret. Et quamuis occaſionem dubitandi dediſſet, quòd non ex illa infirmitate cuius litteræ meminerant, ſed ex alia longo poſt tempore ſuborta defunctus eſſet, fuit tamen omnium conſenſu admiſſus die 20. Octobris, quo fuit ſepulturæ traditum Illuſtriſsimi eius patris cadauer, & ſequenti die ad eccleſiam Archiepiſcopalem magno baronum, & magiſtratuum comitatu acceſsit; ibiq; iuramentum de more Proregum præſtitit muſicis decantato vocibus Hymno *te Deum laudamus*, & fuit mirabile videre externa die luctuoſis veſtibus, atquè decantationibus, funeris actum abſolutum, & ſequenti lætitiæ ſignis eundem D. Franciſcum de Caſtro in Proregem admiſſum Hic autem Illuſtriſſ. dominus fuit à Rege noſtro cõfirmatus, eiuſq; Locumtenens, & Capitaneus generalis creatus, a quo tempore non Illuſtriſſ. vt prius titulo fuit ſalutatus, ſed Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. cum Illuſtri titulo decorauerit ipſum in ſuis litteris Rex noſter glorioſiſsimus. Hoc etiam fermè tempore dum Panormi defunctus eſſet Illuſtriſſ. Machedæ Dux illius Regni Prorex, ipſo adhuc viuente tribunalibus adſcitis (aliquibus tamen diſcre-
13 pantibus) fuit admiſſus eius filius primogenitus ad regni illius adminiſtrationem.

Hæc autem, quæ diximus de prohibita † facultate vicarios ſubſtituendi, non modò locum habent in magiſtris iuſtitiariis,
14 & iuſtitiariis; ſed etiam in cæteris gubernatoribus ciuitatum totius regni. Nam cum tempore iſtius conſtitutionis † iuriſdictio omnis criminalis penes magiſtrum iuſtitiarium, & iuſtitiarios prouinciarum reſideret, vt tradit Afflict. in conſt. ea quæ ad decus num. 19. vſq; ad tempora Regis Alphonſi primi,
15 ſequitur, vt idem ſit intelligendum de iis, quibus iuſtitiarii poteſtas eſt communicata. Nam, & Romanorum tempore † ciuitatum rectores, qui defenſores vocabantur iuriſdictionem criminalem, hoc eſt merum Imperium, non habebant, vt ex l. magiſtratus. ff. de iuriſd. omn. iudicum, & l. reſcripto. ff. de
16 muneri. & honoribus tradit Io. Coraſ. accuratiſsimus antiquitatum iuris doctor egregius in miſcellan. iuris ciuilis lib. 3. cap. 17. num. 10. Et conſuetudine tamen eſt receptum, vt † vicarios ſibi huiuſmodi rectores faciant. ex cauſis tamen ab-

fentiæ,

ſentiæ, & infirmitatis vt poſt Bald. in l. obſeruare, de officio proconſ. tradit Capyc. deciſ. 151. Boer. deciſ. 152. & Couarr. variarum reſolutionum. lib. 3. cap. 20. num. quarto. In hoc tamen regno diuerſimodè ſeruatur. Nam in aliquibus ciuitatibus, & oppidis huiuſmodi vicarios eligunt barones, ideſt domini terrarum, in aliquibus, Capitanei, (ſic enim vocantur rectores ſiue adminiſtratores ciuitatum) in aliis verò magiſter iuratus, ſiue camerarius hanc vicariam exercet iuriſdictionem.

Hæc, quæ diximus in officialibus, vt non poſsint ſeruire per ſubſtitutum, locum habent etiam † in feudatario, qui tenetur 17
ſeruire domino perſonaliter, quamuis domino conſentiente alium æquè idoneum poſsit deſtinare, qui ſeruiat in bello. quod dixit Imperator in cap. imperialem. §. ſimiliter de prohib. feud. alien. per Freder. Nam inſpecto feudorum origine, quia feuda ad annum, deinde ad vitam concedebantur. induſtriam perſonæ contemplatam fuiſſe nemo nõ eſt, qui affirmet, quod plura genera feudorum id teſtantur. Nam præter quòd adeſt feudum perſonale, quod ad hæredes recipientis non tranſit, habemus etiam feudum Guardiæ, Caſtaldiæ, Aduocatiæ, Cancellariæ, Commiſſariæ, Guſtus ſeu Dapiſeri, Curſoris, & Muſicæ, de quibus omnibus meminit Capyc. in inuent. feudali ver. feudorum genera pag. mihi 517. Si autem non contemplatam perſonam dicimus ex eo, quod traditur in cap. imperialem de alio æquè idoneo intelligendum eſt, domino id volente, non autem eo recuſante, qui poſſet id facere non ſolũ habita ratione perſonæ ad perſonam, ſed etiam adiacentium perſonæ feudatarij, vt quia, ſi feudatarius iſte iret ad bellum, non ſolùm accederet cum tribus equis, ſed cum pluribus aliis, vel ſi ſubſtitutus eſſet idoneus reſpectu roboris bellici, non tamen eſſet talis reſpectu conſilij, quo poſſet dominum iuuare, prout hæc conſiderat Andreas in d. cap. imperialem §. ſimiliter de prohi. feu. alien. per Frederi. ſi dominus vult ſeruitium perſonale, tunc tenetur omninò ſeruire perſonaliter; nec poteſt præſtare ſeruitium reale, ſed eſt domini electio, vtrum velit, quod etiam diximus in rub. de conſt. Principum cap. 4. num. 60.

Ex his orta fuit lis inter Victoriã Caracciolam Comitiſſam Caſtri, ſuper bonis feudalibus Ioſeph. Caraccioli eius fratris, cum hæredibus quondam Hieronymæ Caracciolæ Principis Sancti Seueri vxoris, quæ fuit famoſa quæſtio, & ſollenniter diſputata in Collaterali Conſilio per Conſiliarios aularum D. Petri de Vera ab Aragonia nunc meritiſsimi ſacri noſtri Conſ. Præſidis omnium ſcientiarum genere ornatiſſ. ac Nicolai Antonij Gizzarelli viri peritiſsimi, & ingenioſiſsimi cum interuentu doctiſsimorum regentium Marthos de Goroſtiola Collateralis Conſilij Decani, & Ferdinandi Fornarij regiæ Cameræ locumtenentis: quam quidem quæſt. hic ſubnectere volui cum rationibus, quæ ad eius deciſionem conferunt, ſicuti etiã alias ſcripſi, quæ poſt meum ad Sac. Conſilium aduentũ diſputatæ fuerunt in aula in qua reſideo.

Factum igitur tale erat, Antonius Caracciolus deceſſerat relictis Ioſeph Caracciolo filio maſculo ſurdo, muto, fatuo, & imperfecto. Hieronyma Caracciola Principiſſa Sancti Seueri, & Victoria Caracciola Comitiſſa Caſtri, petiit Hieronyma ſtante fratris inhabilitate ſe legitimam declarari patris hæredẽ in feudis. Huic petitioni ſe oppoſuere Victoria, ac ẽt curator Ioſeph; feuda ad maſculum ſpectare affirmantes, licèt imperfectum, (vt diximus) Mouebatur ad id Victoria, quia dum eſſent feuda apud maſculum redditus illorum, qui non ſunt feudales augebant patrimonium burgenſaticum Ioſeph, quo moriente ſuccedere debebat in medietate ipſorum. In hac igitur quæſt. fuit ſollenniter tractatum de intellectu tex. cap. 1. an mutus, vel ſurdus vel aliàs imperfectus. Pro cuius maiori declaratione reaſſumo nonnullos articulos. Primus eſt. An mutus ſurdus, vel aliàs imperfectus amittat feudum: Secundus an hoc intelligendum ſit de muto, vel alias Imperfecto à natura, vel ex accidenti. Tertius an poſsit ſeruire per ſubſtitutum. Quartus an excludatur per fœminam. Quintus cui cõpetat hæc actio domino, vel agnato. Quòad primum † dubium faciebant verba tex. nam in prima parte traditur feudũ 18
retinere poſſe, in ſecunda verò negatur: ideòq; ad faciliorem intelligentiam hic verba tex. ſubnectam, *Mutus, ſurdus, cæcus, claudus, vel aliter imperfectus, & ſi ſic natus fuerit totum feudum paternum retinebit; Obertus Gerard. & multi alij quidam tamen dicunt eum, qui talis natus eſt feudum retinere non poſſe, quia ipſum ſeruire non valet: ſic dicimus in clerico, & fœmina, & ſimilibus.*

Digitized by Google

Pro parte igitur affirmantium mutum feudum retinere poſſe, dicebatur primo, ex tex. in cap. 1. verſ. ſi quis igitur deceſſerit. de ſucceſſ. feudi. admicti filios nulla facta mentione, an ſit habilis, vel inhabilis ad ſeruiendum: ideóq; cum lex non diſtinguat, neq; nos diſtinguere debemus l. de precio. ff. publi. in rè act. l. 3. ff. de off. præſid. Secundo adducitur tex. in
18 l. mutum. ff. de acquir. vel amict. hæred. vbi dicitur † mutum poſſe pro hærede ſe gerere, & obligari hæreditati, vnde cum admittatur ad ſucceſſionem patris ab inteſtato morientis. §. ſui autem, ver. & licet furioſi ſint inſticu. de hæred. quæ ab inteſt. deferuntur, l. cum furioſus. §. ſin autem, verſ. ſin vero. C de curat. furioſ. ſicut etiam ex teſtamento poteſt hæreditatem capere l. cum hæres inſtituta furioſa. ff. ad Trebell. & l. antiſtius § in libro. ff. de acquir. hæred. ſequitur vt non debeat expelli iſte Ioſeph. ab hæreditate paterna. Tertio ponderatur pro hac opinione verbum retinere, quod verbum præſupponit acquiſitionem ante actam l. 1. §. eſt igitur. ff. vti poſſid. quæ non poteſt fieri niſi ſucceſſione, & inueſtitura cap. 1. de feud. cognit. & retinere dicimur, quæ iam habemus, ſecundum gloſ. in l. poſt emancipationem §. ſciam in verſ. fideicommiſſum. ff. de leg. 3. His accedat, & quarto quia, ſi ex regni conſtitut. diſpoſitione licitum eſt fœminis ad ſucceſſionem feudorum venire, quæ neq; viribus, neque conſilio dominum iuuare poſſunt, † qua igitur ratione non erit admittendus ad feudi ſucceſſionem mutus, vel aliàs imperfectus? Et vltimo hoc arguebatur ex qualitate ſeruitij: nam quotieſcunq; ſeruitium poteſt præſtari eo modo per habilem, ac perinhabilem ad paria iudicantur l. in lege, & ibi Bart. ff. de contrahen. emptio. Felyn. in cap. ex parte de reſcrip. in verb. copula in 6 col. cum ergo in regno præſtetur ſeruitium in pecunia, ſequitur vt nulla ratione poſſit mutus, vel aliàs imperfectus à feudi ſucceſsione repelli, & propterea primam concluſionem tex. d. cap. fore ſequendam, cum ſit opinio compilatorum conſuetudinum feudalium, cumq; ex verbis tex. arguatur hãc eſſe à pluribus approbatam ibi, & multi alij, quod non eſt de ſecunda per dictionem quidam, quæ eſt minoris quantitatis, quàm dictio multi: quæ eſt indefinita; tum etiam, quia prima pars, ſecundum vſum feudorum videtur approbata ſecundum opinionem Camerarij in cap. imperialem fol. 32. col. 4. lit. S.

Pro contraria verò opinione adducitur primo tex. in cap. 1. Epiſcopum, vel Abbat. in § mutus, vbi in ſpetie deciditur ſecundum iſtam partem, quæ cum ſit confirmata ex alio tex. in corpore conſuetudinum feudalium clauſo potiùs iſta, quàm illa opinio videtur tenenda immo videtur declaratus ille tex. per iſtum. ſecundo pro iſta opinione ponderatur, compilatorem aduaiſſe exemplum, & rationem: ratio eſt generalis, quia ſeruire non poteſt, vnde cum feuda propter ſeruitia data ſint cap. 1. §. ſed nec eſt alia iuſtitior. quæ ſit prima cauſa beneficij amitt. & tacita inſit in conceſsione feudi conditio ſi vaſſallus ſeruiat Andr. in d. cap. 1. ante num. 3. an mutus, vel ſurdus, quæ etiam expreſſa, vel tacita ſi non ſequatur, facit concidere feudum. l. ſtipulationem. ff. de iur. dot. Andr. in cap. 1. nu. 3. §. ex quo non ſeruit. de feud. ſine culp. non amitt. & nihil intereſt, quod nolit ſeruire, vel non poſsit l. ſi militem. C. de condit. ob cauſ. ſequitur, vt cum ſeruire non poſsit, feudo debeat priuari. Tertiò quoad exemplum: nam idem habemus in clerico, qui feudum retinere non poteſt cap. 1 §. qui clericus ſi de feud. fuer. contr. & in fœmina, quæ etiam iure communi feudorum non poteſt in feudo ſuccedere cap. 1. de beneficio fœmin. vnde cum in exemplificatis firma ſit regula, quòd feudum retinere non poſsit, ſequitur etiam, quòd cum equiparatorum eadem ſit diſciplina l. ſi quis ſeruo vbi doct. C. de furt. iuxta tradita in l. 1. ff. de leg. 1. idem ſit dicendum in muto, quod in clerico, & fœmina dicimus.

Hanc etiam opinionem tenuit Iſern. in præallegat. capit. Epiſcop. vel Abb. & eum ſequuti ſunt Iacob. Beluiſ. in d. cap. 1. & d. §. mutus, Afflict. in dicto cap. 1. in 1. col. & d. §. mutus num 7. vbi dicit opinionem And. eſſe tenendam. Capycius in inueſtit. in verb. feudatarij habiles in verſ. mutus. Thom. Maſin. in tract. de gener. feud. tit. de feud. ea pact. & prouide. num. 132. Et tandem quòd corrigatur per iſtam ſecundam partem prima pars, tenet Cannet. in extrauag. ſi aliquem ver. ſed non ſit facilè per totum: & ad hoc confert quod dicit Camer. in cap. imperialem fol. 50. littera B. quòd feudum refutari non poteſt muto. Confirmatur hæc opinio authoritate l. 6. tit. 26. part. 4. vbi expreſſè dicitur mutum, vel aliter imperfectum feudum retinere non poſſe, quæ lex maximæ eſt authoritatis. nam præter quàm ſit lex, quæ rationem præſupponit,

nit, & quæ in regno tam magno, & illuſtri obſeruatur, habet in ſe etiam maximam authoritatem, quia leges illæ fuerunt conditæ à peritiſsimis viris, qui per Regem Alphonſum decimum vocati è corpore iuris ciuilis, & canonici eas compoſuerunt, immo de verbo ad verbum traduxerunt; in tantùm, vt velint aliqui † Azonem interfuiſſe in legibus illis condendis; 21
quod licèt non probet Molin. lib. 3. cap. 7. nu. 24. de primog. Hiſpanorum, fatetur tamen, vel aliquem Azonis diſcipulum interfuiſſe, vel voluiſſe ſequi opinionem Azonis. His accedat gloſatoris eiuſdem legis doctrina in verſ. *mudo, ò ciego*. Hoc etiam in maioratibus ſeruari teſtatur Molina de primog. Hiſpanr. lib. 1. cap. 13. & hanc opinionem omnes tenent in d. capitulis. Ex quibus fuit in præſenti cauſa deciſus articulus, mutum ſurdum, vel aliàs imperfectum feudum retinere non poſſe; approbata ſecunda parte dicti tex. cap. 1. an mutus, vel ſurdus, & quòad contraria licèt reſpondeat Cannet. doctiſsimus Siculus in comment. ad cap. ſi aliquem fol. mihi 125. attamen quàm breuiſsimè hic referam, quæ dicta fuerunt in deciſione dicti articuli: dum hæc opinio fuit approbata & primo ad tex. in cap. 1. de ſucceſsione feudi dicebatur non obſtare, tum quia in dicto cap. ſimpliciter agitur de ijs, qui ſuccedere debent feudatario morienti, quo caſu opus non erat diſtintione an habilis, vel inhabilis eſſet, cum potiùs lex adaptetur ad ea, quæ frequentius accidunt ad tex. in l. nam ad ea. ff. de legib. cum ergo per rarum ſit homines huiuſmodi infirmitatibus, ac præcipuè nobiles defatigari, ſequitur vt non fuerit neceſſaria hæc diſtinctio, tum etiam, quia cum conſuetudines feudorum licèt plures contineant diſpoſitiones, & capita, in vnum ſint redactæ, & vnum corpus faciant, ſequitur vt vnum caput per aliud declaretur, & poſita regula ſucceſſionis ſubnectitur limitatio, quòd ſiquidem non procedat in filio, qui eſt mutus, ſurdus, vel aliàs imperfectus. In dubio .n. de habili intelligitur l. vt gradatim. § 1. ff. de muner & honor. Secundum argumentum non obſtat, quia procedit *in bonis* burgenſaticis, quæ ſeruitium non requirunt. Neq; refragatur tertia ratio ponderando verbum retinere, in rubr. poſitum, quod præſupponit acquiſitionem; nam benè poſſet feudum retinere, ſi dominus expreſſè aſſentiret, qui poteſt remittere ſeruitium cum † feudum poſsit eſſe ſine ſeruitio, vt habetur 22
in cap. 1. § huius autem generis, vbi And. num. 12. & doctores ex quibus cauſis feudum ammittatur, quia etiam poteſt facere rem de feudale burgenſaticam.

Neque dicebant domini illi obſtare legem regni admittentem fœminas, quia † diſpenſatio facta in vno caſu contra ius 23
non eſt extendenda ad alium l. quod verò, & l. ius ſingulare. ff. de legibus, ſicuti in materia feudali etiam in regno non ſit extenſio de fœmina ad clericum: cum † clericus non ſucce- 24
dat neque èt in regno, vt habetur in ſollemni allegatione Ioannis Felicis Scalaleonis Regij Conſiliarij pro D. Aloyſio Caietano contra D. Nicolaum Caietanum, quam retulit Camillus Salernus in additionibus ad Napodan. in prohæmio conſuet. num 300. quod latius diximus in authen. ingreſsi in verbo ſua cap. 14. num. 21. præter quàm quòd vt ex ſacra hiſtoria liquet, & ex aliis etiam propbanis, fœminæ, & conſilio, & armis pace, & bello plurima glorioſa geſſere, vt de Iudith, & aliis, de quibus dicemus in conſtit. vt de ſucceſsionibus, & dicit And. in cap. 1. §. hoc autem num. 18. de his, qui feudum dare poſſunt.

Ex hoc articulo deuentum fuit ad ſecundum poſito, quòd impedimentum tollat feudum, an debeat intellegi de impedimento naturali, vel accidentali, dum tamen vtrumque ſit perpetuum. Difficultas hæc oritur ex dicto tex. in cap. primo. an mutus vbi in prima, & 2. parte ſit mentio de natiuitate, *ibi, etiam ſi ſic natus fuerit*, & ibi, *eum qui talis natus eſt.* quaſi diceret, quòd cum non ſit cum tali vitio à natura productus, ſed ex accidenti impeditus, non debeat amittere feudũ: arguendo à contrario ſenſu, prout arguit Bald qui affirmauit mutum, vel aliàs imperfectum ex accidenti feudum retinere poſſe, & quòd de iſto intelligatur prima, & 2. pars in dicto c. 1. num. 3. in fine, quem ſequti ſunt Præpoſit. Aluaro, & alij in dicto cap. Federic. Schench, in cap. 1. §. mutus num. 3. 4. & 5. in tit Epiſ. vel Abb. Zaſius de feud. ſucceſſ. verſ. ſuper tertio principali cap. num 68. qui omnes tenent dandum fore in tali caſu curatorem, ex reg tex. in cap. grandi de ſupp. neglig. prælat. Contrariam verò opinionem tenuit auriga noſter Andr. de Iſern. in dicto cap. 1. an mutus in fin. dum ait, idem eſſet ſi ſuperueniſſet mutitas, vel ſurditas, vel aliud vitium morbi perpetui: quia eadem eſt ratio, neque alia differens reperitur,

quam

Digitized by Google

etiam etiam tenuit Iacob. Beluiſ. in dicto cap. 1. Epiſcop. vel Abb. declarans gloſ. & ipſam approbant Afflict. in d.cap. 1. 5.-columna, & dicto §.mutus ante numerum 7. vbi dicit opinionem Andreæ eſſe tenendam, Capyc. in inueſt. in verbo feudatarij habiles verſ. mutus fol. mihi 246. Franc. Sonſue.in comm. ad vſus feudo.part.1.num.131.& Cannet.in allegat. cap. ſi aliquem num 37. vbi de communi teſtatur Thom. Marin.de generib. & qualit. feud. tit. ex pacto, & prouid. nume. 131.ratio,qua prædicti mouentur eſt eadem, de quã ſupra meminimus, ſcilicet ſeruitij impedimentum, quæ cum ſit eadem in vitio accidentali, & naturali quando eſt perpetuum non debet eſſe differens deciſio.

Nec obſtare videbatur ratio Baldi, quòd duæ ſint radices quibus iſti ex accidenti impeditus fulciatur, ſcilicet, ꝙ habuit originem in perſona patris, deinde ex propria perſona, cum acquiſitio filij ſit executio contractus paterni, non autem nouus contractus,nec mutetur ius; ſed tantùm perſona l.2.§. 25 ex his.ff.de verb.obligat.& † inueſtitura feudi paterni dicitur confirmatio veteris inueſtituræ And. in cap.1. ante nu. 3. quo tempore mil. & ſicut in patre acquirente concurrit cõtractus infeudationis, & inueſtituræ, ità in filio, cum tot ſint contractus, quot perſonæ, & poſt mortem patris dicitur conceſsio de per ſe And.in cap.1.num. 9. de ſucceſſ. feud. in cap. imperialem,§.præterea ducatus ante nu.19. de prohib. feud.alien. vnde cum iſte iam acquiſiuerit, ſequitur quòd poteſt retinere, & ſic prima pars illius textus procedat in muto ex accidenti, ſecunda in muto à natura nam reſponſum fuit per partem aduerſam litteram claram eſſe illius tex. vbi primo ponitur opinio affirmantium, Secundo negantium, & ratio Baldi non habet fundamentum, nam ſi ſeruitium eſt cauſa finalis inueſtituræ, & in primo acquiſitore feudi omnes conueniunt, & ipſe Bald. vt nouum feudum perdat, vt in d §.mutus: multo magis habebit locum in ſucceſſore, quem dominus non cognouit, & de quo non cogitauit, quòd ſi ſeruire nequiuerit, feudum perdat lex enim inueſtituræ ſemper loquitur. l.Arriani C. de hæret. quæ cum ſit fundata in cauſa finali ſeruitij, vel ſit primus acquirens, vel ſit ſucceſſor, qui ob impedimentum ſuperueniens ſeruire non poſsit,eadem ratione defectus cauſæ contra vtrunque ad auocandum feudum nouum, & paternum dabitur condictio ob cauſam l.2.§.ſi Titio.ff.de donat.

Reſpondebatur etiam argumento, quod deſumitur à tex.in d §.mutus, quia cum in prima parte loquatur de vtroquè, tam de muto ex accidenti, quàm à natura; vt ex dictione etiam colligitur, quæ eſt implicatiua, ad notata in l qui ſe patris, C. vnde liberi, & in ſecunda parte contrarium decidat, intelligendum eſt, vt vtroquè etiam caſu loquatur, cum aduerſatiua aduerſetur retentis eiſdem terminis Bal. in l. omnes populi poſt num.21. ff de iuſt.& iur. Dec. conſ.335.num.3. & conſil. 561. num. 3. Item quia maius videtur impedimentum accidentale, quàm naturale, l.ſed & ſi, §.1.& 2.ff.de lib. & poſth. § ſed, & illud inſtit. de adopt. iuncta expoſitione, quam ibi Aldobrand. tradit quicquid ibi gloſ. dixerit.

Et quamuis pro iſta opinione, quòd ex morbo ex accidenti non amittatur feudum, adducatur cap. grandi. de ſupplend. neglig. prælat.reſpondetur tamen illud cap. non procedere in impedito morbo perpetuo, ſed in eo, qui negligens nimis erat in adminiſtratione Regni, qui poterat reſipiſcere, & interim cum ageretur de ſalute animarum Summus Pontifex voluit adhibere coadiutorem. Item illud in Rege, vt loquitur Soccin. conſ.47. vol.3.non autem in feudatario. Et ſi Molina de primogen. Hiſpanorum lib. 1. cap.13. num. 30. dixerit poſt Bal. & alios furorem ſuperuenientem a maioratus ſucceſsione non repellere quãdo poſt maioratus acquiſitionem ſuperuenit; ſed dandum eſſe curatorem, tamen illud procedit in maioratu, non autem in feudo & in quo cum ſit contractus factus, vt ſeruiat, prout dixi, ſequitur, vt quæ in maioratu procedunt, non extendantur ad feuda, immo ex eiuſdemmet Molin. authoritate oppugnari poteſt opinio Bal.cum num. 31. dicat, ꝙ ſi poſt vitium accidentale ſucceſsit in maioratu excludatur, ex quo apertiſsimè colligi poteſt eum potius loquutum eſſe referendo opinionem Bal.quàm illam approbando.

Ex quibus circa hunc articulum fuit concluſum morbum ſupradictum, ſiue naturalé, ſiue accidentalé excludere à feudo, & ità intelligendum tex. in d.cap.1.an mutus,vel ſurdus.

Quò verò ad tertium articulum dicebatur, quòd licèt prædicta procedere poſſent ratione ſeruitij perſonalis, vbi tamen reale ſeruitium præſtatur,locum habere non poſſe, ſed eo caſu ſubſtitutum fore admittendum à ceſſante ratione. l. adigere. §. quamuis, ff.de iure patr. Pro hac ſententia adducitur primo tex. in cap. imperialem in §. firmiter de prohib. feud. alien. per Freder.vbi vaſſallus impeditus admittitur,ſi aliquem æquè idoneum mittat, quod And. num. 30. confirmauit. Secundo adducebatur communis regni conſuetudo hodiernis præſertim temporibus, per quam eſt introductum, vt ſeruitium in pecunia præſtetur, cum pro feudo redditus vntiarum viginti ſoluebat feudatarius medietatem, & aliquod plus quando feudum conſiſtebat in vaſſallis; ſi verò abſq; vaſſallis vntias ſex, ſin autem in pecunia vntias quinque, vt poſt Andr. in cap.1. §.fin. quis dicatur Dux, & in cap. imperialem, §. firmiter col. 2. verſ. item videmus quod ſoluitur diximus in rub de conſtit. Princip.cap.4 num.6.

His reſpondebatur, & quòad primum de tex.in cap. imperialem,dicebatur procedere de iure communi, non autem in regno, in quo perſonaliter ſeruire tenetur iux. diſpoſitionem cap. regni volumus, quod eſt 208. vbi notat. Io. Antonius de Nigris num.11.& ſic non eſt vaſſalli electio, an velit ſeruitium perſonale, vel reale præſtare: dominus † autem poteſt eligere: ſed non cogere ad præſtandum reale ſeruitium, ſi vaſſallus velit de perſona ſeruire,vt docet Andræas in cap.1 §.ſimiliter poſt nu.14.verſ. in regno Siciliæ de capit. qui cur. vendid. Capyc in cap. imperialem.§.præterea ſi quis infeudatus. 10.col.verſ. item nota quod quando. de prohibit. feud.alien. per Feder. & deciſ. 10.num. 14. ſic etiam dominus non tenetur recipere ſeruitium reale, quando uult, vt illud perſonaliter à vaſſallo præſtetur, vt idem Andr. voluit in cap 1. in fine quis dicatur Dux, ad quod etiam conducit, quod ſcripſit Bal. in cap. 1.§. mutus, Epiſcop. vel Abbat. num.3.Nequè obſtat, quòd in regno nunc recipiatur ſeruitium in pecunia,cum hoc ſit contra formulam inueſtituræ, & (vt diximus) poteſt cogi vaſſallus ad ſeruiendum perſonaliter, & quod And. dicit in d. cap. imperialem.§.firmiter de prohib. feud.alien.per Freder. num. 30. non obſtat, debet enim intellegi de eo, qui non eſt perpetuo inhabilis: ſed temporaliter, quo caſu poteſt ſeruire per ſubſtitutum. Et in hoc etiam articulo deciſum fuit ſubſtitutum non eſſe admittendam,cum vaſſallus teneatur in regno perſonaliter ſeruire. 26

Quòad quartum propoſitum articulum dicebatur,hæc omnia poſſe procedere quando, qui vult huiuſmodi impeditum excludere nõ eſſet etiã impeditus eodem ferè impedimento, ſicut eſt fœmina, quæ non poteſt ſeruire, vt diximus, vnde vel eodem modo,quo fœmina erat admiſſa ad feudi ſucceſsionem, debebat & mutus admitti, vel eo excluſo, non poterat admitti fœmina: ad quod vide Greg. Lopez in 6. partita. tit. 13. L. 3. in verbo *mugeres*, verſ. quid autem. Cui oppoſitioni fuit reſponſum:materiã † diſpoſitionis eſſe ſtricti iuris: ideòq; ſtrictiſsimè interprætandam, cum ſit contra ius, vt habetur in cap. 1. de filiis præsb.lib.6.Innoc. & alij per nos relati in rub. de conſtit.princ.cap.5.Et cum ſit diſpenſatum in fœmina,non eſt dicendum eſſe faciendam extẽſionem ad mutum,ſurdum, vel aliàs impeditum: eo magis, quia non militat tanta ratio, cum impeditus, (vt diximus) non poſſet vllo pacto ſeruire, fœmina autem poteſt quandoquè conſilio, & armis ſeruitium præſtare, ſicut etiam poteſt ſecundum ius commune feudorũ acquirere, & retinere feudum, vt habetur in cap.1. de beneficio fœminæ.Et in hoc articulo fuit etiam deciſum diſpoſitum in fœmina non extendi ad mutum, vel aliàs imperfectum. 27

Quòad quintum verò articulum dicebatur hæc omnia opponi potuiſſe per fiſcum, non autem per ſororem, cum domini interſit ſeruitium recipere, vel remittere, eo magis, quia in facto habebatur fuiſſe nomine dicti Ioſeph inueſtituram petitam, & releuium ſolutum, & ſic videbatur practicari poſſe, quod dicunt doctores in d.cap.1. an mutus, dicentes non procedere illius tex. diſpoſitionem, ſi dominus conſenſerit, cum videatur remittere ſeruitium, quod facere poteſt, vt ſupra diximus. His etiam reſpondebatur procedere primo,quando dominus ſcienter id feciſſet,non autem tacito impedimento tam notabili, prout erat in iſto milite, qui erat ſimul mutus, ſurdus, fatuus, & imperfectus,ità,vt omnes videntes ad lacrimas commoueret,cum in nihilo ab irrationali animante differret, & hoc in feudo nouo procedere:nõ aũt in feudo antiquo, And. in cap.1.§.mutus Epiſ. vel Abb. ver. & ad dominum apertè dicit ad agnatos reuerti, immo, vt ait Afflict. eodem loco num.4. non poteſt dominus id facere, etiam ſi vellet, nequè pater, ſi viueret in præiudicium filij habilis: ad quod faciunt dicta per Andr. in cap.1. de cler. qui inueſt. fecit, & in cap.1. quemadmodum feudum ad filiam pertineat, & ſecundum doctrinam

Digitized by Google

ctrinam And. & Afflict. fuit ex his omnibus deciſum feudum prædictum ſpectare ad hæredes dictæ Hieronymæ Caracciolæ Principiſſæ Saocti Seueri.

28 *Capitalis.* Doctores circa huius † verbi interpretationem dixerunt tripliciter accipi. Primo pro morte naturali. Secundo pro morte ciuili. Tertio pro amiſsione ciuitatis tantùm, propriè autem intelligi de pœna mortis naturalis, itá Hippol. de Marſil. in praxi crimin §. opportunè numer. 39 & ſequen. Iul. Clar. q. 67. & alij plurimi per Farinac. relati in tract. crimin. tit. de delict. & pœn. q. 19 in princ.

29 Quando autem † ſimpliciter hoc verbum eſt prolatum, tūc in dubio de mitiori pœna intelligitur, hoc eſt, de exilio perpetuo, relegatione, vel deportatione ex gloſ. in l. 1. in princ. ſuper verb. capitali. C. ne Chriſt. Mancip. quam communiter approbatam teſtatur Io. Ant. de Nigris in cap. regni contra Effrenatas num. 32. & idem Farin. loco citato num. 3. ante eum plures retulit iſtam ſequentes ſententiam Iacobus Menoch. de præſumpt. lib. 6 præſumpt. 49. num. 3. qui Farin. & Menoch. locis citatis tradidere poſt Hippolit. & alios, quibus caſibus capitalis pœna à ſtatuto impoſita intelligatur de morte naturali.

30 Hæc autem conſtitutio de pœna mortis erit intelligenda, quia inter alia † ſigna propoſita per Doctor. ad cognoſcendum, quando ſtatutum capitalem pœnam imponens de mortis pœna ſit intelligendum, eſt illud, quando à iure communi eſt impoſita pœna capitis, & à ſtatuto pœna etiam capitis, debet enim aliquid operari vltra ius commune, itá Hippol. in §. opportunè num. 41. Menoch. num. 50. & Farinac. num. 4. locis citatis, cum ergo lex 3. ff. ad l. Iul. maieſt. dicat capite puniri, & hic dicatur capitali ſententia, ſequitur, vt de pœna mortis intelligatur. Huic addo aliud ſignum, quando mens ſtatuentis repugnaret, de quo Menoch. ibi nu. 17. tunc enim non intelligitur de mitiori, ſed de grauiori, vnde cum iure communi hoc † delictum officiales creandi ſit crimen læſæ 31 maieſtatis, quod grauiſsimè punitur, non debet intelligi de mitiori. His addo, quòd ſequens conſtitutio, dum huius pœnæ meminit, eam duram, & diram nominat, & delicto non congruentem, & ſic de grauiori non autem de leuiori: de quo tamen vide Ant. Capyc. deciſ. 130. num. 21. & pluribus ſequ. diſtinguentem pœnam tam huiuſmodi conſtit. quàm aliarū, quæ ſequūtur, qui addit non habere locū l. 3. ff. ad l. iul. maieſt. in terminis huius conſtit. quod rectius mihi videtur, non tamen vt recedam ab eo, quod dixi circa mortem naturalem, ſed ne computetur hoc delictum inter crimina læſæ maieſtatis, cum aliud ſit propria ſibi authoritate officium adſumere, vel non habentem poteſtatem officialem facere: aliud verò ſubſtitutum creare, vt etiam tradit Afflict. in conſt. duram, & diram pœnam.

Offi-

d *Duram.* Qui officium vicariatus vſurpat non capite, vt olim, ſed bonis priuatur. Duram conſtit. quæ eſt infra, vt Iuſti. aliquem non conſti. Io. ſui. l. officia quæ perſonis, &c.

* ADDITIO. *Vide Capyc. deciſ. 130. numero 21. & Moder. in cap. regni, quia vicarij. fol. 71. Et ſic no. quod iudex competens ſcienter viens iuriſdictione alterius, punitur pœna falſi. ita etiam expreſſè tenet Cyn. in l: cum quadam. §. quoties. quod Bal. reputat mirabile. ff. de iuriſdict. omn. iud. Et intellectum Andr. vide Capyc. in dicta deciſ. 130. in ver. tertium dubium.* De Bottis.

Officialis iniuſſu Principis ſubſiſtens officij priuatione, bonorumq; publicatione punitur. hoc dicit Tapia.

IMPER. FREDER.

Duram, a & diram pœnam, * & qualitate delicti minimè T congruentem Regis Gulielmi diuæ memoriæ prædeceſſoris noſtri conſtitutione contentam, qua ordinatores, & ordinati in Vicariatus, & Iuſtitiariatus officio, ſinè nutu, & licentia Regiæ poteſtatis capitali ſententia feriūtur, imperiali māſuetudine mitigantes, decernimus, ſupradictos publicatis omnib. bonis ſuis ab officio, quod ſic illicitè b T vſurpauerant, c remoueri.

b *Vſurpauerant.* Vel concedendo, vel ſuſcipiendo, vt in vtroq; caſu videatur pœna mitigata, vt ſupra poſuit. & talis interpretatio placet iuri, vt ff. de pœnis. l. penul. & l. præſes.

c *Remoueri.* Contra de officio magiſtri Iuſtitiar. officia.

AN-

ANDRAEAS DE ISERNIA, ET ALII.

Duram, & diram. Corrigit infra eo. officia, quæ perſonis, iure Romano eſt crimen læſæ maieſtatis facere ſe magiſtratum, & magnum officialem ſine motu imperij. ff. ad l. Iul. maieſt. l. 3. in fin. infra de iniur. l. nec magiſtratus. in fin. & plerumq; ſtatuitur iure Romano capitalis pœna in vſurpantes talia ſine iuſſu, & licentia. C. l. 12. de diuer. offi. l. probatorias. & l. fin. §. vlt. Nam falſum committunt, dicendo ſe poteſtatē habere, quam non habent: falſum eſt enim mutatio veritatis, in Auth. de fide inſtr. in prin. Ideo vbi non eſt certa pœna ſtatuta, punitur extraordinariè. eod. titu. de diuer. offic. l. in his. & de mune. l. actuales. quia in falſo pro qualitate delicti aliquando eſt capitalis pœna, aliquando non. C. de fal. l. vbi. ff. eod. tit. l. 1. §. vlt. Vbicunq; ergo in huiuſmodi eſſet pœna capitalis † de iure communi, erit publicatio bonorum per hanc conſtitut. multò magis ſi puniretur extraordinariè: quia publicatio bonorum eſt minor modica corporali, ff. de pœn. l. in ſeruorum. in fine, niſi aggrauaretur pœna alio delicto: vt ſi dicendo ſe Iuſtitiarium oſtendat litteras regias falſas, hoc capitale eſt. C. de falſis. maiorem.

† ADDITIO. *Capyc. vbi ſupra, nu. 25. ad intelligentiam verborum.* De Bottis.

Illi verò, qui dicunt ſe officiales, cùm non ſint, ad alia miniſteria, putá, ad recolligendum pecuniam fiſcalem, puniuntur in quadruplum. C. de ſtat. & imagi. l. 1. & hoc non mutatur per hanc conſtit. capitalem pœnam commutantem in priuatione bonorum. At in prædicto caſu non eſt pœna capitalis.

Duram, & diram. In tex. feruntur. Iſta conſtitutio concordat cum conſtit. officia. de iure autem communi cōmittit crimen læſæ maieſt. vt ff. ad leg. Iul. maie. l. 3. in fin. & dic vt ibi P. de Monteforte.

CA-

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T *Congruente.* Debet enim pœna commenſurari delicto,
1 & illius qualitati reſpondere. cap. non afferamus 24. q. 1. cap. fœlicis. §. cæterum, de pœn. in 6. l. reſpiciendum. ff. de pœnis, hanc pœnam non eſſe congruam delicto iudicauit optima ratione Imperator Federicus cum non ſit Maieſtatem lædere, alium æque idoneum ſubſtituere; eſt tamen delictum ſtante prohibitione Regis.

T *Vſurpauerant.* Hoc verbum † vſurpare aliquando in bonam, aliquando in malam ſignificationem ponitur Andr. in cap. fin. de alien. feud. & Lucas de Penna in l. 1. C. de ſtati. lib. vrb. Rom. lib. 10. Hic autem in malam ſignificationem accipitur.

Barones

Barones tam eccleſiaſtici, quàm ſeculares, tam per ſe, quàm per alios merum imperium exercere probibentur, quod ad ſolum Regem ſpectat. ſub pœna hic ſtatuta, qua tenentur etiam offi. iales ab ipſis conſtituti. hoc dicit Tapia.

IMPER. FREDER.

EA, a quæ b ad ſpeciale decus, & merum imperium * celſitudinis noſtrę ſpectare noſcuntur, per pręſumptiones illicitas volumus à nemine vſurpari. Hoc igitur pię noſtrę Maieſtatis edicto in perpetuũ valituro firmiter inhibemus Prælatis eccleſiarum, Comitibus, Baronibus, & Militibus * locorum vniuerſitatibus, ne

a EA, *quæ*. Nulla vniuerſitas, vel Prælatus, vel Comes poteſt facere iuſti. ſed ſolus Princeps, quia ipſe ſolus ſpecialiter cui conceſſit habet merum Imperium, vt in ſumma de iuriſdict. omn. iudi.

b *Adſpeciale*. Per præſumptiones. Quid autem ſi aliqui ante tẽpora huius legis habuerant priuilegia ſui iudicis in criminalibus cauſis? Fortè dici poteſt priuilegium non eſſe ſublatum, quia cũ lex iſta generaliter loquitur, ex generali ſermone † non intelligitur eſſe detractum, quod alij per ſpeciale fuerat aſſignatum, ff. de leg. 3. l. vxorẽ, §. feliciſſimo, C. de ſecund. nuptijs. ſi quis priori. & in auth. ibi ſignata. nunc autem. & ff. ex quibus cau. ma. l. ſed ſi per prætorem, §. deinde adiecit, ff. ſi quis cautionibus. ſed & ſi. §. quæſitum.

† *ADDITIO. Pro hoc eſt tex. in l. in teſtamentis, de teſtam. iuncta l. hac conſultiſſima, C. qui teſt. vide Capyc. deciſ. 130. nu. 21. cum pluribus ſeq.* De Bottis.

In generali enim ſermone ſpeciale eſſe videtur, ipſumq; determinare, ff. de re iur. ſemper in generalibus. Idem enim ſeruatur in legibus: Lex enim noua determinatur per veterẽ, nec vetus tollitur per nouam, niſi ſint directo contrariæ, vt ff. de legib. & ſenatuſc. non eſt nouum. & l. ideo. & l. ſed & poſteriores, & C. de appell. præcipimus, in fi. & in Auth. de adm. off. §. fi. coll. 4. Nec obſtat quod eſt, ff. de ſepulch. viol. l. 4. §. diuus. Ibi enim conſuetudo erat directè contraria legi. Ego autem in hac quæſtione dico cõſulendum eſſe Imp. quia beneficia inconſulto Principe tribuuntur, nõ autem auferuntur, vt ff. de offic. proconſ. ſolent. §. ſicut autem, & C. vbi Senator. vel clar. l. fin. §. adeò autem.

ADDITIO. Vide in hac conſtitutione And. de Iſern. in c. 1. § ſi quis alium. de pa. ten. vbi quòd merum, & mixtum Imperium † ſunt de regalibus, & nunquam veniunt in generalibus conceſſionibus, de quo plenius per Pari. de Put. in tract. ſynd. in tit. de exceſſ. Baro.

In

ANDRAEAS DE ISERNIA, ET ALII.

EA, *quæ*. Creatio magiſtratuum eſt de regalibus ad Principem ſolũ ſpectantibus in tit. quæ ſint regalia. Idcirco vſurpantes puniuntur ad omnia bona, vt ſupra l. proxima. Non debet quis vſurpare iuriſdictionem, & vtilitatẽ authoritate propria, C. de iud. l. nemo. Sicut neque vindictam Dei, qui dixit, *Mea eſt vltio, & ego retribuam.* Deuter. 32. Item attende, quod gl. dicit, quod priuilegium alicui nobili conceſſum per illum, qui poteſt in habendo merum imperium ante conſtitutionem iſtam, non eſt ſublatum per hanc: poſtea dicit conſultandum Imperatorem. Sed quod ſit ſublatum, videtur ex eo, quod ſi facta eſſet lex, vt nobiles haberent imperiũ in vaſſallos, poſteà fieret alia, quod non haberent: prima eſſet ſublata per ſecundam, vt l. ſed & poſteriores, ff. de legi. Si lex ſequens tollit præcedentem, tollet etiã præcedens priuilegium, quod eſt priuata lex, tertia diſtinctio. priuilegia. faciliter quidem priuilegium tollitur. in Auth. de non alien. §. quia verò hoc contingit, quia ſunt contrariæ. idcircò verius eſt primum dictum glo. quia tale priuilegiũ non eſt priuilegium cõtrarium iſti conſtitutio. imò concordat. dicit enim quòd nobiles, Comites, & Barones, & Prælati non exerceant, nec faciant exerceri merum imperium in terris eorum: intelligitur ſine iuſſu, & licentia Principis, ſupra l. prox. nam & ſi aliàs ſic generaliter loqueretur, intelligeretur excepta perſona ſuperioris, extra de iureiur. c. veniens. Qui verò ex prędicto priuilegio merum exercet imperium, de licentia Principis id facit. propterea nõ eſſet conſultandus Imperator, imò ſimpliciter dicendum priuilegium non eſſe ſublatum per hanc conſtitutionem. Vbi verò Imperator ſciret ex conſultatione, vel aliter, vtrum poſſit priuilegium reuocare? Dic, quod ſi conceſſit merum imperium alicui nobili in terris ſuis, faciendo eum iudicem ad hoc, vt ad vniuerſitatem cauſarum poſſet reuocare, † quando vellet, ff. de iud. l. iudicium ſoluitur. Sed ſi in præmiũ pro bono ſeruitio, quod Baro fecerat, contulit ei hunc honorẽ iuriſdictionis criminalis in terris ſuis, & hoc non conſtaret per priuilegium, minimè, extra de priuil. c. porrò. ſicut aliam rem datam per Principem non poteſt ſine cauſa auferre, C. lib. 10. ne ſi rem quam vend. empt. l. 1. & lib. 11. de loc. fun. cur. l. fin. Ita nec ipſum honorem iuriſdictionis in pręmium ſeruitiorum collatum.

† *ADDITIO. Vide ſi conceſſio iuriſdictionis poſſit reuocari, & quando ad beneplacitum per Gubel. Perinum conſ. 16. vbi in fi. allegat And. hic, & Capyc deciſ. 121. col. 5. in fi. Grammat. deciſ. 46. Loffred. conſ. 21. col. penult.* De Bottis.

Incorporalia enim quaſi traduntur, ff. de acquir. dom. l. ſeruus, §. incorporales. Cum cauſa videtur quòd poſſit, vt ſi male vtebatur iuriſdictione, affligendo vaſſallos. † arg. C. loca. l. 3. & de ſuſcep. & archa. l. ſi aliquis, de digni. l. iudices, lib. 12. & in decre. depoſitionis Freder. Imper. de re iud. cap. Apoſtolicæ. Si bene vtitur, non reuocabitur, vt dictum eſt.

† *ADDITIO. No. quòd male tractando vaſſallos poteſt priuari, vide hic Matth. & Iacobi. in tract. feud. in verſ. Marchio. verſ. quæritur, & in ver. & dictis, col. 10. & in tract. de reidis, col. antepen. per Luc. de Penna in l. ſi coloni. 12. q. C. de agric. & cenſi. lib. 11. & And. in c. Imperialem § præterea, col. 6. de prohib. alie. feu. & Soc. conſ. 272. ver. 6. volum. 2. latè per Aym. conſ. 6. col. 24. verſ. quartum flagitium. Gramm. conſ. 162. num. 15. cum ſeq. & in dec. 104.* De Bottis.

¶ Plus

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 AD huius conſtitutionis intelligentiam ſciendum eſt, † iuriſdicendi officium antiquiſſimum eſſe, & cum ipſo naſcente mundo ortum quoque habuiſſe; nam introducta inter homines malitia, meum, & tuum fuit inuentum. ex quo bella, & diſſentiones inter homines ſunt exortæ: & inde neceſſarium fuit, vt hominibus aliquo in loco coadunatis, præeſſet, qui illis jus diceret, quiq; ius ſuum vnicuique tribueret: Hinc exortam iuriſdictionem è iure gentiũ teſtatur, Iaſ. in l. ex hoc iure, col. 2. ff. de iuſt. & iure. quod ſequitur Didac. Perez in lib. 3. ordinat.
2 tit. 1. l. 1. col. 758. Ex hoc inquam fonte † poteſtas orta eſt Regia; illi enim, quos prius populi Iudices ſibi delegerant, Reges deinde effecti vi quadam tyrannica, non modo ſibi, ſed & ſuis Imperiũ reſeruarunt, vt teſtatur Chaſſa. in Catalog. glor. mundi, 5 par. 1. conſid. & And. in prælud. feudorum, quæſt. 2. nu. 30.

Ideoq; diuerſus † regendi modus apud diuerſos populos in- 3
uentus fuit. Babilonijs enim Regem habuerunt primum Nembrot de genere Cam, poſt diluuium. Græci, vt Athenienſes, & Lacedæmonij ſuos habuere Reges. Romani verò primùm à Romulo, & alijs Regibus gubernati, ipſis deinde eiectis, Conſules, Tribunos, alioſq; Magiſtratus ſibi elegerunt, qui ius ſibi dicerent. de quo in l. 2. ff. de orig. iur. & accuratiſſime Franc. Connan. lib. 1. iuris ciuilis, cap. 12. & Pirr. Anglebern. in tract. de magiſtr. Roman. Iudæis autem ab Aegypto eductis, primo Moyſes ſolus, deinde, cum ſeptuaginta delegiſſet viros, cum eis populo ius dixit, demum Ioſuę, cæteriq; Iudices vſque ad Samuelem, quo populum gubernãte fuit Saul in Regem electus. Sic ergo varius apud populos fuit ipſos regendi mos, atque ſtilus, quemadmodum † inter Reges alius per electionem, alius 4
verò

Iuſtitiariatus officium in terris ſuis exercere audeant, vel gerendum alicui demandare. Sed magiſtris Iuſtitiarijs, & Iuſtitiarijs ab Excellentia noſtra ſtatutis, intendant. Contra præſentem autem prohibitionem noſtri culminis ſatagentes, tam ſtatuentes Iuſtitiarios, quàm ſtatutos, totius terrę ſuę publicatione mulctamus.

Baro.erga ſubdi.in fine.de quo meminit Decius conſ.122. Si comes. quæ diſcutit de hac conſtitutione, & omnino Luc. de Penna l. 1. C.de priuil.ſchol.lib.15. Cæſ.

† *ADDITIO. In conceſſione generali, an veniat merum & mixtum Imperium, vide Boer.deciſ.50.Oldrad.conſ.252.Alexand. conſ.30 col.3. volum.1. And.in c.1 § præterea, ſi inter duos, in ſi col.de probibit feud alien. per Fred et in c.1.de Capit. qui cur. vend Roman. conſ 271.vis tota, Bald. conſ.327.volum.1. Corna in memoria.in verbo, Iuriſdictione ſuper aliquo caſtro. & Loffred conſ.24.col.1 & 5. Sed pone, quòd vnus habet iuriſdictionem ciuilem, alter merum Imperium in parte caſtri, vel in toto, an cuſtodia caſtri ſpectet ad habentem merum Imperium priuatiuè quo ad habentem iuriſdictionem, dic, quòd ſic, vt latius examinat Luc. in l.5. colum 9. de exact. & exec. libro 12.* Fab. Iord

* *ADDITIO. Nota, quòd die 18.menſis Iulij anni 1524. per Sacrum Conſilium Neapolitanum fuit declaratum in cauſa Excell. tunc Comitiſſa Magdaloni, cum Comite eius filio, quòd in legato vſufruct. caſtri non venit exercitium iuriſdict. meri & mixti Imperij, ſed tantum ciuilis iuriſdict. Commiſſarius fuit tunc D. Ioanner Martialis Regius Conſiliarius, Actorum Magiſter Alexander de Ambroſijs. & id præcipuè per not. per And. hic. vide quia facta eſt deciſ. per Capyc.185.* Piſanel

* *ADDITIO. Adde Afflict.deciſ 152. & 265. num.101.* De Bottis.

AN-

1

ANDRAEAS DE ISERNIA, ET ALII.

¶ Plus videtur, quod ſi dictum priuilegium fuiſſet ad beneplacitum † Imperatoris, non eſſet reuocatum propter generalia verba huius conſtit. quia cum ſpecialiter conceſſit illud Titio nobili, ſpecialiter debuit reuocare. nam quæ difficulter conceduntur, ſicut ſunt priuilegia, quæ ſunt priuatæ leges, vt dictum eſt, difficulter tolluntur. C.lib.10.de re mil. l.ſemel. & nihil eſt tam naturale, quã vnumquodque eo vinculo ſolui, quo ligatur, ff.de reg.iur l.nihil, & in verbis generalibus debet poni verbũ comprehendens ſpecialia, ff.ad l.Aquil.l.ſi ſeruus, §.inquit lex.

† *ADDITIO. Vult And vnum not. quòd ſi conceditur priuilegium ad beneplacitum, & fieret generalis reuocatio huius priuilegij. Vide Capyc. in deciſ 116. & vnum verbum in deciſ. 123. num.4. Conceſſio ad beneplacitum, reputatur perpetua, D Phil. Dec.in conſ 204 in fi. & Capyc.in deciſ 136 Quando priuilegium conceditur pretio, vel ob ſeruitia, quod non poſſit recuſari, vide Soc. conſ 87.in 3.dub.in nouis. Aſſl dec.128.& 281.& 392 in 2.dubio. Et quando priuilegium poſſit reuocari, vide Iacob. in l conuentionum, ff de pact.* Fab.Iordanus.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

verò ſucceſſione fuit admiſſus, vt nunc apud Polonos, & Romanos electione: apud Hiſpanos, & Gallos ſucceſſione. Quis autem ſit præſtantior Reges admittendi modus, varij varia dixerunt, quod cum noſtri muneris nõ ſit, remitto me ad Iacob. Simanc. lib.3. de Repub.c.5. Aucta igitur gentium multitudine, ciuitates auctæ quoque fuerunt, quæ vel ſub Regis, vel ſub reipublicæ dominatu vixerunt, à ciuitate primaria modum diſcentes, quomodo, & à quibus regerentur: Sed vt aliarum ciuitatum mores omittam, ad † Romanos, quorũ leges ſequimur, quorumq; Imperium maximum fuiſſe videmus, me conuerto. Hi, vt diximus, plures in Ciuitate magiſtratus habuerunt· Conſules, qui Regibus ſucceſſerunt, de quibus ff.de officio Conſul. Senatores à Romulo primum inſtitutos, à Bruto exactis Regibus reſtituto, & horum cum Conſulibus ſumma erat poteſtas. Prætores etiam fuere, quorum alter Vrbanus, alter verò (multiplicatis negotijs) Peregrinus, qui exteris ius diceret, quorum maximam poteſtatem in iure dicendo fuiſſe habemus, ita vt Feneſtella de magiſt. Romanorum, c.de prętoribus, cuius meminit Vlp in l.vnica, de off.quæſt dicat, *Penes hunc verò magiſtratum adeò omnis publici, priuatiq; iuris poteſtas fuit, vt nemini ius condere. & vetera abrogare facultas eſſet, tantum vere in modum aucta Prætoris auctoritas, vt quod Prætor ipſe dixiſſet ob ipſius honorem ius honorarium vocaretur.* Hi cauſarum omnium tam ciuilium, quàm criminalium cognitionem habebant, quorum numerum vſque ad decimumoctauum perueniſſe tradit idem Feneſtella loco cit. Erant etiam duumuiri, qui capitalibus cauſis præerant, & litigatoribus iudices dabant, nonnunquam ex centum viris, quibus Prætor præerat, ſæpiſſime tamẽ ex priuatis, in quos litigatores cõſenſerant, vt tradit Io.Coraſ. lib.3. Miſcell.iur.ciuil.cap.18.nu.5.& ſeq. quiq; trium viri poſtea fuerunt, cum primitus duo tamen fuiſſent à Tullo Hoſtilio occaſione cauſæ Horatij Magni electi, vt tradit idẽ Feneſtella dicto lib. cap.de duumuiris capitalibus. Habebant etiam officiũ Præfecti Vrbis, qui de criminibus tã intra Vrbem, quàm extra in Italia cognoſcebat, & alij de quibus in l.1. ff.de offic. Præf vrbi, & Feneſt.dicto lib.de magiſtr.Rom.cap.de Præfect. vrbi. Apud hos igitur iuriſdictio erat, merum, mixtumq; Imperium, qui dum reſpublica in ſuo robore periſtetit, ad Senatũ, Populumq; cuncta referebant: Cum verò Reipublicæ ſtatus propter ambitioſam Cæſaris, ac Pompei contentionem defecit, & in vnũ Cæſarem, eiuſq; ſucceſſores Imperatores tranſlata poteſtas fuit, omnis ab eo iuriſdictio manare cœpit, l.1.ff.de const Princip. ſed adminiſtratio tam Prætoribus, quàm cæteris Magiſtratibus ablata non fuit, vt in d.l.1 de offic.Præfect. vrb. *ibi Epiſtola D.Seueri ad Fabium*, & in l.Senatorem, & l.fin.ff. de Senat. & hæc de Magiſtratibus Vrbanis. Cum autem Romanũ (vt diximus) excreuiſſet Imperium, ad ſubditas Prouincias regendas deſtinati Magiſtratus fuere, vt Proconſules, quorum iuriſdictio prius delegata, deinde ordinaria fuit, nam à Cõſulibus primus Proconſul Titus Quintius creatus, vt eorũ vices in Prouincia gereret, poſtea ordinaria effecta poteſtas. Horum Imperium cæteris præter Principem maius erat, l.& ideo, ff.de off. Proconſ. & omnia ſub eius iuriſdictione comprehendebantur, de quibus cæteri omnes Magiſtratus in Vrbe cognoſcebant, in l.ſi in aliquam, & l.nec quicquam, eod.tit. ſic etiam Præſides Prouinciarum (quod nomen generale eſt ad omnes Rectores Prouinciarum, vt inquit Iureconſ.in l.1.de off.Præſid.) cognoſcebant de omnibus, de quibus Magiſtratus Romæ, vt in l.de omnib.cum duab.ſeq.ff.de off.Præſid. Hos quidem Præſidatus Auguſtus Cæſar diuiſit, vt alij Proconſulares, alij Prætorij, alij Præſidiales appellarẽtur. Proconſulares, & Prætorios deſtinandos populo tradidit, Præſidiales ſibi reſeruauit. hæc Alciat. de Magiſtr.ciuil.offic. qui à Pancir.in ſua notitia eſt adductus.

Horum † iuriſdictionem Imperium nuncupari inueni apud 6
Iureconſultos in l.4. & l.legatus, de off.Præſid. & in l & ideo, & alibi, ff.de offic.Proconſ. ex eo quod ab Imperatoribus eam poteſtatem ſumebant, quod † Imperium plura ſignificare do- 7
cet Io.Coraſ.loco cit.cap.17. quod † merum ex eo dicit, quia 8
ſummum eſt, & excellens, vel abſolutum; mixtum ideò, quia ita permixtum eſt iuriſdictione, vt alterum alteri inſit, & inſeparabiliter cohæreat. de quibus in l.Imperium, de iuriſd omn. iud. Hoc equidem † merum Imperium, ideſt ſumma poteſtas animaduertendi in caput hominum delinquentiũ, apud Dictatorem primum fuit, vt in l 2.§.populo, ff.de orig.iur. cæteri verò Magiſtratus, qui in quolibet oppido, vel ciuitate ius dicebãt defenſores ciuitatũ, & Magiſtratus municipales nuncupabãtur, qui

Digitized by Google

qui ius dicendi facultatem habebant, leuia crimina audire, & modicam caſtigationem adhibere poterant, vt tradit idem In. Coraſ. lib. 3, Miſcell. iuris, cap. 17. num. 10.

In aliquibus autem locis ex Decurionibus duo viri eligebantur, quos Magiſtratus municipales, Accurſ. fuiſſe docet, ex l. itẽ eorum, §. ſi decuriones, ff. quod cuiuſq; vniuerſ. nom. & habetur in l. reſcripto, ff. de muner. & honor. ſicut & de magiſtratibus municipalibus, habemus tex. in l. magiſtratus, ff. de iuriſd. omn. iud. ex his, quæ diximus, apertè colligimus, quæ, & quanta fuerit apud Magiſtratus tum Vrbis Romæ, tum Prouinciales ac municipales iuriſdictio, & ad propoſitum noſtræ huius cõſt.
10 habemus † merum imperium apud Præſides, & Proconſ. Prætoresue Prouinciales tantum fuiſſe, non autem apud cæteros municipales magiſtratus, ex quo dum Imperator Feder. ea quę ad merum imperium pertinent, ſibi reſeruauit, rem non nouã eſt aggreſſus, ſed quæ apud Imperatores antiquos ſeruabatur, qui Pręſidibus Prouincialibus Imperium conceſſerunt, non autem Magiſtratibus municipalibus: ideoq; concluſiuè dicamus, merum imperium, quod ſemper apud ſupremos Magiſtratus fuit, quoduè capitis punitionem comprehendit ad ſupremum Magiſtratum, qui Imperator eſt, pertinere, non autem ad inferiores Magiſtratus, quibus ſucceſſerunt poſt Longobardorum in Italiam ingreſſum, Barones, & Comites: de quo per Frecc. de ſubfeu. lib. 1. & conſequenter veram eſſe concluſionem quã
11 firmauimus in l. fin. ff. de conſt. Princ. c. 2. 1. par. quod † cõceſſo Caſtro cum iuriſdictione, non veniat in Regno merum, & mixtum imperium, ſtãte huius conſt. diſpoſitione, quæ ſeruata fuit vſq; ad tempora Regis Alphonſi I. qui merum imperium cœpit concedere Baronibus, vt tradit Affl. in hac conſtit. num. 19. & quod tempore aliorum Regum cauſæ criminales non veniebant in cõceſſione Caſtri cum iuriſdictione, habetur per And. in c. Imperialem, §. inter duos, de prohib. feu. alien. per Feder. Capyc. in inueſt. feud. in verb. feudum iuriſdictionale, fol. 223. col. 2. & idem Affl. in c. 1. de pac. tenen. in verſ. ſi quis aliquem, Frecc. de ſubfeud. in 2. author. num. 21. & Bald. in c. 1. in glo. in verſ. criminalibus, num. 18. de pac. conſtan.

12 Solebant tamen fieri † conceſſiones exceptis, & reſeruatis cauſis criminalibus, pro quibus corporalis pœna mortis videlicet, abſciſſionis membrorum, aut exilij debet inferri, prout ego vidi conceſſionem factam à Carolo II. medietatis terrarũ Rutiliani, & S. Nicandri eccleſiæ glorioſi Confeſſoris S. Nicolai Barenſis, quæ verba conceſſionis occaſionẽ dederunt vt in ſacro Conſ. pluribus annis actum fuerit de interpretatione prædicti verbi exilij, an conceſſa iuriſdictione exceptis illiſtribus
13 caſibus, verbum illud † exilij, intelligatur de temporali, vel de perpetuo, nam ſi declarabitur de perpetuo, eccleſia habebit facultatem cognoſcendi de temporali exilio, eiuſquè nomine Capitaneus ab ea deputatus, ſin autem illud verbum exilij interpretabitur de temporali, tunc omne exilium poterit imponere dominus iuriſdictionis criminalis: ſuper quo puncto plura fuere allegata, & à iudicibus conſiderata, quarum aliqua hic ſubnectere volui.

14 Cùm religioſiſſimus † Carolus II. è Sereniſſima Chriſtianorum Regum Franciæ proſapia ortus, fœliciſſimus ob genitos filios S. Ludouicum Tholoſanum Epiſcopum ſcilicet, & Robertum ſapientiſſimum Regem (de quo Bal. inquit fuit alter Salamon) inter cætera religionis, atque deuotionis ſigna, in honorem glorioſi Pontificis, & Confeſſoris Nicolai miraculorum gratiæ illuſtris, cuius Reliquiæ in ciuitate Barenſi ſeruabantur, magnificum extrui templum iuſſiſſet, Canonicorum numero, & aliorum Clericorum, pro eccleſiæ ſeruitio cõſtituto, pro eorum congrua ſubſtentationẽ, in anno 1303. vncias quadringentas exigendas à Dohana Barij conſtituit, atq; donauit: quarum trecentas cum terris Rutiliani, & S. Nicandri eiuſdem Prouinciæ permutauit, eccleſiæ prædictæ Theſaurarium de illis inueſtiens hiſce proprijs verbis, *ipſam medietatem, & caſtrum cum feudatarijs, Baronibus, & vaſſallis forteiltijs, redditibus, domibus, poſſeſſionibus, vineis, terris cultis, & incultis, planis, montibus, pratis, nemoribus, paſcuis, aquarum decurſibus, molendinis, tenimentis, territorijs, alijsq; iuribus, iuriſdictionibus, & pertinentijs eorum omnibus, quæ videlicet de demanio in demanium, de ſeruitio in ſeruitium, ex cauſa permutationis eiuſdem ipſi noſtræ eccleſiæ Confeſſoris præcibs damus, donamus, & tradimus.* qua conceſſione facta, hæc verba ſubnectit: *reſeruatis etiam, ſeu retentis Curiæ noſtræ, immediatè, caſtrorum prædictorum cauſis criminalibus, pro quibus corporalis pœna, mortis videlicet, & abſciſſionis membrorum, aut exilij debet inferri.* Quæ reſeruationis verba huic liti occaſionẽ dederunt, dicebat enim D. Marcus Antonius Aquauiua, iuriſdictionis criminalis dominus, ex his verbis colligi nullam de criminalibus cauſis cognoſcendi facultatem in eccleſiam fuiſſe tranſlatam, ideoq; condemnationes omnes temporalis exilij ad criminalem iuriſdictionem ſpectare.

Pro ſuæ intentionis fundamento allegabatur primo, † me- 15
rum imperium cùm ſit de regalibus, regulariter non tranſire ſine ſpetiali nominatione, vt per Doct. in c. 1. quæ ſint regaliæ, & c. quod tranſlationem, de off. lega. & Affl. deciſ. 181. Et vltra adducta in allegationibus pro parte D. Marci Antonij, adde quæ diximus in l. fin. de conſt. Princ. c. 2. 1. part. nu. 27. & Greg. Lop. ad l. 18. tit. 4. par. 3. & quæ ſuperius diximus de Magiſtratibus municipalibus.

Secundo ponderatur ad hoc verbum † iuriſdictionis, ſimpli- 16
citer prolatum abſque verbo omnimoda, pleniſſima, libera, vel alio huiuſmodi, quod merum imperium non comprehendit, vt tradiderunt Doct. in clem. 3. de for. compet. Iacobin. in inueſtit. in verb. cum merum, & mixtum imperium, num. 11. Vaſques lib. 1. contro. illuſtr. lib. 3. num. 9. Abb. & Alcia. in cap. quod ſedem, de off. ordin. & ita conciliantur contrariæ de hac re Doctorum ſententiæ, quod etiam dixit Vincent. de Franch. in deciſ. 316.

Tertio dicebatur, cùm de nominis ſignificatione dubitatur, 17
recurritur ad communem vſum loquendi, l. Labeo, ff. de ſupp. legat. quo attento de ſola ciuili intelligitur, l. more maiorum, & l. iubere, ff. de iuriſd. omn. iud.

Quarto, ponderantur verba Regis Ferd. in anno 1477. per quæ videtur tantùm ciuilis iuriſdictio conceſſa, ibi, *Et però concedendo noi tale officio, gli conceſſimo la prima voce in capitolo & la giuriſditione ciuile.*

Quinto, ponderantur verba ipſius Alphonſi Ducis Calab. in decreto per ipſum edito in anno 1480. ibi, *in cauſis ciuilibus, & caſibus non reſeruatis.* item, & ibi, *ita quod liceat ciuibus, & incolis ipſius terræ ad alterum ipſorum tanquam ad iudicem competentem pro iuſtitia impetranda ad arbitrium ipſorum ciuium recurrere, ſeruato tamen loco præuentionis inter eos, ità quòd vbi cœptum fuit iudicium, ibi finiatur, nec ab vno ad alterum, ſed ad ſuperiores iudices in appellatione recurratur: in caſibus verò reſeruatis, vt ſupra ad Capitaneum ſolum.* Quod decretum fuit confirmatum per eundem Regem Ferd. in anno 1487. mandando illud obſeruari: ex quo habetur iuriſdictionem tantùm ciuilẽ, & hanc cumulatiuè eſſe conceſſam. Ponderantur etiam verba Regis Federici in cõceſſione facta Marco Antonio Filomarino, ibi, *Criminalem ipſius iuriſdictionem, & merum, & mixtum imperium cum iuribus ſecularium cognitione primarum cauſarum ciuilium, & criminalium communium, & mixtarum, & in fine declarando, quòd nullum præiuditium fiat eccleſiæ, dicit, quæ habet iuriſdictionem ciuilem vaſſallorum, perceptionem introituum, ac vtile dominium.* quæ verba expreſſam Principis voluntatem declarant, dum enim dixit criminalem iuriſdictionẽ, merum, & mixtum imperium, voluit declarare omnes cauſas, quarum pœna deſcendit ex delicto ad iuriſdictionem criminalem per-
tinere, vt tradit poſt alios Maran. in ſpec. in diſtinct. Iudicium 18
aliud criminale, aliud ciuile. & † verba enunciatiua Principis diſpoſitionem inducunt, eiuſq; aſſertioni ſtandum eſt, vt habetur in clem. 1. de prob. & latiſſime declarat Crauet. de antiq. temp. par. 1. ad quod faciunt quæ diximus in l. fin. de conſtit. Princip. cap. 1. par. 5. num. 8.

Ex quibus deducitur nedum merum imperium non fuiſſe conceſſum iuxta Doctorum concluſiones, attentis dictæ conceſſionis verbis, ac voluntate Principis concedentis, quam talem fuiſſe declarauerunt Reges Ferdin. Alphon. & Feder. ſed etiam ex alijs coniecturis, & primo, quia Rex Ferdin. item & Alphonſus ſucceſſor videtur priuilegium illud reuocaſſe, quod
† Rex ſucceſſor facere poteſt, c. de his cui, de præb. in 6. & in 19
Rege ſemper præſumitur cauſa, quod etiam dixit Io. Vincent. Anna allegat. 50. num. 59. putans tamen eo caſu teneri fiſcum ad intereſſe.

Secundo id arguitur expreſsè ex communi formula inueſtiturarum: nam tempore prædicti Regis Caroli II. omnes conceſſiones fiebant exceptis cauſis criminalibus meri, & mixti
imperij, vt Affl. inquit hic, nu. 19. nec † venirent etiam ſi eſſet, 20
facta conceſſio abſque illis verbis reſeruatiuis, vt dicit Afflict. d. deciſ. 322. And. in c. Imperialem, in §. inter duos, de prohibita feudi alienatione per Feder. Capyc. in inueſt. feud. in verbo feudum iuriſdict. Pro quo etiam ponderãtur duo capitula Regni, alterum Regis Caroli I. quod incipit, temere, nu. 87. alterum verò Regis Caroli II. quod incipit, item ſtatuimus, quod Iuſtitiarij, vel alij, nu. 106. vbi loquendo de vaſſallis eccleſiarũ,

dicitur. *non trahantur corã officialibus curiæ, niſi in criminalibus, ſpretis defenſis, portatione armorum & alijs, quorum cognitio pertinet ad curiam* ex quo apertè colligitur omnem iuriſdictionẽ criminalem apud Regem fuiſſe, de quo non eſt dubitandum.
20 Si igitur nec Princeps expreſſit, nec ſolitus erat tales conceſſiones facere, quomodo arguendum erit facere voluiſſe talem conceſſionem? arg. l. vel vniuerſorum, ff. de pign. act. & l. qui ſemiſſes, in fi. ff. de vſuris. idque confirmatur apertius, attenta perſona cui fiebat conceſſio, l. plenum, §. equitis, ff. de vſu, & hab. fiebat enim eccleſiæ, & inueſtiebatur Clericus, Theſaura-
21 rius nempe capituli: cùm enim † Eccleſia ſanguinẽ abhorreat, iuriſdictionis criminalis incapax eſſe videtur, cap. clericis, & cap. ſententiam ſanguinis, ne cler. vel monac. Immò clericus ipſe etiam feudorum incapax eſt, c. 1. §. qui clericus, ſi de feudo defuncti militis controuerſia fuerit, & c. 1. de vaſſallo milit. qui arma bell. depoſ.

Sed his omnibus reſpondebant Eccleſiæ iura tuentes, & in reſponſionibus fundantes rationes, quæ pro Eccleſia faciunt: dicebant enim ad primum fundamẽtum, quo traditur merum imperium ſine ſpeciali mentione non tranſire (quod plurimi Doctores affirmant) contrarium eſſe communiter receptum,
22 de quo teſtatur Couarr. pract. quæſt. c. 1. nu. 10. & nos diximus in l. fin. de conſt. Princip. c. 2. 1. part. num. 27. quod ſcilicet conceſſo Caſtro ſimpliciter intelligatur conceſſa iuriſdictio merũ, & mixtum imperium, quod declarauimus intelligendũ quando cõceditur Caſtrum vt quid vniuerſale, & ſi concedens erat in poſſeſſione iuriſdictionis, & alijs modis, vt ibi: eo magis, quia in conceſſione facta Barenſi Eccleſiæ dicebatur cũ iuriſdictionibus, & pertinentijs, quod verbum in plurali numero prolatum, debebat aliquid operari, & ſic omnes comprehendat caſus iuriſdictionis criminalis: nam Vaconius in libro declarationum iuris ciuilis, lib. 6. c. 77. & 78. dicit iuriſdictionem duplicem eſſe, alteram realem, quæ eſt damni emendatiua, & eſt propriè iuriſdictio ciuilis, vt vnuſquiſq; ſuum habeat, ne vnus ſit in damno, alter in lucro: Alteram verò quæ legalis dicitur, quæ conſiſtit in mero imperio, quod eſt punire facinoroſos ad vindictam; Item in mixto imperio ne quis damnum iniuſtè patiatur. Item in imperio inferiori quod eſt modicæ coërtionis, vt diſcant homines magiſtratibus obtemperare, in his omnibus iuriſdictio criminalis cõſiſtit (licet quilibet Iudex habeat dictam modicam coërtionem pro tuenda ſua iuriſdictione) vnde cùm in numero plurali Rex concedens fuerit locutus, nõ eſt facienda reſtrictio ad iuriſdictionem ciuilem tantum, vel ad eam quæ ad modicam coërtionem reſtringitur, & ſic non erat neceſſaria expreſſio verborum omnimodæ, pleniſſimæ, & liberæ iuriſdictionis, nam præterquam quod (vt diximus) communis concluſio aduerſetur quatenus huiuſmodi declaratione opus eſſet, hæc non eſt neceſſaria vbi Princeps in plurali numero eſt loquutus, quo medio reſpondetur etiam ad tertium motiuum de argumento ſumpto à modo loquendi, quod tunc poſſet locum habere cum iuriſdictio eſſet abſque Caſtro conceſſa, vel in officium, vt innuunt iura contraria. idq; præterea confirmatur ex reſeruatione illorũ trium caſuum iuriſdictionis criminalis, mortis videlicet naturalis, abſciſſionis membri, & exilij, tum quia reſeruatio fit per dictionem videlicet, quæ eſt reſtrictiua, Bart. in l. 1. ff. ad l. Aquil. c. ſtatutum, de hæret. lib. 6. vbi Gemmian. tum etiam quia exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, l. quæſitum, §. denique, ff. de fundo inſtructo, in l. nam quod liquide, §. fin. ff. de penu legat. Neque obſtant quartum, & quintum argumentum de decretis factis per Reges Ferdinandum, & Alphonſum, nam vltra quòd illa non fuerunt præuia cauſæ cognitione interpoſita, † non potuerunt reuocare conceſſionem à Carolo II. factam in beneficium Eccleſiæ, Innoc. & alij in c. nouit. de iudic. eo maximè cùm in illis ſemper fiat mentio de priuilegijs Regis Caroli, cui ſe referunt, arg. l. aſſe toto, ff. de hære. inſt. & in facto habetur vnicum eo tempore extitiſſe Capitaneum, qui vtramq; iuriſdictionem exercebat, ideóq; vtriuſque tam Regis, quàm Prioris interueniebat ſubſcriptio in literis patentibus dicti Capitanei, ſicut in cauſis ciuilibus Theſaurarius, qui erat Clericus cumulatiuam cum Capitaneo iuriſdictionem exercebat, poſtquàm verò obtinuit facultatem Capitulum eligendi Capitaneum, per deciſionem factam anno 1508. fuerunt iuriſdictiones diſtinctæ. & vltimo ad hoc dicebatur non eſſe iam hoc tempore diſputandum de cognitione cauſarum criminalium, cùm per ſententiã dicto anno 1508. prolatam, & in proceſſu deductã, fuerit hoc determinatum, & etiã quia per decreta Sac. Conſ. 1522. 1538. in caſibus alapæ, & vulneris fuerat iudicatum cauſas ad Capitaneum Capituli fore remittendas, & ſic hodie videbatur potius confirmanda decreta Sac. Conſ. quàm aliter de intellectu priuilegij diſputandum: neque refragatur conſideratio de verbis Regis Feder. in conceſſione facta Marco Antonio Filomarino, dum ad Eccleſiam ciuilem tantum iuriſdictionem pertinere dicitur, & aſſeritur ad ipſum criminalem iuriſdictionem ſpectare, tum ex deciſione iam facta per Sac. Conſ. tum etiam quia licet verior ſit opinio quòd verba Principis enũciatiua diſpoſitionẽ inducant, hoc tamen procedit quando ſunt ex certa ſcientia prolata de his quæ pendent à mero Principis arbitrio, & dummodo ex eis non inferatur præiudicium alijs, vt declarauimus in dicta l. finali, de conſt. Princ. 1. par. c. 1. nu. 13. & ſeq. quod illo caſu expreſſit etiam Rex Ferdin. dum dixit, ꝙ nullum fiat Eccleſiæ præiudicium: Neque vera eſt concluſio,
† Principem reuocare poſſe conceſſionem à prædeceſſore factam, quando ex cauſa oneroſa, vel meritoria procedebat prout 23
hic, nam facta erat conceſſio Eccleſiæ S. Nicolai Barenſis, quæ
† remuneratoria donatio dici poteſt, cùm omnia à Deo recipiamus, eiuſq; ſint omnia, iuxta illud Pſal. *Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud.* & paulo poſt, *nos autem populus eius, & oues paſcuæ eius.* Si enim dedit nobis Deus omnia, quid mirum ſi quid ex tantis in honorem ipſius expendamus, diſpenſatores enim Dei ſumus, non domini, idque de Regibus præſertim dici poteſt, qui à Deo cuncta acceperunt, & ſic retributio potius (vt diximus) nõ conceſſio dici poteſt: ideoq; dixit optimè And. Iſern. in cap. 1. qui feu. dar. poſs. loquendo de donatione Conſtantini, ꝙ in donatione facta Eccleſiæ omnis immenſitas eſt menſura. Oneroſa verò dicitur, quia hic ſubeſt cauſa, cùm huiuſmodi terræ conceſſæ fuerint ob permutationem tercentarum vnciarum auri, & ſic non eſt ſimplex conceſſio, ſed permutatio, ideoq; irreuocabilis, Bal. in l. qui ſe patris, C. vnde liberi, diximus in l. fin. de conſt. Princ. c. 9. 2. part. licet enim non ligetur lege regis, ligatur tamen lege cõtractus, Bal. in l. 1. col. 2. 24
ff. de conſt. Princ. & alibi ſæpe. His accedat, ꝙ † donatio facta fuit perſonæ non ſubditæ, quæ nõ poteſt reuocari, vt per Inn. in d. cap. nouit, vbi Fely. num. 9. de iudic. qui latè proſequitur. 25

Quo verò ad coniecturas, & primo ex communi formula inueſtiturarum reſpondebatur procedere, vbi non conſtat expreſsè de voluntate Principis, nam licet non adſit particularis conceſſio meri, & mixti imperij, nihilominus videtur conceſſum, vt ſupra diximus poſt Affl. hic. Et quod hæc conſtitutio non habeat locum in conceſſione facta Eccleſiæ, dicit Affl. in verſ. fallit. Nec defuerunt aliqui ex dominis, qui dixerunt conſtitutionem ea quæ ad decus, habere locum in ijs quæ ad Principem pertinent in ſignum ſupremæ iuriſdictionis, & ſic in Imperio maximo per ea verba *ad ſpeciale decus & merum imperium celſitudinis noſtræ*, quæ propriè concedi non poſſunt, neque vnquam intelliguntur conceſſa, quæ in ſignum ſupremæ iuriſdictionis Princeps habet, vt tradit Couarr. pract. quæſt. cap. 4. & Azeued. ad lib. 4. nouæ recollect. tit. 1. in l. 1. & Didac. Perez ad l. 1. tit. 1. lib. 4. verb. *a los que appelaren.* Immò (vt ait Azeued. d. loc. nu. 5.) etiam ſi † vellet, non poſſet eam à ſe abdicare, poſt Gramm. conſ. 28. Auenda. & alios: licet ſalua tantorum virorum pace, ex d. conſt. clariſſimè pateat loqui de exercitio cauſarum criminalium, dum enim prohibet iuſtitiariatus exercitium exercere, vel gerendum mandare, & ad ipſum ſpectet cognitio cauſarum criminalium, vt traditur in conſtit. Iuſtitiarij per Prouincias, & conſtit. Iuſtitiarij non per Calendas: nõ videtur dubium quin de cauſis criminalibus Imperator in hac conſt. loquutus fuerit, idque confirmatur ex ijs quæ dicit Azeued. in d. l. 1. num. 7. licet ibi referat quæſtionem fuiſſe inter Azonem, & Lothar. iſto affirmante merum imperium penes Principem eſſe, Azone verò proprium cæteris magiſtratibus, & adito Henrico Germanorum Rege pro Lothario pronunciaſſe. 26

Neque obſtat, quod fuiſſet inueſtitus Theſaurarius incapax iuriſdictionis criminalis tãquam Clericus, quia iuriſdictio criminalis non erat exercenda per ipſum, ſed per Capitaneum ad id deſtinatum, & licet regulariter Eccleſia ſit incapax iudicij criminalis, non tamen eſt volente Principe, quem voluiſſe, dictum eſt ſupra, & quod ad propoſitum poſſit cognoſcere de cauſis exilij temporalis dicebatur eſſe † interdictum eccleſiaſticis exilium perpetuum, hoc eſt deportationem, c. 2. de cler. excomm. & c. cum non ab homine, de iudic. non autem relegationem, & alias pœnas inferiores, c. accedens, in fi. diſt. 50. & cap. ad audientiam, de crim. falſi. In hoc puncto, die 23. Martij 1602. Domini de Conſilio iudicarunt, iunctis Regijs Conſiliarijs duarum aularum, longa facta diſcuſſione, conceſſo Caſtro 27

cum

eum iuriſdictione iure communi inſpecto venire merum, & mixtum imperium. item deciſum fuit conſt.ea quæ ad decus, tollere Baronibus cognitionem cauſarum criminalium. Item ex dictis omnibus Regem Carolum II. voluiſſe concedere Barenſi Eccleſiæ iuriſdictionem etiam in cauſis criminalibus, exceptis tribus illis caſibus, confirmantes deciſionem Sac.Conſ. anni 1508. Principale tamen fundamentum in fauorem Eccleſiæ fuit diſpoſitio pragmaticæ Regis Catholici editæ in anno 1505. quæ eſt 2. ſub titulo de iuriſdictionibus non turbandis, quam nos ſituauimus ſub tit. de iuriſdict. iudic. per quam determinantur qui caſus ſpectent ad iuriſdictionem ciuilẽ, quiue ad criminalem, & dicitur omnes caſus pro quibus venit imponenda pœna mortis naturalis, ſeu ciuilis, vel membri abſciſſionis principaliter ſpectare ad iuriſdictionem criminalem; præter iſtos verò omnes alios ſpectare ad iuriſdictionem ciuilem. Sed difficultas circa hoc fuit orta ex eo, quia lex proſpicit futuris caſibus, non autem præteritis, l.leges, & conſtitutiones, C de legibus, & ſic videbatur illam pragmaticam reſpectu huius cauſæ nihil facere. Secundo opponebatur regiam illam declarationem habere locum in caſu particulari, & ſic non extẽdendam ad alium caſum in ea non expreſſum. l.quod verò, & l.ius ſingulare, ff. de legibus. His tamen non obſtantibus fuit communiter affirmatum regiam illam pragmaticam hanc cau-
28 ſam omninò decidere, neq; obſtare quod primo dicitur † futuris negotijs legem proſpicere, non autem præteritis, nam id procedit vbi lex diſpoſitiuè loquitur ſecus vbi procedit declarando caſum dubium, quia poteſt referri etiam ad præterita, vt voluit Bal.in l.leges, & conſtitutiones, nu.5. & 6.C.de legibus, prout illa pragmatica, quæ occaſione litis inter monaſterium Sanctæ Catherinæ Congregationis Montis Oliueti, & Ducem Sancti Petri in Galatina proceſſit ad declarãdum quæ cauſæ eſſent ciuilis, & quæ criminalis iuriſdictionis, in qua declaratione vſus eſt Rex omnibus verbis, & clauſulis, quibus debuit vti, vt ſuam enixam oſtenderet voluntatem legis condendæ, ad notata in l.humanum, C.de legibus, dum enim voluit caſum decidere, ait, *De certa noſtra ſcientia, deliberatè, et conſultò, vt Rex, et dominus ad quem ſpectat vnicuique quod ſuum eſt reddere, et diſtinctiones facere inter ciuilem, et criminalem cognitionem, vt omnis contentio ceſſet, et de medio tollatur, cum aſſiſtentia Sacri noſtri Conſ.declaramus.* ex quibus verbis duo colliguntur, primum, Regem voluiſſe declarare ius non modo reſpectu illius cauſæ, ſed etiam reſpectu aliarum, l.fin. C.de legib. dum vſus eſt illis verbis, *declaramus omnes caſus,* & ibi, *pertinere ad iuriſdictionem ciuilem,* & dum poſtea addidit, *et per conſequens ad ipſum Hoſpitale, et eius officiales,* ilud decidit ex declaratione generaliter facta. Secundum verò id Principem feciſſe cum omni ſolemnitate qua leges conduntur, dum dixit, *de certa noſtra ſcientia deliberatè, & conſultò, vt Rex, & dominus,* & poſtea, *cum aſſiſtentia Sacri noſtri Conſilij,* vt diximus ſupra in titulo de
29 legibus, & licèt diceretur non poſſe † Principem iura, & dominium alteri quæſitum tollere; tamen reſponſum fuit regulã illam, de qua latè diximus in rub. de conſt.Princip. c.1.nu.49.
30 & ſequentibus, duas recipere limitationes, alteram, q † Princeps poteſt tollere dominium alterius condendo legem generalem, iuxta tex.in l.Antiochenſium, ff.de priuileg.creditorũ, vbi Bart.& l.venditor, §.ſi conſtat, ff.comm.præd. vt diximus
31 ibi nu.63. alteram verò quam poſuimus, nu.67. id poſſe † facere declarando legem, iuxta tradita per Paulum Caſt.in l.hæredes palam, §.ſi quid poſt ff.de teſtamen. nam intelligitur declaratio iſta, ac ſi ab initio eſſet facta, & ſic retrotrahitur ad præteritum tempus, quod vtrumque in d.prag. ineſt, & ſic virtute dictæ pragmat. fuit declaratum caſum exilij temporalis ſpectare ad Capitaneum iuriſdictionis ciuilis; Caſus verò mortis naturalis, abſciſſionis membri, & exilij perpetui ſpectare ad D.Marcum Antonium Aquauiuam.

Sed quia circumſcripta dicta prag. fuit principaliter actum
32 de interpretatione † verbi exilij, ideò aliqua de eius ſignificatione dicamus ex ſcriptis, & allegationibus aduocatorum, noſtriſq; laboribus collecta. Dicebat D.Marcus Antonius Aquauiua exilium debere intelligi tam de exilio perpetuo, quàm de temporali, idq; primo ex iuris interpretatione; tex.enim in l.ſed & ſi quis, ff.ſi quis cautiõn. in principio loquitur de perpetuo, ibi, *exilio coercitus,* & in verbis finalibus, declaratur temporale, ibi, *aut fortè in exilium, ſalua ciuitate,* in l.nemo, C.de epiſc.aud. dicitur, *de perpetui exilij.* & in fine additur, *vt pœna exilij per quinquennium,* in l.nemo, C.de poſtul. in c.ſi vobis fratres, 23.q.8. ibi, *& qui peccantes in exilium, vel inſulas dãnantur.* cum glo.ibi Archidiaconus. Idem etiam tradit Archid.in c.
cum

cum Beatus Paulus 45. diſt. vbi declarat plures ſpeties exilij, & ſignanter exilium temporale. Adducebatur etiam tex.in l.ſi mulierem, ff. de ſicarijs, ibi, *eam in exilium Præſes Prouinciæ exiget,* quem de temporali exilio loquentem intellexit, Bened. de Bar.in tract.de fil.non legit.natis, in tit.de concubinis, in §. de ventre concepto, nu.5, in 8.tom.tract. par.2. Idem & ex Iuriſcõſulti reſponſis deducitur in l.diuus, ff.de extraord.crim. in l. Cicero, ff.de pœnis, ibi, *vt temporali exilio coerceatur.* Vlterius ponderabatur tex.in l.ſi quis fortè, ff.de pœn.in final. verbis, vbi enumerantur genera pœnarum, ibi, *& ſunt pœnæ, quæ vitam adimunt, aut ſeruitutem iniungunt, aut ciuitatem auferunt, aut exilium, aut coertionem corporis continent,* nam vbi ponitur exilium, eſt poſt amiſſionem ciuitatis; ergo neceſſariò debet intelligi de exilio temporali, quod eſt ſalua ciuitate, idq; ſumitur ex Glo.in l.exilium, ff.de interdictis, & relegatis: dicit enim, quando eſt perpetuum tunc perdit ciuitatem, aliàs temporale, & tunc non.

Quod etiam comprobatur authoritate Glo.in authen.bona damnat.C.de bon.proſcrip. quæ ſententia ſecundùm Cynum eſt vera, & cõmuniter recepta, & ibi Salycetus dixit, verbum exilium, ſimpliciter prolatum, de temporali ſemper eſſe intelligendum. Addebatur his tex.in l.omnes quos, C.de pœnis, ibi, *omnes quos damnationis conditio diuerſis exilijs deſtinatorum metas temporis præſtituti:* ex quo duo colliguntur, alterum, quòd exilia ſunt diuerſa, ad quod etiã facit tex.in l.exilium triplex, ff.de interd.& releg. alterum ibi, *metas temporis præſtituti;* quod verbum exilium, de temporali intelligitur. Sic etiã lex rectores ciuitatum, C.de pœnis, vbi dicitur, *vt hi qui pro ſuo crimine pœnam exilij ſub certi temporis ſpatio.* Affertur etiam tex. in l.exilium, ff.de interdict.& relegat. vbi gloſ.in verbo exilium, & in l.Papinianus exuli, ff.de minoribus, glo.in d.verb.exuli, expoſuit, ideſt relegato, & in l.capitalia, §.exulibus, ff.de pœnis, ibi, *exul pro relegato.* in l.aut facta, in §.euentus, ff. de pœnis, legitur *exilio voluntario,* gl.ibi exponit, ideſt, ad arbitriũ Iudicis, in l.ſi Poſſidoneum, C.ex quibus cau.infam irrog. *quinque annis exilio temporali damnatorum,* & in auth.ſed nouo iure, C.de Epiſ. & cler. ibi, *aut in exilium mittatur,* de temporali interpretatũ eſt, teſte Fran.Viuio in deciſ.46.in 1.par.& Ant.Theſau.in deciſ.Pedamont.224. Nec ſolùm hoc verbum ſecundùm iuris traditiones de temporali intelligitur; ſed ità ex communi vſu loquendi eſt receptum; ita enim tradit Gramm.in deciſ.17.& in deciſ.32. & in hoc Regno habemus cõſtitutionem vt dignitaté, qua cauetur quod ſi nobilis æquè nobilem verberauerit, priuetur nobilitate, & pariter exulabit extra Regnum per annum, idem Gramm.in voto 15. nu.5. item Viu.in deciſ.39. incipiente, percutiens cum baculo, in 2.par.& Teſſau.in d.deciſ. 224. & Gramm.in voto 15.21.& 24.

Ad quod etiam facit, quia hodie ſecundùm communẽ vſum loquendi (qui attendendus eſt) verbum exilium vendicat ſibi locum ſolùm in temporali. Et vltra prædictos adde Farinac. hoc affirmantem in tract.de delict.& pœn.q.19. & licèt pluribus iuribus, quæ in contrarium adduci poſſent, verbum *exilij,* pro perpetuo accipiatur; attamen conſiderandum erit ſemper aliquod verbum adiunctum denotaſſe exilium perpetuum, vt eſt videre in l.ſed & ſi quis, ff.de pœn. ibi, *perpetui exilij,* in l. bona, ff.de nec.ruſt. ibi, *citra pœnam exilij perpetui,* in l.1. ad l. Corn.de ſicar.in l.vnica, C.de oper.pub.in l.fin.C.de Paganis, in l.placet, C.de ſacroſan.eccl.in l.nemo, C.de epiſc.aud.& in innumeris ſimilibus, ex quibus clarè conſtare dicebatur, quòd quando exilium ſimpliciter profertur, potius temporale, quàm perpetuum ſignificat.

Pro parte verò Regalis Eccleſiæ Barenſis dicebatur, verbum *exilij,* in reſeruatione poſitum, de perpetuo tantùm debere intelligi, quod pluribus id fundare conabantur eius aduocati, & primo ex l.1.ff.de publ.iud.ex l.ſed & ſi quis, ff.ſi quis cautiõn. & ex l.decima, ff.de iure patron.l.qui cum natu maior, §.is demum, ff.de bonis liber.ibi, *aut exilium quod ſit vice deportationis,* & in l.1.C.de monopol.ibi, *bonis proprijs expoliatus, perpetuitate damnetur exilij,* l.ſi forte, §.nunc genera, ff.de pœn.ibi, *aut ciuitatem auferunt, aut exilium.* Ad idem tex.in l.ſacrilegij pœnas, §.ſi quis ex metallis, iuncto §.cæterum, ff.ad l.Iul.pecul. Ex quibus conſtat, quòd vna, eademq; ſit pœna exilij, & deportationis, quæ iniungi ſolet perſonis honeſtiori loco poſitis, quemadmodum pœna metalli, quæ dabatur humilibus. quod etiam corroboratur ex eo, quia cum in pœnalibus ſit facienda benignior interpretatio, l.interpretatione, ff. de pœnis. & in iuribus prædictis interpretatur verbum exilium, pro deportatione, ſequitur, quòd ſit propria eius ſignificatio, nam aliàs de mi-

Digitized by Google

nori fuiſſet intelligendum.

His addebatur vltra allegata anthoritas Petri Greg. Toloſa; viri omni eruditione referti in ſintag. iuris, tit. de actio. par. 3. c. 6. num. 3. dicentis, *Coacta deportatio quæ criminis cauſa impoſita fuit, dicitur deportatio:* & ſubdit, *& hi propriè deportati, exules, cæteri relegati.* & idem nu. 13. dicit, *exilium propriè deportatio eſt, quæ erat perpetua in exilium, ſeu in inſulam commutatio.*

Vlterius adducebatur Didacus Cantera lib. quæſt. crimin. tit. de quæſt. tang. punitionem num. 4. qui poſt enumerata delicta in quibus venit imponenda pœna mortis, inquit, *Secunda pœna eſt exilij, l. capitalium. §. ſolent, ff. de pœn. & iſta propriè dicitur deportatio, vel relegatio, & ſi eſſet in inſulam, haberet vim quod perderet libertatem.*

Inſuper Iacob. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. q. 80. nu. 94. diſputans quæſt. an poſſit procurator interuenire in delictis vltra relegationem, dicit ex Hotomano, quòd & ſi exilij nomen generale ſit, vt complectatur interdum relegationem, & deportationem, nihilominus cùm in ſpecie accipitur, magis propriè deportationem ſignificat.

Amplius adducebatur Ludouic. de Sardiena de natural. libe. & ſucceſſ. eorum, 1. par. prin. §. de ventre concepto. poſt nu. 5. qui dicit, quòd propriè loquendo, exilium eſt deportatio, & Matth. de Afflict. in tract. de iur. prothom. §. 2. num. 28. inquit, *ille autem qui dicitur in exilium miſſus, perpetuo damnatur exilio, & cui etiam facta interdictio aquæ, & ignis, & dicitur etiam mortuus ciuiliter.*

Ex quibus dicebatur clarè apparere Iureconſ. in l. exilium, ff. de interdict. & in alijs ll. ſupra pro contraria parte adductis, quæ de temporali exilio loquuntur, impropriè locutos fuiſſe, quod (vltra adducta per d. de Franch. deciſ. 116.) comprobatur etiam ex notatis per Gloſ. in l. 1. ff. de iure patr. in l. nemo, C. de epiſc. aud. in c. quicunque, de pœnit. diſt. . & per Luc. de Penna in l. ſi quis procurationem, C. de decur. lib. 10. Io. de Plat. in l. 1. C. de his, qui in exil. dān. lib. 10. Cagnol. in l. Imperium, ff. de iuriſdict. omn. iud. nu. 224. & communiter Doct. in l. vnica, C. ne Chriſtianum mancip. qui dixerunt exilium ſub pœna capitali comprehendi, Affl. deciſ. vltima, nu. 14. Alciat. de præſumptio. reg. 3. præſumpt. 45. num. 9. Gramm. in conſtit. qui literas, Ioan. Cephal. conſ. 206. nu. 3. lib. 2. Burſ. conſ. 195. num. 4. lib. 3. quibus accedat Salyc. in d. l. nemo, C. de epiſ. aud. qui dixit, quòd exilium de quo in l. 2. ff. de pub. iud. ſit proprium, quia ſimpliciter profertur, & in l. nemo ſit improprium, quia ex verbis adiunctis apparet, quòd impropriè loqui voluerit, l. quatus. ff. de auro, & arg. leg. Ex quo ſequitur, quòd Rex Carolus reſeruando ſibi caſum exilij, pœnam deportationis ſibi reſeruauit, quia verba
33 priuilegij in proprio ſignificatu capi debent, vt habetur in d. deciſ. de Franch. 116. & probatur in l. hoc legatum, & ibi Bart. ff. de leg. 3. etiam ſi eſſemus in fauorabilibus, Soc. conſ. 1. nu. 2. lib. 3. & 121. num. 4. & dixit Pau. Caſtr. in l. in teſtamento, C. de milit. teſtamen. eſſe impoſſibile, quòd Rex impropriè loquutus fuerit, præſertim in priuilegijs.

Confirmabantur ſupradicta omnia, nam priuilegium nō fuit gratuitum in beneficium Eccleſiæ, ſed in cambium annui redditus vnciarum auri 400. dictæ Eccleſiæ debiti ex alio priuilegio fundationis: dum igitur de interpretatione contractus agitur, conuenientius erit vt verba illa contra Regem proferentē
34 intelligantur in fauorem Eccleſiæ, † tum quia debuit Rex dictam reſeruationem in ſui commodum clarius exprimere, l. Labeo, & l. ſi emptio. ff. de contrah. emp. & l. veteribus, ff. de pact.
35 † tum etiam, quia in dubio præfertur ſenſus per quem plenior contractus redditur, l. 1. §. quod ſi rem, ff. depoſiti. l. non ſolum, §. vlt. de vſucap. & ſic de vero & proprio exilio erit intelligendum, quo maior & plenior iuriſdictio in Eccleſiā transferatur.

Nec dicebatur obſtare, quòd quando agitur de perpetuo exilio ſemper Iureconſulti ſoliti ſint apponere adiunctum aliquod verbum, quòd id denotet, nam id cōfunditur ex diſpoſitione tex. in l. ſed & ſi quis, ff. ſi quis cautionibus, vbi quando de deportatione vult intelligere, ſimpliciter de exilio loquitur, ibi, *qui morte, exilione*, quando verò de relegatione, & exilio temporali, tunc cum verbo adiuncto loquitur, ibi, *exilio ſalua ciuitate.* Corroboratur etiam ex tex. in l. 2. ff. de publ. iudic. & alijs adductis per d. Præſid. de Franch. d. deciſ. 116. in quibus quando ſimpliciter loquitur de exilio, de deportatione intelligitur, & per ea, quæ ſcribit Lucas de Penna in l. ſi quis procuratorem, C. de decurion. lib. 10.

36 Hæc omnia † corroborat exilij ethymologia tradita per Albericum in d. l. 2. de pub. iud. videlicet exilium, quaſi extra auxilium ciuitatis, & ſic propriè deportationem ſignificat, nam quando per exilium non amittitur ciuitas, non exilium, ſed relegatio dicitur d. l. 2. Et id clarius etiam fundatur ex origine
† exilij, de qua per Cicer. in oratione pro Cecinna, & in ora- 37
tione de conìur. apud Saluſt. per Titum Liuium lib. 10. & Suet. in Neron. Ex quibus habetur quòd ciuitatis, & patriæ priuatio ab initio voluntaria fuerit, non ad pœnam, ſed ad refugium, ſupplitiiq; portū, vt inde pœnas ciuiles imminentes euaderent, & quia patriæ cedebant, digni erant vt ciuilibus ſuffragijs priuarentur, inde ſucceſſit vt cum exilio aquæ, & ignis interdictio veniret, & conſequenter pœna non erit tantùm patriæ fugatio, ſed ciuilium priuilegiorum priuatio.

His plenè diſcuſſis, fuit concluſum, † & votatum exilij ver- 38
bum accipi in iure ſecundùm ſubiectam materiam, & quod in caſu de quo agebatur, de perpetuo tantum, non de omni exilio intelligendum erat, tam ex verbo *corporali*, quàm etiam ex alijs adductis pro parte Regalis Eccleſiæ Barenſis die 23. Martij anno 1602.

Et poſt votatam cauſam reperi Lucam de Penna, qui in l. 1. C. de cohortalibus lib. 12. agens de baiulis locorū, qui poſſunt capere banitos, qui quidem baiuli ſecundùm Regni conſtitutiones iuriſdictionem criminalem non habebant, ſubdit, *nam & defenſor ciuitatis in exilium mittit, in authent. de ſanctiſs. Epiſc. §. vltimo, item poteſt inferre verbera per apparitorem ſuum, in authent. de teſtibus, §. ſi verò ignoti, & modicè caſtigare, l. magiſtratibus, ff. de iuriſd. omn. iud.* ex quibus argui poterat non eſſe inconueniens, vt Capitaneus iuriſdictionis ciuilis temporale exilium poſſet imponere.

Sed nunc redeamus ad noſtram conſtitutionem. Et in primis annotamus cum huius conſtitutionis diſpoſitione concordare legem 18. tit. 4. par. 3. & legem 2. eiuſdem tituli, vbi Greg. Lopez, & inquantum hîc Principis ſupremam iuriſdictionem
conſideramus de Imperio maximo, dic, quòd licet † Princeps 39
concedat alicui merum, & mixtum imperium, non tamē cenſetur abdicaſſe à ſe iuriſdictionem appellationum, prout diſpo
ſitum eſt per l. 1. tit. 1. lib. 3. ordin. nam in † conceſſione adhuc 40
pleniſſimis verbis alicui facta non tranſeunt regalia, prout habetur in c. 1. quæ ſint regal. Didac. Perez d. l. 1. ord. tit. 1. lib. 3.
col 762. & Azeuedo ad d. l. 1. tit. 2. lib. 4. recopilat. † Rex enim 41
(vt ſupra diximus, & tradit Azeued. loco proximè citato) duplex ius habet in Regno, alterum tanquam dominus ſpetialis Caſtri, alterum verò tanquā Rex, hoc eſt ius vniuerſum in toto
Regno, & † licet concedat alicui, vt diximus, pleniſſimis verbis 42
iuriſdictionem, nunquam tamen cenſetur conceſſiſſe illam ſupremam iuriſdictionem, quam vt Rex habet, hoc eſt cognoſcere de grauaminibus, quæ à Baronibus inferuntur vaſſallis, de cauſis appellationum, de crimine læſæ Maieſtatis, nec facultatem cudendi monetam. cuius rei ea videtur ratio, quia huiuſmodi Regaliæ ſunt de iuribus Coronæ, & illi annexæ, & inſeparabiles, nec ſunt in commercio, l. apud Iulianum, §. conſtat, de leg. 1. l. fin. ff. vt in poſſeſs. legat. Andr. in c. 1. §. ſimiliter poteſt, col. 2. verſic. in his, de capitaneo, qui curiam vendidit, Luc. de Pen. in l. 2. C. de iure reipubl. ad finem lib. 11. in l. contra publicam, col. 5. C. de re mil. lib. 12. & in l. quicunque, 2. colum. C. de omni agro deſerto, lib. 11. & poſt eos Did. Perez loco proxime citato.

Secunda ratio, † quia etiam ſi aliquo modo poſſent rega- 43
liæ concedi, non tamen ſufficit id fieri quibuſcunque verbis generalibus, ſed neceſſe eſt vt ſpetialiter, & nominatim concedantur, vt poſt Andr. & alios in c. 1. quæ ſint regal. tradit idem
Didac. Perez vbi ſup. Hodie † tamen in hoc Regno ex cōmuni 44
inueſtiturarum formula Barones habent merum, & mixtum imperium, & omnia ferè regalia, quæ enunciantur in c. 1. quæ ſint regaliæ, exceptis tamen criminibus læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ, & falſæ monetæ, ſic etiam nullatenus comprehenditur prohibitio, ne Rex ſit iudex appellationum, cum à curijs Baronum appelletur ad Magnam Curiam Vicariæ, & ad Regias Audientias, & ad Sacrū Conſilium, ſolet tamen Baronibus concedi appellatio quo ad ſecundas cauſas, & tertias quas ita communiter vocant, hoc eſt vt à decretis latis per Capitaneum appelletur ad iudicem ſecundarum cauſarum, & ab ipſo ad iudi-
cem tertiarum cauſarum; nam regulariter quando alicui † con- 45
ceditur iuriſdictio, non veniunt cauſæ appellationum, niſi ſit dictum, vt tradit Marin. Freoc. 13. authoritate, lib. 1. de ſubfeu.
In hoc tamen † animaduertendum eſt, quo ad titulum ne li- 46
ceat tertio prouocare iſtas tres ſententias, ſi fuerint conformes pro vnica ſententia iudicari, prout quotidie practicatur in Regno, de quo teſtatur etiam Regius Conſil. de Anna conſ. 70. in initio. etſi contrarium de iure firmet. & dum fuiſſem Auditor

ditor in Prouincia Principatus Vltra in qua adſunt multi Baro-
nes, qui ex priuilegio habent facultatem cognoſcendi de pri-
mis, ſecundis, & tertijs cauſis, quia emerunt terras ab hæredi-
bus Magni Capitanei, qui poſt Principes Biſiniani, & Salerni
fuit primus, qui tales conceſſiones obtinuit in ſuis inueſtituris,
practicam, ꝙ Regia Audientia iudicaret ſuper tribus ſententijs
conformibus, quæ licet illas confirmauerit, fuit appellatum ad
47 Mag. Cur. Hanc tamen introductionem † huiuſmodi ſecundæ,
& tertiæ cognitionis damnoſiſſimam fuiſſe vaſſallis Regni, in
dies experimur, credo tamen Deum Opt. Max. id permiſiſſe
propter innumerabilia, ac penitus incredibilia crimina, quæ
quotidie committuntur in Regno, nam cùm Barones obtineât
prouiſiones à Collaterali Conſ. quòd vaſſalli nõ adeant Regia
Tribunalia omiſſo medio, non poſſunt Regij miniſtri eorũ gra-
uaminibus conſulere niſi poſt longam vaſſallorum defatigatio-
nem, ex quo etiam depauperati ſunt nimium populi Regni.
Nec prætermittam aliquos Barones alium inueniſſe modum
per quem vltra cõceſſam ſibi facultatem ſecundarum, vel ter-
tiarum cauſarum, vltra etiam cognoſcunt, nam poſt ſentẽtiam
à Capitaneo interpoſitam cauſam alicui reuidendam cõmit-
tunt, à cuius decreto poſtea appellatur ad Iudicem ſecũdarum
cauſarum; quod cùm ad notitiam perueniſſet accuratiſſimi, &
docti Fiſci Patron. Octauij Follerij, Petri viri doctiſſimi filij,
cuius anima in benedictione eſt, me exiſtẽto Auditore in Pro-
uincia Principatus Vltra, inſtetit vt fierent ordines prohibitiui
Baronibus, ne cauſas reuidendas committerent, idq; fuit effec-
tũ, & in anno (ni fallor) 1589 fuerunt promulgati ordines Re-
giæ Audientiæ omnibus notificati illius Prouinciæ Baronibus,
per proclamata qui conſeruantur penes Secretarium illius Re-
giæ Audientiæ Nicolaum Moauerum virum integerrimum;
idq; confirmatur ex iis quæ optimè dixit Marin. Frecc. d. 13 au
48 thorit. nu. 6. ad † Baronem delegantem alicui cauſam non eſſe
appellandum, licet regulariter à delegato appelletur ad dele-
gantem. Et vt ad propoſitam concluſionem reuertamur, non
cenſeri ſcilicet conceſſa ea quæ Regi competunt vt Regi, dic,
49 quòd nec † etiam Rex ſi vellet, poſſet à ſe abdicare illam ſu-
premam poteſtatem, vt dixit poſt Gramm. conſ. 28. Azeued. in
d. l. 1 tit. 1. lib. 4. nouæ recollect. & Didac. Perez in l. 1. tit. 1. lib.
3. ordin. col. 62. & Couarr. pract. quæſt. c. 4. in princ.
50 *Prælatis eccleſiarum.* Ex hoc verſ. notat Affl. † eccleſiaſticas
perſonas ratione feudi, quo ad ea quæ feudum concernunt,
ſubditas eſſe Regi, ideoq; poteſt inhibere ne merum imperiũ
exerceant, ſic etiam idem poſſent facere ſi haberent caſtrum
in allodium, quia virtute huius conſtit. prohibentur exercere
51 merum imperium. Hæc tamen Affl. deciſio non † procederet,
ſi eccleſia caſtrum habet vel in feudum, vel in allodium, cum
iuriſdictione, & eſſet in poſſeſſione exercendi merum impe-
rium, aut ex contractu illud haberet, nam tunc reuocare non
poſſet, vt latè idem Aff. hic, & diximus in l. fin. de conſt. Princ.
c. 9. 2. par. nu. 1. & ſeq. aut verò ex Principis cõceſſione, & tunc
† priuilegium conceſſum non ſubdito irreuocabile eſſe tradi- 52
derunt communiter ſcribentes in c. nouit, de iudic. & diximus
d. c. 9. num. 57. licet ibi affirmauerim idem eſſe in non ſubdito,
quod in ſubiecto: de quo ad ibi dicta me remitto. Et quod in
ſpetie priuilegium conceſſum Eccleſiæ non poſſit reuocari di-
ximus poſt multos d. c. 9. nu. 66. ſed retenta communi conclu-
ſione, ad caſum de quo agimus dic non poſſe Regem iuriſdic-
tionem Eccleſiæ tollere, ſecundum rationem Affl. ideoq; ſup-
plendo, dicas conſt. iſtam non eſſe fundatam in abſoluta pote-
ſtate Principis, volentis tollere conceſſiones ab ipſo, vel ab iis
factas, ſed vſurpatam iuriſdictionem ab vſurpantibus abduce-
re & vendicare, quam vſurpationem ab officialibus Prælatorũ
factã poteſt corrigere, & ad priſtinum ſtatũ reducere, ad quod
conferunt dicta per Alber. in l. imperium, num. 29. ff. de iuriſd.
omn. iud. idq; confirmatur ex his, quæ tradunt Pau. Caſtr. in l. ſi
quis curialis, C. de Epiſc. & cler. Alex. conſ. 209. nu. 14. vol. 2. &
Affl. decſ. 361. nu. 10. Ant. Gab. lib. 3. commun. concluſ. de non
toll. iur. quæſit. concl. 7. num. 13. dicentes tunc demum † poſſe 53
priuilegium conceſſum Eccleſiæ reuocari, quando id fit per le-
gem generalem. & licet ibi affirmauerim veriorem eſſe priorẽ
ſententiam ꝙ reuocari non poſſit, non refragatur huic quã pro
nunc teneo id fieri poſſe, vel quando publica vtilitas ſubeſſet,
vel quando ageretur de iuribus curiæ recuperandis, idq; fieret
per legem generalem.
Exercere. Licet enim Barones † reſpectu originis ſint pro- 54
priè officiales, & quibus iuriſdictio conceditur, & per conſe-
quens Iudices ordinarij ſuorum vaſſallorum, vt dicit Andr. in
c. 1. §. hæreditatem, de pace tenen. & in conſt. poſt mortem, in
verſ. condemnationes & in conſtit. officiorum, & in c. 1. col. 4.
quid ſit inueſtit. & in c. 1. §. præterea, de prohib. feudi alien. per
Feder. & in c. 1. §. item qui domino, & in §. ſed quod delator.
quæ ſit prima cauſa benef. amitt. & in c. 1. qualit. vaſſallus iura-
re deb. fidelit. & in c. ſancimus, quo temp. miles, & Mar. Frecc.
de ſubfeu. 10. & 13. auth. in princ. attamen in Regno iſto con-
ſuetum eſt per iſtam conſtit. vt non ipſi † iuriſdictionem, ſed 55
per alios exerceant, & ſic debent Capitaneos terrarum depu-
tare, qui de primis cauſis cognoſcant, ſententias proferant, il-
laſq; executioni demandent, idq; optima ratione, ne vaſſalli
† perpetui domini reuerentia territi, coram ipſo deſiſtant liti- 56
gare, vtq; mutatione officialiũ qui ſyndicatui parere debent,
ſperent iuſtitiæ complementum, ſic etiam reſpectu ſecunda-
rum cauſarum iudices ordinarios in Prouincia non vltra con-
ſtituant, iiq; de omnium appellationum cauſis cognoſcant, &
ita quotidie ſeruamus tam in Regijs audientijs, quàm in Sac.
Conſ. ne vaſſalli vel coram diuerſis iudicibus, vel longo defati-
gati itinere eos vltra ꝗ decet perquirere teneantur. Car. Tap.
Cum

a CVm ſatis. Prohibentur ciuitates creare poteſtates, imò nullam omnino conferũt iuriſdictionem, ſed à ſolo Principe trahunt officiales, ſub pœna deſolationis. De iure communi ciuitas poteſt iuriſdictionem trãsferre, vt

Officia propria ſibi authoritate vſurpare ſub poena capitis prohibetur: ſic & vniuerſitatibus officiales ſibi deputare ſub poena hic ſtatuta. b. d. Tapia.

IMP. FREDER.

CVm a * ſatis, abũdeq; ſufficiant officiales à noſtro culmine ſtabiliti ad hoc, vt tam in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis, vnuſquiſque iuſtitiam valeat inuenire, vſurpationem illicitam que in quibuſdam partibus Regni noſtri inualuit abolentes: Præcipimus, vt ammodo, Poteſta-

vt conſueuit notari, ff. de iuriſd. omn. iudic. l. & quia.

* ADDITIO. *Vide Capyc. decſ. 130. nu. 21. cum ſeq. & nu. 22. vbi an in caſu huius conſtit. ſit etiam pœna publicationis bonorũ. & nu. 27.* De Bottis.

b *Mi-*

ANDRAEAS DE ISERNIA, ET ALII.

CVm ſatis No. rationem quare maior pœna imponitur hic, quàm in duabus proximis conſtitutionibus, ſcilicet, quia vſurpauit ciuilia, & criminalia, & ſic plus. & quia totum vult, totũ perdit. & pauca ſemper aſtringere dicitur, qui ſuperfluum amplexatur. Item nota, ꝙ hæc lex non loquitur de illo populo, qui fecit Rectorem, vel Capitaneum tempore guerrarum ad defendendum terram in fide Regia, mitigatur, & datur bonum exemplum. in gl. de eo quod dicit Caro. de fur. l. 1 in Longob. quòd

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

CIrca huius conſt. materiam plura diximus in ſuperioribus conſtitutionibus, & in rub. huius tituli, vbi plura ad materiam electionis officialium congeſſimus; ideoq; aliqua breuiter differemus.

T *Culmine.* Hoc verbũ competit propriè Regi, culmen enim
† nihil aliud ſignificat niſi ſummum honorem, dignitatem, & 1
altitudinem, quæ Regi competit, vt poſt Archid. in c. ordinatus
59. diſt. in c. fin. vbi Dominicus de Sancto Gem. de re iud. lib. 6.
& Affl.

Digitized by Google

tes, Conſules, ſeu Rectores in locis aliquibus non creentur, nec aliquis ſibi authoritate T cōſuetudinis alicuius, vel ex collatione populi officiū aliquod, aut iuriſdictionē vſurpet. Sed officiales tantùm à noſtra Maieſtate ſtatutos, vel de mandato noſtro magiſtros Iuſtitiarios, Camerarios, Baiulos, & Iudices vbique per Regnum noſtrum volumus eſſe, & tam iura noſtra, quàm noſtrorum fidelium a miniſtrare. Quæcunque autem b vniuerſitas in poſterum tales ordinauerit, deſolationem perpetuā patiatur: & omnes homines eiuſdem ciuitatis angarij c in perpetuum habeantur. Eum verò, qui aliquid de officijs ſupradictis ſuſceperit, capite puniri d cenſemus.

a *Miniſtrare.* Vel eo modo, qui ponitur ſupra, de officio magiſt. Ca. l. puritatem. Vel vt dicitur infrà de iure regu. l. cum vniuerſis, & infrà, de fe. l. domini à vaſſallis. Vel vt continetur infra de teſt. mul. & min. l. beneficium.

b *Vniuerſitas.* Videtur prima facie corrigi, quod iure ciuili cauetur, ſcilicet vniuerſitatem poſſe dare iuriſdictionē ordinariam, vt in Auth. de defen. ciuita. §. item. coll. 3. & §. non habente.

ADDITIO. *Adde Ang. in l. periniquum. in 2. notab. C. de iuriſd. om. iudic.*

Vel dic, q etiam habet hodie vniuerſitas aliquod ius in conferēda iuriſdictione: quia exigit eius teſtimoniū, vt infra in tit. 1. l. 1. optimū arg. ad hoc. ff. de his qui. vt indi. l. poſt legatū, §. his. & §. an libertus. & ff. de bo. lib. qui cū maior. §. ſed & ſi vero. De iure autem factum vniuerſitatis indigebat confirmatione præfecti prætorio in hoc caſu, vt in præalleg. Auth. Qui autem cōfirmat, ille dare dicitur. arg. ff. de pac. legitima. & de verb. ſign. l. lege. quod dic, vt in ſum. de iuriſd. omo. iud. circa princ. in illo verſ. item dat iuriſdictionem, & in ſumma de defen.

c *In perpetuum.* Ideo credo maiorem pœnam in hac l. imponi, quàm in prima, & ſecunda lege huius tit. quia hic vniuerſitas omnem iuriſdictionem vſurpauit ſibi, criminalem ſcilicet, & ciuilem: & ſic adimpletur vetus prouerbium, Qui totū vult, totum perdit: & illud, Arma tenenti omnia dat, qui iuſta negat. Et ad dictum prouerbium facit C. de inoff. teſt. l. ſancimus antea. & ff. de iure fiſ. l. non intelligitur, in fi. & C. de plus petit. l. vni.

ADDITIO. *Adde, quid importet verbum, in perpetuum, idest, quamdiu viuet, in l. 1. ff pro ſoc. & l. & in perpetuum, ff. de procur. & glo. in verbo, perpetuum, in c. fundamenta. de elect. lib. 6.*

d *Cenſemus.* Quid ſi tempore turbationis, & guerræ aliqua vniuerſitas fecit aliquem Rectorem, Poteſtatem, Conſulem, ſeu Capitaneum ad honorem Domini Regis, & ad defendendum Terram pro eo: an vniuerſitas ordinās, & ordinatus ab ea, puniatur ſecondùm tenorem huius conſtitutionis? Et videtur, quòd ſic: nam lex dicit indiſtinctè, q qui ſine iuſſu Principis geſſit bellū, tenetur lege Iul. Maie. hoc diſtinguitur, ſi geſtum fuerit ad honorē ſeu cōmodum Domini, vt ff. ad l. Iul. maie. l. lex 12. tab. immò plus aliàs lex dicit, ſi quid egerit miles cōtra mandatum ducis belli, punitur, etiam ſi rem proſperè geſſerit, vt ff. de re mil. deſertorem. §. in bello. Sed credo, quòd hæc quæ dicta ſunt, quòd non excuſentur tempore pacis, ſed tempore guerræ ſic. Et intelligendum hāc conſtitutionem factam fuiſſe pro tempore pacis, ſicut no. R. de legibus imponentibus pœnam pecuniariam, & non pœnam capitis eis, qui appoſitis ſcalis intrant ciuitatem, vel caſtrum per muros, quas dicit factas eſſe pro tempore pacis, & non habere locum tempore guerræ, vt notatur in Lombar. de fur. & ſer. fug. l. 1.

ADDITIO. *Vide capitulum regni infrà, quod incip. Item collatores, ſyndici, &c. per quod prohibentur Iuſtitiarij illos remouere electos ab vniuerſitate. & omnino Pari. de Put. in tract. ſynd. c. pone, quòd vniuerſitas. et ibi, quos officiales poſſit eligere, et de congregationibus, et electionibus officialium abſque authoritate ſuperioris, et ad materiam Iaſ. in l. omnes populi, ff. de iuſt. et iu. in q. 25. 10. col.* Cæſar.

AN-

ANDRAEAS DE ISERNIA, ET ALII.

quòd qui ſcalis appoſitis muros aſcenderit tempore pacis, nō punitur capite, cùm tempore guerræ ſit ſcelus de iure Rom. ff. de re. diui. l. fin. & dicit, ſic fuiſſe Capuæ iudicatum. Arg. contra, quia lex deberet omnibus pariter tribuere ſecuritatem: ar. ff. de pœn. l. capitalium §. ad ſtatuas. & conſuetudo quæ eſt lex non ſcripta, æqualiter ligat omnes. ff. de admin. tut. l. ſi non. §. interpoſita. ſed pro hoc facit ff. de pœn. l. aut facta, quamuis videatur loqui de alio tempore breui, ſcilicet, aut longo, vel nocturno, aut diurno.

¶ Quid ſi eccleſia aliqua habeat ex conſuetudine antiqua, & præſcripta ius cognoſcendi inter aliquos de re non ſpirituali, & per vicariū de criminibus, an hoc tollatur per han. conſt. Conſtat enim, quòd conſuetudo ante hanc conſtit. & poſt inducta tollitur per iſtam conſt. vt C. de vſur. l. eos §. 1. & in authen. quomo. opor. epi. §. 1. Sed ipſa generalis iuriſdictio quam habet eccleſia iam videtur facta eccleſiaſtica: extra de appell. c. Romana. §. debet. Et hoc ſatis videtur, vt non poſſint prohibere etiam aliàs eccleſiam, quin vtatur iuriſdictione ſua: quia par in parem non habet imperium.

ADDITIO. *Adde l. magiſtratus, ff. de arb. c. innotuit. de elect. c. 1. de treug. et pac. et gl. in ver. Marcellinus. in c. nunc autem. 21. diſt.*

Tamen credimus, quòd Imperator laicis ſubditis ſuis poſſit hanc legem imponere, vt de rebus, quæ tenent ab eo non litigent coram alio iudice. extra de foro compet. c. ex tenore. & cap. ex tranſmiſſa. nam quilibet dominus eſt ordinarius inter vaſſallos ſuos. in Auth. de quæſto. §. ſi verò. & communis poſitio eſt, quòd ordinarius poſſit vetare partes vt non conſentiāt in arbitrum, ff. de arb. non diſtinguemus. §. Iul. Quod intelligendum eſt, quòd poſſit prohibere de re, quæ tenetur ab eo, & lite, cuius rei ipſe eſt iudex. Si autem eſſet iudex ratione perſonæ, tunc poſſet ſe ſubmittere iuriſdictioni alterius, ff. de iud. l. 1. Sic & Papa prohibuit clericos conſentire in alios iudices, quàm in ſuum Epiſcopum, extra de foro compet. c. ſi diligenti, & c. ſignificaſti, & C. de epiſc. aud. ſi quis ex conſenſu.

ADDITIO. *Adde an Papa poſſit facere, vt laici iudicēt clericos? Vide per gl. in ver. diſcuti. in c. ſi Imperator. 96 diſt. gl. in ver. diuino. in c. quamquam de cenſi. lib. 6 Inn. in c 2. de maior. & obed. Abb. in c. propoſuit. de conceſſ. præb. Abb. in c. at ſi clerici, de iud. Abb. in c. fin. de foro compet. Abb. in c. non minus de immun. eccl. Card. Zab. in repet. c. perpendimus. de ſent. excomm. Io. de Imol. in l. ſi verò. §. de viro. in 6. fallentia ff. ſol. matr. Oldr. conſ. 83. incip. An Epiſcopus.*

De ho: dic plenè, vt diximus in conſt. Imperiali, in §. præterea. ſi inter duos, vbi circa ſi. diximus, q pactum nō valet: quia vidimus eccleſias facere tale pactum, qñ concedunt in emphyteuſim alicui, vel quemlibet alium contractū præter feudalem rei eccleſiæ: vt receptor ipſe nō conueniatur de re ipſa, niſi corā eccleſiæ rectore, vel prælato, quod pactū non valet, quia ius publicum per pactū huiuſmodi mutari nō poteſt: nam & actor non ſtringetur, etſi eccleſia eſſet iudex competens: quia actor habet eligere forū rei, vt in l. cū clericis, C. de epiſ. & cler. And.

C*Vm ſatis aliunde.* Nota hanc conſtitutionē, quia probat, q electi ad regimen ciuitatis per populū non dicuntur habere iuriſdictionē, nec officiū. Quia aliàs non poſſent eligi, & teneretur pœna, de qua in iſta cōſt. Vnde cùm contrariū obſeruetur, & videmus de facto fieri, probat quod nō habent etiā officiū, & nō iuuaret contraria conſuetudo, vt hic. Bart. de Capua.

In tex. Sed officiales. Vidi contrarium fieri, & eſt bene gloſſata. Petrus de Monteforte.

CA-

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

& Affl. in procem. conſt. huius Regni, §. cum igitur, nu. 1. tradit I. 1. lac. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 3. ordinat.

T Con-

T *Conſuetudinis.* Ex hoc textu colligitur merum imperium † conſuetudine acquiri non poſſe, de iure tamen communi conſue-

conſuetudo poteſt dare ordinariam iuriſdictionem, vt in l.1. C.de emancip.libe. quod etiam annotauit Affl.ad hanc conſt. Et quòd iure communi inſpecto poſſit conſuetudo etiam merum imperium tribuere, docent Io.de Platea, & Iacobus Rebuffus in l.quæcunque, C.de fundis limitrophis lib. 11. & in l. vtros, C.de apparit.Præf.annonæ, lib.12. quamuis Alb.in l.Imperium, nu.29.de iuriſd.om.iud.poſt aliquas relatas opiniones Petri, & Iacobi de Rauenna ſequatur Iacobum aſſerẽtem merum imperium conſuetudine acquiri nõ poſſe, ea potiſſima ratione, quia nunquam fuit penes vniuerſitates, quæ tantùm ius eligendi defenſores habebant, qui merum imperium nõ exercebant; licèt de facto id accidere aſſerat propter longas Imperij vacationes. Hæc tamen concluſio limitatur ſecundùm Iacobum de Arena, & Alber.loco cit.quando † eſſet conſuetudo
1 tanti temporis cuius non extaret memoria, & alij tenent, quos citat Affl.hic num.2.verſ.quod ego limitarem, & hoc quod diximus de cõſuetudine, idem dicimus de præſcriptione, hoc eſt, vt merum imperium præſcribi poſſit, vel ab eo qui habet iuriſdictionem in aliquo caſtro, vel ab vniuerſitate, vel ab eo, qui non habet territorium, ſed præſcribit in alieno territorio, quod etiam tradit Purpur.in d.l.Imperium, nu.166.

Difficultas tamen eſt circa tempus, quanto ſcilicet tempore merum imperium præſcribatur, in qua latiſſimè Doctores fimbrias dilatarunt, & præcipuè Iaſ.in l.imperium. de iuriſd.omn. Iud. nu.22. & Couarr.in reg.poſſ.2.par.§.3. ex quibus breuiter in iſta materia communes tradam concluſiones.

Prima concluſio eſt, quòd † ad merum imperium acquiren- 4
dum circa ea, quæ Principi competunt in ſignum ſupremæ iuriſdictionis, requiritur tempus, cuius initij memoria non extat, cùm habeant iuris reſiſtentiam contra ſe ex regula tex. in c.1. de præſcript.in 6.

Secunda concluſio † eſt, idem tempus requiri in Regno iſto, 5
& in omnibus alijs, in quibus ſimiles adſunt conſtitutiones ex eademmet ratione.

Tertia concluſio ſit, † vniuerſitates, quæ iuris reſiſtentiã non 6
habent ex auth.de defenſ.ciuit.§.interim, iuxta doctrinam Io. de Platea in d.l.quæcunque, de fundis limitrophis poſſe præſcribere minori tẽpore, hoc eſt ſpatio triginta annorũ. Car.Tap.

Offi-

Officiales Regni per ſubſtitutos iuriſdictionem minimè exerceant. h.d.Tapia.

REX CAROLVS I. Cap. 19.

QVia de vicarijs, In §. ſed Regni noſtri fideles. Quòd ſi conſt. de prohib.off.inſt.durã. P.P.
Iſtud cap.concordat cum cap.quod incipit, Carolus II. in fine. ad perpetuam confirmationem c. editi in planitie Sancti Martini. No. quòd iuſtitiarij nõ poſſunt facere Vicarios in ſingulis terris. pro iſto cap. facit conſtit. duram.de prohib.offic. occup. & conſtit. quæ incipit, off.quæ perſonis, vt iuſti. alium loco ſui ord.nõ poſſ.in 1.lib.
Ibi, *ſpeciali mandato.* Et no. quòd officialis non poteſt ordinare vicariũ ſine ſpeciali mandato. P.P.

QVia de vicarijs, quos in diuerſis ciuitatibus, atque locis Terræ Laboris, & Comitatus Moliſij, ac Principatus, & Terræ Beneuẽtanæ, alijſq; Regni noſtri partibus Iuſtitiarij noſtri, cõtra ipſius Regni † cõſtitutionem ſtatuerunt, graues querimoniæ ad noſtram audientiam iugiter perferuntur. Nos opportunum ſuper hoc remedium adhibere volentes, regia authoritate præcipimus, vt omnes huiuſmodi Vicarij amoueantur protinus de ciuitatibus, locisque prædictis, neque aliqui alij ſine ſpeciali mandato noſtro in aliquibus locis eiuſdem Regni vllo vnquam tempore ſtatuantur, ſed Regni noſtri fideles ſuo more viuentes, per Iuſtitiarios, Baiulos, ac Iudices, prout cõſuetum eſt hactenus, regantur fideliter, & ſalubriter gubernentur.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

COncordat lex 5.13.& 15.tit.15.lib.3.ordinat.& l.2.tit.16. eiuſdem libri, & l.8.tit.1.
† *Conſtitutionem.* Hæc eſt conſtitut.officia, quæ perſonis, & aliæ ſequentes quas ſupra hoc titulo collocauimus, vbi quæ ad hanc materiam pertinent, collegimus. Hic tantum an-
1 notare licebit iuriſdictionem † tam ordinariam, quàm delegatam alteri prohibitum eſſe cõmittere, cum alias de iure com-
2 muni † liceret ordinario alteri delegare ad tex. in l.1. in fi. & in l.more, ff.de iuriſdict.omn.iud.& tradunt Doct.in l.ſi.ff.de offic.eius cui mand.eſt iuriſd.& in l.à iudice, C.de iudic.& Canoniſtæ in tit.de offic.delegati cum quibus iuribus concordat l.15.18.19.tit.4.par.3.& plene Maranta in 4.par.princ.ſuæ pra-
3 xis in 5.diſt. Huius tamen tex.diſpoſitio non procedit † in Barone qui poteſt creare locumtenentem propter abſentiam, vel impedimentum Capitanei, vt colligitur ex dictis per Io.
4 Ant.de Nigris hic nu.10. Secundo limitari poſſet † durante infirmitate officialis ex regula tex. in l.agentes, C. de agentibus in rebus, lib.12. & quæ ibi annotauit Lucas de Penna num.1. quod tantùm hodie ſeruare ſolent aliqui Capitanei terrarum vbi conſuetudo id permittit per dies quindecim. Tertio non procedit quando habet facultatem ſubſtituendi à Principe, 5
vt in pragmat. 2. infra hoc tit. quo tamen caſu dubitatum fuit an ſubſtitutus † à Principe approbatus poſſit à ſubſtituente 6
reuocari, quod fieri poſſe tradidit nobis Azeued.ad l.4. tit.25. lib.4.nouæ recoll.ver. *facultad de poderlas ſeruir.* Limita quarto quãdo officium † deberet eodem tempore exerceri in plu- 7
ribus locis, tunc enim ex natura rei, neceſſaria ſequitur conſequentia ſubſtituendi facultatem conceſſam in alijs locis. Quinto arguitur poteſtas ſubſtituendi ex qualitate perſonæ, cui of- 8
ficium eſt conceſſum, veluti ſi eſſet conceſſum officium fœminæ: tunc enim videtur conceſſa facultas exercendi illud per ſubſtitutum, vel ſi eſſet conceſſum officium vile alicui illuſtri perſonæ. Regulariter tamen omnes officiales † hodie, tam qui 9
iuriſdictionem exercent, quàm alij ex nouis conſtitutionibus, quæ hanc ſequuntur, tenentur perſonaliter ſeruire, quam regulam & ampliat, & limitat Carauita Rit.2. num. 16. & ſequen. & aliqua diximus ſupra ad conſtit.officia quæ perſonis, vbi vide in principio.

Idem

Idem dicitur quod in præcedenti capitulo. h.d.Tapia.

REGINA IOANNA. Cap. 276.

ITem quod prædicti officiales, Iuſtitiarij videlicet, Capitanei, & Iudices, & Aſſeſſores, actorumque notarij in officijs ad quæ ſunt deputati, nequaquam faciant, ſeu facere poſſint eorum ſubſtitutos in officijs ipſis, neque per eorum ſubſtitutos ſeruiant in officijs memoratis; Neque officiales ſibi commiſſa ſub quocunque quæſito colore emant, aut vendant, nec vendere, aut emere præſumant publicè, vel occultè, & proinde iuramentum præſtent, ſingulique iurent ſecundùm formam capituli Regni, quod incipit, Item recipiant iuramentum, eiuſdemq; capituli tenor in omnibus obſeruetur.

Offi-

Officiales Magnæ Curiæ, & magiſtri actorum, ipſius perſonaliter ſeruiant. h.d. Tapia.

REGINA IOANNA. Ex Ritu 7.

5. ITem quòd in dicta Cutia nullus officialis poſſit per ſubſtitutum ſuum ſeruire, ſed debeat perſonaliter ſuum officium exercere.

REGINA IOANNA. Rit. 309.

ITem quòd Magiſtri actorum, & ſubactarij Magnæ Curiæ non debeant per ſubſtitutum ſeruire, ſed perſonaliter debeant vacare in exercitio officiorum ipſorum, non obſtantibus quibuſcunque literis, & priuilegijs factis, vel in antea faciendis ſub quacunque forma, & expreſſione verborum.

Ex Cap. Neapolit. in anno 1478. Cap. 9.

REX FERD. I.

ITem che li Maſtri de atti, & ſubactarij della Gran Corte dela Vicaria, non debbiano ſeruire per ſuſtituto, ma perſonaliter debbiano vacare nell'eſſercitio del loro officio, non oſtante qualſiuoglia lettera, e priuilegio fatti, e da farſi ſotto qualſiuoglia forma, & expreſſione di parole. Placet Regiæ Maieſtati.

Officiales quicunq; etiam iuriſdictionem non exercentes perſonaliter ſeruiant, & non per ſubſtitutos. h.d. Tapia.

PRAGMATICA I.

De adminiſtratoribus quòd perſonaliter ſeruiant.

FERDINANDVS, &c.

PRudentia rerum omnium dux, & magiſtra, maximum Regibus; & Principibus ornamentum, qui rectè viuere populos ſibi cōmiſſos ad virtutem, atque laudabilia opera inſtituere, ac regere conantur: non tantùm officia, verùm etiam omnia pro fine, quæ bene laudabiliter agenda, etenim ea non ſolùm reſpicit finem, ſed præparat omnia, quæ ſunt ad optimum finem, & ad illum rectè, prudenterquè viuere. Idem fuit ſemper inſtitutum, vt quęcunque meditaremur, queq; pro communi Regni noſtri beneficio nobis agenda eſſent, conſultò, ac prudentiſſimè perficerentur, ob idq; conſiderantibus nobis quàm ſit neceſſariũ, ac conducibile rebus noſtris officiales noſtros ad adminiſtrationem, & exactionem pecuniarum, & iurium noſtræ Curiæ ordinatos iam, & deinceps ordinādos conſtituere, pro qua faciliori, & expedienti adminiſtratione iurium, & pecuniarum ipſarum noſtræ Curiæ, dare, conſtituereq; ordinem certum, ac firmum, vt ipſa adminiſtratio, & pecuniarum exactio fiat diligenter, vtquè ex pecunijs ipſis prouenturis ex iuribus nobis, & noſtræ Curię debitis rebus, atque neceſſitatibus: Inde his occurrentibus, & aduenientibus tam pro ſtatu Regni noſtri, noſtrorumquè ſubditorum ad pacem, atq; tranquillitatem obſeruatione per manutenentes armigerarum gentium noſtrarũ in hoc Regno, perq; ſtipendiorum ipſorum armigerorum commodius, ac facilius ſalarium ad pacē tuendam, & conſeruandam, ſicq; prudentiſſimè nobis viſum, tam ad facilitatem exequendam, quàm ad ordinem miniſtrandum, & ad conditionem miniſtranrium, in quibus eſt maximè conſiderandum Pragmaticā ſanctionem edicere, prout literarum ſerie ex certa noſtra ſcientia, conſultò, & deliberatè edicimus, & ordinamus, ac pro inuiolabili lege decernimus, & ſancimus, tenerique, & obſeruari inuiolabiliter volumus, & iubemus, vt poſt hac theſaurerius, commiſſarii, magiſtri portulani, dohanerij, fundicarij, capitanei, graſſerij huius Regni, credenzerij, portulani, guardianiquè, & alij quicunque officiales quouis nomine nuncupati, officioquè, auctoritate, ac poteſtate fungentes ad pecuniam noſtræ Curiæ colligendam, recipiendam, conſeruandam, & exigendam, quouis modo ordinati, & conſtituiti ad prædicta eorum, & cuiuſlibet ipſorum officia exercendum, & pecuniarum noſtrarum, & Curiæ noſtræ in hoc Regno, & ciuitatibus, & terris ipſius recollectionem, & perceptionē, & exactionem 1 per ſeipſos perſonaliter, & immediate, & non per eorum ſubſtituros, & miniſtros ſubiectos pet eos deputatos colligere, habere, percipere, & exigere teneantur, & debeant omnia exactiſſima diligētia de pecunijs ipſis per eos premiſſo modo exactis, & exigendis facere prout, & quemadmodum eiſdem fuerit ordinatum pet noſtras literas, nec alio modo: Decernentes, declarantes, & iubentes expreſsè literarum ſerie, ſcienterquè, ꝙ ſi aliqui ex dictis ſubſcriptis ad exactionem pecuniarum noſtræ Curiæ prædictarum ſubiectis, per eorum ſubſtitutos ad eaſdem exactiones vel acceſſerint, ſeu exegerint, nullo pacto admittātur, ſed vt priuatæ perſonæ habeantur, & reputentur, dictiq; eorum principales quicunque fuerint, ipſo facto, ipſoq; iure eorum officijs priuētur, atq; ex nunc priuati cenſeantur, & habeantur, ac teneātur, & contrarium minimè attentari quauis cauſa, pro quāto gratiam noſtram, ac pœnam prædictam, & aliam grauiorem noſtro arbitrio reſeruatam cupiunt euitare. In cuius rei teſtimonium præſentem fieri iuſſimus magno negotiorum noſtro ſigillo in dorſo pendente munitam.

Dat. in Caſtello noſtro Nouo Neapolis, xx. Nouembr. x. Indictionis. Anno 1506. Regnorum verò noſtrorum Siciliæ vltra Farum anno xxxix. Aragonum, & aliorum xxvij. Siciliæ autem citra Farũ, & Jeruſalem, & Vngarię, &c. anno tertio. Yo el Rey. Vidit Aloyſius Sanchez generalis Theſaurerius. Vidit Malferitus Reg. Michael de Afflicto Locumtenens Magnæ Curiæ. Vidit Antonius Ianuarius Viceprothonotarius. Lopes Taxator. Nihil ſoluat, quia pro Curia. Io. Baptiſta Spinellus Conſeruator generalis. Dominus Rex mandauit mihi Michaeli Perendabuatzor. In Curiæ xj. Regiſtro primo.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 P*Er ſeipſos perſonaliter.* Hæc Pragm. neceſſaria fuit, quia in officijs † administrationem iuſtitiæ non habentibus per
2 ſubſtitutũ adminiſtrari poſſe Doct. tradunt in l. 1. ff. de off. eius niſi tantùm electa eſſet induſtria perſonæ, vt diximus ſupra, tam in conſtit. officia quæ perſonis, quàm in cap. præcedenti quia de Vicarijs, ex tex. l. inter artifices, ff. de ſolut.

Idem

Idem quod ſupra diſpoſitum eſt. Tapia.

PRAGMATICA II.

CAROLVS V. in anno 1540.

ITem mandamus, quòd habentes officia, debeāt ipſi perſonaliter ſeruire, & non per ſubſtitutos, aut alios per eum deputatos, abſq; noſtra expreſſa licentia, exceptis tamen illis, qui in eorum priuilegijs à nobis conceſſis, ſeu confirmatis, ſubſtituendi facultatem habeant.

Et vide in Pragm. Magnifici viri, §. & circa il ſecondo, de compoſitionibus.

Idem quod in præcedentibus pragmaticis diſponitur. Tapia.

PRAGMATICA L.

De officio procurat. Cæſar.

CAROLVS V.

IVbemus inſuper ſeruari decimumoctauum capitulum inſtructionum dicti Federici Regis, tenoris ſequentis.

Tenor cap. ſupradicti xviij. inſtructionum Federici Regis.

Item ſtatuit, & ordinat præfata Regia Maieſtas, quòd miniſtri pecuniarum, & rerum fiſcaliū prout ſunt Commiſſarij ordinarij, Theſaurarij, & Magiſtri Portulani teneantur, & debeant ſeruire in eorum officijs perſonaliter, & non per ſubſtitutos, præſtita prius per ipſos miniſtros idonea fideinſſione in Camera Summariæ, de bene, & fideliter ſe gerendo, & debitam rationem, & computum reddendo.

Caſtellani perſonaliter ſeruiant, non per ſubſtitutos. Tapia.

Ex Pragmatica 2. de officio iudic.

CAROL. V. IMP.

§. MAndamus porro, quòd omnes Caſtellani, ſeu Cuſtodes Caſtrorum Regiorum, & alij officiales noſtri perſonaliter, & non per ſubſtitutos officia eorum exerceant, ſub pœna priuationis ipſo iure officiorum, niſi licentiam obtinuerint in ſcriptis à noſtra Maieſtate, vel ab Illuſt. Vicerege ex aliqua iuſta cauſa.

Idem quod in præcedentibus. Tapia.

Ex Pragmatica 6. de offic. iudic.

REGINA IOANNA, ET CAROL. V. IMP.

ITem, quòd omnes officiales exercentes inſtitiā, & pecuniarij, teneantur reſidere perſonaliter in eorum officijs, illarum adminiſtrationi vacando. Volumus tamen, quòd per hanc Pragmaticam ſanctionem, nullum generetur præiudicium his qui prędicta officia poſſident cū facultate ſubſtituendi, quibus tenore præſentiū derogare nō intendimus.

Capitanei Campaneæ perſonaliter ſeruiant. Tapia.

Ex Pragmat. 3. de compoſitionibus.

PHILIPPVS II.

§. ITem ſupplica l'Eccellenza Voſtra ſia ſeruita ordinare, che'l Capitanio di Campagna ſerua di perſona, e non dia il carico e peſo ſuo ad alcuno ſoldato di ſua compagnia, come fa, e che attenda con diligenza, com'è obligato, perche dal non attenderci, & l'Audienza diſquitarſene ſopra di lui, naſce il cumulo di fuor'uſciti, e danno di ſudditi, vt Deus &c. Et viſto per noi quanto n'è ſtato per il preinſerto Memoriale eſpoſto, volendo debitamente prouedere, ci ha parſo farui la preſente, per la quale, inquanto al ſecondo capo, vi dicemo, che ſe il præfato Capitano della Campagna non reſiderà à ſeruir di perſona, come è obligato, non li debbiate far pagare la ſua prouiſione: Per tanto così l'eſſeguirete, che tal è la noſtra volontà & intentione, non facendo il contrario, ſe amate la gratia, e ſeruitio della prefata Maeſtà. la preſente reſti al preſentante. Datum in Regio Palatio, prope Caſtrum nouum, Neap. die 19. Auguſti. 1556. Il Duca d'Alua. Vid. Polo R. V. Villanns R. Albertus pro Martirano Sec. In Cur. 3. Dirigitur Gubernatori Principatus citra.

DE OFFICIO SACRI CONSILII. Rubr. ij.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

SApientiſſimus ille Salomon cùm ad Regni culmen poſt Dauidis obitum fuiſſet euectus, rem tam grandem ſibi cōmiſſam agnoſcens, animoq; perpendens, & onus grauiſſimum
1 ſuis humeris impoſitum intuens, deprecatus † eſt Dominum, vt ſapientiā illi tribueret ad regendos populos diuina ſibi prouidentia commiſſos; hanc igitur ſapientiſſimi Regis petitionē præ oculis habere deberent continuè Reges, alijq; Rectores, & officijs præpoſiti profiteri, eamq; ſapientiam non ſolū quæ in ipſo homine reſidere poteſt petere, ſed quæ apud viros optimos reperiatur, cùm non ſolùm homines pro particularibus rebus peragēdis; ſed multo fortius Principes ad rempublicam
2 gubernandam ſapientium † virorum teneantur exquirere cōſilia, vt ipſi ſapientes fiant, appareant, & habeantur, dictante Spiritu ſancto Prouerb. 24. *Erit ſalus vbi multa conſilia ſunt.* & Prouerb. 12. *Qui autem ſapiens eſt, audit conſilia.* & cap. 15. *Diſſipantur cogitationes vbi non eſt conſilium, vbi verò ſunt plures conſiliarij, confirmantur.* Immo ſi idem Rex ſapiens fuerit, requiſitis conſilijs, ſapientior erit, vnde Prouerb. 1. *Audiens ſapiens, ſapientior erit.* & Prouerb. 3. *nam regere per ſemetipſum periculoſum eſt, cùm homo (etſi prudentiſſimus ſit) non omnibus horis ſapiat.*

Hæc igitur conſilia (vt diximus) amplecti Principes debent, & ad ea certos ſibi conſiliarios deligere, ab eiſque veritatem exquirere, cùm non Princeps † conſiliarijs ſubditus, ſed conſilio eſſe debeat, cùm enim conſilium (vt ait Gabriel Paleottus 3
Illuſtriſs. tempeſtatis noſtræ Cardinalis, doctrina, & probitate ex Iureconſultorum cœtu lectiſſimus de ſacr. conſiſt. conſult. par. 5. q. 2. *nihil aliud ſit, quàm inquiſitio quædam de rebus gerendis, data eſt homini ratio, cogitatio, & memoria, qua valeat præterita repetere, præſentia animaduertere, & futura proſpicere, ſecumq; diligenter quid facto opus ſit expendere, vim conſultiuam intimo corde exercendo, atq; interiores animi vires quaſi in conſilium*

cogendo. & paulò poſt, *Principes exigere conſilia, non vt illis fiat ſubiecti, ſed vt ea diligenter expendant, & quod ſatius fuerit deligant, cùm non minoris ſit ſapientiæ inter varia multorum conſilia, quod optimum ſit diſcernere, atque illud exequi, & res ipſas in conſultationem deferre.* ex quo præter cætera bona vnũ illud, ꝙ allicere Principes debeat non omittã, ꝙ ſi conſilium datum, atque probatũ bonum fuerit, Princeps ipſe laudatus veniat, non conſiliarij, & tãquàm ab eo geſtum accipiet populus, & laudabit; ſin minus ſatisfaciat, non Principẽ, ſed Senatores odio habebit, qui tale Principi conſiliũ dederint, quam & ipſe excuſationem cómodè poterit afferre, nõ tamen ſic ſi fecerit inconſultò vnde ſcribit Zonaras in Imperio Hadriani, relatus à Siman. lib.7. de Republica cap.6. *Omnes res magnas, & neceſſarias non priuato conſilio, ſed Senatoribus adhibitis egit Hadrianus.* Et de Alexandro Sauero ſcribunt Erodianus libro 6. & Lampridius in Alexand. ſexdecim ordinis Senatorij viros ætatis grauitate, vitæq; ſanctimonis præcellentes aſſeſſores, & conſiliarios delegiſſe, nihilque aut dicebatur, aut agebatur, niſi illorum accedente ſuffragio, ijq; fuerunt Vlpianus, Paulus, & alij.

Nec ſolum horum Principum exempla id nos docent, & aliorum plurimorum, quæ afferre poſſemus: ſed etiam omniũ Regnorum, & Ciuitatum, quæ tùm à particulari domino, tùm ab ipſiſmet ciuibus gubernantur: & vt exordium ſumamus à
4 Iudæorum republica, Exod. 18. Iethro † Moyſis ſocer, dum Moyſem Iudæis reſponſa reddentem inſpexiſſet, dixit, vt ſeptuaginta viros deligeret, qui & ipſi conſilio eſſent, & ad ſententias proferendas iuuarent, cuius conſilio motus, magnum illud conſtituit conſilium, quod Sinedrym fuit appellatum.

Romanos etiam qui ſapientiſſimi ſimul, & prudentiſſimi fue-
5 runt, centum viros † ex equeſtri ordine habuiſſe, qui Regi aſſiſterent, legeſq; proferrent, cæteriſq; etiam præeſſent magiſtratibus, quos inſtitutos à Romulo Numam Pompilium in maiorẽ duxiſſe auctoritatem teſtatur Feneſtella de magiſt. Rom. tit. de Senatorum origine, quos quidem alios fuiſſe à cẽtum viris, quibus Prætores cauſas delegabant, quiq; iudicia proferebant, teſtatur Budeus in annotat. ad l. fin. ff. de Senat. quem ſequitur Io. Coraſ. in rub. de Senat. nu. 15. quidquid contra ſenſerit Nicol. Boer. in tract. de auth. magni conſilij, c.2. num.6. Habuerunt Senatum Lacedemonij, & alij populi, quorum numerum, dignitatem, honores, & inſignia accuratiſſimè refert Alexand. ab Alex. dierum genial. lib.4. cap.11. & Frater Hierony. Roman. in lib. rerum publicarum totius orbis.

Hæc dum perpenderet ſapientiſſimus ille Alphonſus I. nulli tam in robore bellico, quàm in cæteris moralibus virtutibus prudentia, ac magnanimitate ſecundus, dum vaſſallorum clamoribus, atque grauaminibus intentus, opem ferre vellet, illos libenter audiens, illi, aut illi, ex Neapolitanis Iureconſultis cauſas à Magna Curia, & Vicaria Curia per ſupplicationem ad ſe deuolutas committere ſolitus, eaſq; de illorum conſilio, & voto Rex idem ſapientiſſimus decideret, cõgruum magnis viſum fuit, vt ex viris peritiſſimis electos aliquos congregaret in vnũ, de quorum conſilio ad deciſionem cauſarum procederet, eoſq; primum coram ipſo Rege in eius aula congregari iuſſit, & ſic
6 huius noſtri ſacri Conſilij author, primuſq; Præſidens † fuit Rex Alphonſus I. vt de eo authore teſtatur Marin. Frecc. libro 1. de ſubfeud. tit. de antiq. ſtatu Regni, nu.38. & nos percepimus ex proceſſu agitato inter Ducem Caſtrouillarũ Magnum Prothonotarium, & Cicchum de Loffredo: & licèt Marcus Antonius Surgens lib.1. de Neap. illuſtrata, c.17. nu.45. Regem Ferdinandum primum afferat authorem, fundans ſe in Pragm.2. de off. ſac. Conſ. veritas tamen eſt Regem Alphonſum inſtituiſſe, con
ſiliarioſq; vocaſſe; ſed Regem † Ferdinandum primum in for- 7
mam Conſilij maiori adhibito numero, cum Præſide erexiſſe, vt habetur in d. prag. & ſic vtrumque verum eſſe poteſt: quorũ numerum, quotuè, & qui fuerint Præſidentes, dicemus infra ad d. prag.2. Hoc fecit ad ſimilitudinem antiquorum Regum, qui aliquem miniſtrum apud ſe habebant, qui cognoſcebat de cauſis appellationum à Curia magiſtri Iuſtitiarij, ac etiam de alijs, vt habetur in cap. quod incipit, iniunxit nobis, aliàs incipit, de ſtatu noſtro, num.258. per nos ſituatum ſub tit. de off. magiſtri Iuſtitiarij.

Sed nunc veniamus ad interpretationem rub. quæ eſt de officio ſacri Conſ. & omittendo quid ſit officium, & quid ſignificet, de quo diximus ſupra in conſt. officia, quæ perſonis, deuenio ad verbum *ſacri*, & dico dictum eſſe ſacrum Conſilium, ex quo Regis Conſilium erat, & eſt, in quo (vt diximus) Rex interueniebat, & poſtea eius nomine Præſidentes: Nam cùm Reges ſacra vnctione vngerentur, ſacri etiam ſunt appellati,
quorum primus ſacro oleo inunctus fuit † Saul, vt habetur 8
Reg.1. cap.9. & cùm Rex Franciæ Clodoueus in Regem eſſet vngendus à Diuo Remigio Epiſcopo Rhemenſi, deficeretque
ſanctum oleum, cœlitus demiſſa fuit ſancti olei ampulla, † quo 9
& ipſe, & cæteri ſucceſſores Reges Franciæ inunguntur, quæ in hodiernum vſque diem in Eccleſia S. Remigij conſeruatur, & in ea tunc apparet oleum, quãdo Rex eſt vngendus, vt tradit Carol. de Graſſal. vir accuratiſſimus regal. Franc. lib.1. iure 1. verſ. & idem, & iure 18. verſ. item inter eaſdem Reginas. Aliam tradit rationem poſt Andream, & Marin. Frecc. ipſis non adductis illum in proœm. conſtit. Reg. & iſtum de ſubfeu. lib.1. de offic. magn. Cancell. nu.26. Marcus Antonius Surgens de Neap. illuſt.
lib.1. c.47. nu.42. quod ſcilicet Reges † fuerint etiam Sacerdo- 10
tes, idq; primo de Melchiſedech dicitur. & de Aegyptijs Regibus, qui eligebantur ad Regnum ex ſacerdotum collegio, & ſacerdotes ex Philoſophis cernebantur, vt teſtatur Polid. Verg. de inuentoribus rerum lib.2. c.2. & propterea quia Reges fuerant ſacerdotes, ſacri appellabantur, & ſic eorum Conſilium ſacrum: ſic etiã apud Romanos Auguſtus, cæteriq; ſucceſſores Pontifices max. appellati fuerunt, vt ex Sueton. Corn. Tacit. Valer. Max. & alijs videre licet, atque ex eorum numiſmatibus apud Sebaſt. Erizum. Et hinc eſt, quòd Regia Audientia Hydruntina gaudet titulo ſacræ Audientiæ, quia in ea præfuit Rex Alphonſus II. & propterea in ſupplicationibus, quæ in ſacro Conſilio porriguntur, dicitur Sacræ Regiæ Maieſtati, quia Regi porriguntur, eiuſq; nomine Præſidens ſupplicationes decretat, vnde etiam in ſententijs, quæ in Collaterali Conſilio proferuntur, dicitur facta relatione noſtro Illuſt. Viceregi, & ſic titulus tantùm, qui à Rege ipſo Proregibus datur, apponitur.

Conſilij. Concilium, † & conſilium ex Boer. in tract. de au- 11
thor. magni Conſ. in 1. par. cap.1. in hoc differunt, quia concilium dicitur congregatio virorum prudentium ad conſilium exquirendum; conſilium autem dicitur ſententia, ſiue reſponſum à prudentibus illis latum, quod remiſſiuè tetigit Scipio Rouit. hic: hodie tamen communiter ſcribitur, & pronunciatur conſilium, cùm deberet dici concilium. Carolus Tap.

Prag-

Pragmaticas, atque decreta ſacri Conſilij, quæ ad ipſius ſtatum pertinent Illuſtriſ. Dux de Alcala iubet ſeruari. h.A. Tapia.

PRAGMATICA I.

De officio ſacri Conſilij.

PHILIPPVS II.

ETſi quamplura ſunt, quæ Regnorum gubernacula ſuſcipientes pro ſubditorum commodo, pro vigili cura, aſſiduaquè meditatione penſitare, atque perficere ſumma ope, totiſq; viribus niti debent. in nulla tamen re accuratius verſari cõuenit, quàm in iuſtitiæ cultu, à qua tota ferè earum gentium, quæ legibus reguntur, & moribus ſalus pẽdet. Cùm itaque Sacra, Regia, & Catholica Maieſtas Sereniſſimi, & Inuictiſſimi Regis noſtri PHILIPPI ob ſuorum amplitudinem Regnorum, quibus diuina eſt diſpoſitione præpoſitus, in hoc citerioris Siciliæ Regno adeſſe facile nequeat, noſq; vt eius vices gereremus vniuerſæ Regni præfati ditioni præfecerit, ex eo tempore quo huc appulimus huic rei præcipuè omni diligentia inuigilãdum, indefeſſoq; labore inſudandum putauimus, vt omne tempus, ſtudiumq; noſtrum intenderemus ad ea tantum procuranda, quæ vtilitati, ſaluti, tranquillitati, generiq; viuendi optimo, publicis denique, & priuatis commodis Regiorum ſubditorum congruere, & pertinere viderentur, charior tamen, & præ cæteris deſiderabilior, ſemper nobis cordi fuit recta,

celeris,

Digitized by Google

celeris, expedita, incorruptaq; iuſtitię adminiſtratio, quæ proculdubio in Magiſtratuum præſertim maiorum optima conſtitutione, & ordinatione cōſiſtit, inter quos Magiſtratus T ſacrum hoc in Regno, T ſupremumq; in adminiſtranda iuſtitia Concilium à Sereniſſimis T Aragonijs Regibus conſtitutum, ordinatumque reperitur, atque ab his ipſis Regibus, & à Cæſ. Maieſtate feliciſſimæ recordationis, recolendæq; per ſecula memoriæ, eorumq; Viceregibus Pragmaticis iuſtiſsimis, inſtitutiſquè ſanctiſſimis exornatum, ac eiuſdem ſacri Concilij decretis, & ordinationibus, vt temporum, ac emergentium caſuum neceſſitas expoſtulauit, mirificè ſtabilitum. Quæ omnia cum diuerſis temporibus, varijſq; ab auctoribus proceſſerint, nec in vnum congeſta, impreſſa hactenus extiterint, diſtortis, abiectiſquè in cartulis neglecta, tanquam inania deliteſcunt.

Ex quo euenit eorum formulas perpaucis innotuiſſe, eorumquè obſeruationem non ſine maximo iuſtitiæ detrimento, & auctoritatis, præeminentiæquè eiuſdem ſacri Concilij præiudicio deſueuiſſe, quibus occurrere cupientes Pragmaticas iam dictas, ordinationes, & decreta ad Magiſtratum hunc optimè regendum inſtitutas vnà compaginari mādauimus, eaſquè in Regio Collaterali nobis aſſiſtente Concilio diſcuti, & recenſeri, cum quo cunctis à nobis diligenter rimatis, additis, enucleatis, ac his de integro diſpoſitis, quæ additamento, nouaquè diſpoſitione indigere videbantur, quemadmodum ſuis in locis congruè annotandum curauimus, illa in pręſens compendium deducta nomine, & auctoritate ſacræ, & Catholicę Maieſtatis, cuius T vices gerimus, renouamus, T confirmamus, approbamus, & quatenus opus eſt ea omnia, & eorum ſingula denuo ſtatuimus, & ordinamus, ac ſub forma inferius deſcribenda publicari, imprimi, & in tabulis in T valuis dicti ſacri Concilij affigendis deſcribi, atque ab omnibus inuiolabiliter obſeruari volumus, & mandamus, quibuſuis abuſibus abolitis, ac penitus reuocatis. Et vt pręmiſſa quem debent ſortiantur effectū, Illuſtr. T Protonotario, Viceprotonotario, Regij huius ſacri eiuſdem Concilij Præſidenti, Regijs, ac omnibus quibuſcunque ad quos ſpectare viſum fuerit, pręcipimus, & diſtrictè mandamus vt pragmaticas, inſtitutiones, decreta, & cętera in pręinſertis contenta firmiter teneant, atque obſeruent, teneri, & obſeruari faciant, nec contraire, facereue vllo modo permittant, ſi gratiam Regiam charam habent.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T PHilippus. Pulchrum ſanè hoc nomen eſt, & memoria, atque veneratione dignum, cùm primus ex Romanis
1 Imperatoribus qui ſacro fuerit initiatus † baptiſmate Philippus fuerit appellatus, vt teſtatur poſt plures grauiſſimos auctores Illuſtriſs. Cardin. Baronius annalium eccleſiaſt. tom. 2. anno Domini 246. qui etiam Philippum filium Chriſtianum fuiſſe affirmat. Venerabile etiam eſt propter Philippum huius nomi-
2 nis ſecundum † Hiſpaniarum Regem religioſiſſimum, prudentiſſimum, virtute, & robore etiam bellico præſtantiſſimum, cæteriſq; virtutibus omnibus ornatiſſimum, qui poſt plurima egregiè peracta animam Creatori reſtituit, cùm regnaſſet annis 44. qui ſuarum virtutum, prout & nominis hæredem reliquit Philippum Tertium, nunc feliciſſimè regnantem. de huius tamen nominis excellentia plura ſcripſit Camillus Borrellus
3 † accuratiſſimus ex noſtris Iureconſultis, in lib. de præſtantia Philippi Regis, qui nondum typis eſt traditus.

T *Iuſtitiæ cultus*. Quid autem ſit iuſtitiæ cultus diximus in conſt. cultus iuſtitiæ ſub tit. de cultu Tribunalibus exhibendo; ſicut etiam de his, quæ pertinent ad Regem tam circa iuſtitiā miniſtrandam, quàm circa vaſſallorum commodum plura diximus ſub tit. de legibus in diuerſis capitulis, & aliqua in rub. præcedenti.

4 T *Maieſtas*. Hoc nomen Maieſtatis † ius regale eſt, ideoquè ſolis Regibus competit, quemadmodum de Rege Franciæ loquitur Gulielm. Bened. in c. Raynutius, ver. & vxorem nomine Adelas. deciſ. 2. nu. 74. de teſtam. & de Rege Hiſpaniarum dicit Didac. Perez ad l. 1. tit. 1. lib. 3. ordinat. col. 764. quod multo magis Inuictiſſimo Regi noſtro competit ob Regnorum multitudinem, vt ſcribit Iacob. Mainold. in tractatu de tit. Philippi Reg. Camill. Borrel. loco citato; ac propter religionem, cultumque iuſtitiæ, quem ſeruat, ſeruariq; iubet: propter quod æterni-
5 tatis meretur nomen, quod idem ſignificat † iſtud, quod diximus Maieſtatis, vt tradit idem Didac. Perez loco ſupra citato.

T *Sacrum*. Diximus ſupra in rubr. huius tit. quod in eo præſidebat Rex, qui ſacer dicitur.

T *Supremum*. Hoc verbum multifariam explicat Marc. Ant. Surg. de Neap. illuſtr. lib. 1. c. 47. num. 46. ſed ni fallor ad huius pragm. propoſitum propter verbum quod ſequitur in adminiſtranda iuſtitia, intelligendum eſt ſupremum, ideſt maximum, cùm maxima ſit ſacri Conſilij auctoritas, tùm quia eſt iudex
6 † appellationis omnium cauſarum totius Regni tribunalium, nam præter Regiam Cameram, à qua etiam Afflicti tempore appellabatur ad ſacrum Conſilium, omnium tribunalium audit grauamina, ac etiam curiarum artium ſerici, lanæ, Prothomedici, & Conſultorū Electorum huius fideliſſimæ Ciuitatis, tùm etiam quia de omnibus cauſis, tam ciuilibus, quàm criminalibus, feudalibus, ac etiam ſtatus perſonarum cognoſcit, ſicut etiam poſſet dici, vt intelligit Surg. loco citato, ſupremum, ideſt
vltimum, † quia à ſententijs ſacri Conſilij non appellatur, ſed 7
per ſupplicationem cauſæ reuidentur per idem ſacrū Cōſilium.

T *Aragonijs Regibus*. De quo etiam ſupra diximus in rubr.

T *Vices gerimus*. Hoc enim ſignificat nomen Vicerex, aliàs etiam appellatur Vicarius, de quo And. in c. Imperialem. nu. 12 de prohib. feu. alien. per Feder. vbi format illam ſolemnē quæ-
ſtionem, An Vicarius † ſimpliciter à Rege, vel ab Imperatore 8
cōſtitutus poſſit præſtare aſſenſum ſuper alienationibus rerum feudalium, & concludit in eum omnia tranſire, quæ Princeps ipſe poteſt, ibi, *ſatis videtur, quòd omnia tranſeant*, & ad huius pragmaticæ propoſitum, dum pragmaticas, quæ in deſuetudinem abierant renouat. tradit Mar. Frecc. de ſubfeud. lib. 2 in c.
quis dicatur dux, nu. 35. poſſe Vicarium legem condere † prop- 9
ter auctoritatem conſtituentis, ſicut etiam donare, & alia facere, vt ibi per Marin. Et vltra prædicta, an poſſit omnia, quæ ſuus principalis poſſet, eiſdemque prærogatiuis gaudeat, & in quibus differat à delegato, & quam iuriſdictionem habeat, quiſue poſſit eum conſtituere, tradit eleganter Cagnol. in rub. ff. de off. eius, nu. 97. & 98. & Io. Franc. de Pauin. in tract. de officio, & poteſt. capituli ſede vacante, quæſt. 8. 2. par. nu. 30. tract. tom. 13. par. 2. poſt Bart. & alios in l. 1. ff. de officio eius, ſed de huius noſtri Regni Viceregis poteſtate latè ſcripſit Marc. Ant. Surg. de Neap. illuſtr. lib. 1. cap. 14. & ſeq. vbi gloſando litteras patentes Proregis ſingulas eius poteſtatis partes expreſſit.

T *Confirmamus*. Verbum hoc † nihil iuris tribueret, ſed tan- 10
tùm roboraret, ſeu declararet, cap. cum dilecti, de confir. vtil. vel inutil. c. 1. vbi And. Iſer. Bal. & alij nu. 1. per quos fiat inueſt. ſed quia ſubſequuntur illa verba *de nouo ſtatuimus*, tunc etiam actus nullus, vel reſcindendus per illum validatur, vt not. per Doct. in cap. inter dilectos, per illum tex. de fide inſtrum. & eo
caſu, qui confirmat † dare videtur, l. lege obuenire, ff. de verb. 11
ſignif. notant Doct. in l. more maiorum, ff. de iuriſd. omn. iudic.
ideoq; hæc confirmatio de nouo ius tribuens non poteſt † fie- 12
ri ab eo, qui non habet liberam concedendæ rei facultatem, cap. 1. per quos fiat inueſt. & eo caſu res confirmata ſumit vires à die confirmationis, vt per Bald. in l. falſus in princ. C. de furt.

per tex. in l. Aurelius, §. teſtamento, ff. de liberat. legat. Decius conſ. 125. & 246.

T *Valuit*. Mos fuit antiquiſſimus apud omnes populos leges ſcriptas eo in loco affigere, qui omnibus eſſet apertus, vt in omnium notitia deuenirent, ſic apud Romanos, vt teſtatur Antonius Aug. lib. de legibus, cap. 16.

T *Prothonotario*. Seruat etiam hic prudentiſſimus Prorex antiquum legum conditorum morem, qui edicta ſeruanda direxerunt Præfectis Prætorio, cæteriſq; Prouinciarum Præſidibus, vt habetur in toto libro Codicis, ſic etiam hic Prothonotario
13 dirigitur ad cuius † officium pertinet (vt ait Marin. Frecc. lib. 1. de ſubfeu. in c. de officio Prothonotarij) omnes petitiones recipere. & in his, quæ ſunt de iuſtitia, vel forma communi, & ad officium ſuum ſpectant, fieri facere litteras, & alia de quibus ibi per Marinum, quod officium recipiendi ſupplicationes per Præſidentem ſacri Conſilij exercetur, ideoq; ſolitum ſemper
14 fuit † officium Viceprothonotarij, quod de examinãdis, creandiſq; notarijs agit, per ſacri Cõſilij Præſidentem exerceri, licèt aliquando penes aliquem ex Regentibus fuerit, vt meo tem-
15 pore vidi illud exerceri per Anibalem † Moles virum integerrimum Regiam Cancellariam Regentem, dum officium Præſidentis ſacri Conſilij exerceret vir eloquentiſſimus, pariterq;
doctiſſimus Hieronymus † Olzignanus, ob ſuſpenſionem ma- 16
gni illius Præſidentis Antonij Orificij, virtute, & aſpectu honorabilis. Officium autem Prothonotarij quoad titulum, ſalarium, & partem emolumentorum ſolet Rex concedere alicui ex magnatibus, prout nunc habet illud Illuſtriſſimus, atque Ex-
cellentiſſimus Ioan. Andreas ab Auria † Princeps Melfi, qui in 17
re nauali ita ſemper egregiè ſe geſſit, vt ipſum prudentiſſimus ille Philippus II. mari vniuerſo præfecerit, & inter ſupremos ſtatus Conſiliarios collocauerit.

T *D. Perafan*. Hic fuit Alcalanorum Dux, & huius Regni
† Prorex multis annis, eaquè prudentia, integritate, ac ſeue- 18
ritate Regnum gubernauit, vt quemadmodum ſucceſſoribus regendi exemplum, ita & populis ſui deſiderium reliquerit, ex quo omnibus Proregibus iniungitur vt eius ſequantur veſtigia, quod ſi faciant, apud Deum; & homines maximam conſequentur laudem, & faxit Deus, cui ſit honor, & gloria, & præcipuè in hoc ſanctiſſimæ Epiphaniæ die, quo huius ſacri Concilij pragmaticis exponendis principium dedi. (Carol. Tap.

Conſiliarij quales, & quanti eſſe debeant h. d. Tap.

PRAGMATICA II.

De off. ſac. Conſ.

REX FERDIN. I.

VEteres illi Sapientes, qui T primitus homines per montes, ſyluaſq; vagos, ac ferarum more viuentes, T intra vrbes viuere docuerunt, exiſtimantes hominum coniunctionẽ durare diù nequaquam poſſe, ſi pro animi libidine viuere cuique, & communes ad ſe rapere vtilitates liceret, leges cõdiderunt, quibus pœnæ metu ab iniuria inferenda ſceleſti homines cohiberentur, & boni tuto calle iter facientes, tranquillè viuere, atq; ſuis vti rebus liberè poſſint, vnde maxima hominum generi vtilitas illata eſt, quorum antea vita ſine legibus; belluarum vitæ eſſet ſimilis. Quamobrem bene inſtituti Reges, qui non ad ſuamet compendia, ſed ad populorum, quos ſub ſceptro haberent, vtilitatem genitos eſſe opinati ſunt, præcipuam omni tempore iuſtitiæ, legumq; curam habuere. idq; vel imprimis ab inclytis Aragonum Regibus prædeceſſoribus noſtris factitatum eſt, qui quamuis multum ab armis ornamenti retulerint, plus tamen decoris, & veræ gloriæ à legum obſeruatione, iuſtitiæquè cultu T aſſecuti ſunt.

Quorum nos, vt ſolio dignè ſucceſſiſſe videamur, nulli rei tantopere curam, menteмq; addiximus, nihil vſque adeo dies, noctesq; ad populorum, quos nobis ſubeſſe voluit Deus, quietẽ animo verſando, quam vt per Vrbes noſtro ſubditas Imperio iuſtitia ametur, vigeat, & colatur, ſine qua T neque ciuitates ſtare longo tempore, neque ſceptra diuturna, ſtabiliaq; eſſe poſſint. Igitur cùm Neapolis Siciliæ Regnum iure quodam legitimo, & hæreditario nobis debitum, noſtræ nuper ditioni reſtitutum ſit, idq; non armis tantùm noſtris, quantùm immortalis Dei beneficio, qui vt omnium iuſtiſſimus eſt, ſic iuſtitiam protegit, iuſtiſq; oculis mortalium res intuetur, exiſtimauimus nihil eſſe nobis vſque adeo cogitandum, atque omni prouidendum cura, quam vt eo in Regno, quod nobis diuina iuſtitia reintegratum eſt, nulla in parte iuſtitia ipſa titubet, aut greſſu ciuitates inualido peruagentur. Quamobrem, ne à cultu Iuſtitiæ deſiſtamus, cui ſtabilem in omnibus quibus imperamus, terris ſedem conſtituere geſtimus ad tranquillam noſtrorum Regni Siciliæ ſubditorum quietem, ac illius honorem, gloriamq; qui cœleſti ac potẽti manu Regum corda complexa fouet, eiſq; rectè agendi mentem inſpirat, ſanctiones, atque ordinationes inferius ſcriptas ſtatuimus, quas inuiolabiliter edicti noſtri ac decreti immobilis munimine, roboreq; firmiter ſeruari volumus, atque mandamus pro lege in noſtro Siciliæ Regno perpetuò valituras.

Quoniam verò prius quàm de ſanctionibus, ordinationibuſq; huiuſmodi agatur T Sacri Concilij, quo iuſtitia foueatur, & vt illa ſeruetur rationem haberi oportet, ante omnia de ipſius Concilij ordinatione, ſede, auctoritate, iuriſdictione, præeminentia, ac poteſtate, quid ſtatuamus declarandum eſt.

Igitur ſacrum eodem in Regno, ſupremumquè Concilium ordinauimus, cui ſedem, locumquè in Vrbe Neap. & Regni Vrbium omniũ, ſuprema, ac T Metropoli conſtituimus, vbi T præſidebit vnus, cum quo T Conſiliarij T nouem ius dicent, viri iuris inſignibus decorati, docti, graues, ſeueri, inſontes, mites, iuſti, faciles, leneſquè, qui in iudicijs exercendis non precibus, non pretio, non amicitia, non odio, non denique vlla re corrumpãtur, aut ab æqui, rectiq; deijciantur ſede, iuſtitiamq; amplectentes, diuina formidantes iudicia, quorum quilibet hac formula in manibus Præſidentis ſanctiſſimè iurare habeat, ſcilicet ſe neque per ſeipſum, neque per alium, pro huiuſmodi officio aſſequendo pecuniam, vel rem æquipollentem neq; aliud quicquam cuique dediſſe, pollicitumue eſſe, neque vllo modo vt ſibi ad id eſſet auxilio quenquam habuiſſe, cuius iuramentum, vel ſi minima parte falſum eſſe comperiretur, ipſum ad officium non admitti, vel ſi admiſſus fuerit, protinus amoueri, repelliq; mandamus, ac noſtro arbitrio mulctandum reſeruamus. (Hucuſque Regis Ferdinandi conſtitutio.)

Nunc verò, cùm negociorum copia magnopere excreuit, duodenarius Conſiliorum numerus factus eſt, atque ex eo numero biennio quolibet per nos duo eligũtur Iudices criminales Magnæ Curiæ Vicariæ, reliquis decem pariter in duabus aulis diſtributis, ſecundùm nouellas ſanctiones, quæ modò ſeruantur,

ſeruantur, & in poſterum, donec aliter per Regiam Maieſtatem fuerit prouiſum ſeruabuntur, aularum prædictarum mutatione bimeſtri quolibet facienda, ſecundùm Regiam ordinationem infraſcriptam, iuramentum verò ſecundùm formam hic traditam omninò in poſterum à Conſiliarijs per Præſidentem exigatur, licèt in præteritum (vt audiuimus) non fuerit obſeruatum.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 T *Primitus*. Quis primum ciuitates † conſtruxerit Diuus Auguſtinus de Ciuit. Dei lib. 15. c. 8. tradit fuiſſe Caym,
2 ex Geneſ. cap. 4. ſic & primũ qui leges populis dederit † fuiſſe Moyſen tradit Polidor. Verg. de inuent. rerum lib. 2. cap. 1. qui alios recenſet legumlatores, quod ſanè intelligendum eſt de legibus formiter traditis, non quòd prius abſque lege (quæ certa viuendi forma eſt, quæq; bonos præmijs, malos pœnis afficit, vt ſuperius tit. de legibus plenè definiuimus) vixiſſent homines.

3 T *Intra vrbes*. Homines † enim, vt hic Rex noſter tradit, in ſyluis vti feræ habitabant, quod nos docuit Plato in Pythagora his verbis, *Homines ab initio ſparſim vagabantur, habitabantque, nam vrbes nondum conſtruxerant, ergo à feris cùm imbecilliores eſſent, paſſim laniabantur, ciuilis enim peritia, cuius pars quæ dam eſt rei militaris expertes erant; artium autem facultas ad vitam comparandam ſufficiens erat, ad pugnam verò contra beſtias truculentas minimè, vt igitur ſe aduerſus eam peſtem munirent ſtructis vrbibus congregati ſunt*. Quod pluribus grauiſſimorum Auctorum doctrinis comprobat Simane. lib. 1. de republ. c. 3. reliqua verò, quæ huius prag. principium exornare poſſent tradidimus in tit. de legibus, alijsq; locis ſuperius commentatis.

4 T *Aſſecuti ſunt*. Probant hæc verba maiorem † ſplendorem conſequi homines, & maximè Reges ex legum obſeruatione, & iuſtitiæ exercitio, quàm ex armis: quod facit ad quæſtionem, An præſtantior ſit legalis diſciplina, quàm militaris, de quo, deq; eius primæua introductione præter Alex. & alios in l. centurio. ff. de vulg. & pupill. late ſcribit Conrad. in templo omn. iudic. tit. de Imperat. §. 1. quæſt. 1. & 2. fol. 5.

T *Neque ſtare longo tempore*. Nam vt ait Ariſt. Rhet. lib. 1. c. 4.
5 *Salus ciuitatis in legibus ſita † eſt* & Dionyſ. Halicar. lib. 2. inquit, *Libertas auferitur, ablato iure, ac legibus, nam ex quacunque ciuitate ſiunt, legeſq; exulant, in eam ſeditio, bellumq; ſolent ingruere*. & pulchra ad id tradit Simane. de republ. lib. 4. c. 3.

T *Sacri Concilij*. Optimè ſe geſſit circa hoc Rex noſter, cùm
6 fruſtra eſſet leges condere, † ſi deeſſet qui illarum obſeruationi incumberet, hi ſunt optimi magiſtratus, quod plenius declarauimus tam in ſupra citato titulo de legibus, quàm etiam in 5. rub. huius 2. libri.

T *Metropoli*. Iuxta autem rationem debet ſacrum Conſilium
7 in metropoli reſidere, † in qua magnates etiam reſident, vt iuſtitiæ miniſtratæ exemplum tãquam riuuli à flumine ſuſcipiant cæteræ vrbes, & ciuitates; quod etiam diximus ſupra in 1. rub. huius libri, vbi declarauimus conditiones, quas debet habere magiſtratus, & præcipuè primarius tum ante ſuſceptum officium, vt ad illud eligatur; tum etiam poſtquàm illud fuerit adeptus.

T *Præſidebit vnus*. Multitudo enim Principatus mala, vnus ergo Princeps debet eſſe, vt habetur per Diuum Thomam de regim. Princ. cap. 2. Præſidebat autem, vt explicuimus in huius tit. rubr. in hoc ſacro Conſilio Rex ab ipſius inſtitutione. cùm igitur negociorum eſſet multitudine oppreſſus præpoſitus fuit
8 Alphonſus Borgia † Archiepiſcopus Valentinus, qui ad Cardinalatus dignitatem, & demum ad ſummum Pontificatum fuit euectus, & Caliſtus nuncupatus anno 1455. vt teſtatur Marin. Freccia lib. 2. de ſubfeud. in tit. de antiq. ſtatu Regni nu. 38. f. 67. Huic ſucceſſit D. Ioannes Aragonia Cardinalis, Regis Ferdinandi filius, qui tamen non titulo Præſidentis, ſed Locumtenentis fuit decoratus, ſacrum Conſilium in eius domibus, quas apud Eccleſiam Montiſuirginis habebat, congregabat. Tertius fuit Ferdinandus Aragonius Dux Montis alti. Quartus, & hic Præſidentis nomine decoratus fuit Orlandus Rogerij de Pallas Patriarcha Alexandrinus, & Epiſcopus Vigilienſis, hic etiam in eius domibus ſacrum regebat Conſilium, quas habebat prope Eccleſiam S. Ioannis Maioris. Quintus fuit Oliuerius Carrafa Neapolitanus Antiſtes, & hic etiam fuit Viceprothonotarius, hunc ad Cardinalatus apicem aſſumptum, officium dimiſiſſe traditur: & poſt illum aſſumptus eſt Lucas Tozzolus peritiſſimus Iureconſultus Romanus, cuius etiam meminit Freccia in 1. lib. de ſubfeu. tit. de off. Logothet. & Prothonot. nu. 22. & fuit Præſidens, & Viceprothonotarius. Septimus fuit Ant. de Alexand. vir omni eruditione plenus, qui multa notabiliter ſcripſit, hic fuit Viceprothonotarius, & ſacro Conſilio præpoſitus, non tamen Præſidentis nomen obtinuit. Octauus fuit Andreas Mariconda Viceprothonotarius, & officium Præſidentis exercens, abſque titulo. Nonus fuit Antonius de Ianuario primo Viceprothonotarius creatus à Rege Ferdinãdo Catholico, à Magno demum Capitaneo eiectis Gallis, Præſidentis nomine, & officio cohoneſtatus vir equidem peritiſſimus. Succeſſit & huic Ciechus Loffredus vir etiam doctiſſimus à V. Carolo Imper. electus in Præſidentem, & Viceprothonotarium, de quo Grammat. deciſ. 69. poſt num. 4. & fuit decimus. Vndecimus Præſidens ſacri Conſ. fuit electus Hieronymus Seuerinus Patritius Neapolitanus, qui etiam poſtquàm Hieronymus de Colle Regens Hiſpaniam profectus eſt Viceprothonotarius fuit creatus. Duodecimus hunc ſupremum locum obtinuit Alphonſus Santiglianus Hiſpanus ob renunciationem Hieronymi Seuerini, qui retinuit officium Viceprothonotarij. Decimuſtertius adeptus eſt hanc Præſidis dignitatem Thomas Anellus Salernitanus ex gremio Præſidentium Regiæ Cameræ Summariæ, qui tamen Viceprothonotarij officium non obtinuit donec vixit peritiſſimus ille Regens Villanus, qui eo fuerat potitus, poſtea verò ad Regiam Cancellariam regendam prædictus Thomas Salernitanus fuit aſſumptus, & electus fuit in Præſidẽ Ioannes Andreas de Curte Regius Conſiliarius, vir doctrina, & ingenio præclarus, pluribus relictis filijs doctrina, ingenio, & virtute probatis. Poſt huius obitum ex eodem met ſac. Conſ. in Præſidentem fuit electus Antonius Orificius, vir ætate, aſpectu, & moribus venerabilis. Quo deficiẽte, & ad cœlos euocato, ſucceſſit Io. Antonius Lanarius † cauſarum patronus celeberrimus Regius Conſiliarius peritiſſimus, 9
ob cuius peritiam in ſummum Italiæ Senatum apud Inuictiſſimum Regem aſſumptus, & ab eo ad præſidendũ in ſacro Conſilio cum Viceprothonotarij officio honorificè cum titulo Comitatus Sacci dimiſſus, Ianuæ vitam cum morte commutauit: propter quod decimusſextus Præſidens fuit creatus Vincẽtius de Franchis, qui ex Regio Conſ. ad ſupremum Italiæ † in Hiſpania Senatũ electus, antequàm hinc diſcederet, Præſidens & 10
Viceprothonotarius fuit declaratus, vir omnium conſenſu doctrina, & ingenio celeberrimus, ab omnibus collacrymatus deceſſit, qui ab omnibus vt pater venerabatur, magnum ſuæ probitatis teſtimonium relinquens, qui per multos dies ſe moriturum agnoſcens, maxima cum animi quiete de cœleſtibus agẽs, ſanctè, ac intrepidè deceſſit, plurimos relinquens filios probitate, ingenio, atque doctrina claros. Quo decedente, in eius locum fuit electus Fuluius † Conſtantius Neap. Patritius dum 11
in ſupremo Italiæ Senatu apud Regem noſtrum Regentis munere fungeretur, ob eius eximiam virtutem, prudentiam, atq; doctrinam, qui tamen antequam ad nos adueniret inter Regiæ Cancellariam Regentes fuit cooptatus, quartum locum ab iſta Ciuitate petitum obtinuit. Poſt eum ad hanc dignitatem fuit aſſumptus, D. Petrus † de Vera ab Aragonia ſacri noſtri Conſi- 12
lij Decanus ob eius in gerendis negocijs dexteritatem, ſingularem prudentiam, & legalis diſciplinæ ſcientiam, quibus omnibus virtutibus nunc in optimo Præſide gerendo ornatum ſe nobis oſtendit.

Habemus etiam ex præallegato proceſſu inter Ciecum Loffredum, & Ducem Caſtrouillarum fuiſſe alios quatuor, qui in huius ſacri Conſilij inſtitutione præfuerint, quos, quia Præſidentes non fuerunt; Præſidentium loco nominare nobis non eſt viſum, cùm potius Regis aſſiſtentes, quàm præſidentes fuerint; Hi fuerunt, Dux Aſculi ex nobiliſſima Vrſinorum familia, qui primus Regi Alphonſo aſtitit, Franciſcus Carrafa, ex quo Duces Andriæ deſcendunt, Ferdinandus Regis Alphonſi filius, & Honoratus Gaetanus fundorum Comes; qui tamen omnes ſupplicationibus legendis præfecti fuerunt.

T *Conſiliary*. Hoc nomen antiquiſſimum eſt, & apud Imperatores,

Digitized by Google

ratores, & præfectos prætorios vſitatum, auth. quæ ſupplicatio C. de precib. Imp. offer.

Nouem. Creuit tamen Conſiliariorum numerus prout hic ſubditur prius vſque ad numerum denarium, qui in duabus aulis reſidentes ob negociorum expeditionem, vt in ſeq. prag. ſubditur, ius dicerent, idque fuit anno 1534. poſtmodum verò collocati fuerunt in tribus aulis, & auctus numerus aliorũ duorum, & hoc fuit anno 1568. poſtmodum additi fuerunt alij tres: tandẽ anno Dñi 1600. additi fuerũt alij quinque Conſiliarij in quarta aula, & ſic quinque in qualibet aula, & duo in M.C.V. quorũ nomina oĩum qui nũc viuũt hic deſcribere volui † iuxta eorum antiquitatẽ in S.C. & hi ſunt Domini D. Petrus de Vera ab Aragonia Præſidens, Io. Thomas Salamãca Hiſpanus Decanus, Nicolaus Antonius Gizzarellus, Octauianus Cæſar, D. Io. Sances de Luna, Scipio de Curte, Io. de Meſtanza Hiſpanus, Iulius de Palermo, Io. Thomas Veſpulus, D. Frãciſcus Bernaldo à Quiros Hiſpanus, Marcus Antonius de Ponte, Fabius Riccardus, Felix de Ianuario, Ego, Fabius de Anna, Alphonſus Arevalo Sedegno Hiſpanus, Cæſar Freccia, Iacobus de Franchis, Ioannes Ruiz de Valdiuieſſo Hiſpanus, Ioan. Baptiſta de Leonardis, & D. Aloyſius Xaraua del Caſtillo, & Franciſcus de Valçarcel Hiſpani. Carol. Tap.

Deſtinantur duæ aulæ pro cauſis decidendis, & pro qualibet quatuor adſint Conſiliarij vltra Præſidentem. h. d. Tapia.

EX PRAGMATICA XLI.

De offic. ſacri Conſ.

CAROLVS, &c.

NVper à Cæſarea Maieſtate emanauit quędam Pragmatica, ſeu ſanctio tenoris ſequentis, videlicet CAROLVS, &c. Ex animo ſemper optauimus, & quotidie ſtudemus cũctos populos, quos noſtrum regit Imperium, & præcipuè iſtius pręfatæ Siciliæ Regniculos in pace, & amœnitate, bono ordine, optimaq; iuſtitiæ adminiſtratione conſeruare, & quanto fieri poſſit à damnis, & bonorum iacturis, quæ ex varijs litium anfractibus paſſim oriri ſolent benignius ſubleuare. Quo fit vt cùm negocia quæ in noſtro ſacro Concilio Sanctæ Claræ, quæ in fideliſſima Ciuitate noſtra Neapolis celebrantur, tanta ſemper fuerint, ſintq; nunc, vt ex magno totius Regni ad huiuſmodi Tribunal concurſu, Præſidens, cæteriq; Conſiliarij illius, qui in vnica tantummodo aula hactenus congregari cõſueuerunt ad deciſiones cauſarum, vix ſufficiant, & propterea partes ex dilationibus damna ſæpe pati cogantur, nos, quibus eſt imminens de populis cura peruigilis, de his maximè quæ bonum publicum, & ſtatum illorum tranquillum concernunt, quorum maior pars in recta iuſtitiæ adminiſtratione conſiſtit, decernimus aliqua circa illius cultum edere, & ſancire, pręcipuè circa perſonas publicas, quod ſuum eſt vnicuiq; tribuentes, à quibus aut iniuſta, aut æqua negociorum deciſio, & plana Prouinciæ gubernatio ſcaturit, ſatis ſuperq; pro certo habentes hoc ſalubri medicamine iuſtitiam breui tempore incolumitatem aſſecuturam. Quamobrem, matura Sacri Concilij præcedente deliberatione, decernimus, & ordinamus, prout ſerie cum præſenti de certa ſcientia, Regiaquè auctoritate noſtra, & conſultò decernimus, vt de cætero Tribunal huiuſmodi Concilij Sanctæ Claræ in duas aulas diuiſum, & diſtinctum eſſe debeat, & cenſeatur, in quarum vtraque quatuor optimi Doctores præter Præſidentes, qui ambobus, videlicet earum vtrique ſingulis diebus prout negociorum moles, reiquè exigentia, & breuior iuſtitiæ expeditio poſtulabit, ſibiquè videbitur, intereſſe debeant, exiſtant, & reſideant.

In pragmatica præcedenti in ver. Nouem, dictum eſt quot aulæ, & Conſiliarij ſunt hodie in ſacro Conſ.

Singulis duobus menſibus Conſiliarij mutent aulas. h. d. Tap.

EX PRAGMATICA II.

De off. ſac. Conſ.

CAROLVS, &c.

§. MAgnifico Preſidente, & Viceprotonotario, & Regij Conſiglieri del ſacro Regio Conſeglio di Santa Chiara hauendo viſta la retroſcritta liſta, vogliamo, vi diciamo, & ordiniamo, che conforme à queſta liſta teniate il Conſeglio nelle due Sale, e che li Conſeglieri debbiano mutar la ſala da due meſi in due meſi, che tale è la noſtra volontà, & intentione, e coſi ſi eſſeguiſca, e non altramente: la preſente ſi conſerui nel ſacro Conſeglio, acciò che ſempre ſe biſogna ſi ſappia, e poſſa vedere queſt'ordine, & oſſeruarſi inuiolabilmente, dandone notitia à tutti li retroſcritti Conſiglieri, Maſtrod'atti, & Portieri, acciò che per neſſun di loro ſi poſſa allegare ignoranza. Datum in Caſtello nouo Neap. die 26. Iunij. 1534. Don Petro de Toledo. Vidit Decolle Reg. Vidit Figueroa Regens. Vidit Loffredus Reg. Martiranus Secretarius.

Conſiliarij ordinatim ſedeant, altero deficiente, ſequens eius locum ingrediatur, ſacrum Conſilium inſufflat ſpiritum vitæ. De cauſis arduis, & feudalibus cognoſcit: appellationes intra 25. vncias omiſſo Magnæ Curiæ medio non admittit: & vbi duæ ſententiæ Magnæ Curiæ conformes fuerint, niſi exequutione facta. h. d. Tapia.

PRAGMATICA III.

De offic. ſac. Conſ.

REX FERD. I.

DEficiente aliquo, vel abſente ex ſacri Concilij Conſiliariorum numero, collegam, qui poſt eum proximè ſedebat, illius ſedendi locum recipit, atque alios gradatim aſcendere volumus, Conſiliarium verò nouiſſimè creatum in nouiſſimo loco recipi ordinamus.

Vt autem ſacri omnibus Concilij noſtri auctoritas innoteſcat, ſcire omnes volumus actorum, proceſſuumq; conualidationes, T in integrũq; reſtitutiones cum temporis propagationibus, quas ſpiritus T inſufflationes in Regno nominãt, à nobis illi conceſſas eſſe, cauſarum præterea omnium quantumuis arduarum, ſiue illæ etiam, Comitatuum, Marchionatuumquè, ſiue Ducatuum, & Principatuum, vel quorumcunque nobilium feudorum extiterint cognitionem eidẽ ſubijcimus, aliorumquè omnium, de quibus cognoſcere ſuperiori tempore conſueuit Magna Curia Vicariæ, niſi tantùm cauſæ

cauſæ eiuſmodi fuerint, in quibus de minori, quàm de viginti quinque vnciarum ſumma agatur, tales etenim cauſas alias ad Curias inferiores cognoſcendas remittimus, à quibus ſi prouocabitur, ſciãt appellationes nõ ſibi prius noſtrum ad Concilium appellationem deferre permitti, quàm ad Vicariæ forum appellauerint, vt minoribus à Curijs T gradatim ad noſtrum ſacrum Concilium perueniant. Quod ſi eiſdem in cauſis, duæ T cõformes ſententiæ in totum, vel in partem promulgatæ fuerint, vel vnum laudum ſi fortè cõpromiſſum factum fuerit, & vna ſententia, vt ſupra, conformes extiterint, quatenus conformes fuerint, nonniſi executione facta, ac de reſtituendo in ſuccumbentiæ caſu cautione pręſtita ad Sacrum Concilium appellari.

Don Peraſani Ducis de Alcala Viceregis ſuper prædictis noua prouiſio.

NOs autem in primis cauſis nedum quantitatis hic deſcriptæ, ſed quarumcunq; ſeruari mandamus Pragmaticam per eundem Sereniſſimum Regem Ferdinandum, editam in Ciuitate Puteolorum primo Ianuarij. 1488. Inter alias iam impreſſam, vt illæ non extrahantur à diſtrictu incolatus Conuentorum, ijs exceptis, quarum cognitio ex priuilegio perſonarum, rerum, cauſarum, ſiue alio, ſpectat ad dictum ſacrum Concilium, cuius priuilegij qualitas omninò exprimatur in ſupplicationibus, aliàs nullatenus committantur, in hac verò Ciuitate Neap. & eius diſtrictu, primæ cauſæ ad ſummam vſque ducatorum ſexaginta committantur Magnæ Curiæ Vicariæ, in cauſis verò appellationum infra ſummam vnciarum 25. hic expreſſa, ſeruetur omninò præcedens diſpoſitio in præteritum malè obſeruata.

In alijs autem vltra ſummam prędictam ꝙ in ſequenti ordinatione eſt diſpoſitum, ſeruandum erit. Quod verò hic ſancitum eſt de executione ſentẽtiarum Iudicum inferiorum confirmatarum per Magnam Curiam, infra prænarratam ſummam vnciarum 25. fortiori ratione declaramus, ſeruandum in duabus ab eadem Magna Curia ſententijs, infra dictam ſummam conformiter latis. Statuentes de nouo, quòd ſententiæ in poſterum proferende per ipſam Magnam Curiam in primis cauſis ciuilibus à ducatis centumquinquaginta infra, cùm ibi adſiſtant tres Iudices, quos pro poſſe conabimur, doctrina, & experientia idoneos, deputare, mandentur executioni, cum cautione de reſtituendo in caſu retractationis, non obſtante appellatione forte interponenda, quę committatur cum clauſula facta prius executione, vel circa prįudicium executionis dictę ſententiæ à qua appęllatur.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HÆc pragmat. ſeruatur hodie in ſacro Conſ. ſedent enim
Conſiliarij vnuſquiſq; prout prius ad ſacrum Conſilium
1 fuit aſſumptus à dextris, & † à ſiniſtris Præſidis; à dextris enim
ſedet Decanus, & à ſiniſtris alius, qui eum ſequitur antiquior
Conſiliarius, & ſic alij quando totum S.C. vnitur: quando verò
per aulas diuiduntur, ſedet antiquior, qui caput aulæ dicitur,
& in ea præſidet ad dexteram, & alius, qui in ea aula eſt antiquior
ad ſiniſtram, deficiente verò ob infirmitatem, vel aliud
temporale impedimentum antiquiore, non vidi eius locum ab
alio occupari, quando per paucos dies fuit abſens: ſed vbi congregantur
Conſiliarij in aliqua aula, licèt ex diuerſis non interuenientibus
antiquioribus, quos (vt dixi) aularum capita vocamus,
vidi eius loca ab alijs antiquioribus occupari. Hic autem
mos iure communi eſt inſtitutus ex l. 2. C. de præfect. prætor.
lib. 12. ad quod faciunt dicta per Tiraq. in tract. de iure primogen.
in præfatio. num. 145. & ſeq.
T *In integrum reſtitutiones*. Hoc non eſt ſpeciale in ſac. Conſ.
2 cùm omnibus Magiſtratibus, qui habent † merum imperium
permiſſum ſit in integrum reſtitutionem dare, vt inquit Vlpianus
in l. in cauſæ, la ſeconda. §. fin. iuncta glo. in verbo magiſtratus,
ff. de minoribus, in quo tex. & in ſequentibus traditur,
qui poſſint in integrum reſtitutionem dare, & in l. minor.
§. ſi autem. dicitur aduerſus Principis ſententiam perraro
ſolitum eſſe in integrum reſtituere, & aduerſus ſententiam la-
3 tam † à delegato à Principe, non alium, quàm ipſum Principem
in integrum reſtituere.
4 T *Inſufflationes*. Hæc inſufflatio dicitur † in integrum aduerſus
lapſum inſtantiæ reſtitutio, & meritò inſufflatio ſpiritus vitæ
dicitur, nam cùm iudicij vita, ſi ciuilis ſit, triennio præſcribatur,
vt ſtatutum eſt in l. properandum, C. de iudic. quo elapſo
tẽpore perempta dicitur, nec poteſt reuiuiſcere, niſi Princeps,
qui Dei vices gerit in terris, vt ſupra diximus in cõſt. poſt mũdi
machinam, ſpiritum vitæ inſufflet; quæ verba deſumpta ſunt
ex lib. Geneſ. c. 2. cùm creato homine ex limo terræ ſpiritum
5 Deus inſufflauit. Hæc autem † inſufflatio à Principe tantùm
impetrari poteſt, vt tradit Paris de Puteo in tract. de ſyndicatu,
in verb. ſententia, in c. reſtat vnum aliud. debet tamen fieri
ex cauſa abſentiæ, peſtis, aut alterius iuſti impedimenti, poteſt
tamen fieri etiam quando dolo aduerſarij perijt, vt idem Paris
cit. loco nu. 6. tradit poſt Cyn. in l. ſi cum ipſe, de excuſat. tut.
Hoc autem † caſu debet fieri inſufflatio refectis expenſis parti 6
aduerſæ: Et intantum hoc etiam verum, vt ſi per ſacrum Conſilium
eſſet facta inſufflatio ſpiritus, poſſet pars replicare non
eſſe audiendam aliam partem niſi refectis expenſis, vt tradit
Maran. in ſuo ſpec. 5. par. num. 24. & 25.
Colligimus ex huius prag. tex. ſacrum Conſ. inſufflare ſpiritum
vitæ omnibus cauſis, quæ agitantur in omnibus Regni curijs:
ſed difficultas erat, an id procederet in ſac. Conſ. quia cùm
fit conciſtorium † Principis, non perit inſtãtia, ſecundùm Bal. 7
in conſ. 217. in col. fin. 3. vol. & Rebuff. ad conſt. Franciæ, tract.
de appell. art. 120. glo. Vnica, qui dicit introducta cauſa in parlamento,
non currere amplius inſtantiam, ſed veritas eſt in cõtrarium,
quia etiam in ſac. Conſ. currit inſtantia, & per conſequens
inſufflatur ſpiritus vitæ, vt tradit Affl. deciſ. 283. & licèt
Maranta dicta 5. parte, nu. 13. videatur contrarium affirmare,
Ego tamen vidi ſeruari, quòd Afflict. dicit, & ſpiritum vitæ per
S. C. Præſidem inſufflari: hoc tamen eſt verum quòd ſi fuerit
lata ſententia per ſacrum Conſ. perempta inſtantia, † non 8
propter hoc annullatur, vt tradit Affl. d. deciſ. 283. & in cauſa
Illuſtris Ducis Nuceriæ cum Illuſtri Marchione Fuſcaldi, cùm
fuiſſent propoſitæ pro parte Illuſtris Ducis aliquæ nullitates,
quorum erat præcipua peremptio inſtãtiæ, fuit idem deciſum
per rationem de qua in d. deciſ. Affl. & fuerunt habiti pro veris
duo articuli, primus, quòd in S.C. perit inſtantia, ſecundus,
quòd non pro hoc annullatur ſententia inſtantia perempta.
de quo vide aliqua in conſt. Omnes Baiuli, ſub tit. de iudicijs.
T *Gradatim*. Iuxta diſpoſita per Imp. in l. præcipimus, C. de
appellat. & in l. Imperatores ff. eod. ad quod faciunt quæ latè
dixerunt Spec. in tit. de appellat. § nunc videamus, & Maran.
6. par. de appell. num. 285. vbi ponit regulam cum fallentijs, in
Regno † tamen licet appellare ad S.C. omiſſo medio in cauſis 9
vltra vigintiquinque vncias, vt in hac prag. Hoc tamen intelligendum
eſt, vt non præiudicet Baronibus, qui habent cognitionem
primarum, & ſecundarum cauſarum, nam appellari
† non poteſt omiſſo medio, & propterea in dies ſacrum Col- 10
laterale Conſilium mandat expediri prouiſiones Regijs Audientijs,
& alijs tribunalibus ſuperioribus, ne appellationes
vaſſallorum admittant: ſed ad Iudices ab ipſis conſtitutos in
ſecundis, & tertijs cauſis remittant, & ita ſeruamus in ſacro
Conſilio, quoties enim Barones petunt cauſæ remiſſionem,
ad eos

Digitized by Google

EX DICTA PRAGM. XLI.

De offic. Sacr. Conſil.

C A R O L V S &c.

5 PRo diſcuſſione, & deciſione cauſarum magnæ importantiæ, in quibus omnes Conſiliarios congregari, noſtro vel alterius qui pro tempore fuerit Vice Regis, ſeu Præſidentis arbitrio, hic remiſſum eſt fuerunt hactenus aſſignati dies Mercurij, & Sabbati cuiuslibet hebdomadæ, in quibus congregatio prædicta fieri conſueuit: Deinceps autem illam diebus iuridicis Martis, & Veneris ex cauſis nobis rationaliter viſis, & in Regio Collaterali nobis adſiſtente Concilio mature diſcuſis, fieri præcipimus.

Vnlo Aularum non poteſt peti poſt dies quindecim à die citationis ad dicendum poſt concluſionem.

PRAGMATICA LXIIII.

De offic. S.C. nouiter impreſſi.

P H I L I P P V S R E X &c.

DOn Ioannes de Zunica, &c. Eſſendo peruenuto à uoſtra notitia, che molte volte nel Sacro Regio Cõſiglio de Capuana ſe ritardano l'eſpeditioni delle cauſe per le ſuppliche, & memoriali che danno ſe parti, che deſiderano impedirle, nelle quali ſupplicano che la cauſa ſe ſpediſca in doi rote, ò in virtù del Capitolo conceſſo à queſta fideliſsima Città, quando la cauſa della reclamatione, eccede ducati dui millia, ò per altra cauſa dependente de arbitrio noſtro, ò del Magnifico, & Circumſpetto Preſidente del Conſiglio nella prima inſtantia. Volendo ouuiare à queſte calumnie per il beneficio publico, e buona adminiſtratione della giuſtitia con parere del Regio Collaterale Conſiglio appreſſo di noi aſsiſtente con la preſente pragmatica omni tempore valitura, ſtatuimo, & ordiniamo che in tutte le cauſe, etiandio d'vniuerſità, pupilli, Eccleſie, & altre perſone priuilegiate, quando la parte deſidera, ò per giuſtitia, ò per gratia che ſi termine la cauſa in due rote, debbia ſupplicarlo, & farne inſtantia infra lo termine de giorni quindici numerandi, dal dì che ſarà citato in la cauſa ad dicendum, dopoi fatta la concluſione, & elapſo detto tempo non ſe admetta, ne ſuppliche, ne memoriali, ne quali s'intendano fatte le decretationi con queſta conditione, pur che poi infra detto tempo, eccetto ſe eſpreſſamente ſi diſpenſaſſe per noi alla preſente pragmatica, & per quella rota, doue pende la cauſa ſi poſſa, & debbia procedere alla eſpeditione, conforme à giuſtitia non obſtante dette ſuppliche, & memoriali, & che contra la preſente non ſe admetta reſtitutione in integrum; in beneficio di perſone priuilegiate. Et coſi volemo, che ſi debbia oſſeruare, & non altrimenti, che per tal'effetto hauemo ordinato farſi la preſente pragmatica predetta, & affigerſi in valuis nel tribunale del detto Sacro Conſiglio.

Datum Neap. die 22. menſis Aprilis. 1578.

El Conde de Miranda.

Vidit Moles Regens. Vidit Lanarius Proregens.
Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus generalis mandauit mihi Dominico de Torres pro Secretario. In pragmaticarum primo. fol. 56.

A ſententijs tribunalium Regni poteſt appellari ad M. Curiam, & in cauſis vltra xxv. vncias gradatim appelletur.

PRAMATICA IIII.

De offic. Sacr. Conſil.

F E R D I N A N D. I.

AD ſubditorum noſtrorum releuamen, ne ſumptibus, laboribusq; ac longis itineribus fatigentur, ſi à ſententiis quæ in Regni tribunalibus proferentur, proclamare, & appellationes proſequi voluerint, decernimus, haud neceſſe eſſe ad Maieſtatem noſtram immediate recurrere, ſed ad Sacrum Concilium per nos Neap. deputatum deferre appellationem ſatis eſſe, facultate ad Magnam Vicariæ Curiam, & alias inferiores curias appellandi integre ſeruata, vt de iure atque Regni conſuetudine hactenus ſolitum eſt: Ita tamen vt in cauſis à 25. vnciis, vt prædictum eſt gradatim appelletur.

Sententiæ, & decreta S. C. exequutionem paratam habent non obſtante reclamatione, præſtita tamen cautione infra decem dies, & latis duabus ſententijs conformibus imponitur perpetuum ſilentium hoc dicit Tapia.

PRAGMATICA V.

De offic. Sacr. Conſil.

F E R D I N A N D. I.

SEntentias autem, & decreta concilij, & quidquid ab eo ordinatum prouiſumue fuerit, vt à ſupremo emiſſa tribunali executioni mandari edicto perpetuo iubemus, à quibus neque appellari, nec de eorum nullitate dici poſſe concedimus, cautionem tamen prius vt fieri hactenus conſueuit de reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ ſi pro reuiſione fuerit infra decem dies ſupplicatum, præſtari volumus. Ne vero tantæ iuriſdictionis ſententiæ, decreta, ordinationes, prouiſioneſque irritæ ſint atque inanes, Locumtenenti noſtro generali, omnibuſq; Capitaneis, ſtipendiariis militibus noſtris, ac Siciliæ Regni magiſtratibus, vt illarum executioni ſi opus fuerit, fortem, armatamq; manum præſtent imperamus, licere tamen volumus condemnatum intra iuris terminum, per ſupplicationem eodem in concilio contra ſententias proceſſus reuiſionem petere, & à noſtra cancellaria, ſi prius iudicato paruerint ſemper, & ſupplicatione reuiſionis litteras impetrare, Sacro Concil. exhibendas, vbi ante anni decurſum vnius, proceſſum reuideri, atque etiam iterum, ſicut ei iuſtum viſum fuerit, iudicari ordinamus, illis quos merito legitimeque inſtantibus ſuſpectos partibus eſſe nouerit reiectis: Poſtquam vero duæ Sacro à

Concilio conformes ſententiæ promulgatæ fuerint, perpetuum, vt hactenus in Regno obſeruatum eſt ſilentium imponendum eſſe decernimus.

Eorum, quæ hic dicta ſunt Don Perafanni Vice Regis declaratio.

QVæ præſenti ſunt ordinatione ſtatuta omnino ſeruanda iubemus, declarantes illud, ꝙ hic expræſſum eſt de nullitate ſententiæ Sacri Concilij, dici non poſſe ad finem retardandæ executionis procedere, quando nullitas requirit probationem extrinſecam vel aliam indaginem. At quando allegantur nullitates ex eiſdem actis, tunc, prout iuris ratio expoſtulat, & vſu receptum eſt, quouſque diſcutiantur in executione ſuperſedendum. Et in præmiſſo caſu ſi allegans ſuccumberet, quia pronuntiãtur nullitates allegatas aduerſus ſententiam Sacri Concilij non obſtare, pœna in Regia nouella ordinatione contenta plectendus erit, cuius ordinationis tenor talis eſt.

CArolus &c. Quamplurium litigantium querula diſpoſitione, pariterq; Sacri Regij Concilij relatione; præcipimus à certo tempore citra, ex quadam abuſione introductum aduerſus omnes ferè ſententias eiuſdem Sacri Coucilij de nullitate opponi ad impediendum, & protrahendum ipſarum ſententiarum executionem, adeò vt per diuerſas aduocatorum, & procuratorum aſtutias longò plùs in conſecutione executionis poſt ſentẽtiam, quam in ipſa ſententia obtinenda elaboretur. Quo fit vt interdum nonnulli litibus & expenſis fatigati, derelictis cauſis ſuis, iuſtitiam conſequi deſperent. Volentes igitur de optimo iuris remedio prouidere, præſenti ſanctione in perpetuũ valitura, ſancimus, quod, quando contigerit aduerſus ſententias ſeu ſententiã præfati Sacri Concilij per procuratores, ſeu aduocatos, ſeu per ipſas partes principales de nullitate, ſeu nullitatibus calumnioſè, ad differendum executionem opponi, & quas nullitates ſeu nullitatem in iure, aut in facto minime ſubſiſtere compertum fuerit, dum per idem Sacrum Concilium procedendum fore ad executionem abiectis nullitatibus non obſtantibus pronuntiari contigerit, qui de nullitate dixiſſe comperietur, ſententiæ latæ citra mille ducatos duarum vnciarum, ſi vltra mille ducatos, quindecim vnciarum pœnam ſe nouerit incurſurum, & quod pecunia peruenienda à dictis pœnis conuertatur pro ſalario Cappellanorum Miſſas quotidianas celebrantium in eodem Sacro Regio Concilio, & ad ornatum dictæ Capellæ, & veſtimentorum pro celebrandis dictis Miſſis, ac eleemoſinarum ad arbitrium noſtrum, quas quidem pęnas omni, & inuiolabili modo exigi volumus atq; mandamus: Et vt præmiſſa noſtra Regia ſanctio, & pragmatica omni futuro tempore perpetua ſtabilitate vigeat. & nihil detrimẽti patiatur, Mandamus prædictis Regijs officialibus, & ceteris omnibus ad quos ſpectabit, ſpectareq; poterit in futurum, quatenus hanc præſentem noſtram ſanctionem, & pragmaticam, & in ea contenta ad vnguem, & inuiolabiliter obſeruent, & obſeruari faciant, illamq; publicent, & publicari faciant atq; mandent, prout ſolitum eſt & conſuetum, ad hoc vt vnuſquiſq; notitiam habeat, & aliter ignorantia allegari non poſſit, & contrarium non faciant neq; fieri permittant occaſione aliqua, ſiue cauſa, ſi præter iræ & indignationis Regię incurſum, pęnam ducatorum auri mille cupiunt euitare. In quorum fidem preſentes fieri iuſsimus Regio ſigillo impreſſas.

Datum in Caſtro nouo Neap. die 20. menſis Ianuarij 1545.

Don Petro de Toledo.

V. Decolle R. V. Loffredus R. V. Martialis R.

Dominus Vicerex Locumtenes generalis mandauit mihi Bernardino Martirano. in curia 2. fol. 279.

De quibus quidem pęnis in prèmiſſa Regia prouiſione contentis, ac aliis quibuſcumque percipiendis, & exigendis per dictum Sacrum Concilium, ſiue deputandum ab eo, ac de illarum introitu, & exitu per eundem Perceptorem rationẽ reddi in Regia Camera Summarię quolibet ſemeſtri volumus atq; mandamus, abuſu quouis procul pulſo atq; reiecto.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

PRima pars huius pragmaticæ, quæ loquitur de exequtione ſententiæ Sacr. Concil. ortum habuit ex auth. quæ ſupplicatio C. de precib. Imper. offer. ſecunda verò, quæ de imponendo perpetuo ſilentio loquitur, conformat ſe diſpoſitioni tex. l. ſi quis aduerſus. C. eod. tit. Quo ad primam partem concordat lex 6. tit. 25. par. 3. & l. 2. tit. 27. lib. 3. ordinar. & l. 8. tit. 4. lib. 2. & idem ſeruatur in curia parlamenti Delphinatus teſte Guid. Pap. decif. 50. & 420.

Amplia iſtius primæ partis diſpoſitionem, vt exequtioni 1 † demandetur non obſtante reſcripto à Principe impetrato, vt tradit Rebuff. ad conſtit. Gall. tract. de arreſtis art. 109. gloſ. vnica in fin. quod nullius eſſe momenti dixit Guid. Pap. d. decif. 420. imò puniuntur ſecundum illius curiæ conſuetudinem talia reſcripta impetrantes, vt vterq; Gallus citatis locis tradit, & ita ſeruatur in S. Conſ. vt per hanc prag. fuit ſtatutum. vidi tamen peritiſſimum Præſidem Vincentium de Franchis quoties à decretis S. C. ſupplicabatur, & pars allegabat non fuiſſe auditam in aula, & de iuſtitia eius liquebat, ſolitum fuiſſe ſupplicationes accipere, eaſq; cõmiſſario tradere, vt non obſtante decreto partem ſupplicantem audiret

Secundo amplia, quòd non impediatur exequutio per dilationem † quinquennalem ſecundum ſtilum curiæ Delphinatus; 2 de quo Guid. Pap. decif. 97. alias ampliationes vide per Rouitum hic.

Amplia tertium, vt in iuditio finium regundorum † fint fines 3 apponendi non obſtante interpoſita reclamatione, vt deciſum tradit Afflict. decif. 341.

Amplia quarto, vt ſi apponatur exceptio † compenſatio- 4 nis adhuc ſententia mandaretur exequutioni, & in iuditio cõpenſationis procederetur, vt tradit Capyc. decif. 167. &c. Et tandem declara hanc prærogatiuam eſſe conceſſam ſententijs curiæ † Caietanæ vigore ſtatuti dictæ Ciuitatis, ex facultate 5 Regia illi conceſſæ, nam Rex Federicus in anno Conceſſit facultatem Ciuitati Caietæ condendi ſtatuta, inter quæ eſt iſtud, quòd ſententiæ illius curiæ exequutioni dentur, non obſtante appellatione interpoſita, ſecundum, quòd fuit iudicatum, pluries in Sacr. Conſ. & præcipuè relatũ à Præſide Antonio Orificio in cauſa Monialium, & Abatiſſæ Sanctæ Catarinæ de Gaeta cũ Hieronymo Mataſſa die 14. menſis Octobris 1563. & pluries in aula in qua ego reſideo referentibus peritiſſi-

balis,

uiſſimis dominis Nicolao Antonio Gizzarello, & Marco Antonio de Ponte, & die 18. Februarij 1604. ad relationem M. C. idem fuit deciſum in cauſa inter Petrum Antonium, & Benianum Abodiſum penes quartum ciuium de Rogerio.

Limita iſtam pragmaticam non procedere in cauſis criminalibus, nam ſi M. Curia aliquem condemnet, & Sacrum Con-
6 ſilium reuocaret † condemnando in plus, vel minus non demandatur exequutioni ſententia S. C. pendente reclamatione, vt teſtatur Vinc. de Franch. deciſ. 139. & vidi pluries ſeruari, quando damnum eſt irreparabile, & hoc eſt quod tradit etiam in cauſa ciuili Anna alleg. 69. in duobus caſibus, quando vellet vendere feudum, vel quando Caſtrum eſſet peruenendum pœnes aliquem, à quo non poſſet de facili recuperari, vt tradit Bal. in l. ii feriatis ff. de arbitr. Roman. ſin. 677.
7 Secundo non procedere † quando de nullitate dicitur in §. qui ſequitur, & incipit quæ præſenti, quod hodie ſeruamus.
8 Tertio limita non procedere in integrum reſtitutione † poſtulata nam eo caſu impediri exequutionem ſententiæ iuxta tit. C. in integr. reſtit. poſtul. ne quid noui fiat, poſt alios tradit Didac. Couar. pract. quæſt. cap. 23. num. 7. verſ. duodecimo licet, Rota Bonon. deciſ. 85. & alios latiſſimè congerit Thesaur. deciſ. 181. ibiq; limitat non procedere vbicunque præſumptio aliqua malitiæ vigeret iuxta notata in cap. ſuſcitata de in integr. reſtit. vbi ita ſæpius deciſum teſtatur, quod ſublimitatur quando eſſet cauſa irretractabilis, in Sacro Conſ. dominus Præſes conſueuit decretare ſupplicationes, quod cauſæ commiſ. verbum faciat ad finem videndi an ſit deferendum petitæ reſtitutioni, idque ex eo quod reſtitutio cum aliqua cauſæ cognitione concedenda eſt l. nam & poſtea. §. ſi minor vbi Aret. & Iaſ. ff. de iur. iuran. qua deciſione pendente ſuperſeditur in exequendo.

Quarto intelligit iſtam pragmaticam non procedere quan-
9 do ex verbis eiuſdem ſententiæ oritur † impedimentum, vt puta ſi fieret mentio meliorationum, vt in caſu deciſ. Cap. 95. 17. & Rota Bononienſis deciſ. 77. item in iudicio conuentio-
10 nali, † & reconuentionali, vt redditionis computorum, quia ſi eſſet latum decretum in vna partium pro actore, non demandatur exequutioni, niſi diſcuſſis omnibus rationibus, prout Sacrum Conſ. iudicauit in cauſa Illuſtriſ. Principis Aſculi cum Io. Thoma Salamanca Regio Conſiliario filio Io. Salamanchæ eius generalis procuratoris, ac ſtatus Aſculis Gubernatoris. Hoc tamen non procedit quando mater fuit tutrix, & vult
11 exigere dotem, eo enim caſu non impeditur exactio † dotis propter redditionem computorum, prout quotidie in Sacro Conſilio ſeruamus ſecundum opinionem Neguſantij in tract. de pignoribus primo membro 5. par. princip. num. 36. aduerſus Soccin. in conſ. 189. vol. 2. alias 126. vol. 1.

Hæc autem exequutio vt procedi poſſit ad reuiſionem ſententiæ non ſolùm intelligitur facta, quando in bonis exequu-
12 tum eſt: ſed et quando † his deficientibus debitor ſe conſtituit carceratum, vt ſententia ex integro teuderetur deciſum tradit Capyc. deciſ. 169.

Cautionem. Quid autem ſi quis non inueniat cautionem, an
13 poſſit admitti † ad iuratoriam Gurd. Pap. deciſ. 56. num. 5. dicit quod ſic, quod tamen intelligerem quando eſſent bona immobilia in iudicio deducta, tunc enim qualibet cautio ſufficit, ſecus verò ſi eſſet reus condemnatus ad quantitatem, eo enim caſu vt exequutioni demandari poſſit S. C. ſententia, conuertitur pecunia in emptionem, vt ſeruatur in Sacro Conſilio, de quo Aloyſ. de Len laborioſus, & accuratus ſcriptor teſtatur in auth. quæ ſupplicatio C. de precib. Imper. offer.

Perpetuum ſilentium. Hæc verba deſumpta ſunt ex tex. l. ſi quis C. de precib. Imper. offer. quod intellige etiam ſi inter duas conſimiles ſententias lata fuerit † alia contraria, nam 14
ita fuit practicatum in cauſa Illuſtriſ. Marchionis Turris Franculiſij nunc Principis Roccæ Romanæ cum fratribus de Paulutio ex dictis per Couarr. d. cap. 25. pract. quæſt.

Limita hanc pragmaticam de perpetuo ſilentio non procedere in iis, quæ ex tempore augumentum, † aut decrementa 15
percipere poſſunt, vt puta in taſſatione alimentorum, & ſeruitiis vaſſallorum, & aliis huiuſmodi, nam & ſi per binas ſententias certa quantitas fuerit taſſata habito reſpectu ad certam quantitatem filiorum, aut vaſſallorum, ipſis creſcentibus, vel diminutis non erit præcluſa via agendi pro augmento, vel diminutione, ità ex Butri. in cap. 1. de re iudicà. & aliis tradit Deci. conſ. 234. in ſuo caſu docet Anna alleg. 16.

Item limita vbi in ſecunda inſtantia eſſet deducta noua cauſa, † ſiue noua actio, tunc enim quia ſententia ſecunda 16
non eſt conformis reſpectu nouorum deductorum in ſecunda inſtantia: ſed tantùm reſpectu aliquorum deductorum in prima pariet reſpectu primeuæ actionis perpetuum ſilentium, non autem reſpectu nouiter deductorum, quod docuit Angel. in l. vnica. C. ne liceat tertio prouoc. & Couarr. d. c. 25. num. 6. verſ. & ſi tractemus.

Tertio intellige vt non ſit prohibitum dicere † de nullitate, 17
etiam duabus exiſtentibus ſententiis conformibus; nam licet exequutio non impediatur, quando nullitas requireret extrinſecam probationem, tamen quia allegaretur aliqua nullitas ex defectu iuris naturalis, quæ ex inſpectione proceſſus in promptu apparet, impeditur exequutio, vt tradit Afflict. in deciſ. 283. & poſt eum Couarr. pract. quæſt. d. cap. 25. ratio eſt quia cum perpetuum ſilentium fundetur in duabus ſententiis validis intelligi debet, vt tales ſint, non quæ nullitatem aliquam continerent ad not. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic.

Quarto declara vt hoc perpetuum ſilentium † non præclu- 18
dat viam petendi reſtitutionem in integrum ad tex. in c. ſuſcitata de integr. reſtit. quod etiam deducitur ex eo, quia aduer-
ſus † tres ſententias conformes appellatio denegatur l. vnica 19
C. ne liceat tertio prouoc. & clement. 1. de re iudic. & tamen in integrum reſtitutio ſublata non cenſetur, vt per Couarr. d. c. 25. num. 7.

Quinto non procedit quando ſententia lata eſſet † ſuper al- 20
terius relatione; tunc enim non dicimus venire contra duas ſententias, ſed contra falſum, aut erroneum ſententiæ fundamentum, tex. in cap. fraternitatis, vbi docto. de frig. & malefic. Quod idem dicunt quando ad conſilium ſapientis lata ſint, vt declarat Anton. de Butr. in cap. propoſuiſti de probat. Iaſ. in l. ſi conuenerit, ff. de iuriſdict. omn. iudic. de Afflict. in commentario in capit. primo in verſiculo, *item pro consiliario* numero 26.

Decreta Sacr. Conſ. pro lege habenda ſunt.

EX PRAGMATICA XLVIII.

PHILIPPVS &c.

§ ESt decreta ſtatutaq; ab eodem ſupremo Tribunali Sacri Concilij rationabiliter promulgata pro lege ſeruari oportet, Regia tamen ſi fuerint authoritate comprobata & publicata notitiæ, obſeruantiæ, & executionis recipiunt incrementũ. Cum itaque per idem Sacrum Conſilium ſucceſſiuis temporibus inter alia ſubſcripta fuerint, ſumma cum ratione lata decreta, quorum obſeruantia, & executio pro iuſtitiæ cultu, rectaq; illius adminiſtratione per quam neceſſaria eſt & opportuna, illa propterea approbantes, & confirmantes, ac Regia qua fungimur authoritate quatenus opus eſt, contenta in eis principaliter diſponentes, iubemus illorum continentiam, & tenorem, iuxta ipſorum ſeriem obſeruari, ſub pœnis in eis adiectis, & aliis arbitrio noſtro, dictiq; Sacri Concilij, durioribus ſi viſum fuerit reſeruatis.

Inferenda ſententia dum 200. tres ad minus Conſiliarij conformes voto, & indefeſſa conueniantur alij de altera diſtat, hoc etiam fiat in maiori ſumma.

EX PRAGMATICA XLI.

De offic. Sacri Conſ.

CAROLVS, &c.

§ PRæterea circa debitam cauſarum expeditionem, vtq; litigantium votis conſulatur decerni-

cernimus, quod in qualibet tam condemnatoria, quam abſolutoria ſententia ſummæ ſeu valoris ducentorum ducatorum vſualis monetæ ipſius Regni, aut inde ſupra, tria vota conformia intereſſe debeant, quæ ſi in altera ex dictis aulis illa non interfuerint, & cauſa ſiue lis ſummam, ſeu valorem mille ducatorum dictæ monetæ attigerit, tunc Præſidens dictarum aularum, vnum aut duos doctores alterius aulæ nominare teneatur, qui deciſioni dictæ litis intereſſe debeant. In caſu verò quo mille ducatorum ſummam excederet, in tali diſcordia ambę aulæ interueniant, quod ſi ſimul cõgregatis tria vota conformia non fuerint, ſed paritas eorum, in huiuſmodi paritatis euentum ad te ProRegem recurſum haberi volumus, qui Iudices collegas non ſuſpectos illicò deputare, aut ex iſto Regio noſtro Collaterali Concilio aliquem, ſeù aliquos illuc mittere tenearis, qui cum doctoribus dictarum aularum, ad eiuſmodi litis deciſionem congregentur, quando autem cauſa ſeu lis ſummam ſeu valorem dictorum ducatorum ducentorum non attinget, duo dumtaxat vota conformia ſententiam proferant, & in caſu paritatis Præſidens prædictus alterius aulæ doctorem nominare curet, donec dicta duo vota conformia concurrant. Quo ad vero faciliores litium deciſiones, vtque pauperes litigantes indebitis expenſis non grauentur.

In cauſis minùs duc. 200. poſſunt Conſiliarij duo determinare, & confirmata ſententia appellationis per Conſilij, habetur pro vltima deciſione, nec reclamatur, niſi falſitas alleg[e]tur debita executioni prius demandata.

IDEM REX.

VOlumus atq; committimus, quòd quando Præſidenti, & doctoribus Concilij prædictæ Sanctæ Claræ videbitur ſe binatim congregare, liteſque citra valorem ducentorum ducatorum quaſcumque audire, & determinare valeant; quòd ſi forſan concordes non fuerint, alius vt ſupra eis addatur, in cauſa enim ſiue lite minoris ſummæ ſeu valoris dictorum ducatorum ducentorum in Tribunali Magnæ Curiæ Vicariæ, aut alio quocumq; Tribunali ſiue iſtius Regni Audientia prius deciſa, quando ſuper ea in dicto Tribunali Sanctæ Claræ cognoſci contigerit, prima ſententia diffinitiua horum Conſiliariorum pro vltima deciſione, ſeu determinatione talis litis habeatur, à qua appellari ſupplicariue, aut aliter recurſus haberi minime valeant, niſi in caſu quo ſcripturarum, & doctorum, aut teſtium falſitatem allegarent, tunc enim permittimus quod ſententia prius executioni mandata, pars dictam falſitatem allegans audiatur, quòd ſi iudicibus benè viſum eſſe videbitur, efficiant vt pars ſententiæ executionem petens idoneè caueat, vt, ſi in reuiſionis gradu reuocata fuerit, effectum habeat talis reuocatio.

Si verò cauſa ſiue lis tametſi minoris ſummæ, ſeu valoris ducentorum ducatorum in Conſilio primæ inſtantiæ tractata erit, aut in alio Tribunali diffinitiuè deciſa non fuerit, in quolibet dictorum caſuum locum eſſe reuiſioni iubemus, quemadmodum in cauſis maioribus ſupra dictum eſt.

Hæc pragmatica declaratur per ſubſequentem.

Sententia Iudicis à quo pro ſumma duc. ducentorum confirmata per Sacr. Conſil. non reuidetur ſecus ſi fuerit reuocata.

PRAGMATICA LXII.

De offic. ſac. Conſ.

CAROLVS &c.

CVm dubitaretur in iſto Sacro Concilio ſuper intelligentia Pragmaticæ, quando appellatur ab aliquo Iudice inferiori ad ipſum circa valorẽ ducatorum ducentorum, an ſi ſententia primo lata in fauorem conuenti per ipſum Sacrum Conſilium infra ſummam duc. ducentum reuocetur, ſi erit ſtandum dictæ ſententiæ, vt amplius reuideri non poſſit. ſuper quo dubio volẽtes (vt decet) prouidere, & quatenus opus eſt dictam pragmaticam interpretari prouidentes, interpretamur vt dicta pragmatica intelligatur, quando prima ſententia fuerit per idem Sacrum Concilium confirmata. Ita quod tunc amplius reuideri de ipſius iuſtitia, vel iniquitate non poſſit, ſecus ſi fuerit prima ſententia reuocata, & ita intelligendam eſſe & obſeruandam declaramus, & interpretamur, & ita repertum eſt, fuiſſe obſeruatum poſt publicationẽ dictæ Regiæ pragmaticæ, non obſtante quacumque obſeruatione, vel declaratione, hactenus per idem Sacrum Concilium in contrarium obtenta, & facta, cum non videatur iuri conſonum quod intelligeretur, etiam ſi prima fuiſſet reuocata, & ita obſeruari mandamus. Datum in Caſtro nouo Neap. die 15. Decemb. 1543.

Don Petro de Toledo.

V. Decolle R. V. Martialis R. V. Loffredus R.

Dominus ViceRex, Locumtenens generalis mandauit mihi Bernardino Martirano.

Hæc pragmatica declarat præcedentem.

Ex Cap. Neap. in Anno 1583. Cap. j.

REX CATHOLICVS.

ITem ſi ſupplica V. E. ſia ſeruita comandare ſi oſſerui la pragmatica che per la eſpeditione delle cauſe minime da ducento ducati à baſciò quali tengono impedito lo Conſiglio ſi giontino li Conſiglieri à doi à doi per la eſpeditione di eſſe, con ſtabilire vna giornata per tota la ſettimana, & ſi debbiano coſi à doi à doi giontarnoſi conforme alla detta pragmatica.

Seruetur pragmatica.

EX PRAGMATICA XLI.

De officio ſacri Conſilij.

CAROLVS &c.

§ ITem quod cauſæ infra ſummam vnciarum 12. committantur ad decidendũ Conſiliariis Regiis ſingulis, qui, ſi eis videbitur, facto verbo in Regio Concilio iuſtitiam faciant in dictis cauſis, nomine, & vice Catholicæ Maieſtatis: verum ſi ab eorum ſententiis fuerit ſupplicatum, cauſa ſupplicationis debeat decidi per totum Conciliũ,

poſſit.

poſſit nihilominus ſententia lata per dictos Conſiliarios tanquam Regia exequtioni demandari præſtita cautione.

Sententia Sacri Conſilij proferantur nomine Regio.

PRAGMATICA VI.

De offic. Sacr. Conſil.

FERDINAND. I.

SAcrum præterea Concilium, locum publicis audientiis ſolitum habere volumus, vbi cauſæ proponantur, ſupplicationes per Concilij actorum magiſtros legantur, aduocati (ſi audiri depoſcent) audiantur, ſententiæ quaſcunq; promulgari inciderit proferentur, quas Regio pronuntiari nomine, & per cauſæ Actuarios legi mandamus, ſingulis autem ter hebdomadis, Martis videlicet Iouis, & Sabbati diebus; prout hactenus conſueuit, publica Sacrum Concilium in audientia mane ſedebit. Quod ſi etiam illi poſt prandium ad res agendas venire, aut aliò die, vel aliquem præteritè collibuerit, eius arbitrio permittimus.

Hæc Ferdinandus.

Erat olim locus ad regendum Tribunal Sacri Concilij deputatus in Monaſterio Sanctæ Claræ huius Ciuitatis Neapolis, vbi longo conſedit tempore, ab annis autem viginti citra, in Caſtrum Capuanæ tranſlatum eſt, vbi ſecundum morem hactenus obſeruatum ſingulis diebus non feriatis in poſterum regi mandamus ijs, quæ hic aliter ſtatuta ſunt non obſtantibus.

Non licet alijs Conſil. niſi Præſidenti, vel in eius abſentia Capiti de Rota proponere, vel reſpondere h. d. cum l. ſeq.

PRAGMATICA VIII.

De offic. S.R. Conſil.

FERDINAND. I.

SEdentibus in Concilio, vel publica in Audientia Conſiliariis, vbi loqui primum conſultationesq; proponere, atq; reſpondere, ad Præſidentem in eo ſolum ſpectat, nolumus cuiquam ex Conſiliarijs ipſis, ſiue publica, ſiue ſecreta in Audientia palam vel publicè loqui licere, niſi ei qui à Præſidente fuerit interrogatus. Illum verò, qui ordinationi huiuſmodi contrauenerit, noſtro arbitrio mulctandum decernimus.

Dux de Alcala ViceRex.

AVdiuimus hanc laudabilem ſanctionem peſſimo abuſu non obſeruatam in dicto Sacro Concilio. Mandamus propterea illam inuiolabiliter obſeruari, Magnifico, & Circumſpecto ipſius Sacri Concilij Præſidenti, iniungentes, directèq; præcipientes, vt illam omnino obſeruet, & ab omnibus, iuxta ſui ſeriem obſeruari faciat: Et quæ hic, & in ſequentibus de Præſidente ſtatuta ſunt, eo abſente à Sacro Concilio, vel altera aularum ipſius, in qua illa exequi oportet, per antiquiorem Conſiliarium ibidem tenentem primum locum illa diligenter obſeruentur.

Duæ aſſignantur dietæ Conſiliarijs in cauſis referendis.

PRAGMATICA IX.

De offic. Sacr. Reg. Concil.

EX Conciliariis Conſilij noſtri ſacri, pro cauſis quæ ipſis commiſſæ fuerint expediendis cuilibet dietas duas, vnam diffinitiuis pro ſententiis, alteram pro incidentibus concedimus, ſic vt ab antiquiori ſumatur initium temporum, deinceps inter ipſos prærogatiua ſucceſſiuè ſeruata, niſi aliud ex cauſa à Præſidente præfato ordinatum fuerit.

Dux de Alcala ViceRex.

EXperientia rerum magiſtra, longa eouſq; vſus docuit tempus cauſarum à Conſiliariis referendarum & expediendarum, diſtribui per horas vtilius fore, prout nunc ſeruatur, ſicq; deinceps ſeruari mandamus.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

SEquentes pragmaticas in quibus de cauſarum expeditione tractatur ſituauimus ſub tit. de iudic. eorumq; ordine, & ad hanc pragmaticam attinet circa tempus ſtatutum expeditionem dic hodie ſeruari, quod in prima huius pragmaticæ parte eſt dictum quod ſcilicet duæ dietæ aſſignentur cuilibet ordine ſucceſſiuo, vt antiquior incipiat in menſe ſeptembri reliqui ſequantur.

Silentium teneri debet a Conſiliarijs dum cauſæ referuntur. hic dicit Tapia.

PRAGMATICA XI.

De offic. Sacr. Conſil.

REX FERDINAND. I.

QVoties per aliquem ex Conſiliarijs relationem fieri contingat, collegis ceteris mandamus, vt ſilentium inter ſe tantum præſtent, & aures à principio ad finem vſque referent intentiſſimas præbent.

Dux de Alcala Viceres.

IN hoc etiam deteſtandum inter Conſiliarios abuſum inualuiſſe accepimus, quem vti rectæ Iuſtitiæ adminiſtrationi, admodum contrarium abhorrentes, illum penitus vitandum, præſentemq; ſanctionem omninò obſeruandam præcipimus.

Optima

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

OPtima ratione ſilentium indicit Conſiliariis dum cauſæ referuntur, tum ne faſtidio ſint collegæ referenti, tum etiam, vt ipſe rectè audientes, rectè etiam valeant iudicare, mens enim diſtracta aliiſq; occupata negotiis diſtinguere veritatem non valet, ideoq; cum ſit ille locus iudicandi non poteſt eſſe locus loquendi. Tempora enim ſunt diſtincta iuxta illud Salomonis, & erit tempus tacendi, & tempus loquendi propterea requiritur, vt dum ſententiam proferunt iudices, ſedeant, aliàs ſententia † dicetur nulla arg. 1
l. pen. in fin. ff. de iuſt. & iure. glo. & doct. in l. prolatam. C. de ſentent. & interl. not. in l. prima. C. de ſententiis ex breui

Tra-

Traditur in iſta pragmatica modus votandi cauſas in Sacro Conſ. h. d. Tapia.

PRAGMATICA XIII.

De offic. Sacr. Conſ.

FERDINAND. I.

POſt cauſę relationem, cum penſitata omnia ad illam ſpectantia, atq; diſcuſſa fuerint, decernimus, vt per eum qui in Concilio præſidebit vota exquirantur, in quibus explicandis relatorem ipſiuſq; collegas ſi forte plures fuerint primum locum habere volumus arguendi ad partes relatori poteſtatem concedentes, ita tamen vt in alterutram partem tandem pręciſè, ac ſine conditione concludat. Poſt quem T pari modo alij quoque Conſiliarij quo fuerint ordine interrogati, ſecundum Deum rectamq; animi conſcientiam liberè atq; ſimpliciter vota ſua ſententiaſque explicabunt, niſi ex dictis, & allegatis, per alios repetentes, ſatis enim fuerit opinionem in qua ſint declarare, quam tantum ſi nouis rationibus iuribuſq; comprobare voluerint ad faciendum poteſtatem eſſe mandamus, pariterque concedimus ſi à contra opinantium ſententia diſcedere, vel aliter ſentire voluerint, opinionem, vt ſuam rationibus firmare, & in contrarium deducta confutare, queant, nec relatori, vel aliis ex Conſiliariis licere volumus collegas ſuam dicentes ſententiam perturbare, niſi aliter ſe rem habere, quam ab eo qui ſententiam dicit, preſupponetur, vel aliquid aliud in facto adiponere voluerit, votis autem omnibus requiſitis rem de qua agitur diſcutere modeſtè pro veritate inquirenda Conſiliariis licere annuimus, etiam ſi libros inſpicere opus extiterit, quo iuſtitia clarius eluceſcat, Idemque Præſidens ab opinionum pluralitate concludere teneatur, Dum vero vota exquirentur, Secretarium Concilij ſolum antedictis intereſſe iubemus, qui Præſidentium cuiuſq; vota, ac demum concluſionem que facta fuerit in modum qui ſequitur in regiſtro annotet, videlicet die, &c. Pręſidentibus in Concilio, &c. In tali cauſa, &c. Ac mox notulam per relationem vt infra proxime dandam inferat.

FERDINAND. I.

Cauſæ inceptæ votari non procraſtinentur, & ſententia lata manu relatoris firmentur. h. d. cum duobus ſeq.

SEquitur Ferdinandi primi. Concluſione à prędicto Pręſidente, ſecundum plurium opiniones in cauſis facta à relatore notula in Concilio legenda formabitur, ad cuius inſpectionem, vt corrigi, emendariq; poſſit ſi vlla ſui parte clauda eſſet, conſiliarios omnes ceteris poſt habitis rebus conuenire mandamus, à quibus vbi approbata, vel emendata fuerit, eam relatoris prius, mox vero Pręſidentis prędicti manu ſignari, ſignatamque, vt in regiſtro notetur, Secretario tradi mandamus, vt poſtea ad expediendum, ordinationem ipſius in forma partibus publicari queat, quam à Secretario ſub cuſtodia notulam conſeruari iubemus.

Dux de Alcala &c.

NOn defuere in preſenti explicandorum votorum tractatu poſt has Regis Ferdinandi ordinationes alię ſubſcriptę per Catholicam Maieſtatem felicis recordationis editę huiuſmodi ſub tenore.

Item quod poſtquam fuerit cauſa diſputata, non poſſit alia referri ſeu votari in dicto Concilio, donec illa fuerit votata, niſi iuſto impedimento exiſtente, poſſint etiam, ſi cauſa fuerit ardua, & dubia, differre votare dictam cauſam per tres dies tantum, & interim poſſint referri aliquę cauſę breues, quę infra illud tempus poſſint expediri, vel aliquę cauſę ſummarię, quę de ſui natura non ſequuntur ordinarium.

Item quod ſi cauſa fuerit cœpta votari, & relator dedit votum ſuum, non poſſit differri, votari per alios, ſed antequam recedatur à loco Concilij, votetur per omnes, niſi appareat, & emergat tale dubium, quod videatur etiam illis, qui votauerunt, vel maiori parti Concilij quod debeat differri in craſtinum.

Item quod cauſa votata debeat fieri T inconſtinenti concluſio dictę cauſę cū voto, vel in diſcordia antequam recedatur à loco Concilij: Et facta, & ſcripta concluſione votorum, non poſſit mutari ſubſtantia dictę concluſionis inconſulta Regia Maieſtate, vel illius Locumtenente generali, ſed ſecundum ipſam concluſionem, debeat omninò ferri ſententia infra ſex dies immediatè ſequentes.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T POſtquem, In iſta pragmatica traditur forma votandi cauſas, & primum votum debere eſſe commiſſarij. Sed no exprimitur quis poſt eius votum debeat ſententiam ſuam proferre, an ſit ab antiquioribus, vel à iunioribus inchoandum, in

In quo diuerſarum nationum mores in voto exquirendo refert Alex. ab Alex. genial. dierum lib. 4. cap. 11. pagina mihi 504 verſ. apud Athenienſes. In noſtro tamen Sacr. Conſ. hic
1 eſt receptus mos, quod aut agitur de exquirendis † votis circa cauſarum deciſionem, & tunc incipit commiſſarius, & ſequitur iunior ex conſiliariis, vt teſtatur Afflictus deciſ. 1. & Caecheran. in prohœm. deciſ. Pedam. num. 11. quem allegat Io. Vincentius Anna ſingul. 6. in fin. aut verò agitur de
2 aliis, & tunc † ab antiquiori inchoatur, & eo ordine vſq; ad iuniorem, qui vltimo ſuam dicit ſententiam: Inter aduoca-
3 tos etiam iunior † prius ſententiam dicit, & antiquior vltimo, vt tradit Io. Vincent. Anna d. ſingul. 6. & ita practicatur, de quo ſpeculator tit. de aduocato, §. iam nunc videndū eſt num. 11.

Secretarium Concilij. Hoc eſt correctum vt infra in §. per dictas huius pragmaticæ, & hodie Secretarius † non interue-
nit in votando, ſed illi conſignanti decreta ſcripta manu commiſſarij. Hoc officium Secretarij exercet Annibal Cæſareus uir probitate, & ætate venerabilis, qui ſuas facultates in opera pia, ac religioſa adhuc viuens diſtribuit, nam & Hoſpitale propè conuentum Cappucinorū, & Eccleſiam cum monaſterio ad Montaneā Sancti Martini religioſorum ordinis S. Dominici reformatorum, & Montem pauperum conſtruendū curauit, & alia pia opera in quibus expendit ferè 70000. aureos. 4

Curia

Cauſa cepta votari non procraſtinentur, niſi ex cauſa vt hic. Tapia.

PRAGMATICA XIII.

De offic. Sacr. Conſ.

CAROLVS &c.

CONſiderādo noi che compie al ſeruitio della Ceſarea Maeſtà, & alla buona adminiſtratione della giuſtitia, & per euitare alcuni inconuenienti acciò che tutte le cauſe, le quali s'agitano in qual ſi uoglia tribunale, & ſignanter in queſto del Sacro Conſeglio, ſi habbiano da ſpedire con diligentia, & ſenza dilatione, per tenore di queſta noſtro ordine vi diciamo, & ordiniamo, che in tutte le cauſe che in queſto Tribunale occorreno, & occorreranno votare che ſaranno vn di, l'altro di ſequente le debbiate ſententiare ſenza dilatione nè interuallo, & coſì eſſequirete, & non altramente, perche com'è detto coſì compie al ſeruitio, & volontà di ſua Maeſtà, non facendo altramente per quanto deſiderate ſeruire, & vbbidire à ſua Maeſtà. Datum in Ciuitate Neap. die 23. Nouembris 1534. Poſt datum quando il dì ſeguente foſſe feriato lo riſeruareti per lo primo dì de negotij. Datum vt ſupra.

Don Petro di Toledo.

V. Decolle R. V. Loffredus R. V. Figueroa R. Martianus Secret. In Cur. Locumtenentiæ 2.

Decreta promulgatione non indigent, ſed ſubſcriptione commiſſarij, & quod dictum fuerat in prag. præcedenti, quòd ſecretarius interueniat in votis exquirendis corrigitur. b. d. Tapia.

EX DICTA PRAG. XIII.

De offic. Sacr. Reg. Conſ.

FERDINAND. I.

ITem quod ſententię, antequam publicentur, debeant videri per dictos relatores, & ipſarum manu ſignari,

Item quod decreta non indigeant promulgatione, ſed ſtatim facto decreto (quod etiam debeat ſignari manu relatoris ſeu commiſſarij intimetur partibus, & detur copia vt non impediatur curſus cauſarum.

Prędictas Catholici Regij inſtitutiones ſuper explicatione deſcriptioneq; votorum, & alijs in eis contentis circumſpecteq; ſatis, & conſiderate factas, renouantes iuxta illarum ſeriem pręcipimus obſeruari, ijs tantum quæ in prima de diſcuſſione inter Conſiliarios poſt explicata vota, ac in ea, & alijs ſupraſcriptis de interuentu Secretarij atq; illius annotatione diſpoſita ſunt omnino exploſis, ſed ſecundum morem diutius obſeruatū; quæ in ijs de Secretario tradita ſunt, per Conſiliarium vltimum in aula Commiſſarij reſidentem, fiant, & deſcribantur in diffinitiuis omnibus, ac etiam in interlocutorijs magnę importantię, & in alijs vbi votorum diuerſitas interuenerit, in quorum quidem votorum explicatione, ne dum votantem ab alijs interrumpi modo aliquo nolumus, vt in præmiſſis ſtatutum eſt, ſed quod Conſiliarius quiſquè, ac etiam † Preſidens, antequā votandi locum ſibi competere cœperit, verbis, ſignis, aut quouis modo in quam ſit iturus ſententiam, ſignifice, omnino prohibemus, contrafacientibus pœna non leui noſtro arbitrio reſeruata imminenti.

Publicatio vero dictorum votorum non in ſex dies, ſed per diem immediate ſequentem fieri debeat, iuxta nouam Regiam prouiſionem ſubſcriptam.

CAR. TAP. REG. CONS. ANNOT.

HViuſmodi pragmatica hodie ſeruatur nam reſpectu decretorum non requiritur publicatio, ſed tantum notificatio parti, & quo ad ſecretarium ipſe conſeruat vota tradita per iuniorem conſiliarium aulæ cuius oneri eſt illa ſcribere, & annotare.

† *Præſidens.* Hoc deberet ſummo ſtudio ſeruari, nam & ſi libertas votandi non aufertur, vis quodammodo fit ex authoritate ſeniorum.

Prohibentur officiales decidendas cauſas tractare inter ſe extra Tribunalia, nec in iure nec in facto. b. d.

PRAGMATICA L.

De cauſis decidendis, &c.

PHILIPPVS REX &c.

ANtonius Perrenotus S. R. E. tituli Sancti Petri ad Vincula Presb. Cardinalis de Granuela, præfatæ Maieſtatis à conſiliis ſtatus, & in pręſenti Regno Locumtenens, & Capitaneus generalis, &c.

La più principal coſa, alla quale deueno attendere li Principi che gouernano è, prouedere che la giuſtitia ſia rettamente adminiſtrata per gli officiali deputati all'adminiſtratione di quella, & che ſi adminiſtri con li debiti & conuenienti modi,

di, ſenza che niſſuno ſi poſſi lamentare, & dolerſi con giuſta cauſa, & benche per il paſſato dalli Sereniſſimi Re di queſto Regno, & da ſua Maeſtà Catholica, & anco da gl'Illuſtriſſimi Vicerè ſi habbia hauuto particolar penſiero à tutto quello che in ciò ſia neceſſario, & per pragmatice, & altre ordinationi ſiano fatte l'opportune prouiſioni, nondimeno l'eſperientia, & gli occorrenti caſi ne hanno dato occaſione di prouedere ad alcune coſe conuenienti al ſeruitio di noſtro Signor Iddio, di Sua Maeſtà, & al publico beneficio de' negotianti, & perſone che ci pretendono intereſſe; & per queſto, con voto & parere del Regio Collaterale Conſeglio appreſſo di noi aſſiſtente, ci è parſo fare la preſente pragmatica, & riformatione ne gli infraſcritti capi.

Primo per quanto per la pragmatica ſtà ſtatuito & ordinato che quando ſi ha da votare alcuna cauſa da quelli officiali che hanno da votarla non ſi debbia da niſſuno d'eſſi eſplicare il ſuo voto auante che tocca ad eſſo di votare, nè con parole, ſegni, nè in qualſiuoglia altro modo che poſſa dimoſtrare doue inclina, & in che modo ſe haueria da dare la ſententia: Volendo prouedere che più candidamente & complitamente ſe guardi & oſſerui la pragmatica predetta per quello che conuiene al beneficio publico de negotianti, & euitare ogni coſa mala, ſtatuimo & ordiniamo, che niſſuno officiale maggiore, ne minore, ilquale ha da interuenire nella eſpeditione di cauſe che ſe agitano, ardiſca, ne preſuma trattare d'eſſe con altro officiale, etiam che haueſſe da interuenire nella cauſa, in fatto, nè in iure, nè diſcutere inſieme, ma ſolum lo facciano & debbiano fare dētro li Tribunali nel tempo opportuno, ſedendo in eſſo alle hore ſolite dell'adminiſtratione della giuſtitia, acciò niſſuno venghi à paleſare il ſuo voto auante che li toccarà à dirlo, oſſeruando nel di più la forma della detta pragmatica ſotto pena per la prima volta di ſuſpenſione dell'adminiſtratione dell'officio per ſei meſi, e per la ſeconda di priuation d'officio.

Nemo ex officialibus vota alij publicet modo aliquo nec è conſilio exeuntes inter ſe de votis cauſarum diſcutiant. h. d.

ITem ſi ben è ordinato per pragmatice, che gli voti ſtiano ſecretiſſimi, & che in neſſun modo ſi debbiano publicare, tuttauia intendemo che ſi viene à tener notitia de gli voti in più modi, & per euitare ogni inconueniente, ordinando l'oſſeruantia d'eſſe, ſtatuimo che niſſuno officiale ardiſca publicare gli voti delle cauſe, etiam ad officiali maggiori, & minori, ſaluo alla perſona noſtra tantum, nè per parole eſpreſſe, nè tacite, nè per altra via, acciò che non s'intenda di che voto ſia ſtato alcuno. Et perche s'intende che dopoi votate le cauſe, all'vſcire che fanno gli officiali dalli Tribunali, vanno alcuni di loro inſieme, & trattano di quello s'è votato, & ſe intendeno dalle parti le reſolutioni, & concluſioni fatte auanti le publicationi delle ſententie, s'ordina che modo alcuno ſi debbia parlare, ne trattare di q̄llo che ſarà ſtato votato, & cōcluſo in altro luoco, che dētro del tribunale ſotto le medeſme ſopradette pene.

Succeſſor prædeceſſoris cauſas ſuſcipiat omnes h. d.

ITem ſemo informati che cō maggiore frequentia ſi è oſſeruato in li Tribunali aſſiſtenti in q̄ſta fideliſſima Città, che prouedendoſi alcuno officiale in luoco d'altro officiale à tempo ò perpetuo, l'officiale ſucceſſore in officio, ſuccede in la commiſſione di tutte le cauſe, che teneua lo predeceſſore ſuo, etiam che al tempo del ſuo ingreſſo tutte ò parte delle cauſe ſe ritrouaſſero commeſſe ad altro, & che nel Sacro Regio Conſiglio ſi coſtuma di ciò fare decreti generali. Per tanto laudando l'oſſeruantia predetta, ordiniamo, che da quà auante debbia coſi oſſeruarſi, & non di altra maniera.

Iudices non interueniant diſcuſſioni cauſarum vbi ſunt aduocati coniuncti vel generi, idquè obſeruent aduocati, qui nec clam, nec palam conſulant vbi iudices cauſarum ſunt coniuncti. h. d.

ITem gli anni paſſati per più Pragmatice fu prouiſto, & ordinato, che niſſuno officiale maggiore, ò minore, poteſſe votare, nè interuenire nelle relationi, & diſcuſſioni di qualſiuoglia cauſa, nella quale foſſe aduocato, figlio, ò fratello vtrinque, vel ex altero latere coniuncto, fratello conſobrino, cognato nepote, ò vero zio d'eſſo officiale, includendo anco il genero di detto officiale: ordinando eſpreſſamente, che neſſuno aduocato congiunto ad alcuno delli giudici nelli predetti gradi poteſſe ſecretamente, ò vero occultamente aduocare ò conſultare in cauſa alcuna, nella quale l'officiale à ſe congionto hà da giudicare, & ſeguendo la diſpoſitione predetta, & prouedendo che quella ſe oſſerui, ordiniamo, & ſtatuimo, che quello aduocato che contra la forma di dette pragmatice aduocarà, ò conſultarà ſecretamente in dette cauſe, & non aduocarà publicamente, talche ſia conoſciuto notoriamente per aduocato nella cauſa che trattarà da tutte le parti, incorra nella pena di priuatione perpetua della facultà di aduocare, & la parte, la quale lo tenerà per aduocato coſi occultamente, incorra nella pena di ducati mille, d'applicarſi per le tre parti al fiſco, & per l'altra parte all'accuſatore, & d'altra pena etiam corporale reſeruata à noſtro arbitrio, & ſe la cauſa nella quale ſi aduocarà coſi occultamente, hauerà altri aduocati publici, ordiniamo ch'eſſi ſapendo l'aduocatione ſecreta, ſiano tenuti incontinente reuelarlo à noi ſotto pena de ſuſpenſione dell'officio d'aduocare per ſei meſi, & d'altra reſeruata à noſtro arbitrio.

Sacri Conſ. Præſidens eiuſdem negotijs incumbat cauſiſq. ſummarijs poſt hac decidendis per Magnum Curiam non ſe intromittat. h. d.

ITem conoſcendo le molte occupationi, che ſogliono tenere li magnifici e circonſpetti Preſidenti del Sacro Regio Conſeglio per ragione dell'officio loro, & che la cognitione, delle cauſe che hanno fatto fin quà in caſa ſommariamente l'occupaua, di maniera che cauſaua impedimento alle cauſe ordinarie del Conſeglio. Dal che ſecondo hauemo inteſo, è nato che lo magnifico, &

circonſpetto Preſidente preſente ha laſſato, & da ſe ſteſſo intermeſſo di procedere nelle cauſe predette: Per tanto approbando il precetto, ordiniamo che da quà auante il magnifico, & circonſpetto Preſidente del Sacro Conſeglio, preſente, & che pro tempore ſarà, non debbia, nè poſſa intrometterſi alla cognitione,& deciſione delle eoſe predette, che coſi ſummariamente ſi ſoleano trattare da lui in ſua caſa,ma che quelle ſi debbiano conoſcere per li magnifici Regente,& Giudici ciuili della gran Corte della Vicaria, nella forma ſolita, & conſueta, & eſſo attenda ſolamente alle cauſe ſi trattano nel Tribunale del detto Saero Conſeglio ordinariamente.

Paria vota in ſententijs diffinitiuis, licet Præſidens adhæſerit uni parti non publicentur, ſed detur notitia Proregi, in incidentibus autem adhibeatur alius Conſiliarius, qui paritatis votorum diſcrimina tollat.

ITem attendendo, come è debito noſtro, che la giuſtitia debbia eaminare per l'ordinarie vie, & vedendo ch' vna delle principali ordinationi dalle leggi introdutte è, ehe le ſenteutie ſi proferiſcano per quello, che inclinarà la maggior parte de gli voti: Et intendendo che in detto Sacro Conſeglio, per la preeminentia che tiene il detto magnifico, & circonſpetto Preſidente de eſſo, che nella parità di detti vòti la ſententia ſi promulga in fauore di quella parte in che eſſo hà votato, & concorſo. Per tanto volendo in queſto dare la forma che conuiene alla buona adminiſtratione della detta giuſtitia ſtatuimo, & ordiniamo, che da quà auante ſuccedendo il caſo predetto non ſi pronuntij altramente conforme alli voti, con li quali hà concorſo il detto magnifico, & eirconſpetto Preſidente, ma oſſeruãdoſi il ſecreto che ſi conuiene, ſe ne facci relatione à noi, acciò poſſiamo prouedere à quanto ſarà di giuſtitia, & queſto intendemo nelle ſententie diffinitiue, ma negl'incidenti ordiniamo che nella parità predetta de voti ſe chiami vn'altro Conſigliero,ilquale habbia da decidere la differentia de voti che ſtanno in paritate, Et tutte le coſe ſopradette come di ſopra ſtanno declarate, volemo, & ordiniamo che inuiolabilmente da tutti à chi ſpetta s'oſſeruino: Non facendoſi il contrario per quanto hanno cara la gratia, & ſeruitio Regio, & pena di mille ducati, oltra l'altre pene nelli ſopradetti eapitoli, & ordinatio ni contente: Et acciò che ſia noto à tutti hauemo comandato affiggere della preſente pragmatica copia autentica nelli Regij tribunali di queſta fideliſſima Città.

Datum Neapoli in Regio Palatio, die quarto Iunij 1574.

Ant. Card. de Granuela.
Vidit Reuerterius Regens.
Vidit Salernitanus Regens.
Vidit Salazar Regens.
Dominus Locumt. & Cap. gener. mandauit mihi Ludou. de Lobera pro Secr.

Conſillarij tribus horis aſſiſtant ſingulis diebus, & duabus poſt prandium domi audiant aduocatos, & procuratores. h.d. Tapia.

EX PRAGMATICA XIIII.

De offic. ſacri Conc.

FERDINAND. I.

SAcri noſtri Concilij Conſiliarios, ſi iuſta non fuerint cauſa impediti, ſtatuta hora mane in Conſilium venire volumus,atque ibi tribus continuè horis permorari, quod qui facere neglexerit, eum pro temporis omiſſi rata gagiorum ſtipendij minus aſſequi decernimus, cuius rei per dies ſingulos à Secreterio fiet annotatio. ijdem Conſiliarij iuridica qualibet die in cauſis ſibi commiſſis poſt prandium domi ſuæ, omni qua decens eſt patientia grauitateque, litigantes, procuratores, & aduocatos duabus ad minus horis audiant: Huc uſq; Ferdinandus.

Hæc audientia poſt prandium domi præſtanda cõtemporaliter ab omnibus Conſiliarijs eadẽ erit hora inchoanda, à menſe ſcilicet Aprilis,vſque ad menſem Octobris hora decima octaua: à menſe autem Octobris, vſq; ad menſem Aprilis hora vigeſima, ſicq; in poſterum ſeruari iubemus.

CAR. TAP. REG. CONS. ANNOT.

HÆc pragmatica ita ſeruatur, verùm per quindecim dies ante ferias tribus horis additur quarta; quarum prima aſſignatur antiquiori Conſiliario aulæ, & eo ordine cæteris ſequentibus, ſic etiam his diebus quatuor horis manent. quando aulæ vnjuntur, & quando accedit Magna Curia Vicariæ ad relationes faciendas, non quando poſt prandium reuertitur Magna Cur. vel iddem S. C.

Conſiliarij domi prouideant circa incidentia, niſi aliud videatur commiſſ. h. d. Tap.

PRAGMATICA XVI.

De offic. Sacr.Reg. Conc.

FERDINAND. I.

EX ſacri noſtri Concilij Conſiliarios in cauſis ſibi commiſsis vnuſquiſq; ſolum ſuper incidentibus prouideat, atq; illa ex ſua commiſsionis forma determinare poſſe Maieſtati noſtræ placitum eſt. Quod effici mandamus, niſi aliqua iuſta ex cauſa Commiſſario eodem in Concilio relationem facere videatur.

Dux de Alcala ViceRex &c.

DVm autem contigerit de incidentibus relationem in Concilio fieri, ſeruetur inſtitutio Cath. Maieſtatis tenoris ſubſcripti, videlicet.

Item poſtquam facta fuerit relatio de aliquo incidenti vel emergenti per aliquem ex Regijs Conſiliarijs, debeat votari immediatè, antequam de alijs incidentibus fiat relatio, niſi ex aliqua iuſta cauſa differatur, & tunc non poſsit differri niſi ad ſequentem dĩem, & interim alia expediri, excepto caſu impedimenti relatoris.

Relationes Magnæ Curiæ fiant die Iouis, & partes habeantur pro monitis h. d. Tapia.

PRAGMATICA XVIII.

De offic. Sacr.Conc.

FERDINAND. I.

RElationes de incidentibus, quas per Magnam Curiam Vicariæ, aſiarumq, Curiarum Iudices Sacro fieri in Concilio prouiſum eſt, Mercurij tantum die, venturo tempore faciendas decernimus, ne ab illis res aliæ per Concilium agendæ, vt hactenus factum eſt, impediantur. Itaq; in poſterum alio ſinè monitu partes, vt ad eandem audientiam relationem in Concilio compareant, monitæ cenſeantur.

Dux de Alcala ViceRex.

LOngo iam tempore dies Iouis pro incidentiũ relationibus per Magnam Curiam Vicariæ, & aliarum inferiorum huius Ciuitatis faciendis ſtatutus eſt.

CAROL. TAP. REG. CONS. ANNOT.

HOdie tamen Iudices cauſarum ciuilium ſeruant, vt moneantur partes aduerſus quas fuit porrecta ſupplicatio, non tamen debet moneri illa, quæ decretationem impetrauit de verbo faciendo, nam cum ſciens ſit, citari non debet ex regula l.1.§.fin.ff.de action. empt. & ita practicamus.

In cauſis votandis in Sac. Conc. non interueniat alius, niſi Iudices cauſæ etiam ſi ſit Regius Conſiliarius.

EX PRAGMATICA XLI.

De offic. Sacr. Conc.

CAROLVS &c.

§ CIrca ea etiam, quæ ſecretum dicti noſtri Sac. Regij Conc. Sanctæ Claræ maxime concernunt, opportunè conſulentes, decernimus & iubemus, quod tempore votationis, & concluſionis cauſarum, ſoli Iudices qui eas votare, concludere, & decidere debebunt, & nullus alius præter eos, (etiã ſi Conſiliarius fuerit) præſens eſſe debeat, hoc tamen intellecto, quod vbi iam vota decreta fuerint, vocandus ſit ſcriba dictæ cauſæ ad ſcribendũ ſententiam, prout per iudices illi ordinatum fuerit, qui cauti exiſtant ne votum fortaſſis in contrarium probatum ipſi ſcribæ nullatenus declarẽt: Mandantes denuò vt aulis prædictis debitè inſeruiatur, Notarios, Scribas, Magiſtros Actorum, Porterios, & alios quoſcumq; officiales dicti Tribunalis inter dictas duas aulas, adeò æquè diſtribui, vt cuncta debita ordinatione peragantur, adiicientes etiam Præſidenti prædicto ſpeciale onus totaliter diſponendi, & diuidendi diſtribuendiq; lites inter dictas duas aulas, vt pari æqualitate expediantur, neutraq; magis implicata honoris grauamine exiſtat. Quo circa fidei prudentiæ, & ſagacitati tuæ eadem ſerie committimus, & mandamus, vt omnia præcontenta ad vnguem obſeruari facias, & cures cum effectu, neque patiaris contrarium fieri quauis cauſa ſeu ratione, cum ſic ex mente immutabiliq; voluntate noſtra omnia procedant pro bona iuſtitiæ adminiſtratione. Datum in Ciuitate Bononiæ, die 26. Menſis Februarij, Anno à Natiuitate Domini 1533.

Yo el Rey.

V. Perrenotus pro Protonotario, & Magno Camerario. Sacra Cæſa. & Cath. Maieſtas mandauit mihi Ioanni de Camalogna. Nil quia Curiæ. Camalogna pro Taxatore. In Curiæ primo.

Ea propter volentes, vt tenemur Cęſ. & Cath. Maieſtatis obedire mandatis, & vt prædicta omnibus innoteſcant has præſentes in valuis dicti Sacri Regij Concilij apponi iuſſimus: pręcipimuſq; & mandamus omnibus & ſingulis ad quos ſpectabit, quatenus ſeruata forma pręinſertę Regiæ pragmaticæ illam ad vnguem & inuiolabiliter in omnibus & per omnia obſeruent, obſeruariq; faciant per quos decet, iuxta ipſius pragmaticę ſeriem & continentiam omni dubio & difficultate ceſſantibus. Et contrarium non faciant pro quanto gratiam prædictarum Maieſtatum charam habent, ac pœnam ducatorum duorum auri mille cupiunt euitare. In quorum fidem, præſentes fieri fecimus ſigillo communi impreſſas præſentanti remanſuras, Datum in Caſtello nouo Neap. die vltimo menſis Septembris 1533.

Don Petro de Toledo.

V. Decolle R. V. Loffredus R. V. Figueroa. R. I. Viceprot. Auguſtinus Locumtenens Magn. Camerarij. V. Alonſus Sanchez generalis Theſaurarius. Dominus ViceRex Locumtenens generalis mandauit mihi Bernardino Martirano. In cur. 3. fol. 145.

Quando proceditur in contumaciam nullo termino expectato procedatur ad actus incumbentes.

PRAGMATICA XVIII.

De offic. Sacr. Conſil.

FERDINAND. I.

QVia nobis innotuit, quod, vbi aliquem ad actum alicuius in contumaciam proceditur per Conſiliarios qui Commiſſarij deputati ſunt dici ſolet, intimetur parti, vnde ad intimationem vſq; actus ipſe ſuſpenditur: Et cum intimatio repentè fieri nequeat, ſæpe ab hoc cauſæ in longum proferuntur: Et citatus ſub ſpe intimationis comparere negligit. Quod iuſtitiæ eſſe admodum diſſentaneum iudicamus. Ideo vt talem remoueamus abuſum, eiuſmodi intimationes in poſterum fieri prohibemus: Mandantes vt in contumaciam citati non comparentis, abſquè alia intimatione ad actus cauſæ neceſſarios, prout iuris poſtulauerit ordo, procedatur, niſi aliud ex cauſa Commiſſario videatur.

Suppli.

Digitized by Google

Supplicationes grauaminum infra tres dies præſententur in eadem banca, & penes acta.

PRAGMATICA LXII.

De offic. Sacr. Conc.

CAROLVS &c.

SIamo ſtati auertiti come alcune perſone per dare dilatione, & prolungare le cauſe che tengono in queſſo Sacro Conſeglio, ci preſentano memoriali de grauamine, & dopò di eſſer mandato per noi decretarſi, dette parti le ritengono appreſſo di loro, & non li preſentano ſe non quando loro pare: Et volendo leuare queſta dilatione, & prouedere come ſi conuiene per la buona, & preſta adminiſtratione di giuſtitia, & per indennità di litigāti, per queſto vogliamo che ſe detti memoriali non ſaranno preſentati infra tre di iuridici dopò della data di eſſi, non ſi debbiano ammettere più, perche con la preſente li detti memoriali paſſati detti tre di dechiaramo, & teniamo per caſſi, & reuocati: Et coſi vi diciamo & ordinamo che lo debbiate oſſeruare, & fare oſſeruare, che tal'è noſtra volontà. Dat. in Caſtello nouo Neap. die 7. Apr. 1540.

Don Pedro de Toledo.

V. Decolle Regens. V. Loffredus Regens.

Martiranus Secretarius.

Supplicationes, quod fiat verbum per Iudicem, præſententur eadem die qua fuerunt expedita penes acta, alias ſint nullius roboris.

PRAGMATICA L.

De offic. Sacr. Concil.

PHILIPPVS &c.

DEcreto Sacri Regij Concilij, cum interuentu Excellentium, & Magnificorum V.I.D.D. Dominorum Ludouici de Montalto, Hieronymi Decolle, & Marcelli de Gazellis, Regentium Regiam Cancellariam prouiſum, & determinatum eſt, quod appellantes ab interlocutoriis, & decretis non diffinitiuis Magnæ Curiæ Vicariæ, vel Admiratiæ, aut aliarum curiarum inferiorum in cauſis ciuilibus, vel criminalibus atq; mixtis & obtinentes decretationes, quod Iudex referat in Sacro Concilio in forma debeant per illā diem, qua decretata fuerit ſupplicatio, vel ſequenti die, præſentare ſupplicationem cum decretatione in actis cauſæ in qua appellauerint, ibiq; relinquere ipſam ſupplicationem, vel eius copiam, alias non poſſint vlterius vti dicta ſupplicatione cum decretatione, & iudex à quo fuerit appellatum, poſſit & valeat in cauſa ipſa ad vlteriora procedere, tali ſupplicatione cum decretatione non obſtante, & quod appellantes compareant ſingulis diebus & horis, quibus ſolitum & conſuetum eſt fieri relationes in eodem Sacro Concilio, ſimiliterq; quod ſupplicationes quę porriguntur in cauſis criminalibus, in quibus procurator interuenire non poteſt, non recipiantur, niſi per principales porrigantur.

Lectum, & publicatum fuit in Sacro Regio Concilio in Monaſterio Sanctæ Claræ Neap. publico pro Tribunali ſedente aſſiſtentibus ibidem Excellente, & Magnificis V.I.D. Domino Cicco Loffreda Præſidente, & Viceprot. Domino Ioanne Martiale, Domino Antonio Capicio. Domino Nicolao Maiorana, Domino Alexandro Seuerino. D. Berardino Galiota, & Domino Iacobo de la Quadra Regiis Conſiliarijs, & quamplurimis alijs Doctoribus, actorum magiſtris procuratoribus, & ſcribis in numero copioſo. die 7. Iunij 1522.

Antonellus Secretarius.

Forma apponenda in litteris executorialibus Sacr. Conſ.

PRAGMATICA XLV.

De offic. Sacr. Concil.

CAROLVS &c.

PEr alcuni riſpetti mouenti la mente noſtra, & maſſime per quello che conuiene al ſeruitio della Maeſtà Ceſarea, vogliamo, & coſi per la preſente vi ordiniamo, che da qui auanti, publicate che ſaranno le ſententie per queſſo Sacr. Conſiglio nell'eſecutorie che ſi haueranno da ſpedire, & ſi faranno per l'eſecutioni di eſſe ſententie, ci ſi habbiano da porre queſte clauſule, videlicet.

Quod quicquid exequetur tam pro debito principali, quam pro expenſis debeat annotari in dorſo ipſarum litterarum executorialium, necnon quando erunt faciendæ executiones contra feudatarios, apponatur hæc clauſula, videlicet, dummodo per talem executionem nullo modo inducatur diuiſio feudi. Per queſto vi diciamo & ordiniamo, che debbiate prouedere che s'habbia coſi da eſequire & non altramēte, che tal'è noſtra volontà, per complire, com'è detto, al ſeruitio della prefata Maeſtà Ceſarea.

Datum in Caſtro nouo Neap. die 10. Iunij 1544.

Don Pedro de Toledo.

V. Decolle R. V. Loffredus R. V. Martialis R.

Martiranus Secretarius.

In prouiſionibus expediendis circa receptionem teſtium apponatur clauſula, quod ſeruetur Regia pragmatica circa numerum teſtium,

PRAGMATICA XLIX.

De offic. Sacr. Concil.

EX prouiſione facta per Sacrum Regium Concilium ex cauſis mentem ipſius iuſtè mouentibus, mandatur ſubſcriptis actorū magiſtris eiuſdem Sacri Regij Concilij ſub pœna priuationis eorum officiorum fiſco Regio in caſu contrauentionis applicanda, quatenus minime audeant, nec pręſumant facere aliquam prouiſionem pro examinandis teſtibus ad inſtantiam quarumuis perſonarum, niſi in ea fuerit ſpecificè facta mentio, quod obſeruetur Regia pragmatica ſuper numero teſtium examinandorum iuxta formam dictæ Regiæ pragmaticæ, minimequè audeant, nec præſu-

mant examinati facere teſtes in cauſis vertentibus in eodem Concilio, niſi per ſcribas approbatos per prædictum ſacrum Regium Concilium, ſeu magnificum dominum Viceprothonotarium, & Præſidentem eiuſdem ſacri Regij Concilij: Ac etiam mandantes eiuſdem ſub eadem pœna vt ſupra, quatenus omnes obligationes penes acta prædicti Sacri Regij Concilij faciendas, debeant illas incontinenti ſtipulatas annotare, & ſcribere in quinterno conſeruando in domo prædicti magnifici domini Prothonotarij.

Datum Neap. in eodem Sacro Regio Concilio, die decimo Martij 1519 Antonius Ianuarius Viceprot. Annibal Famacius, ſeu eius ſcriba. Franciſcus Ruta. Sigiſmundus Imperatus. Io. Paulus Carbonus. Franciſchellus Campellonus. Nicolaus Romanus. Anellus Gattulla. Nicolaus Tomaſius de Ianuario. Antonius Maneinus. Marcus Antonius Salatas. Guglielmus Penneſius. Paulus Hodierna.

Renunciationes nominationum deſcribantur penes acta eadem die vel ſequenti ad euitandum pœnam.

PRAGMATICA IX.

De offic. Sacr. Conc.

PHILIPPVS REX &c.

PEr Sacrum Regium Concilium prouiſum eſt, quod partes ſiue earum procuratores renunciantes nominationibus, & dilationibus conceſſis, in quorum pœnas non vtentes incurrunt, procurent renunciationem ipſam ab actorum magiſtris, ſiue eorum nomine actitantibus cauſas in actis annotari eadem die, vel ſequenti ad plus, de qua detur prædicta die etiam notitia Secretario prædicti ſacri Concilij, vt annotari poſſit per eundem alias de renunciatione prædicta nulla habeatur ratio, & pęna ipſius exigi poſſit, prædicta renunciatione non obſtante. Et vt prædicta omnibus innoteſcant, fuit ordinatum, quod præſens decretum, ſiue eius copia affigatur in valuis eiuſdem ſacri Concilij. Marinus Freccia Propræſidente, & Prothonotario. Neap. die 1. menſis Decembris 1557.

Cæſareus Secretarius.

Cauſæ committantur per Præſidentem, Locumtenentem, & Regentem officialibus ſuorum tribunalium, & non ſibi ipſis.

PRAGMATICA IX.

De offic. Iudicum.

PHILIPPVS &c.

EX prouiſione facta per Illuſtrem V. I. D. Don Antonium Orificium Regium Conſiliarium Sacriq; Regij Concilij Præſidentem, Viceprothonotarium. Quoniam ob incuriam magiſtrorum actorum, ſeu ſcribarum dicti Sac. Conc. aliquando accidit, quòd aliqua decreta per eos habita à dominis Regijs Conſiliarijs, interpoſita facto verbo in Sacroconcilio, quæ non potuerint per eoſdem dominos Conſiliarios conſignari in rota ſecreti dicti Sacri Concilij ex aliquibus occupationibus, ſeu impedimentis dicti actorum magiſtri, ſeu ſcribę non integrè, & in continenti illi aſportant, & conſignant dicto ſecretario regiſtranda in libro decretorum eiuſdem Sacri Concilij in Regias ordinationes, & antiquum morem ſemper obſeruatũ, ob ꝙ nõ nulla inconuenientia oriuntur, quibus nõ parum athoritati, & decori dicti ſacri Concil. diminuitur ijs, propterea prouidendo mandetur dictis actorum magiſtris ſub pęna vnciarum auri x m. per quamlibet Regio fiſco pro qualibet vice contra eos apponenda, quatenus omnia decreta per eos, & eorum ſcribas fortè recipienda, & habenda à prædictis dominis Regijs Conſiliarijs, quæ interponuntur facto verbo in ſacro Concilio, ſtatim, & incontinenti eodem die interpoſitionis ipſorum aſportare, & conſignare debeant præfato ſecretario, vel ad ſummum ſequenti die, valde mane, vt per eundem ſecretarium regiſtrari valeant ſub dicto die, qua fuerunt interpoſita, antequàm cęperit alia decreta ſequentis diei regiſtrare alias procedetur cõtra eos ad exactionem dictę pęnę,& aliarum prout iuris fuerit.

Datum Neap. die 4. menſis Maij 1579.

An. Orific. Præſ. & Viceprot.

Hic ponuntur nomina actorum magiſtrorum.

Actuarij non permittant in eorum bancis alios, quàm ſcribas ſedere. h. d. Tapia.

Decretum Sacri Concilij.

Ex lib. notam. Sacr. Concil.

De Mandato Regio.

EX prouiſione facta per Illuſtr. V. I. D. Dominum Antonium Orificium Reg. Conſiliarium, ſacriq; Regij Conſilij Præſidentem,& Viceprothonotarium. expedit per actorum magiſtros dicti ſacri Concilij, & eorum ſcribas, tempore quo reſident in eorũ bancis, ſcribi ſententias, & alia acta, quę ſæpè ſępiùs occurrunt in cauſis ſacri Concilij, cum omni debita diligentia, ſecreto, & taciturnitate, quòd hucuſq; non, vt conuenit ſeruatum fuiſſe ad aures prædicti D. Præſidentis peruenit, occaſione quàmplurimum perſonarum in dictis bancis ſedentium vltra ſcribas ſcilicet, magn. Doctorũ, procuratorum, & aliorum, qui ob negotia, quæ gerunt cum eorum clientibus, nedum perturbant dictos actorum magiſtros, ipſoſq; impediunt in tractandis expeditionibus, prouiſionum, & actorum, cum litigantibus in dictis bancis, ſed etiam ſecreta dictarum ſententiarum, & aliorum, quę occurrunt, aliquando pateſaciunt, in maximum indecorem dicti ſac. Concilij, volens igitur D. Præſidens, ſuper prædictis de oportuno iuris remedio prouidere, maximè cum iam de proximo ſacrum Concilium regetur in Palatio Caſtri Capuanę nouiter reſarcito, & ampliato, vbi magiſtri actorum habent loca particularia extra ſalam, quę ſala integra remanet magn. doctoribus, procuratoribus, & alijs negotia gerentibus, vltra alias comoditates logiarum ibi factas, pro collegiandis cauſis, cum ſcabellis circum circa, itaut non ſit neceſſe apud actorum magiſtros, & in eorum bancis alias perſonas ſedere, præter ſcribas ipſorum magiſtrorum actorum, harum ſerie committit Regijs porterijs inſolidum, vt quilibet eorum mandet omnibus infraſcriptis actorum magiſtris dicti ſacri Concilij, quatenus quàm primùm ſacr. Concilium ipſum Regi cęperit in dicto Palatio Capuanę nullatenus ſinant; nec permittent in eorum bancis ſedere, & permanere alias perſonas præter eorum ſcribas, ſiue ſint doctores, ſiue procuratores, vel quilibet alij negotia gerentes, cum clientibus, vel alias quoquo modo ſub pęna pro prima vice contrauentionis vnciarum auri decem, ſecunda verò alia grauiori, & corporali pena, arbitrio dicti ſacri Concilij, ſeu præfati domini Pręſidentis reſeruata.

Datum Neap. die ſecundo menſis Octobris 1578.

Idemq; ſeruiens per Secretarium dicti ſacri Concilij, quod in eius banca, non ſinat ſedere alios, prẽter eius ſcribas, & coadintores in eius officio.

Datum vt ſupra &c.

Hic ponuntur nomina dictorum magiſtrorum actorum.

EX PRAGMATICA XX.

De offic. ſacri Conc.

Ducis de Alcala ViceRegis prædictorum confirmatio.

SEcretario, actuarijs, & porterijs ſacri Concilij præſentis edicti obſeruãtia, inuiolabilis ſub pęnis hic annotatis indicitur, quod etiam decreto ſacri Concilij nouiſſimè eſt renouatum, die 20. Iunij 1534. huiuſmodi ſub tenore, videlicet.

De Mandato Regio.

EX prouiſione facta per ſacrum Regium Concilium mandetur ſubſcriptis, tam præſentibus hebdo-

hebdomadariis actuariis præfati ſacri Concilij, quam ſucceſsiue futuris, ſub pœna vnciarum quatuor Regio fiſco in caſu contrarij applicanda, ac irremiſſibiliter ab vnoquoque ipſorum exigenda, quatenus ex nunc in antea in ingreſſu Excellentis domini Præſidentis, & Magnificorum Regiorum Conſiliariorum ad aulas ipſius Sacri Concilij debeant perſonaliter iu ipſo Sacro Concilio aſſiſtere, ibidemq; permanere, & eorum officium exercere, & cum eis, ſiue altero eorum, cum opus fuerit ibi reperiantur, alias, &c.

Datum Neap, die 20, Iunij 1543.

Hieronymus Seuerinus Præſidens.

Nicolaus Vincentius Cæſareus Secretarius.

M. Cola Vincenzo Ceſareo.
M. Vincenzo Bozzauotra.
M. Ludouico Romano.
M. Ceſare Guerra.
M. Gioſeppe Mancuſo.
M. Pompeo Portio.
M. Gio. Portio.
M. Gio. Dominico Tramontano.
M. Tomaſo Palomba.
M. Mathio Daniele.
M. Laurentio Margiotta.
M. Gio. Bernardino Balſamo.
M. Gio. Pietro de Iubeno.

DE OFFICIO, EXAMINATORIS TESTIVM. Rub. iiij.

Conſiliarij teſtium examinationi vacent, ſi verò ſit examen extra ciuitatem eius arbitrio committitur vel actorum notario, vel ordinario loci, quòd fuit limitatum per prag. editam à Duce de Alcala. hoc dicit Tappa.

PRAGMATICA XV.

De offic. ſacri Conc.

FERDINAND. I.

Teſtium examinatione per falſitatem corruptelamus litigantibus damnū aſſeratur, Conſiliarios in cauſis ſibi cōmiſſis, vnà cum ſuo actorum notario intereſſe decernimus. Si tamen à iudicij loco teſtes abſuerint, Conſiliarij arbitrio relinquimus, vt vel ordinariis locorum teſtium audientiam committat, vel actorum notarium, ſiue alium quemuis idoneum partibus non ſuſpectum ad examinandum deſtinet, prout cauſe natura, ac perſonarum qualitas, & locorum diſtantia ſuadebunt.

Eligantur quadraginta examinatores pro cauſis examinandis approbati à Præſidente, & Conſiliarij examinationibus non vacent niſi de neceſſitate.

Ducis de Alcalà ViceRegis noua ſuper prædictis diſpoſitio.

Cauſarum expeditioni, quarum multitudo hiſce temporibus tantopere creuit interuentus iſte Conſiliariorum paſſim in examine omnium cauſarum nimis obeſſet, magnumque præſtaret impedimentum, propterea id vſu non receptum, niſi vrgenti, & rationabili ſubſiſtente cauſa Sacro Concilio, vel cauſæ Commiſſario aliter viſum fuerit, quo caſu pro examine intra hanc Ciuitatem faciendo, cauſæ Commiſſarius nihil recipiat T litigantibus, communiter autem examen fit per ſcribas, ſeu T examinatores electos, & approbatos à Præſidente, vel per ordinarios locorum, quibus in præmiſſis caſibus committitur, ſicque ſeruandum, Et quoniam ſcribarum ſeu examinatorum præfatorum, & forte non habilium numerus, vt accepimus, vltra modum auctus hodie reperitur, mandamus omnes modo exiſtentes conuocari, & per Præſidentē diligēter examinari, & ex habilioribus quadraginta tantum remanere debere vltra quem numerum prædicto nemo ſubrogetur, niſi vel neceſſitate ſuggerente eiuſdem Sac. Conc. Præſidenti aliter fuerit viſum, & ij quadraginta, & alij eorum loco ſubrogandi, vel ex cauſa (vt præmiſſum eſt) addendi non aliter admittantur, nec officium prædictum exerceant, niſi præſtita prius per eos idonea cautione de bene, legaliter, & fideliter adminiſtrando, & exercendo officium prędictum ſub pœna vnciarum quinquaginta.

CAR. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

T A *litigantibus.* Hoc hodie diuerſimodè ſeruatur, nam aliqui, (vt audio) ſolent recipere pro examinandis teſtibus intra Ciuitatem ducatum vnum, quia ſcribæ de conſuetudine teſtantur, aliqui verò ſeruant Regiam Pragmaticam.

T *Examinatores electos.* His enim examinatoribus committitur receptio teſtium, ſiue in curia, ſiue extra ſint recipiendi, & nouiſſimè ad eorum inſtantiam expeditæ fuerunt prouiſiones per Collaterale Concilium directæ Sacro Concil. † per quas 8 prohibetur Regiis Conſiliarijs, & Præſidenti commiſſio teſtiū recipiendorum ordinarijs locorum, cuius vis momenti cauſa fuerit; Hæ tamen prouiſiones non ſeruantur ab omnibus Regiis Conſiliarijs, qui cauſas paruæ quantitatis, & pauperum ſolent committere Regiis Audientiis, vel aliis locorum officialibus, & cauſa eſt quia propter cauſæ modicitatem potius liti cederent pauperes, quam illarum expeditionem curarent exequi partiū iuſtitiæ non eſſet conſultum, ideò q; vel quando cauſa eſt minima, vel perſona miſerabilis, vel partes conueniunt in aliquem officialem Regiis Audientiis committi ſolet. Quando tamen poſſit receptio teſtium extra curiam committi poſt Carauitam in rit. 158. tradit Muſcatellus in prax. par. 5. glo. ſuſpectorum per totū, qui optimè plura ad hāc rem recollexit. Quando aūt officialis † vnius iuriſdictionis poſſit alteri 8 committere, dicunt Bar. & alij in l. 2. C de naufrag. lib. 11. ad quem ſe remitit Rebuff. ad conſtit. Galliæ tract. de liter. requiſit. num. 29. Vnum tamen non omittam quod me referente fuit decisum in cauſa Io. Donati Turbuli cū Scipione Turbulo actuario Figliola, an ſcilicet receptio teſtium examinandorum † 10 cauſa repulſæ poſſet committi examinator Sacri 3 Concilii, vel deberent teſtes examinari coram cauſæ Commiſſario, & fuit deciſum poſſe committi examinatoribus Sacri Concilij, nam videntur recipi in curia dum examinantur per dictos examinatores, non obſtante auth. apud eloquentiſſimum C. de fide inſtrument.

Eligatur

Eligatur examinator non ſuſpectus, & pro quolibet teſte recipiat grana decem.

PRAGMATICA IX.

De ordine Iudit.

PHILIPPVS II.

RESponſionibus viciſſim factis, ad examinationem teſtium procedatur infra dilationẽ, eligaturq; examinator poſt reſponſionem poſitionibus incontinenti extra ſuſpectos per partes, tunc in promptu nominandos, quos ſi nominare neglexerint, Iudex illum ex officio eligat, & pro mercede examinatoris, & magiſtri actorum, in loco vbi cauſa agitur, decem grana pro quolibet teſte recipiantur, ſoluenda pro duabus partibus teſtium examinatori, pro tertia magiſtro actorum, niſi aliter examinatorem, & magiſtrum actorum concordatum fuerit, extra vero Ciuitatem vbi litigatur, & ſi partes non fuerint in concordia, quod ſolus magiſter actorum examinet, ſimiliter examinator cum magiſtro actorum teſtes recipiat, & pro examinatore intelligatur ordinarius loci, & in eius abſentia vel ſi præſens fuerit, & ſuſpectus, Epiſcopus, vel eius T Vicarius.

Item Rector maioris Eccleſiæ, vbi Vicarius non eſſet, niſi prædicti ſimiliter ſuſpecti eſſent, quo caſu prædicti ſine vlla dilatione in promptu aliũ eligãt partibus non ſuſpectum cum ſimili mercede, niſi ex eo, quia magiſter actorũ tunc accedat ad aliena loca extra Ciuitatem maiori ſumptu, duæ partes mercedis ſunt magiſtri actorum, & tertiæ examinatoris, ad rationem decem granorum, vt ſupra, pro quolibet teſte, vel eius mercedis, pro qua cum partibus ſe compoſuerint, Ita tamen quod compoſitio excedere non poſſit carlenos octo pro ſingulo die, vltra expenſas victus, quarum expenſarum onus vltra dictos octo carolenos ad partes pertineat.

T VIcarius. Hoc hodie non ſeruatur, ſed in cauſa ſuſpitionis ordinario loco, vel alteri conuicino cõmittitur. Car. Tap.

Pœna imponitur magiſtris actorum, ſiue ſcribis, quorum culpa intra terminum teſtes non recipiuntur. h. d. Tapia.

PRAGMATICA X.

De ordin. Iud.

PHILIPPVS II.

ET ſi per examinatorem, & magiſtrum actorum, vel eorum alterum ſteterit, quominus teſtes infra terminum examinarentur, condemnetur quilibet per quem ſteterit ad pęnam arbitrio Iudicis moderandam, perſonarum qualitate inſpecta, quam Iudex cauſæ exigere non negligat, debeatq; Iudex ipſe reſtituere terminum partibus, culpa magiſtri actorum, vel examinatoris decurſum.

Hæc pragmatica hodie non ſeruatur, deberet equidem ſeruari, cum multoties pauperes litigantes ob iſtorum culpam defatigentur. C.T.

Dicta teſtium ſcribantur manu examinatorum.

PRAGMATICA LVI.

De offic. Sacr. Concil.

CAROLVS V.

EX prouiſione facta per Sacrum Regium Concilium mandetur infraſcriptis ordinariis ſcribis, & examinatoribus eiuſdem Sacri Concilij, ſub pœna vnciarum auri decem, per quemlibet fiſco Regio in caſu contrarij applicanda, & priuationis officiorum eorum, quatenus dicta, & diſpoſitiones teſtium & principalium per ipſos examinandarum in cauſis, in quibus fuerint deputati ad examinandum, ſcribere, & annotare debeant eorum propriis manibus & non aliorum, alias ſi contrafecerint, procedetur contra eos ad exactionem dictæ pœnæ, & priuationem prædictorum officiorũ.

Datum Neap. die 19. Nouemb. 1550.

Hieronymus Seuerinus Præſidens, & Viceprot.

DE OFFI. OSTIARII. S. C. SEV DE APPARITORIBVS Rub. v.

CAR. TAP. REG. CONS. ANNOT.

IN xij. lib. C. adſunt quam plures tituli ſimiles, & inibi latè Lucas de Penna, & Io. de Platea, quorum memini in ſeq. pragmatica verb. oſtiarius.

Porterij Sacri Concilij per hebdomadam ſeruiant, nec ingrediantur aulam niſi vocati, præparentq; aulas, & exequutoria inter ipſos diuidantur. h. d. Tapia.

EX PRAGMATICA XXVII.

De offic. Sacr. Concil.

FERDINAND. I.

HOſtiarios, qui in Concilio deputati fuerint per hebdomadas ſeruire iubemus, & vt eorum qui ſeruient quoties hebdomadarij fuerint notitia habeatur ſingulis Secretario hebdomadis ſuorum ſcedula nominum à ſeruientibus dari volumus, neq; eos ſecretam in Audientiam, quandiu ibidem ad cauſas expediendas cõſident, Conſiliarij, niſi vocatos ingredi permittimus, quod ſi ſcedulas, aut mandata aliqua ad Præſidentem Conſiliarioſue deferre voluerint, priuſquam ingrediantur baculo ſiue Audientiæ ianuam pulſandam eſſe ſciant, nec tamen niſi vocati fuerint ipſis ad Præſidentem, Conſiliarioſue aditum patere volumus: Eiſdem quoq; ſua quorumlibet in hebdomada mane Conſiliariorum ante aduentum in Concilium venire, locumq; Audientiæ reparare, Et quæ pro tempore agenda fuerint, curare mandamus, contumacibus priuationis officij, & aliam Sacri arbitrio Concilij pœnam T conſtituimus.

Exequutoriales ſententiarum noſtri Cencilij, decretorumq; litteras inter oſtiarios in Concilio arbitrio Præſidentis, vt quilibet ſuam ratam aſſequatur diſtribui mandamus.

Dux de Alcala ViceRex &c.

AEqualitatem omnino pro poſſe ſeruandam eſſe inter prædictos oſtiarios, tam circa labores, quàm circagagia,& emolumenta, percipienda prouidendum eſt, quòd modo actuariorum, & ſcribarum ipſius Sacri Concilij abuſum non ferendo male ſeruatum audimus, iniungimus propterea ipſius Sacri Regij Concilij Præſidenti, & Conſiliarijs, quod ſuper hoc de opportuno prouideant remedio, & prædictorum fraudibus occurrant, oſtiariorum prædictorum numerus, prout nunc eſt T duodenarius ita de cætero obſeruetur, vt ſupra hunc num. alius pacto aliquo non T admittatur.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

1 OStiarius. Huiuſmodi oſtiarij pluribus appellati † ſunt nominibus. nam alibi apparitores, alibi verò exequutores, viatores, nuntij,& alijs nominibus, prout exercitij ipſorũ munus expoſtulat appellãtur;de quo latè per Chaſſe,in conſu. Burg. tit. *des iuſtices* rub. 1. §. 6. nu.1. & ſequen. & per Azeued. lib. 4.tit. 3. l. 3. nouæ recoll. num. 2. & Marc. Ant. Surgentem de Neap. illuſt. lib. 1. cap. 25. num. 10. de his plures tituli in 12. lib.C. hoc eſt de apparitoribus præfecti prætorio, apparitoribus præfecti vrbi, de apparitoribus magiſtrorum militum, de apparitoribus proconſ. dicti ſunt ét oſtiarij Principis, qui archiatri vocantur, de quibus non eſt hic locus, dicit tamen de ipſis Chaſſen. in catal. glor. mun. 6. par. conſiderat.13 .in Regno Franciæ eſſe in magna dignitate. Horum

2 † oſtiariorum munus eſt (vt hic dicitur) de mane oſtium aulæ cuſtodire, acceſſum ingredi volentibus abſq; licentia prohibere, aduocatos, & procuratores vocare, & ſcripturas partibus notificare, relationeſq; facere notificationis, & omnia quæ alguzerij, curſores, vel exequutores faciunt in ipſorum curijs, & tribunalibus circa acta,& venerationem Sacr. Conc. Conſiliariorum.

3 T *Conſtituimus.* Benè dicit hic † puniendos eſſe arbitrio Sacri Concilij huiuſmodi oſtiarios, debent enim de iure conueniri, & puniri ab eo iudice, cui ſeruiunt, vt tradit Lucas de Penna in l. 1. C. de apparit. præfect. vrb. ex l. 2. de offic. magiſt. milit. lib. 12. ad quod facit lex viros ſpectabiles. C. de diuerſ. off.& apparit. eodem libro.

Duodenarius. Hodie eum auctus ſit numerus aularum ſunt quatuordecim, deberent tamen eſſe ſexdecim, nam propter infirmitates, & occaſiones exequendi ſententiæ Sac. Concil. aſſociandi dominos Conſ. deficit ſeruitium.

4 *Admittatur.* Hoc ideo prohibitum eſt nam regulariter † quilibet iudex poteſt ſibi eligere nuntium ſuæ iuriſdictionis exequutorem, vt tradit Chaſſen. ad conſuet. Burg. tit. *des iuſtices*, rub. 1. §. 6. verſ. ad ſecundum, quando tamen ex numero accidit facienda prouiſio † Regia Curia ſolet huiuſmodi officium vendere. audiui tamen olim ad Præſidentem ſpectaſſe hanc prouiſionem, & vidi tempore maximi Præſidentis Vincentij de Franch. litteras à Catholica Maieſtate expeditas, quibus licentia dabatur huiuſmodi prouidendi officia eius vita durante.

Salarium taxatur oſtiarijs Sacr. Conc. & exequutoribus litterarum ipſius b. d. Tapia.

PRAGMATICA XXVIII.

De offic. Sacr. Conc.

FERDINAND. I.

HOſtiarijs Sacri Concilij noſtri quoties extra Ciuitatem ad aliquod exequendum mittentur, cum victus expenſis carlenorum quattuor ſalarium decernimus.

Dux de Alcala ViceRex.

Fuit ſuper hoc latum decretum per Sacr. Concilium,die 22. Nouembris 1537. ferie ſubſequenti.

Ex cauſis mentem Sacri Concilij iuſtè mouentibus, prouiſum eſt, quod ex nunc in antea executoribus ſententiarum, & decretorum prædicti Sacri Concilij, ſiue ſint porterij, ſiue ſcribæ, ſeu quæcunq; perſona, ſoluatur ſalarium conſuetum ſolui Regijs porterijs ipſius Sacri Concilij, videlicet, carolenos quinque cum expenſis tantum, & minus ſi pro minori pretio partes ſe concordare poterunt, verum ſi erit executio facienda talis quod requirat ſcientiam, & induſtriam perſonæ, tunc ſolui poſſit ſalarium per Regiam pragmaticam taxatum, videlicet, carolenos octo cum expenſis, Quod ſalarium debeat eſſe ipſius executoris, nec in eo habere debeat partem actorum magiſter: Et vltra dictum ſalarium non poſſit exigi, nec recipi à volentibus, ſub pœna priuationis officij contrafacientibus, & alia arbitrio eiuſdem Sacri Concilij reſeruata.

Loffredus Præſidens.
Galeotus Fonſeca.
Ioannes Martialis.
Ioannes Thomas de Minadois.
Nicolaus Maiorana.
Antonius Baraptucius.
Bernardinus Galeota.
Thomas Grammaticus.

Antonellus Secretarius.

Quod temporum qualitate attenta ſeruandum eſt.

Extat etiam aliud capitulum oſtiariorum, pertinens ad officium in pragmatica Catholicæ Maieſtatis, ſub his verbis deſcriptum.

Item quod porterij Regij teneantur eadem vel ſequenti die referre magiſtro actorum intimationes, per eos partibus factas, referendo horam intimationis factæ, & nomina perſonarum, quibus eſt facta intimatio quando perſonaliter non reperientur principales, ſi cauſa per procuratores agitabitur: Et ſi forte fiet in domo, exprimatur nomen perſonæ cui fuerit facta,& per magiſtros actorum debeat in actis dicta relatio continuari ad pœnam priuationis officij.

Hodie auctum eſt ſalarium iſtorum per nouellam pragmaticam Comitis de Lemos.

Vetitum eſt porterijs, & alijs mancias petere. b. d. Tapia.

PRAGMATICA I.

De Porterijs.

PHILIPPVS &c.

COnſiderato, che in queſti vltimi giorni dell'anno, li Portieri, Alabardieri noſtri, Trombetti, & ſerultori delli magnifici, & circonſpetti Regenti la Regia Cancellaria, & delli Caſtellani delle Caſtella, & delli Regij Conſiglieri delli Tribunali del Sacro Regio Conſiglio della Camera della Summaria, & della Gran Corte della Vicaria,

ria, & de gli altri Tribunali, Tamburrini, tanto di ſoldati, quanto d'ogni ſorte, & anco per gli officiali del Giuſtitiero, Catapani, & Portieri delli Magnifici Eletti di queſta Magnifica, & fideliſſima Città di Napoli ſi è introdotto vno abuſo, che ſotto zelo di dar le buone feſte, vanno di caſa in caſa domandando, & cercando l'inſerte, & mancie, talche, come per l'eſperientia ſi vede, ſi cauſa danno alli cittadini, & habitanti in queſta predetta Città, oltra di male eſempio: Per tanto volendo, che tal cattiuo abuſo del tutto ſia tolto, per tenore col preſente bando s'ordina, & comanda à tutti li ſopradetti Portieri, Alabardieri, Trombetti, Seruitori, Catapani, Portieri. & officiali del predetto Giuſtitiero, & altri ſopradetti, che da quà auanti in dette feſte, innanzi nè dopoi, non preſumano in modo alcuno andar cercando, & domandando dette inſerte, & mancie per le caſe, & altre parti delli Cittadini, & habitāti in queſta predetta Città, nè quelle pigliare, nè far pigliare per terze perſone, ſotto pena di priuatione d'officio, & di quattro tratti di corda, alla quale ogn'vno ſi guardi di non incorrere. Datum Neap. in Regio Palatio die 19. menſis Decembris 1571.

Ant. Card. de Granuella.

V. Reuerterius R. V. Salernitanus Regens.
Lobera pro Secretario.
In Bannorum primo fol. 36.

Hæc pragmatica malè ſeruatur.

In relationibus faciendis à porterijs apponatur nomina, & cognomina eorum, quibus ſcripturæ notificantur. b. d. Tapia.

Decretum Sacr. Concil.

PEr ordine del Sig. Thomaſe Salernitano Regio Conſigliero, & Præſidente del Sacr. Reg. Conſiglio, ſi comanda, & ordina à tutti li portieri di detto Sacro Conſiglio, che da hoggi auante in tutte le intimationi, de prouiſioni, ſcripture, & atti che fanno, tanto alle parti litiganti, & loro procuratori, quanto alli teſtimonij, & altri qualſiuoglia perſona, che citano, debbiano in ciaſcuna relatione, declarare li nomi, & cognomi di quelli, che hanno intimato, con dire il tale perſonaliter, & il tale domi, tolto penitus, lo che ſi ha ſoluto far per il paſſato de dire li ſopradetti ſignali perſonaliter, & in domo acciò, per la relatione di eſſi portieri, coſi ſpecifica, ſi euiti ogni fraude, & falſità, che ſi poteſſe commettere in li nomi, & cognomi di dette perſone intimande, & ſi ben il numero delli teſtimonij, ò altri che ſe intimano foſſe tanto grande, che quello foglio di carta non fuſſe baſtante, & capace di detta relatione coſi particolare, non per queſto debbiano laſſare di farla, come di ſopra ſta ordinato, ma ci giongano carta appreſſo, coſendola con l'altro primo foglio, & tutto ſi eſequiſca inuiolabilmente, & ſenza altro pagamento di più di quello, che per lo paſſato per dette intimationi hanno coſtumato, & deuuto pigliare, ſotto pena di priuatione di loro officij. Datum Neapoli 25. menſis Octobris 1568.

Salernitanus Præſidens.

DE OFFICIO PROCVRATORIS CÆSARIS. Rub. vj.

HVius rub. materiam diuerſis in locis noſtri iuris interpretes proſequuntur, Agunt enim de ea Feneſtella de Rom. Magiſtrat. cap. 26. Ciuiliſtæ in rub. & tit. de iure fiſci lib. 10. Codicis, in lib. ff. in tit. ff. de offic. procur. Cæſaris, Fran. Lucenſis, Martin. Laudens. & Marcus Antonius Peregr. in tract. de iure fiſci, Petrus Gregor. Toloſan. in ſintagm. iur. par. 3. lib. 49. cap. 7. Corrad. in templo omn. iudic. lib. 1. cap. 8. de procur. Cæſar. Chaſſen. ad conſuet. Burgun. tit. *des confiſcations* rub. 2. Pancirol. in notit. Imperij orient. cap. 87. de Illuſtri Comite priuatarum Marin. Frecc. lib. 1. de ſubſeud. capit. de offic. Magni Camer. Marcus Antonius Surgens de Neap. illuſtra. cap. 26. num. 23. ex quorum dictis aliqua breuiter colligamus, vt qui hunc librum præmanibus habuerint, aliqualem de hac re notitiam habeant. Et in primis ex Pancirol. & Surgente locis citatis animaduertēdum eſt huiuſmodi pro-
1 curatoris Cæſar. officium ab Alexan. † Seuero Imperatore Maximo inuentum fuiſſe, cum enim (vt inquit Feneſtella) Princeps, à quo legum, ſenatuſconſultorum, magiſtratumq;
2 omnium manat origo, legibus non ſit † ſubiectus, indecenſq;
3 ſit, vt ipſe ſibi ius † in cauſis cum priuatis dicat, officium iſtud inuentum eſt, cui inter ipſum, & priuatas perſonas compe-
4 tens eſſet † iuriſdictio: cui etiam commiſſum eſt, vt quicquid ab eo imperialium negotiorum geſtum erit, id ratum habeatur, ac ſi ab ipſo Cæſare fuerit pertractatum, quod idem tradit Vlp. in l. 1. ff. de offic. procurator. Cæſar. Hæc de eius officio in genere dixiſſe ſufficiat. nunc videamus quis ſucceſſerit in eius locum, & in hoc dico Regiæ Cameræ Summariæ
5 † ſupremum tribunal. quod olim iunctum erat cum tribunali Siclæ eius locum obtinuiſſe prout tradunt Marin. Frecc. num. 11. loco cit. & Marcus Antonius Surgens de Neap. illuſtr. lib. 1. cap. 7. num. 2. Carolus tamen primus ad ſimilitudinem Regni Franciæ officium magni Camerarij creauit, cui patrimonij curam
commiſit, multaq; tribunali Siclæ ademit Regina Ioanna Prima, & in hanc quæ nunc inſpicitur formam Rex Al- 6
fonſus † primus redegit. Hoc igitur Regiæ Cameræ Summa- 7
riæ Tribunal. Marin. Freccia comparauit † Comiti priuatarū rerum quatenus priuatas Principis res gubernat, & Comiti ſacratum largitionum inquantum habet poteſtatem. & cuſtodiam theſauri, & collarores, & exactores pecuniarum teneatur ſibi reddere rationem; licèt quo ad cuſtodiam, & diſtributionem theſauri non poſſit proprie comparari Regia Camera, cum ad hoc officium Theſaurarij ſpectet, habet tamen Regia Camera quandam ſuperioritatem, quia præterquam quod vnus ex rationalibus ipſius aſſiſtit in ſolutionibus faciendis ſolet mittere vnum ex Præſidentibus ad viſitandum tam pecuniam in arca conſiſtentem, quam etiam libros caſſerij, & aliorum officialium. Sic etiam Comiti Sacri palatij quatenus præpoſitus eſt cōſeruatoni, & ornamento ſacri Palatij. Quæſtori, ſeu Præfecto Erarij quatenus iuriſdictionem habet in omnes Theſaurarios, & Commiſſarios, & Perceptores introituum regni, ac pecuniæ Regis, ex quauis cauſa ei obuenientis, qui tenētur coram ipſo reddere rationem. Sic etiam procuratori fiſci, prout etiam appellari poteſt curator reipub. inquantum, quòd ex pecunia quam exigi mandat, reipub. ſuccurrit. Item appellari poteſt magiſter ſcrineorum. Item ſacri ærarij Præſidens, de quibus omnibus latè per Marin. Frecc. loco citato; ad quod etiam faciunt dicta per Corrad. in d. cap. 8. de
procurat. Cæſar. Compræhendit † etiā hoc officium tam quæ 8
ſpectant ad officium procuratoris fiſci, quàm etiam ad officiū procuratoris Cæſaris, hoc eſt tam de rebus ſpectantibus ad Regem ratione vniuerſalis dominij regni, quàm etiam priuati patrimonij, vt tradit Marcus Antonius Peregrinus de iure fiſci lib. 1. cap. 5. num. 7. Hoc tamen nomen Procuratoris Cæſaris 9
† apud multos iuris interpretes confunditur, & comprahendit

dit etiam fiſcum vt Io. de Platea in rub. C. de iure fiſci lib. 10. & poſt And. Aleiat. annotauit Corrad. in templo omn. iudic. loco præcitato num. 4 inquiens, paruoi de his curandum, cum omnia ſint io principem tranſlata, licèt propriè officium procuratoris Cæſaris ſit diſtinctum ab officio procuratoris fiſci, vt tradit Afflict. in rub. de officio Magiſtri Camerar. Iaſ. in l. procurator. col. 1. C. de edend. & poſt alios Peregr. in tract. de iure fiſci in initio num. 7. licèt Caran. in rit. 17. num 5. tres aſſerat adeſſe procuratores, patrimonij, fiſci, & Cæſaris. Nec
10 omittam fiſcum † alios, quàm Papam, Imperatorem, & Reges habere non poſſe, vt ex l. 1. C. de bon. vacan. lib. 11. tradit Io. Vinc. Anna ſing. 220. qui deciſum teſtatur reſpectò terrarum, quas Sereniſſima Regina Poloniæ habebat in hoc Regno; licèt Princeps Biſiniani habeat procuratorem fiſcalem. Sed an Epiſcopus poſſit habere, vide Io. de Platea in l. 1. C. de iure fiſci lib. 10. Et tandem non omittam, quod Afflict. me docuit in conſtit. Caſtellanorum poſt num. 1. Præſidentes, & †
11 rationales Regiæ Cameræ, non habere alium iudicem, quàm ipſam Regiam Cameram,

Conſtat itaq; hoc tribunal ex ſex † Præſidentibus iuris profeſſoribus, & duobus; quos idiotas vocant, qui ex numero ra- 12
tionalium eligũtur. Habet ſuum aduocatum, procuratorem, & ſolicitatorem fiſcalem, habet etiam rationales 20. actorum giſtros quatuor, licet nunc tres tantum actitantes trigintaſex & his omnibus præeſt. vnus qui vocatur Magni Camerarij Locumtenens, qui eligitur à Rege, quod officium exercet nunc vtriuſq; iuris cenſuræ peritiſſimus ſummi ingenij, vir † Io. Al- 13
phonſus Xuarez, qui dum fiſci partes tueretur io Hiſpania apud ſupremũ Tribunal patrimonij quod *de hacienda* vocant fuit à Rege nſo maximo ad hoc miſſus. Præſidentes, qui nunc munere iſto funguntur peritiſſimi, atq; præclariſſimi viri ſunt Io. de Montoya prius Regius Conſiliarius, demum ad hoc tribunal tranſmiſſus, Iulius Cæſar Minadous. D. Bernardinus Montaluus, Petrus Antonius Maſtrillus. Camillus de Curte, & D. Didacus de Vera, e Sacro noſtro Concilio omnes togati, Ioannes Camillus Barba, & Detius Raparius non togati, Aduocati fiſcalis munere fungitur Iacobus Salutius, & Procuratoris fiſcalis Iulius Cæſar Poſitanus. Car. Tap.

Procurator fiſcalis in qualibet prouincia conſtituitur, facultatem habet inquirendi contra poſſeſſorem bonorum fiſci qua inquiſitione facta illos admittat ad ſe defendendum, non cum poſſeſſionem capiat abſq; reſponſo curiæ, cui debet dari notitia, ſic etiam curam habeat omnium, quæ ad Regem in ea prouincia pertinent: prouideatq; caſtrorum neceſſitatibus, & Magiſtri Camerarij Caſtellanis, & ſeruientibus, ſtipendia ſoluat. h. d. Tapia.

IMPER. FREDER.

Inter [a] multas * & arduas ſollicitudines noſtras, quibus ordinata diſpenſatione diſponere Regno noſtro ſatagimus, noſtrarum rerum fiſcalium curam, quę, velut res noſtræ quodammodo priuatæ [b] cenſentur, non improbabiliter vidimus collocandam: earum procurationibus perſonas idoneas præponere cupientes, per quas nobis ſic iura noſtra [c] reddantur, vt in eorum iuribus fideles noſtri propterea non grauentur. Statuimus igitur, vt per quem-

[a] *Inter multas.* No. de generali inquiſitione, quæ fit ad reuocationem rerum fiſcalium, quæ ab aliis poſſidentur, quia dabitur poſſeſſoribus copia reclamandi, & ſi non allegent poſſeſſores aliquid ſufficiens, reducuntur bona in fiſcum, nec videtur opus eſſe alia ſolemnitate, quòd videlicet, detur libellus, & quòd detur inde ſententia in ſcriptis, vt hic innuitur. & C. de aquæduc. l. diligenter. lib. 11. & de fun. & ſal. rei do. l. ſi & C. de bo. vac. l. 3. & l. fin. lib. 10. licèt videatur contra. C. de delato. l. omnes. vbi dicit, & recto iuris ordine, &c. Sed reſpon. quòd hoc quod dixi, eſt rectus ordo in fiſcalibus. Aliàs eſt ibi litera retrò iuris ordine; &c. & tunc facit prò me. q. d. is ordo ſeruetur. qui retrò obtinuit. & ſine dubio hactenus iſte ordo ſeruatus eſt in Regno per magiſtr. Iuſtit. rationales magnæ Curiæ. quod vbi de iure curiæ quomodolibet conſtat: nec poſſeſſor vocatus alleget pro ſe aliquid ſufficiens, ſtatim fit reuocatio ad manus Curiæ, ſine libello, & ſententia, ſeu alio iudicij ſtrepitu. Item videtur contra. C. de conue. fiſ. deb. l. hi qui in fi. lib. 10. & C. de condu. & procur. ſine exacto. prædi. fiſc. l. 1. lib. 11. Sed iſtæ duæ ll. faciunt potius pro me: nam ibi debitor fiſci quæſtionẽ habebat cum debitore ſuo, vel conductor domus Auguſtæ habebat quæſtionem cum alio priuato de illo fiſcali prædio, vnde dicitur, quod cauſa iſta tractari debet ſecundum communem iuris & iudicij ordinem, quia inter priuatos eſt quæſtio, licet de re fiſcali, ſeu ratione fiſcalis debiti ageretur. non propterea iſta cauſa præter communem ordinem tractanda eſſet, & ſic datur ibi intelligi, quòd ſi de fiſcalibus cauſam fiſcus directò tractaret: non ille communis ordo iudicij ſeruaretur, ſed ſine fruſtratione aliqua expediretur, vt in ead. l. hi qui qui. in principio, aliàs nulla eſſet illarum legum dubitatio.

* ADDITIO. *Adde gloſ. fin. ſupra in conſtit. paritatem. vide etiam Io. Ant. de Nigris in prima rub. cap. regni, num. 11. & in cap. prædicti magiſtri fol. 103. in cap. item ſtatuimus. quod ſi procuratores. fol. 121. Ex hoc textu colligo, quòd procurator, ad quem ſpectat cura rerum fiſcalium, poteſt cognoſcere, & decidere quando*

ANDRAEAS DE ISERNIA.

Inter multas. Ordinata quidem charitas incipit à ſeipſo, in Auth. de trien. & ſemiſ. §. 1. in fin. C. de ſeru. & aqu. l. præſes, & l. manifeſtæ.

Cenſentur. C. de quad. præſcript. l. fin. circa princ. ff. de leg. 1. l. apud. Iulianum. §. vlt.

Non grauentur. Nam ſi fiſcus eſt diues, non extendat ad iniquitates manus ſuas, dicit cap. Papæ Honorij. Hi magiſtri procuratores poſſunt ad delationem alterius, vel ex ſuo officio inquirere de occupatis. ſed magiſter Cameræ, & Præſes prouinciæ cognoſcunt de rebus fiſcalibus, quando fiſcus conuenitur tantum, vt dictum eſt ſupra de officio Iuſtitia. l. præſides., & data copia reclamandi, ſi nihil, vel aliquid inſufficiens allegetur, reuocat ad manus Curiæ. dicit glo. non dato libello, vel petitione, ſicut faciunt magiſtri Rationales. hoc probat, gloſ. hinc inde, & vide quod ſatis dici poteſt de re non magni valoris, qui valor † ſecundum facultates poſſidentis attenditur

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Hæc conſtitutio in paucis ne dicam in nihilo ſeruatur. Nam hodie procuratores fiſcales prouinciarum muneri per hanc conſtitutionem impoſito minime vacant. ſed perquirendis tantum delictis, cauſiſq; agitandis, ſicut etiam prouiſioni caſtrorũ alij ſunt deputati, quemadmodũ hoc camerarius ſtipẽdia ſoluit; hac igitur de re q. breuiſſimè aliqua annotabimus.

Cenſentur. Ex his verbis annotare poſſumus, quod aliqui ex noſtratibus tradunt (vt ſuperius in rub. diximus) Imperatorem habere † duplex patrimonium fiſcale ſcilicet, & priuatũ, & priuilegia fiſcalis patrimonij eſſe communicata priuato, vt ex tex. in l. fiſci ff. de iure fiſci tradit Petrus Gregor. in ſint. agm. iur. par. 3. lib. 49. cap. 7. Iaſ. in l. procurator. col. 1. C. de eden. ſo-

quando poſſeſſor non contradicit, ſed data contradictione tunc eſt conſulendus Princeps, & ita in ſi declarat hic And. & latius exprimitur in c. ſtatuimus, quòd ſi procuratores, dum dicit in competenti tribunali, & ſic excludit illas perſonas quæ curam habent de patrimonio, tum quia And. hic dicit, quòd in hoc inſpicienda eſſet poteſtas data à Principe, videtur innuere, quòd ſi Princeps dederit poteſtatem determinandi, quòd poſſet, & ſatis innuitur hic dum non data contradictione vel allegatione ſubſiſtente dat iuriſdictionem vendicandi & cognoſcendi. in dubio autem quando tractatur de cauſa fiſcali Princeps eſt comprahendendus, vt ſupra in conſtit. hac lege, & in conſt. præſides prouinciarum, & in conſtitutione, quæſtiones omnes. Attende, quia ſecundum has conſtitutiones quando tractatur de magnis cauſis Magiſter Iuſtitiariatus erit Iudex, & Rex debet conſultari in d. c. vt ſup. in conſtit. cauſas per magiſtros. Sic poteſt intelligi cap. ſtatuimus, dum loquitur de cõpetenti Tribunali. De Bottis.

a *De curia noſtra*. Vt Vt C. de iure fiſ. l. prohibitũ. & de bon. vac. l. fi. §. Decurio.

a *Legitime fuerint*. Vel quia nullus reclamat: & ſi reclamabat aliquis, nõ allegabat cauſam ſufficientem. nam hæc duo ſunt paria, vt ff. quod cuiuſq; vniu. nomi. l. 1. §. pen.

libet præſidatum, vnus magiſter procurator T rerum noſtrarum, & vnus magiſter ſundicarius debeãt ordinari: qui T iura fiſci noſtri percipiant, & percepta conſeruent: qui etiam magiſter procurator, videlicet, per ſingulas T iuriſdictionis ſuæ partes ad denuntiationes fidelium delatorũ: vel nullis deferentibus etiam ſi viderit expedire, T inquiſitionem facere ſtudeat diligenter, & data poſſeſſoribus poſt inquiſitionis copiam, de iure ſuo contradicendi licentia, quæ ad ius Curiæ noſtræ pertinere competerit, fiſci noſtri iuribus ſtudeat T vendicare. Vt tamen poſt cauſam ſufficienter inſtructam, & ad conſcientiam noſtram fideli relatione deducta, ſi poſſeſſor in contradicendo perſtiterit, non aliter ad T occupandam poſſeſſionem manus extẽdat, quam ſi ſuper hoc a de Curia noſtra mandatum receperit ſpeciale. Prædicta autem poſt quàm reuocata b legitimè fuerint, & alia, quæ per prædeceſſores officij reuocata per Curiam noſtrã repererit poſſideri: T Demania etiam, & morticia, * T excadentias, granaterias, piſcarias, * herbas, alumina, 1 & generaliter omnia, quæ per noſtrã Curiã c procurãtur, ad procurationis ſuæ ſolicitudiné d reuocabit. T Animalia aũt Curiæ noſtræ, & omnes beſtias, maſſarias per Curiam, & alios, qui præſenti pro tempore fuerint, cum diligentia debita faciant procurari: & ex eorum prouentibus, tam curiæ noſtræ, quàm T caſtrorum noſtrorum neceſſitatibus, & vtilitatibus ad requiſitionem prouiſorum ſuper caſtrorum noſtrorũ prouiſionibus ſtatutorum faciat prouideri. Stipendia autem, quæ in pecunia numerata cõſiſtunt Caſtellanis, & ſeruientibus, ac perſonis alijs ſtatutis in caſtris, per magiſtros Camerarios regionum volumus miniſtrari.

* ADDITIO. *Quæ dicantur morticia, & quæ excadentia, vide Ioan. Anton. de Nigris in rubri. de portulanis, num. 12.* De Bottis.

* ADDITIO. *De alumine, & cuius ſint minera, vide poſt Andr. in §. argentariæ, quæ ſint regalia. per Afflict. in deciſ. 121. & Iacob. in tractatu feud. in ver. argentifodinis. & per Paul. de Caſtro in conſ. 351. in antiquis, incip. in Chriſti nomine, & de piſcarijs vide Andream ibidem in verbo, reditus piſcatorum. ubi de ſalinis. pro quo vide Ludo. in l. diuortio. §. fundus. ff. ſoluto matrimonio Et quid de venatione, vide Decium conſ. 197.* Fab. Iordanus.

1 ADDITIO. *Aluis, aliminis, & tunc ab alo, alis, & ſic de herbis, quæ alunt, vide in deci. Conſil. 321. in Regia Camera. vbi de hac conſtit.* Cæſar.

c *Procurantur*. Et ſic Curia poſſidebat.

d *Reuocabit*. De facto.

* ADDITIO. *Vide capit. Regni, prædicti magiſtri, & cap. in forma. vide hic formam concedendi excadentias, allegat Parid. de reintegra. feudo. capit. ſexto, in fine capitali.* De Bottis.

ANDRAEAS DE ISERNIA ET ALII

tur, argumen. ff. de iudic. l. ſed & ſi ſuceperit. §. fina. in gloſ. nam ſi de omnibus bonis, vel de maiori parte bonorum, aut de vno Caſtro, obtineant alia iura, quæ dicunt recto tramite cauſas fiſcales audiendas, pro quo eſt argumen. conſtit. proſequentes. de teſti. contra Comi. & Baiul.

† ADDITIO. *Vide Moder. in cap. regni, ab olim, fol. 17.* De Bottis.

¶ Hodie cum habent alias formas magiſtri procuratoris, inſpicienda eſſet eorum poteſtas, extra de priuileg. cap. porro ſic diſtinguitur inter magnam litem, & breuem ſupra de offic. baiul. l. ab omnibus, maximè ſi inquireretur generaliter, vbi qui tanguntur, non videntur teſtium iuramenta. Sed ſi poſſeſſor perſiſtit in contradicendo, quia defenſiones ſuæ, non eſſet clarum, quòd ſint nullæ, tunc non reuocat: ſed cauſam inſtructam cum fideli relatione remittit ad principem, ſic & ſupra de offic. mag. Iuſti. l. cauſas & l. hac lege. & d. l. præſides. Aliter ſtatuitur per cap. Regis Caroli primi in ſecretis nolentibus inquirere de falſis ponderibus, & menſuris.

2 INter multas. An autem poſſeſſor iſte victus per talem inquiſitionem habeat regreſſum contra ſuum authorem, cum cum tales inquiſitiones fiant iuris ordine non ſeruato? nam ſi iuris ordo ſeruaretur, actor aſſiſteret huic poſſeſſori, & defenderet cauſam. Iniuria facta emptori, non tangit venditorem, ut ff. de euictio. l. ſi per imprudentiam. poſt perfectum enim contractum omne periculum ad emptorem pertinet. ff. de peri. & commo. rei uen. l. neceſſaria. unde hanc quæſtio. ff. locati. l. ſi fundus. §. fin. & ff. de admi. re. ad ciui. perti. l. fin. §. idẽ reſcripſerunt, Barth. de Capua.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

hoc tamen non eſt ita ſimpliciter intelligendum, cum circa
5 alienationem maxima ſit differentia inter alienationem bonorum fiſcalium, & eorum, quæ priuato iure ad Imperatorem
4 ſpectant, cum demanialia † princeps alienare non poſſit, quæ præſertim coronæ diminutionem ſecum traherent, ut tradit Lucas de Penna ad l. quicunq; la 2. num. 9. & 14. C. de omni agro deſerto lib. 11. qui in hæc uerba ad Principes loquitur.

Igitur quæ dicta ſunt in fiſcalibus imperij, & in demanialibus regni iuſtè obſeruanda videntur, ne diminutis reditibus bonorum demanialium, quæ pro vita Regum, & ſubſtentanda republica inuenta ſunt, & ab alijs ſe parata, cogantur Reges ad bona ſubditorum, calcata iuſtitia extendere manus ſuas.

T *Redantur*. Eſt ergo procurator † Cæſaris iudex inter fiſcũ, & partem, vt in rub. annotauimus, licèt Princeps poſſit in re 3
ſua

4 ſua † ius dicere ſecundum Lucam de Penna in dicta l. qui-
cunque numero 16.C.de omn. agr. deſer. lib. 11. cuius con-
trarium dixit Andr. in cap. Imperialem. §. præterea ſi inter
duos. num. 84. de prohibit. feud. alien. per Freder. quod re-
ctius eſt.
T *Rerum noſtrarum.* Procurator igitur fiſcalis prouinciæ (vt
diximus in principio) non ſe intromittit de rebus ad patri-
monium ſpectantibus. & inquantum hic dicitur, per quem-
libet præſidatum fuiſſe conſtitum vnum procuratorem, dic in
prouincia Principatus vltra tempore quo in ea fui Auditor nó
adfuiſſe procuratorem fiſcalem, quod officium fuit demum
collatum in perſoná Baldaſſaris Dauid nobilis Mont-fuſcani,
qui in eo munere exercendo diligenter ſe gerit. Hodie tamen
Regia Camera habita notitia de occupantibus res fiſcales có-
mittit vel Regijs Audientis, vel perceptoribus, aut alijs mi-
niſtris Iuſtitiæ, vt informationem capiant, & tranſmittant,
non tamen crederem eſſe prohibitum certiorem reddere Re-
giam Cameram; immo, & informationem capere, eamq;
tranſmittere.
T *Iura fiſci percipiant.* Hoc hodie ſpectat ad Perceptores pro
uinciarum, qui olim erant quæſtores ærarij, vt tradit Conrad.
5 in d.lib. 1. templi iudic.c.8.num.5.
T *Iuriſdictionis ſuæ.* Non debet † igitur egredi fines ſuæ iuriſ-
6 dictionis, ne turbetur exactio.
T *Inquiſitionem facere.* Nota igitur † in cauſis fiſcalibus poſſe
per inquiſitionem procedi, vt notat Innoc. in cap. ad noſtram
de iure iur. & Lucas de Penna in l. vnica nu.4.C. de conduct.
& procurat. lib. 11.
T *Vendicare.* Debet autem hoc iuditium vendicationis fieri
iuris ordine ſeruato, ſicut in cauſa priuati, dato termino, &
poſſeſſore à ſua poſſeſſione non amoto l. omnes vbi Ioan. de
Plat. in 2. notab. C. de delator. lib.10. & in l.1. C. de condu-
cto. lib. 11. & extat cap. Regni num. 110. quod incipit item
ſtatuimus quod ſi procuratores, quod ſubſequitur, & ex iſta
conſtit. apertè colligitur.
T *Contradicendi licentia.* Hoc tamen fallit contra liquidos fi-
7 ſci debitores propter munera, vel tributa; nam contra illos
exequutiuè † proceditur etiam per capturam perſonæ. iuxta
tex. in l. hi qui fiſcus vbi Io. de Platea. C. de conueniend. fiſci
debitor. lib. 10. & in l. omnes C. de delat. & in l. nemo carce-
rem num. 15. de exactor. tribut. lib. 10. & in l. 1. in princ. C. de
procurator. & conduct. lib. 11. & in l. defenſionis facultas, an-
8 te num. 3. C. de iure fiſci lib. 10. Nec licèt eis † appellare. glo.
& Bal. in l. quoniam in prima. C. de appellat. In hoc autem iu-
9 ditio rei vendicationis animaduertendum eſt, quòd ſi de re
feudali agitur † tenetur poſſeſſor oſtendere titulum ſuæ poſ-
ſeſſionis, licèt alias nemo teneatur oſtendere, vt in l. cogi cũ
concord. C. de petit. hæredit. ita tradunt Afflict. in deciſio-
ne 265. num. 87. & Marcus Antonius Peregrin. de Iur. fiſci lib.
7. tit. 3. num. 18. poſt Bal. in l. 2. num. 8. C. quomodo & quando
iudex, & tradit Lucas de Penna in l. quicunq; num. 2. C. de
fund. limitroph. lib. 11. nam cum feudum ſit de regalibus, neq;
abſq; Principis priuilegio poſſideri poſſit, ſequitur, vt Rex in-
tentionem habeat fundatam ꝙ feuda intra fines poſita ad
ipſum ſpectent, & ita ſeruatur in praxi. quotidie enim vide-
mus fiſcum citare ad oſtendendum titulum, quicquid dicat
And. de Barulo in l. 1. C. de conduc. & procurat. quem alle-
gat Io. Ant. de Nig. in cap. prædicto num. 14. licèt And. de Ba-
rulo dicat de iure ita eſſe; tamen de facto contrarium vidiſſe,
non tamen legi quòd dicit de Manfredo &c. Hoc tamen non
10 procedit quando feudatarius poſſediſſet † ſpatio 30. annorum
vt in cap. 1. §. ſi quis per triginta ſi de feud. fuerit controu. tũc
enim poteſt poſſeſſor titulum allegare, & ex curſu temporis
probare. And. in d. §. ſi quis per triginta in princ. & Camer. in
c. imperialem lib. 8. col. 1. hodie tamen cum aſſenſus debeant
11 regiſtrari infra biennium non poſſet opponi fiſco titulus præ-
ſumptus de quo tamen dicemus in conſtit. quadragenalem.
T *Occupandam poſſeſſionem.* Hoc † tamen fallit reſpectu bo-
norum feudalium, quorum ſucceſſor non adeſt: nam vigore
cap. ex præſumptuoſe aliàs dudum num. 225. nomine fiſci poſ-
ſeſſio ſequeſtratur, donec dominij quæſtio terminetur.
T *Demania etiam.* De hoc habetur in tit. quæ ſint regaliæ,
quem debere ſcire fiſci patronum dicit Petrus Gregor. Tholoſ.
in ſintagm. iur. par. 3. lib. 49. cap. 7. num. 11. 12
T *Excadentias.* Excadentiæ autem † ſunt bona vacantia, quo-
rum vel dominus non reperitur, vel in quibus ſucceſſor aliquis
non adeſt, facit tex. in l. fin. C. de bon. vacant. lib. 10. ibi vacãs
fuerit patrimonium, & ideo venit fiſcus l. 1. & 4. C. eod. vt tra- 13
dit Io. Ant. de Nigris in cap. 64. quo autem † caſu fiſcus ſucce-
dat ob deficientiam ſucceſſorum, vide Didac. Perez in l. 20.
tit. 19. lib. 8. ordinatio. verb. *ò de trauieſſo*, qui varios congerit
caſus, & de his loquitur hæc conſtitutio, & cap. 64. & 66. ſe- 14
quẽtibus. dicuntur etiã excadentialia † bona, quæ ſemel à ba-
rone fuerunt validè conceſſa, vel ſi per annos triginta conceſ-
ſio durauerit, & de his loquitur conſtit. conſtitutionem diuæ
memoriæ, declarat And. in 1. rub. feud. col. 1. & in tit. Epiſc. vel
Abbat. & Afflict. in d. conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ
nu. 59. cum ſequ. de his omnibus, quæ hic enumerantur curam
habet Regia Camera Summariæ, & quod attinet ad exca-
dentias animalium quorum verus non reperitur dominus id
magiſtris portulanis eſt commiſſum, qui de his etiam reddunt
computum in Regia Camera.
T *Animalia.* Hodie autem Regia Curia non habet alia ani-
malia in Regno præter equos, & equas, & vulgo dicitur Re-
gia ratia, & ſunt duæ, altera in Prouincia Calabriæ, altera ve-
rò in Prouincia Apuleæ, quarum fœtibus vtitur Rex noſter: nã
optimi equi tranſmittuntur in Hiſpaniam diſciplinati, alij ve-
rò minoris qualitatis vènduntur militibus grauis, & leuis ar-
maturæ, & alijs, de quorum pretio fit introitus in beneficium 15
Regiæ Curiæ. huius rei curam habet Io. Baptiſta † Caracciolus Marchio Sancti Herami vir ſtrenuus, & integerrimus, nomi
nẽ magni Stabuli Præfecti, qui vulgo dicitur Magnus Cauallegitius, † quòd officiũ exercet nunc Illuſtriſſ. atq; Excellentiſſ. 16
MARCHIO Deniæ, Lermenſiumq; Dux, vir religione, pru-
dẽtia humanitate, ac omniũ virtutũ genere ornatiſſimus, pro-
pter cuius eximiam probitatem Deus optimus maximus in ſu-
premo apud Regem noſtrum inuictiſſimũ loco collocauit is. n.
ſumma cum laude omniumq; cõſenſu propter maximã ipſius
modeſtiam, in gerendis negotiis dexteritatem, atq; facilitatem
ac glorioſiſſimo Rege noſtro omnibus totius ferè orbis nego-
tiis eſt præpoſitus. Hunc Rex noſter Ducatus titulo cohone-
ſtauit, maiorem Caſtellæ commendam ordinis Sancti Iacobi
in illum contulit, inter Conſiliarios ſtatus collocauit, &
eius cubicularium maiorem creauit, omnibusquè tum cata-
phractorum, quàm leuis armaturæ militibus Hiſpaniæ præ-
fecit.
Huiuſmodi autem ratijs prouidet de impenſis neceſſariis ad
victum, † & conſeruationem equarum, & equorum perce-
ptor prouincialis, ſcilicet emendo ordeum neceſſarium. Pa-
leam, atque fœnum percipiunt gubernatores ipſarum ra- 17
tiarum, vel ex proprijs ad id deſtinatis territorijs, vel ex
proximis oppidis, de alijs verò neceſſarijs prouidet ex prouen
tibus, quæ fiunt in Regia ratia, qui in ea exercet officium ſcri-
bæ portionis in cuius poſſe veniunt, & de his reddit rationem
in Regia Camera.
T *Caſtrorum* Dic hodie perceptores † prouinciarum ſoluere
ſtipendia militibus, & alijs in Regijs Caſtris ſeruientibus, nomi
ne Regij generalis Theſaurarij, cum interuentu officialis ſcribæ 18
portionis, præterquàm in Ciuitate Neap. vbi ſoluit ſalarium
officialis deputatus per Theſaurarium cum interuentu etiam
officialis ſcribæ portionis, & officialis per reuiſorem caſtrorũ
deputati. Car. Tap.

Cau-

a Cauſas. Naturali numerationi .i. corporali. & concor. C. de bon. proſcri. ſi quis poſt hanc, circa princip.

ADDITIO. *Cauſas. vide in Dec. conſil. 129. Comes. in §. Cæſar.*

AD.

Iuriſdictio magiſtri Camerarij in Regno inter fiſcum, & priuatum, eſt limitata reſpectu bonorum, & fiſco non nocent inſtrumenta confeſſionata hoc dicit Afflict.

FREDER. IMPER.

Cauſas a per magiſtros Iuſtitiarios Camerarios in Regno vel per Capitaneos in imperio coram eis contra fiſcum motas; & ad curiam terminandas delatas, ſuper debitis, & rebus mobilibus * ſuo iure diffiniat. Item de modiuis immobilibus, ſicut

* ADDITIO. *Quæ ſint mobilia, vide Spec. in tit. de fructibus, & intereſ. § 1. ver. quòd ſi prælatus. & an mancipia, vide glo. Pariſ. fol. 26. Et quid de annuis redditib. Tiraqu. de redditib. Tiraq. de retract.*

con-

conſang. in gl. 6. in ver. reatus. num. 3. 4. & 6. Fabius Iordanus,

de domo vna, & vinea vna, quæ non ſunt magni precij: Super alijs autem conſcientiam noſtram, quàm citius poterit per ſe, vel per vnum ex iudicibus conſultabit. Hoc autem ſpecialiter ſuper curiæ debitis obſeruato, quòd non tantùm per inſtrumenta confeſſionum, ſed per teſtes, qui naturali numerationi interfuerint, de debito probetur, niſi iudex, & notarius, & teſtes in inſtrumento ſubſcripti, non de confeſſione tantùm, ſed quòd ipſi interfuerint nominationi, teſtentur.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

C*Auſas* Prouidet ſibi Imperator, vt magnæ cauſæ non terminent, fiſcales ipſo inconſulto, modicæ ſic. Modica non curantur. ff. de impen. l. omnimodo. & comm. l. in rebus. §. poſſunt. ſic ſupra eo. l. hac lege. Iuſtitiarij audiunt cauſas fiſcales, inſtituto procuratore per eos, præſente fiſci patrono, & magiſtro procuratore, ſed non diffiniunt, immò cauſas inſtructas tranſmittunt ad Curiam, infra vt Iuſti. de feu cogno. l. præſides prouinciarum.

Sed quòd ipſi interfuerint numerationi. Sanè intellige, quod per inſtrumenta confeſſionum non probatur contra fiſcum. Sed quòd realiter fuerit debitum, & eſt de iure Roma. C. de epiſc. & cler. l. Deo nobis. circa princ. de bo. dam. ſi quis poſt hac. quia ſuperant tempora, infra quæ fiſcus principalis debitor, vel ſucceſſor de confeſſatis poterat exceptionem opponere de non num. pec. vel non recepta re; vel pecunia confeſſata ex ſua perſona, vel illius, cui ſucceſſit. C. de non nume. pecun. l. ſi cui. & dicit glo. in d. l. ſi quis: quòd ſi maritus confeſſus eſt ſe dotem recepiſſe, deinde publicentur bona mariti, fiſcus opponet exceptionem non nume. dotis, quæ non currit viuente marito confeſſante. C. de dote cau. non nu. l. fi. & in auth. ibi poſita. Sed ſi elapſa eſſent tempora, putà biennium, quando Titius confeſſus fuit mutuum, vel 30. dies in alijs contractibus, & Titij bona peruenirent ad fiſcum, præiudicat fiſco confeſſio Titij, cui ſucceſſit per inſtrumentum confeſſionis, quia infra ſtatuta tempora debuit excipi, vt in l. alleg. ſicut. in fin. Alij expediunt ſe, vt indiſtinctè intelligatur, ſicut littera ſonat, & tanquam lex noua præiudicat veteribus iuribus, quaſi vltima derogent prioribus. Hi imperiti, minus peritè loquuntur, cum iura non corrigantur, niſi expreſsè dicatur, in Auth. qui mo. na. ef. ſui. §. ex tribus. & vetera rationabilia determinant noua per l. ſciendum. qui ſat. co. & in auth. offeratur. & de hoc dic plenè, vt diximus in tit. de ſta. con. li. ec. fa. §. Gazaros. ſuper ver. confiterentur.

C*Auſas per magiſtros* In tex. Pro debitis. no. hic argumentum, quòd debita, ſeù nomina debitorum continentur appellatione rerum mobilium, vnde ſi fiat executio per curiã in 3. par. bonorum mobilium, poteſt fieri etiam in debitis, ſecundum iuſtum argumentum. Mar.

Adde Barth. de Cap. in l. ſi fideicommiſſum. ff. de iudi.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HAnc conſtitutionem ſituauimus ſub hoc titulo de offic. procur. Cæſar. licèt loquatur de magiſtri Iuſtitiarij iuriſdictione, ſicuti, & de feudorum cognitione loquitur conſtitutio ſtatuimus, quia de huiuſmodi cauſis fiſcalibus cognoſcit Regia Camera, & cum in hac conſtitutione dicatur non obeſſe fiſco ſcripturarum præſentationem, cum hoc poſſit practicari in Regia Camera, ideò ſub iſto titulo eam ſituauimus. quod verò attinet ad huiuſmodi ſcripturarum validitatem, ſi agimus circa redditionem computorum iam per multas pragmaticas huius tit. conuincitur ſufficere ſcripturas, dum ſimpliciter agitur de exhibitione cautelarum. quod verò hic Affl. tradit reſpectu dotis non ſufficere inſtrumentum dotale: ſed requirit etiam dotis conſignationem, non eſt mirum, cum non modo fiſco non obſtat, ſed nec & partibus, cum dotem † vere conſignatam eſſe, debeat conſtare ex regula tex. in l. 1. C. de dote caut. non numer. in quo tit. habemus auth. in dotibus, & liſim. ex quibus iuribus colligi poteſt, quando huiuſmodi exceptio non numeratæ dotis poſſit opponi.

Item

IOANNA II. Rit. lvij.

ITem in curia ipſa contra curiam, vel procuratorem non mouentur quæſtiones reales ſine mandato.

CAR. TAP. REG. CONS. ANNOT.

HIc ritus cum ſequenti poſitus erat ſub tit. de offic. magiſtri Iuſtitiarij, eo namq; tempore Magna Curia cognoſcebat de cauſis inter fiſcum & priuatum, quod hodie facit † Regia Camera Summariæ. nec requiritur ſpetiale mandatum.

Magna Curia non cognoſcit de donationibus à curia factis ſine ſpetiale mandato, vt in ritu præcedenti, & aduocatus curiæ, quo caſu teneatur defendere donatarium. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. lviij.

ITem de donis curię, in curia ipſa non cognoſcitur ſine ſpeciali mandato. Et cum cauſa ipſa agitur oſtenſo priuilegio donatarij, non autem procurator & aduocatus curiæ donatario tenetur aſſiſtere, & aduocatũ donatarius ſibi habet aliundè: ſi habet vnde ſoluat eidem, alioquin aduocatus curiæ gratis patrocinetur eidem. Sed vbi ſoluendo eſt, & vult quòd aduocatus curiæ pro ipſo principaliter aduocet, debet ſibi ſalarium ſoluere, quod poteſt cum ipſo conuenire.

I*Tem ſtatuimus, quòd ſi procuratores.* Nota quod in cauſa fiſcali eſt ſeruandus iuris ordo: pro quo vide glo. in conſt. inter multas, de offi. procur. Pet. Pic.

Vide omnino latè Matth. in conſtit. inter multas. in 4. notab. & ibi allegat hoc cap.

Procurator fiſci ad auocandum poſſeſſionem rerum fiſcalium coram iudice competenti detentores conueniat, & contra ipſos iuris ordine ſeruato procedatur. h. d. Tapia.

CAROLVS II.

Cap. 120.

ITem ſtatuimus, quòd ſi procuratores * fiſci, vel alij officiales, ſeu publicæ perſonæ,

* ADDITIO. Item ſtatuimus quod ſi procuratores. *Vide And. in conſtit. inter multas, & prag. Regis Ferdinandi I. de ſeruitijs vaſſallorum, vbi mandatur idem, & inſeruntur verba huius cap. dicit Bald. quòd in cauſa fiſcali, quando debitum eſt liquidum, non ſeruatur ordo iuris, quando non eſt liquidum, ſeruatur & requiritur ſententia.*

Digitized by Google

tentia in l. 2. in princ. C. quando fiſc. vel priua. & hic tollitur dubietas, quia ſubdit legitimè conuincetur, &c. vide de ordine p[illegible]o in l. prolatam. C. de ſentent. De Bottis.

ad quorum officium iſtud ſpectat, credant poſſeſſiones aliquas, ſiue iura ad fiſcum ſpectantia detineri per aliquos occupata, detentores, ſeu poſſeſſores ipſarũ poſſeſſionum, ſeu iurium, in competenti tribunali conueniant, & contra ipſos ſeruato iuris ordine, procedatur, nec ipſarum poſſeſſione priuentur antequàm legitimè conuicti fuerint, & etiam condemnati.

Vide ad ornatum huius capituli, quæ diximus ſupra in conſtitutione inter multas, & aduerte ꝙ hodie hoc ſeruatur. C. T.

Perceptores pecuniæ Imperialis, pecunias ſubminiſtrent pro reparatione Caſtrorum, et aliorum bonorum Imperialium, alias liceat procuratoribus fiſcalibus, et Caſtellanis de prouentibus officiorum ipſorum, vel de ipſorum pecunia propria facere. h. d. Tapia.

IMPER. FREDER.

VT officialibus procuratoribus noſtris quibuslibet propter expenſarum defectum negligendi res noſtras non ſit occaſio, vel meliorandi cauſa non deſit, volumus, & mandamus, vt ad requiſitionem ipſorum omnes prouentuum noſtrorum actores pro reparandis caſtris, & domibus noſtris plantandis, & colendis uineis, ſeù quibuslibet aliis poſſeſſionibus noſtræ Curiæ procurandis, ſufficientem pecuniam ſubminiſtrent. Cæterum ſi ad requiſitionem ipſorum actores noſtri eis petitam pecuniam ſubminiſtrare noluerint, mandato celſitudinis noſtræ nullatenus expectato, volumus, vt Caſtellani, vel procuratores ipſi pecuniã de prouentibus adminiſtrationis ſuæ, vel de ſuo proprio in neceſſitates, vel vtilitates noſtras confidenter expendant, nec occaſione mandati noſtri, quod ſuper hoc à nobis non habent, aut diſpendia vereantur, quin expenſam ipſis de ærario noſtro reſtitui faciamus: vel in ratiocinio ſuo per rationales noſtros excomputetur eiſdem.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

V*T de officialibus.* Hæc lex poſita eſt ſupra de offic. magiſt. in l. capitaneorum. §. vt officiales. de verbo ad verbum: & ſatis eſt vtile. vt pro cultura dentur expenſæ: Non enim ſine expenſis fructus de terra percipiuntur, quæ fiunt in arando, ſeminando., & huiuſmodi, & nullus ideo caſus interuenire poteſt, qui impediat deductionem earum. ff. ſolu. matrim. l. diuortio. §. impendia. ver. fructus. famil. ercise. l. fundum qui. Permittit inſuper, quòd ſi officialis ſuus, actor, ſeù adminiſtrator non habeat pecuniam, expendat in hoc de ſuo proprio: nam reſtituet ei, vel eam ſibi in ſuo ratiocinio computabit. Andr.

ADDITIO. *Hanc conſtitutionem dicit And. in fi. conſtitutionis, Capitaneo. eſſe §. illius conſtitutionis, et ibi illam legebat, ponitur tamen hic propter ordinem ſeruandum.*

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

AD euitandas controuerſias, quæ inter officiales oriri ſolent, dum de pecunia exhibenda agitur, ne res fiſci patiantur libertatem concedit Imperator, de propriis prouentibus diſponendi, & ipſis deficientibus de propria pecunia.

Declarat Imperator, quæ ſpectent ad ſecretos dohanæ, et quæſtoris magiſtros cognoſcunt enim de theſauris, pecuniis abſconditis, quorum ignoratur dominus, naufragiis, quorum domini non reperiuntur, et bonis tam clericorũ, quàm laicorum ſinè ſucceſſore ab inteſtato decedentium. h. d. Tapia.

REX GVGLIEL.

DOhanæ [a] de Secretis, & Quæſtorum magiſtris diſcretum officium ab alijs ſeparantes ſuper quibus, & de quibus per ſe, vel per alios, quibus hoc ſpecialiter deſtinarent, ſe intromittere debeant, præſentis conſtitutionis noſtræ, tenore duximus aduertendum: & In primis videlicet, [b] T de theſauris innentis, & de pecunia abſconſa ab aliquo, quorum domini per pro-

a D*ohanæ de Secretis*. Et quare ſic dicantur, dic ut ff. de orig. Iur. l. 2. § idem temporibus, & dicti ſunt à genere, ut ff. de offi. quæſto. l. 1.
b *De theſauris* Theſauri inuenti pertinent fiſco, & ea quæ ex naufragio ſuperſunt, quorum domini non inueniuntur, & ſic quòd de naufragio dicit, concor cum l. & auth. quæ eſt. C. de fur. ſimiliter. concor. ſupra de naufra. l. 1. licet per iniquã Regni conſuetudinem ſit in eo, quod hic dicitur, derogatum. Andræas.

De theſauris. Theſaurus eſt pecunia inuenta, cuius non extat memoria.

AD-

ANDRAEAS DE ISERNIA ET ALII.

D*ohanæ.* De theſauris eſt innouatum, & correctum per c. incliti Regis Car. II. vt plenè diximus de hac materia in tit. quæ ſint regalia. ſuper ver. theſau. ¶ Item quod dicit de clericis ſimpliciter correctum eſt, extra de ſucceſſ. ab inteſt. cap. 1.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T*Heſauris.* Hoc hodie ſpectat ad Regiam Cameram Summariæ, quæ cognoſcit † de inuenientibus Theſauros, qui ſi non denuntient Regiæ Cameræ, & adſint inditia, ſolent torqueri, ex ratione de qua Affl. hic num. 2. quia pecunia abſcondita

Digitized by Google

ADDITIO. *Adde l. nunquam. §. theſaurus. ff. de acqui. rer. dom, & in l. actor. ff. de auro, & argen. leg. 1.* Superantius.

a *Intromittere ſe debebit.* Non tamen pertinet ad eos de infligenda pœna ſurripientibus ex naufragiis, quia cum ſit capitalis, vt ſupra de ſurripien. ali. de nau. vel incen. l. raptores, pertinet ad Iuſtitia. vt infra. de officio Iuſtitiarij, l. 1.

b *Sine hærede deceſſerit.* Quando ſit locus curiæ in bonis decedentis ſine hærede, & quis videtur ſine hærede decedere? dic vt no. de iure Longobardorum, de ſuc. l. ſi quis ſine hærede, ſecundum Ray. & in ſum. C. lib. 10. de bo. vacant. l. vacantia. Et concor. ſecundum Pla. ut dicitur infra de iure rerum regni. aliàs, de emptione facta à villanis, & angariis de bonis hæreditariis ab hominib. Demani, constitutione, ſi quãdo iuris re. l. ſi. Sed nunquid vir & vxor præfertur fiſco? De iure communi non eſt dubium, ſed conſtitutio iſta nihil dicit de hoc: ſed cum hic enumeret certas perſonas, fortè vxoré omittẽdo, prohibuiſſe videtur.

c *Nec filium vel filiam.* Ponit ius commune, vt C. de bonis vacantib. l. vacantia.

d *Nec teſtamentum.* Hoc verbum oſtendit friuolum eſſe cõſilium eorum, qui conſulunt morientibus inteſtato non habentibus legitimos ſucceſſores, quòd cum hæredem inſtituunt, relinquant aliquid Curiæ iure inſtitutionis. ſed quanquam in hominibus Demanij videatur abſurdum, vt hic: tamen in garagangis neceſſe eſt: cum ſine mandato Regis in alios teſtari non poſſint, vt in Longobardo, de aduenis. l. omnis garagangi. l. vlt. Garagangi dicũtur aduenæ, qui de exteris finibus in regni finib. aduenĩut vt præall. l. omnes.

bationes dilucidas reperiri non poſſunt, Item de his, quæ de T naufragiis Curiæ noſtræ debentur, cum ex naufragio quorum res ſunt, aliqui, vel ex eis ſucceſſores legitimi nõ ſuperſunt, a intromittere ſe debebit. Praterea ſi aliquis clericorum, qui hæreditaria poſſederit, vel laicorum de terra Demanij noſtri b ſine hærede deceſſerit, c nec filiũ, vel filiam legitimam, aut aliquem aſcendentium, vel deſcendentium, aut ex latere venientium, qui ad ſucceſſionem ipſius ab inteſtato poſſit de iure venire, reliquerit, d nec teſtamẽtum fecerit, cum eius hæreditas libera, & abſque ſeruitio Curiæ fuerit, cum omni iuris ſollemnitate, publicè ſubhaſtata vendatur, & tertia pars precij, pro quo vendita fuerit, pro morientis anima pauperibus erogetur, & reſiduum prænominati Secreti, & quæſtoris officio noſtræ Curiæ reſeruetur, niſi fortè prænominatus Secretus, & Quæſtor nobis viderit expedire, vt æſtimatione prædictæ tertiæ pro defuncti anima erogata, ipſæ res hæreditariæ in fiſci noſtri poſſeſſione ſeruentur.

AN-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

cap. 1. & 2. Nam ſuccedit eccleſia cui ſeruit, non fiſcus. quod dic per Hoſt. in ſumma, eo. circa principium.

ADDITIO *Adde quod hoc eſt verum, niſi ſunt conſanguinei, vt in cap. quicunque. 12. q. 5. aliter eccleſia ſuccedit, ſecundum Hoſt. in ſum. tit. de teſta. §. & per quem Et quid ſi non haberet conſanguineos, ſed duas eccleſias, quæ earum ſuccedat? vide per Hoſt. in ſum. eo. tit. in § qualiter eccleſia. ver. quid ſi quis clericus. Fallit niſi illæ eccleſiæ commiſiſſent ingratitudinem contra prælatum, quia tunc non ſuccedit prælato ab inteſtato, etiam ſi non extarent conſanguinei, de quo eſt glo. not. & eſt glo. fi. quam ſequitur ibi Ant. de But. in c. ſi de poſtia Pet. de Aneh. in repet. regulæ, ea que de reg. iu. in 6. in 3. q. & per Bal. in l. ſi quis presbyter. C. de epiſc. et cler. et quid ſi clericus non haberet conſanguineos: nec eccleſiam ſi decedit ab inteſtato, quis ſuccedit ab inteſtato? Dic quòd epiſcopus. ita dicit Abb. in cap. in præſentia. in recollectis. verſ. no. ſing. de prob. qui dicit ſe vidiſſe de facto. Idem dicit Abb. in c. quia diuerſitatem in l. ſi. de conc. præb. Idem Abb. in cap. excommunicamus. il 2. de hæret.*

Canones in clericis, & perſonis eccleſia. derogant legibus Principum, maximè in Regno Siciliæ, vbi quilibet Rex iurat reuocare huiuſmodi leges, & non concedere, aliàs concedere: ſicut dicunt conuentiones Regni Caro. primi cum eccleſia Roma. ¶ Item quæritur in gl. nunquid vir, & vxor præferantur fiſco in ſucceſſione? & dicit fortè omittendo vxorem, cũ enumerat certas perſonas, videtur eam prohibuiſſe. pro hac glo. facit ius Longob. quod præfertur iuri Roma. in Regno, vt inf. proxi. puritatem. illud quidem ius non cognouit cognatos, vxor non eſt agnata, videtur quòd ſit de cognatis. Alij dicunt contra, nam ſi lex hic enumerando certas perſonas omiſit vxorem, admittitur per alia iura, quæ non corriguntur, niſi quando expreſſe dicitur, & ſi non ſit agnata, vel cognata, quia non eſt affinis: ſed cauſa affinitatis. immò videtur, quòd ſit pluſquam agnata coniuncta viro, vt vnum cenſeantur ambo, de hoc plenè diximus in tit. quæ ſint regaliæ. ſuper verbo, bona vacantia. Item ſi de exteris, qui dicuntur garangi non poſſunt facere teſtamentum in alios, ſine licentia Regis, & mandato, vt in Longob. quæ hic allegatur.

D *Obſerua.* In tex. videlicet. Intellige hunc §. ſecundum modificationem iuxta tex. Inſt. de rer. diui. §. theſauros. Et dic hic, inuentis, ſcilicet, in loco fiſci, vel publico, in quibus caſibus dimidium theſauri pertinet ad fiſcum, dimidium ad inuentorem. ſi tamen aliquis inueniat in loco ſuo theſaurum, vel religioſo, vel ſacro loco, theſaurus pertinet ad inuentorem, vt in d. §. theſauros. & ideo vbi inuenitur theſaurus in publico, magiſter ipſe Camerarius habet ſe intromittere de medietate theſauri, ſecundum §. theſauros. Barth. de Cap.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

ſcondita eſt Regij fiſci, quando non reperitur eius dominus, & quia multoties abſcondentes pecuniam, ſiuè aurum, ſolent etiam cum pecunia, vel in papyro, vel in argentea tabula declarare ſuam voluntatem, ad quem ſcilicet velint pecuniam illam peruenire; ſicuti etiam ſi ignoratur caſu ne, vel malis artibus, aut data opera pecuniam inuenerint. proceditur ad torturam contra ipſos tanquam contra fures. De hac autem materia inuentionis theſauri dicemus infra tit. de theſ. ad cap. regni 160. Magiſtri tamen portulani adhuc retinent authoritatem inquirendi contra theſaurorum inuentores, non tamen procedunt ipſi: ſed certiorem reddunt Regiam Cameram, cuius ordinem exequuntur.

T *Naufragijs.* In hoc eſt animaduertendum, quòd ſi naufra-
3 gium committatur in mari, tunc cognitio † ſpectat ad Regiam Cameram, ſin verò in littore, ſpectat ad magnum Admiratũ. de iure tamen communi ſi naufragium committatur in mari, dic eius cognitionem ſpectare ad Iudicem illius territorij, cui mare adiacet, vt tradunt Bar. & Ioan. de Platea in fine, & Rebuff. nu. 2. in l. 1. C. de claſſ. lib. 11. Hæc tamen iuriſdictio extenditur intra mare vſq; ad centum millearia, quòd tamen eſt intelligendum dummodo ex altera parte dominus proximior non ſit, ex reg. tex. in §. inſula inſtit. de rerum diuiſ. & tradit per Bart. in tract. de inſula. Poteſt tamen iudex de eo cognoſcere, † qui deliquerit intra mare, ſi delinquens in eius poſſe 3
reperiatur, non quod petat illius remiſſionem, vt tradit Luc. de Penna in d. l. 1. C. de claſſ. quem refert, & ſequitur Gregor. Lopez ad l. 2. tit. 9. par. 1. in verbo *que lo viere*, vbi poſt Luc. inuehit contra Venetos, qui vſurpauerunt ſibi cognitionem in toto

In toto mari Adriatico. Et in quantum ad dictam punitionẽ delinquentium in mari attinet, optimè facit deciſio d.l.2.partitarum, per quam tribuitur iuriſdictio iudici loci, ad quem nauis applicuerit, inhibendo magiſtro nauis, ne aliquo pacto punire poſſit in ea delinquentes. Et in quantum gloſa dicit nõ pertinere ad huiuſmodi ſecretos pœnam imponere ſuſcipientibus bona naufragata, dic non procedere hodie in Regia Camera; quæ habet ſupremam poteſtatem in caſibus, in quibus ipſa de naufragiis cognoſcit.

4 *Succeſſores legitimè*. Intelligas † legitimum ſucceſſorem tã, qui ab inteſtato ſuccedit, quàm eum qui ex teſtamento, l.lege obuenire.ff.de legit. hæredib.

5 *Clericorum*. Ex hoc verbo annotauit Afflict.per hanc conſtit.diſponi, deficiente clerico † abſq; liberis curiam ſuccedere, quòd eſſe correctum per cap.1.& 2. de ſucceſſion. ab inteſtato dicit hic And. non enim ſuccedit fiſcus: ſed eccleſia, cui ſeruit, vt latè proſequitur Afflict. hic, & Andr. latè comprobat in conſtit. ſi quis clericus, dicens hanc conſtitutionem, & alios ſimiles, nihil valere, & legislatorem fuiſſe d ceptum.

Laicorum. In quantum hic dicitur, quòd ſecretus cognoſcit de bonis laicorum, quæ per ſucceſſionem ad fiſcum deueniuntur dic eſſe correctum perſequens cap. Regni, *item cum inquirere*, quod eſt num. 64. per quod iuriſdictio tribuitur ſecreto, ſed cum hodie idem ſint ſecretus, & magiſter Portulanus ſeruatur. hæc conſtitutio, & non cap. 64.

6 *Iuris ſollemnitate*. Hæc iuris ſollennitas † in quibus verſetur vide gloſ.in l.1.& l.ſi tempora in verſ. omni ordine C.de fide inſtru. & iur. haſtæ fiſcal. libr. 10. quæ ſollemnitates cum extrinſecæ ſint, non præſumuntur l. quiſcunq; §. fin ff.de public. notant doct.in l. ſciendum ff. de verb.obli . nec ſufficit vnico inſtrumento omnia requiſita enunciari, ſed quilibet actus diſtinctus probari debet, cum inſtrumentum † tantùm probet,
7 quæ tempore celebrationis potuerunt interuenire Innoc.in c. quoniam contra de probat. Io. de Plat. in d.l.1. num. 2. verſ. & attende diligenter. An autem talis enunciatio probet in antiquis vide Bal. Salic. & Alex. in l. cum aliquis C. de iure deliber. & Dec. conſ. 36. num.7. & Ant. de Butr. in cap.fin.de ſucceſſ.ab inteſt.

Seruitio Curiæ. Ex hoc † Afflict.not. de bonis ſubiectis ſeruitiis curiæ, non teneri Regem præſtare tertiam partem pro anima defuncti, cuius dictum non eſt ita ſimpliciter intelli- 8
gendum, nam aut iſta bona perueniunt in fiſcum iure reuerſionis, vel ex vi reſolutionis pactorum in inueſtitura appoſitorũ, & tunc nulli dubium eſt fiſcum non teneri aliquo pro anima ipſius deficientis impendere, cum iure proprio non alieno medio ſuccedit, ſecus verò ſi hæreditario titulo, vel alio ad ipſum peruenit, ad quod faciunt dicta per And.in cap.1.num. 12. præſertim in verſ. & quantuncunq; ex quibus cauſ. feud. ammittatur, & in cap. 1. nu. 15. verſ. & ſi in terra de controuer. feud. apud par. termin. & per Afflict. in prælud. conſtit. quæſt. 25. num.3.

Quid autem ſi vaſſallus habeat † bona feudalia ab alio domino, an hæc poſſint peruenire in fiſcum iſtius domini ob deficientiam vaſſalli, dic, vt ſupra diximus, non poſſe ex pactis 9
in inueſtitura appoſitis, poſſet tamen hoc practicari † in feudo franco, quod propriam feudi naturam non habet; nam cum ſit facta conceſſio pro ſe, & hæredibus quibuſcunq; in perpe- 10
tuum, & fiſcus venit tanquam hæres ex regula tex.in l.5.C.de bon. vacant.lib.10. ſequitur, vt ille fiſcus debeat etiam ſuccedere in huiuſmodi bonis, At in contrarium facit, quod cum huiuſmodi ſucceſſio licèt ad fiſcum perueniat iure hæreditario, tamen ratione vniuerſalis dominij, quod habet in ſuos ſubditos, ſequitur, vt non ille fiſcus ſed potius ille, qui conceſſionem fecit ſuccedere debeat, & ſic attenditur potius res quàm perſona; licèt etiam dici poſſet etiam reſpectu illius fiſci contemplatam eſſe deficientiam perſonarum, & dominij ad quod faciunt notata per doct. in l. ex facto la 2. ff. de hæred. inſtituend., & vide quæ in materia bonorum ex delicto publicatorum tradit Peregrin. de iure fiſci lib.5. tit.1. num. 70. & 71 & num.138.

Hoc capitulum prohibet ſecretis procedere in cauſis bonorum excadentialium, & alijs pœna in eo ſtatuta h. d. Tapia.

CAROLI I. Cap. 64.

ITem cum inquirere de demanijs, morticijs, & excadentiis, ſit propriè proprium magiſtri procuratoris, & Portulani, prædicti ſecreti ſuper inquirendo de his ſe nullatenus intromittant ratione officij Secretiæ, niſi de ſpeciali mandato noſtro. Et ſi ſe intromiſerint, inquiſitio, & proceſſus ipſo iure non teneant, & pro qualibet inquiſitione in qualibet terra facta, libram auri vnam fiſco componant; Saluo ſi nos ipſum punire voluerimus de perſona, pecuniaria pœna remiſſa; Saluo eo etiam, quòd ſi viderint dictos procuratores in prædictis, ſeu aliquo prædictorum negligentes, poſſint & nobis debeant nunciare.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 *Secreti*. † Secreti officium hodie eſt incorporatũ cum offi-
2 cio magiſtri Portulani, de quo vide plura ad eius officium ſpectantia collecta per Io. Ant. de Nigris in cap. in primis, q eſt num.60. Nam licèt olim huiuſmodi officia eſſent diſtincta, quia magiſter Camerarius erat iudex cauſarum ciuilium, quæ coram baiulis agitabantur, vt in conſtit. officiorum periculoſa: imponebat aſſiſiam rerum venalium, vt in conſtit. magiſtros Camerarios differentias inter baiulos, & gabellotos ſuæ iuriſdictioni ſubiectos diffiniebat, & alia, de quibus in conſtitutione magiſtri Camerarij, & in conſtit. locorum baiuli.

Officium verò ſecreti conſiſtebat in manutentione iurium fiſcalium: officium autem magiſtri Portulani intromittit ſe circa extractionem victualium, ac aliarum rerum iuxta capitulum ſecundum Regis Caroli primi· hodie tamen officia ſecreti, magiſtri Portulani, & magiſtri Camerarij idem ſignificant, & denominationem accipiunt à loci conſuetudine, vt conſuetudine approbatum, tradit peritiſſimus Fabius Marcheſius aduocatorum ſuæ tempeſtatis facilè princeps in compendio officiorum Regni, quod manuſcriptum habeo. qui etiã tradit huiuſmodi Portulanos, magiſtros Camerarios, & Secretos iuriſdictionem non exercere, præterquam in prouincia Baroli † nam Portulanus Baroli exercet iuriſdictionem in cognoſcendo cauſas appellationum ciuiles totius prouinciæ 2
Bari.

PRædicti magiſtri. In §. Eo verumtamen. No. de eo qui inuenit theſaurum, & qualiter ſit procedendum contra eum, & pro iſto c. vide cap. quia non decet Principes.inf.& eſt Car.II.

In tex. ibi, *ſignificari nobis*. No. formam iuramenti, quam debent præſtare denunciatores. Sed vtrum denunciatores debeant probare? dic quòd ſic. & eſt glo.in l.1.de mul. quæ pro ſer.ſe iunx.C. Sed an denuncians teneatur aliquid ſoluere? dic

Per iſtud cap. prohibentur magiſtri Portulani de facto poſſeſſionem rei burgenſaticæ, vel feudalis auocare, præterquam in excadentijs, quæ ad curiam deuoluuntur. h. d. Tapia.

CAROLI I Cap. 66.

PRædicti magiſtri procuratores, & portulani occaſione inquiſitionum, quas tempore eorum officij per ſe, & non per alios faciant, ſuper demanijs, morticijs, & excadentijs, ad reſtitutionem poſſeſſionum rei burgẽſaticæ, vel feudalis, ſecundum formam iuris antiqui, aliquatenus nõ

dic quòd non, vt in l. 1. circa fin. C. de monopol. P. P.

* ADDITIO. *Hoc c. allegat, & ſequitur Matth. in conſtit. inter multas. in 6 no. vbi omnino vide, quia pulchrè loquitur.*

non procedant, ſed inquiſitiones ipſas fideliter factas ad curiam mittant, & ſecundum dandum eis à nobis reſponſum, ſuper ipſorum reſponſione procedant. Et ſi contra fecerint, reſtitutis primò poſſeſſionibus deſtitutis, cum fructibus, & obuentionibus medio tempore inde perceptis, & alio omni damno parti læſæ, centum Auguſtalium pœnam curiæ perſoluant. Præterquam in morticiis, & excadentiis, quæ de nouo tempore eorum officij ad manus Curiæ deuoluuntur, quas ſtatim debeant, & poſſint ad manus Curiæ reuocare, eadem forma ſeruata, ſub ſimili pęna in inquiſitionibus theſaurorum. Eo verumtamen addito, quòd ad captionem perſonarum, quæ dicuntur ipſum inueniſſe theſaurum, ſine ſpeciali mandato noſtro, aliquatenus non procedant, niſi de theſauro inuento conſtaret, vel veriſimilibus indiciis appareret, quo caſu capiant eũ, & diligenter cuſtodiant bono modo, ita quòd non poſſit fugere, nec ſit de eo aliquatenus dubitandũ, nec ad tormenta, vel aliud contra eum procedant ſine ſpeciali mandato noſtro. Et ſtatim ſignificent nobis totum proceſſum, & quicquid inde inuentũ eſt, ita quòd infra triduum ad tardius faciant deſcendere nuncium ſuum cum litteris ſuper præmiſſis aſſignandis nobis. Significaturi nobis omnes præſumptiones cum toto proceſſu, & delatores theſauri non audiant, niſi præſtito ſacramento, ꝙ malitioſè non procedit, ſed in rei veritate ita eſt, vel ſaltem ita credit eſſe. Et nihilominus informationem totius negocij recipiant ab eodem.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

R*euocare*, Hanc manus iniectionem in bonis excadentialibus, de quibus ſuperius in conſtit. inter multas diximus, ea de cauſa permittit Rex, 1 † quia cum ipſe ſit vniuerſalis ſucceſſor, vt per Io. de Platea in l. 1. per illum tex. C. de bon. vacant. lib. 10. poteſt vti quilibet priuatus propria authoritate poſſeſſionem occupare, ex tex. in l. fin. C. de edict. diui Adriani, vbicunq; enim fiſcus in promptu de reſolutione conceſſionis doceret, manus iniectionem habet, ſicut enim inueſtitura tribuit vaſſallo ius propria authoritate occupandi, vt tradit Innoc. in cap. 2. in fine de conſuetud. ita reſolutio debet

bet in beneficium concedentis idem operari, cum non † debeant ad imparia dominus, & vaſſallus iudicari contra tex. in c. 1. de forma fidelitat. 2 licèt ſecus dicendum ſit, vbi ex culpa vaſſallus venit feudo priuandus, tunc enim debet legitimè de culpa cõuinci, immò etiam ſi ipſo † iure feudum ad dominum 3 reuertatur, requiritur etiam eo caſo ſententia ad poſſeſſionem auocandam gl. in l. ſi fratres in §. idem reſpondit in verſ. dominum. ff. pro ſocio. And. in cap. 1. poſt num. 5. de feudo ſine culpa non amittend. & in cap. ſancimus num. 10. verſ. ſiue autem dicatur quo tempore miles.

Man-

Mandatur magiſtris Portulanis, & procuratoribus fiſcalibus quid exigere debeant ab illis, qui in recuperandis morticijs, & excadentijs præponuntur, h. d. Tapia.

CAROLI I. Cap. 69.

ITem quòd ab illis, quibus demania morticia, & excadentias, & pupillorum baliatum procuranda committunt, non exigant niſi redditus prouentus, & meras obuentiones pro qualitate ſterilum, & fertilium prouenientes ex eis; & ſecundum quod redditus ipſi quolibet anno communiter valent, & valere debent, & poſtmodum in victualibus & aliis rebus. Et ſi contra fecerint, reſtituto partibus, quod vltra ceperint, nihilominus pœnæ nomine in quadruplo Curiæ teneantur.

Conſultationes fiant in banca cum voto omnium Præſidentium, & vota notentur in libro notamentorum, ſic etiam fiat de bilancijs, quæ tranſmittuntur ad Regem. h. d. Tapia.

PRAGMATICA I.

De officio Proc. Cæſar.

CAROLVS &c.

ALli tempi à dietro ricevemmo vna lettera di ſua Maeſtà del tenor ſeguente, videlicet. A tergo. Al Illuſtr. Marques de Villafranea, nueſtro primo VisoRey, Lugarteniente, y Capitan general del nueſtroReyno de Napoles. Intus vero. Illuſtriſſ. Marques primo nueſtro VisoRey, Lugarteniente, y Capitan general con eſta os mandamos embiar ciertas ordinaciones, y pragmaticas que ſe han aca platticado, que ſerian neceſſarias, y conuenientes para el bien de nueſtro patrimonio, y hazienda deſſe Reyno, las quales han pareſcido bien no las hauemos querido mandar deſpachar ſin hauer primero vueſtro pareſcer ſobre cadauna dellas confiando de vos que en todo mirareis, y nos auiſareis de lo que mas conuenga al nueſtro ſeruitio, y aſſi os encargamos, y mandamos que las veais, y enformando os particularmente en cada vna della del Dottor M. Bartolomeo de Beneuente, que las lleua de las cauſas que han mouido a hazerlas aſsi, y platticadolas, y communicadolas con los Regentes nueſtra Cancellaria, y con los otros officiales nueſtros que à vos pareſciere conuenir, y con el dicho M. Bartolomeo nos auiſeys ſpecificadamente de todo lo que à vos, y à ellos pareſciere acerca dellos, dando las razones q̃ os mueuen à ello, y aunque ſeque, lo mirareys muy bien no he querido dexar de accordaros que no deuen enteruenir à ello perſonas que puedan pretender intereſſe, porque mejor ſe pueda hazer lo que conuiene, y juntamente con vueſtro parecer nos embiareys las miſmas pragmaticas, paraque viſto todo las mandamos publicar, y las que os pareciere q̃ eſtan bien como de aca ſe os embian las mandareys luego publicar, y obſeruar ſin falta, ò hazer lo que mas cumpliere à nueſtro ſeruitio. Datum in Sauillano à 14. de Iunio 1536.

Yo el Rey,

Perennotus Idiaques Secretarius.

Nihil ſoluat quia Curiæ, Lobera Taxator.

Et

Et con eſſa ne furono preſentate molte pragmatiche, lequali furono in parte diſcuſſe in queſto Collateral Conſeglio, con interuento del detto M. Bartolomeo Camerario: Et perche ce ne erano altre, lequali ricercauano conſulta con ſua Maeſtà, & alcune haueano biſogno di maggior diſcuſſione, per l'andata noſtra in Puglia contra Turchi, ſe differì la eſſecutione d'eſſe. Et volendo hora obedire à quanto ſua Maeſtà ha comandato, n'ha parſo inuiare à queſſa Regia Camera quelle che ſono accordate da eſſequirſe, le quali ſono le infraſcritte videlicet.

Theſaurerius, Dohanerij, cetteriquе miniſtri pecuniarij diſtincta reddant computa in Regia Camera.

§ Quoniam Maieſtati noſtræ retulerunt, quòd patrimonium noſtrum, & iura fiſcalia in confuſione quadam percurrere non deſinunt ex computorum officialium noſtrorum præſentatione, quæ in noſtra Regia Camera fit, dum præterita futuris immiſcentur, in non modicum præiudicium patrimonij Maieſtatis noſtræ, quamobrem volentes, vt tenemur indemnitati noſtræ prouidere, ordinamus, & mandamus quod Theſaurerins noſter generalis, Portulani, Perceptores, Dohanerij, & officiales alij quicumque deinceps computa ſua in noſtra Regia Camera diſtincta cum cauſa ſpecifica cuiuſcumque partitæ, introitus aut exitus, de tertio in tertium finita, ac bene declarata, & tantum ea, quæ eiuſdem ſunt temporis, & non de præteritis, tam in introitu, quàm in exitu, conſuetis temporibus præſentent, ne prout ſit euenire contingat, vt nunquam præſens ſtatus patrimonij noſtri certus ſit, & præterita tantummodò continuè pertractentur: de præteritis verò ſpecialem, & ſeparatam notitiam maxime reſiduorum exhibeant, nec aliter à noſtra Camera recipiantur. cumque prædicta etiam contingere, & ipſorum computorū declarationes retardari audiuerimus, ex eo quod eodem die quo Theſaurerius noſter generalis recepit pecunias portantibus illas cautelas de recepto non conſignat, ordinamus, & mandamus, vt Theſaurerius noſter minimè quantitatem aliquam pecuniæ magnam, vel paruam accipiat, quin ſtatim in ſuo libro partitam claram, & liquidam cauſam ſpecificam continentem, & cum finitione cuiuslibet tertij deſcribat, cuius copiam incontinenti miniſtro conſignet, ad hoc vt miniſtri ipſi quando præſentant computa ſuo tempore, prout ſtatutum eſt, & malè obſeruatur, vna cum cautelis, & regiſtro apodixarum noſtræ Regiæ Cameræ præſentare debeant, nec contrarium faciant ſub pena aureorum duorum millium, quæ irremiſſibiliter exigatur, inquam officiales noſtræ Cameræ Summariæ incurrant, niſi irremiſſibiliter illam exigant.

Conſultationes, & litteræ fiant in plena banca, vota notentur diſtinctim, & ſcriptura conſeruentur in Camera.

§ Inſuper præcipimus, & mandamus, vt omnes conſultationes quæ tranſmittuntur Maieſtati noſtræ, aut Proregi in Regno noſtro, expediantur in Banca plena, cum expreſſo voto omnium Præſidentium, & Rationalis conficientis illas, & vota notentur diſtinctū in libro notamentorum, nec aliter inconſultis prædictis, ac ēt in alijs litteris, aut prouiſionibus intra Regnum tranſmittendis notentur conſenſus notamentorum, qui quidem conſenſus, quādo non eſt nemine diſcrepante, ſed maioris partis ſcribatur videlicet, conſenſu maioris partis, & non ſimpliciter ſub pœna priuationis officij ſui, pariformiterq; omnia Bilancia Regni noſtri, quæ conſuetis temporibus, prout ViceRex expoſtulabit, Maieſtati noſtræ tranſmittuntur, cum interuentu omnium Præſidentium, & Rationalium expediantur, & ab omnibus Præſidentibus, tam bilancia, quàm conſultationes nobis, aut ProRegi noſtro tranſmittendas ſubſcribantur, litteræ verò expediantur in banca cum voto Præſidentium, vt ſupra, quæ notentur in libro votorum, cum ſubſcriptionibus Locumtenentis, nec aliter litteras expediat vbi Camerarij nomine tranſmittuntur, præterquam quando aliquis caſus occurreret, qui propter intereſſe Regiæ Curiæ non pateretur dilationem, vt littera expediatur in banca, vt tunc ſolus Locumtenens expediatur, & detur ſequenti die notitia Præſidentibus. ſcripturę quoque omnes cōſeruentur in Regia Camera Summarię in locis conſuetis, vbi per officiales ad id deputatos cuſtodiantur, vt vnuſquiſque ex Præſidentibus, aut Rationalibus pro noſtro ſeruitio illas intueri valeat: nec in proprijs domibus Locumtenentis, aut Pręſidentis, prout hactenùs fuerunt: detineantur pręterquam ſi pro aliquo occurrēti negotio non longo tamen tempore, illas domi cum ſpecifica apodixa receptionis reportare ſit neceſſe, ac etiam pro cuſtodia iuſtitiæ ne vota pandātur: ſtatuimus, vt nemo niſi Locumtenens, & Pręſidentes in banca intrent, & patronus ac Procurator fiſci, & notator poſt cauſam votatam, vel ſi aliquis ex rationalibus, aut ſcribis quicquam pro ſeruitio noſtro proponere voluerit per porterios, tunc illud Locumtenenti notificet, quòd maximè cum partibus obſeruandum eſt, quę dum non ſinguli admittuntur, ſed omnes ſimul intrant, confuſionem quandam inducunt, & ipſi male expediuntur, & tempus incaſſum labitur, quamobrem iubemus, vt poſtquam intrauerint, ſoli vocentur partes pro ſingulis cauſis, prout referuntur per Locumtenentem.

Le quali ve ordiniamo, e comandiamo, che le habbiate da oſſeruare ad vnguem come ſtanno. Et acciò che niſſuno ſi poſſa eſcuſare de ignorarle, incontinenti le facciate regiſtrare in queſſa Regia Camera, vna con l'altre pragmatiche in lo libro delli Riti, acciò ſiano in notitia di tutti gli officiali, auanti delli quali le fareti leggere in plena Bancha. Et perche li miniſtri pecuniarij, non ne pretendano eſſi ancora ignorantia alcuna, ve ordiniamo, & comandiamo, che incontinenti le facciate intimare à craſcheduno di eſſi, laſciandoli copia autentica loco inſtructionum, & coſì ſe oſſerui in futurum, che à tutti li miniſtri pecuniarij auanti di darle la poſſeſſione dell'officio, ſe li diano le inſtruttioni, nelle quali ſe li dia copia di tutte le ſopradette pragmatiche, ne farete lo contrario, nè in tutto lo ſopradetto, nè in parte di eſſo, per quanto hauete cara la gratia della Maeſtà Ceſarea, & pena di ducati dui milla.

Datum Neap. in Caſtello nouo die 10. menſis Ianuarij 1540.

Don Pedro de Toledo.

Vidit Decolle Regens. & pro Protonotario.
V. Loffredus R. Martiranus Secretarius. In cur. 7.
fol. 263. Dirigitur Cameræ Summariæ.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 *Conſultationes.* Cum enim † Rex debeat cuncta facere cum Conſilio, vt optimus rerum omnium finis inde ſequatur, de quo diximus ſupra in cap. Regni Regina Iuſtitia in ver. Baronum in tit. de legibus, meritò introductus eſt hic mos, vt cum Rex circa ſuum patrimonium vult diſponere, intelligat, quid ſuis Conſiliarijs circa eius curam electis videatur: vbi enim ſunt † multa conſilia ibi erit, & ſapientia iuxta illud

2 Salomonis prouerbior. 11.13. & 15.

3 Quales autem debeant eſſe conſultationes copioſiſſimè de hac re ſcripſit Illuſtriſſ. nunquam ſatis laudatus vir, † Cardinalis Paleotus, in elegantiſſimo libello de ſacri Conciſt. conſultat. præ manibus ſemper habendus ab omnibus iudicantibus, & Principes conſulentibus.

4 *In Banca plena.* Non enim vnius † ſed plurimum vota debent requiri, ſupplet enim alter quod vni deficit. dicente Hieronymo in epiſtola ad ruſticum, *væ ſoli, quia ſi ceciderit, nõ habet, qui ſubleuet eum,* ideòq; Ariſt. lib. 3. Politicor. cap. 12. inquit *incredibile eſt quemquam melius videre duobus oculis, & duobus auribus iudicando, & duobus pedibus, duabuſq; manibus agendo, quàm multos multis; quamobrem Principes nunc quoq; multos ſibi oculos, multas aures, multas item manus, atq; pedes faciunt;* & cap. 7. ſubdit *cum conueniunt multi ſuam quiſq; partem habet virtutis, atq; prudentiæ, ſuntq; quaſi vnus homo multiplex; (vt ita loquar) & multæ manus, multis ſenſibus, multiſq; moribus, & intelligentijs præditus, quo fit, vt multi rectius iudicium, quàm ſinguli ferant,* & Philo de creatione Principis ait, *ſummæ poteſtatis officium eſt eligere aliquos adminiſtratores, reddendiq; iuris ſocios, vnus enim non ſufficit.* quæ retulit Simancas de repub. lib. 9. cap. 4. qui alia multa ad idem congerit.

Alijs litteris. Hoc non ſeruatur in omnibus litteris, & prouiſionibus, quæ intra Regnum tranſmittuntur, quia non ſemper in Regia Camera proponuntur, præterquàm in litteris reſponſiuis, miniſtris pecuniarijs, & alijs, qui de aliquo graui negotio Regiam Cameram certiorem reddunt; benè tamen om-

5 nes † litteræ Regiæ Cameræ ſubſcribuntur manu Locumtenentis vnius ex Præſidentibus magiſtri actorum, & notatoris, ſiue ſecretarij Regiæ Cameræ, qui ſubſcribit ſe dicens Conſenſu Caſtellanus, qui eſt hodie notator Regiæ Cameræ, & vbi opus eſt, ſcilicet vbi agitur de materia computorum, ſeu numerationis, ſubſcribunt ſe Rationales.

Bilancijs. † Eſt autem bilancium breuis, atq; compendioſa ratio introitus, & exitus Regij Patrimonij, quod hodie ſingulis annis fit, & ad Regem tranſmittitur, vt ſciat ipſe expenſas, quæ in Regno fiunt, more optimi, atq; prudentis patris familias. Hoc autem bilancium ſolebat accuratè videre prudentiſſimus ille Rex Philippus II. & proprijs manu annotare, quæ ſuperflua, quæ vè contra Regis ordinationes impenſa videbantur, ſciebat enim ipſe † quantum deceat Reges diuites eſſe, nec ſuperfluos ſumptus facere iuxta illud Deuteronomij cap. 17. *cum Rex fuerit conſtitutus non multiplicabis ſibi equos,* imitatus † Ferdinandum Aragoniæ Regem, de quo Laurentius Valla lib. 9. hiſtoriarum inquit *Ferdinandus Aragonia Rex optimus, in patrimonio tuendo tenax fuit;* & Oſorius lib. 2. de rebus Emanuelis ait, *vectigalium rationem, diligenter habuit, videbat enim vbi Regni opes miniſtrorum negligentia dilabuntur, aut quæſtorum auaritia diripiuntur, aut ſumptibus minimè neceſſarijs exhauriuntur, ibi Regni ſtatum conſiſtere non poſſe. Nec enim bellum geri, neq; pacem conſtitui, nec rei adminiſtrare commodè licet, vbi Regis pecunia, quæ debet eſſe publicæ ſalutis inſtrumentum, aut à priuatis auertitur, aut ab ipſo Rege ſine vllo fructu conſumitur.*

Scriptura. Hoc hodie ſeruatur, nam ſcripturæ omnes conſeruantur in archiuio magno, cui initium dedit eximius Locumtenens à nobis aliàs commendatus Franciſcus Aluarez de Ribera, & completus † perfectiſſimus, atq; integerrimus vir Ferdinandus Fornarius eiuſdem Regiæ Cameræ Locumtenens.

Et patronus. Hic apertè dicitur aduocatum fiſci non debere interueniſſe tempore, quo cauſa votatur; quod ex antiquiſſima conſuetudine habemus ex tex. in l. ſi cuidam. ff. de his quæ in teſtam. delent. ibi *Antonius Gaſar remotis omnibus.* † Sed hodie Aduocatus fiſci interuenit in cauſis votandis, imò ſubſcribit omnes prouiſiones, vbi principaliter agitur de intereſſe fiſci; nec non conſultationes, quæ tranſmittuntur ad ViceRegem. Notator verò, (vt ego vidi) interuenit etiam in cauſis votandis, ſolent tamen Locumtenens in aliquibus negotijs abſque ipſius interuentu vota requirere Præſidentium. Procurator verò fiſcalis non interuenit regulariter, accidentaliter tamen ſolet interuenire; Rationales autem dum referunt computa non ſolùm interueniunt, ſed etiam votant.

Procurator fiſci, & notator non intrent dum votantur cauſæ in banca.

PRAGMATICA XXIII.

De offic. proc. Cæſ.

PHILIPPVS &c.

INter cætera contenta in pragmatica Cæſ. Maieſtatis, edita die 10. Ianuarij 1540. adeſt capitulum tenoris qui ſequitur, videlicet. Ac etiam pro cuſtodia iuſtitiæ, ne vota pandantur, ſtatuimus, vt nemo niſi Locumtenens, & Præſidentes in bancam intrent. Quam pragmaticam declarantes, ſtatuimus, ordinamus, ac declaramus, Aduocatum fiſci ſemper in tribunali intereſſe debere, etiam quando cauſæ diſcutiuntur, votantur, & deciduntur, procurator autem fiſci, & notator quando cauſæ votantur in tribunali præſentes eſſe non debeat, ſed poſt cauſam votatam, tribunal ingrediantur, iuxta formam præinſertæ Regiæ pragmaticæ, & vota votentur, & diſtinctè ſcribantur, cum annotatione diei per nouiſſimum dictæ Regiæ Cameræ Præſidentem doctorem, & poſtmodum deciſio facta, vt inde formari poſſit ſententia, ſeu decretum notario tradatur, qui illam in notamentorum libro notare habeat quinterno alio votorum nouiſſimi Præſidentis doctoris manu ſcriptorum penes Locumtenentem remanente, qui illum in arca ſub claui in tribunali diligenter conſeruet.

Litteræ, & prouiſiones expediendæ videantur à Præſidentibus in eorum domibus ſubſcribantur, ita fidt poſtea à Locumtenente.

PRAGMATICA XXIIII.

De offic. proc. Cæſ.

PHILIPPVS &c.

IDemque inuictiſſimus Carolus Quintus Imperator in eadem pragmatica formam, ac modum dedit expeditioni litterarum, & prouiſionum, quæ quotidie

quotidie fiunt per dictam Regiam Cameram, his verbis, videlicet.

Litteræ vero expediantur in banca cum voto Pręſidentium, vt ſupra, quæ notentur in libro votorum, cum ſubſcriptione ſolius Locumtenentis, nec aliter has litteras expediat vbi Camerarij nomine tranſmittuntur, pręterquam quando aliquis caſus curreret, qui propter intereſſe Regię Curiæ non pateretur dilationem, vt littera expediatur in banca, & tunc ſolus Locumtenens expediat & detur ſequenti die notitia præſidentibus. Et quia magiſtra rerum experientia docuit, omnes litteras in banca cum voto omnium Præſidentium expediri non oportere, nec fieri poſſe ſine maximo negotiorum, præſertim Regij fiſci impedimento, Propterea pręfatam pragmaticam declarantes, illamque ad vtiliorem ſtilum, ac ordinem redigentes, ſtatuimus, decernimus, ac declaramus, vt pręfatę litterę, & prouiſiones omnes, quę quotidie per dictam Cameram fiunt, de cetero videantur, & firmentur per Pręſidentes dictę Regię Camerę in eorum domibus vbi commodius, & maturius illas conſiderare, & rimari poterunt, vnuſquiſque videlicet ex Pręſidentibus videat, & ſubſcribat litteras, & prouiſiones ad Prouincias, & negotia ſibi commiſſa ſpectantes, & pertinentes poſtmodum verò per Locumtenentem ſimiliter in eius domo, & non in banca, videantur ea qua conuenit adhibita diligentia, & ſubſcribantur, & demum per Secretarium ſeu notatorem ſubſcribantur, & in libro notamentorum notentur, his dumtaxat exceptis, quę maximam haberent difficultatem, vel quę celeritati, pręſertim pro Regij fiſci commodo deſiderarent, quę omnes in banca diſcuti, ordinari, ſubſcribi, & expediri decernimus, & mandamus.

Scriptura in Regia Camera conſeruentur.

PRAGMATICA XXV.

De offic. proc. Cæſ.

PHILIPPVS REX &c.

Mandamus etiam pręfatam Regiam Cęſ. Maieſtatis pragmaticam quo ad conſeruationē, & inſpectionem ſcripturarum per Pręſidentes, & Rationales inuiolabiliter obſeruari, quę eſt tenoris, & continentię ſubſequentis.

Quodque ſcripturę omnes conſeruentur in Regia Camera Summarię in locis conſuetis, vbi per officiales ad id deputatos cuſtodiantur, & vnuſquiſq; ex Pręſidentibus aut Rationalibus pro noſtro ſeruitio illas intueri valeat, nec in proprijs domibus Locumtenentis, aut Pręſidentium, prout hactenus fecerunt, detineantur, pręterquam ſi pro aliquo occurrenti negotio, non longo tamen tempore, cum ſpecifica apodixa receptionis reportare ſit neceſſe.

Iuſtitiarij, & Capitanei terrarum quinternum faciant omnium prouentuum, & de receptione ipſorum apocam; quinternum etiam mandatorum, commiſſionum, & proceſſuum confic. ini, depoſitoq; officio rationem poſt ſindicatum reddant in camera, prædictumq; quinternum ſingulis tribus menſibus mittant ad archiuum Regiū, diſcordantibus iuſtitiario cum actorum notario, & iudice, cauſam diſcordiæ Regi denuntient. h. d. Tapia.

REX ROBERTVS Cap. 257.

Nouis morbis, nouis occurri remediis expedit, vt præcipuè aliquorum officialium auara proteruitas fideles, & nos in iuribus eorum, & noſtris non verenres offendere, in ſuis prauis elidatur conatibus, & qui quotidie in leges committunt, pœnis continuis legis, ſeu Principis animatæ legis in terris, iuxta ſanctiones legitimè puniantur. Idcirco non derogando conſtitutionibus, ſtatutis, quibuſcunque ordinationibus bonis, ritibus, & conſuetudinibus hucuſque ſeruatis, niſi quantū in his reperirentur aduerſæ, nec eas minuendo, ſed illis addēdo, in ſua vtpotè remanētibus firmitate, infraſcripta duximus ſtatuenda videlicet, quòd officiales regni noſtri, Iuſtitiarij ſinguli, capitanei quoque, Stratigoti habentes merū, & mixtū imperium impoſterū, videlicet præſentes, & futuri: eorum quilibet iudex, & actorum notarius, per curiā ſibi dati. & notarius Cameræ, prout ad eorū cuiuslibet ſpectat officiū, vt infra diſtinguuntur: quaternū actorū oīum ordinariorum, & extraordinariorū. Quaternū quotidiani introitus, & exitus cuiuſcunq; pecunię ſiue rerū, tam collectarum quàm prouentuum, cum expreſſione dierum. Quaternum quoq; vbi ſunt conſcripti tenores apodiſſarum, quas fecerunt de receptione rerum, & pecunię prædictarum cùm velimus, vt receptione huiuſmodi prouētuum, & aliarum rerum fideliter faciant apodiſſas ſoluentibus, remoto errore, ſeu conſuetudine praua abolita. Quas equidem apodiſſas, ſi omiſerint facere, ſicut ſi ſubtraxerint, illa, quę receperint, & de quibus apodiſſas, ſicut præcipimus, non fecerunt, in nonnuplum teneantur. Quaternum mandatorum publicorum, & priuatorum ipſorum, etiam executionum factarum per ipſos. Quaternum de commiſſionibus, & mandatis factis per eos perſonis, & commiſſariis quibuſcunque, aut ſui officij, vel mandatorū curiæ. Quaternum inquiſitionum, & proceſſuum ex officio faciendorum per eum in iuriſdictione ſua, vt de eis fiat collatio debita cum quaterno introitus, ſi à notatis in ipſa inquiſitione recepit aliquid ad opus Curiæ. Quaternum de reſiduis, actis, & mandatis pendentibus etiam aſſignatis ſibi à prædeceſſoribus ſuis, dum ſunt in officio, & officij adminiſtratione durante conſcribant, componant, ſeù conficiant, conſcribi ſeù componi, & confici faciant, ſicut ſucceſſiuè negotia habent præ manibus, de quibus fieri habent, & debent quaterni prædicti: & quaternos eoſdem conficere ſeù conſcribere, & componere poſt eorum depoſitionem officij non expectent. Hoc quidem eſt ab experto cōpertum, vt fraudis ſuſpicione non careat, ſi id quod habetur in recenti memoria in prolixum tempus faciendum per præſumptuoſam malitiam protelatur: dum contingit perſæpe demi, aut defalcari iura ſubiectorum, & curiæ frequenter etiam occultari. Notarij actorum de actis ordinariis, & extraordinarijs: de tenoribus apodiſſarum cuiuſcunque pecuniæ, ſiue rerum, quas ſcripſerint, de

executionibus quorumcunque mandatorum Curiæ, vel aliorum quocunque modo acta reſpicieutibus, vel ad acta ſpectantibus inquiſitionum etiam & proceſſuum faciendorum ex officio, ſicut prædicitur, quateruos conficiant, & conſcribant. Quaternos cæteros prædiſtinctos notarij Cameræ, vel alij, qui ad hoc per Iuſtitiarios, Capitaneos, Stratigotos, & officiales alios ſtatuuntur, componant: quia ſic ſpectare ad eorum officium declaramus. Idem præcipimus obſeruari per Secretos, magiſtros Portulanos, & officiales alios quocuuq; nomine cenſeantur de quaternis, apodiſſis, cautelis, monumentis, quibuslibet, quæ fieri debent per eos, & eorum ſingulos, prout ad officium vniuſcuiuſq; ſpectat eorum. Poſt depoſitum autem officiũ debitam ratiouem cum pecunia, rebuſq; alijs reſiduis penes eum, quaternis prædictis, & alijs ſcripturis, & cautelis debitis infra dies quindecim à die ingreſſus ſucceſſoris, vel finiti temporis numerandos, non expectato fine temporis ſindieationis eorum coram nobis per procuratores idoneos ſub ſigillo eorum iu archiuis præſentatis, de ratione ipſa poneuda legaliter, vt eſt moris, finito ſuæ ſiudicationis tempore, perſonaliter compareant in archiuo iam dicto ad præſtandum in forma debita conſuetum ſacramentum de ratione ipſa ponenda legaliter; vt eſt moris, aut per procuratorem ſuffieienter inſtructum, ſi fuerit iuſto impedimento detenti, inter alia poteſtatem habentem in animam eius ſacramentum præſtandi, & computandi primo in Camera noſtra, & deiude finaliter coram nobis, ac ſatisfaciendo de omnibus in quibus per rationem ipſam debitor apparebit, & quòd officialis, ſeu procurator miſſus huiuſmodi aut ordinatus, & factus integram ſatisfactionem de liquido inueniendo per ratiouem ipſam completam, diſputatam, & poſitam, abſque ſpeciali ipſius curiæ licentia, non recedat: quod ſi ſecus fieret, pœnam vnciarum auri quinquaginta Iuſtitiarijs, & Capitaneis, & Stratigotis triginta, à iudice vigintiquinq; actorum uotarijs quindecim, & totidem notarijs Cameræ curiæ noſtræ, ſi & quoties ſecus fieret applicandam, & ſi quoties deficiẽt in præmiſſis, aut aliquo præmiſſorum, quod ad cuiuslibet eorum ſpectat officium, infra qnindecim dies, alios ab illo, vel illis, qui in eam incideriut per vos volumus protinus, & irremiſſibiliter extorqueri, & ratio ipſa pro non poſita, & non aſſignata in eius diſpendium habeatur. Pœna vnciarum vigintiquinque ſimiliter plectatur, qui durante officio cum ratione ordinaria ſemeſtris temporis infra primos quindecim dies ſequentis ſeptimi menſis procuratorem ſufficientem non miſerit, vel cum miſſus non compleuerit componere, aut ſine prædicta licentia de archinio receſſerit infra alios quindecim dies exinde per vos, ſieut in proximo eſt expreſſum, & pro non miſſa. nec aſſignata ipſa ratio in ſui præiudicium habeatur. Quaternum quotidiani introitus, & exitus quarumcunque pecuniarum, ſiue rerum collectarum, compoſitionũ, atque prouentuum, ſicut prædicitur, nobis ad archiuum mittere ſingulis tribus menſibus teuaciter videlicet, infra dies primos quiudecim quarti menſis ſequentis, ſub pœna prædicta infra alios dies ſequentes 15. exigenda, ſicut præfertur, toties quoties fuerit contrauentum: Vbi verò tempore amotionis ab officio trimeſtre tẽpus non eſſet cõpletum, mittat ſimiliter, vt ſupra, pro eo tempore, quo fuerit in officio commoratus, & ſi aliquod mandatum fiſcale in quaterno mandatorum omiſerit ſcribere pro quolibet mandato omiſſo, pœnam vnciarum auri duarum ab omittente exigere protinus ſtudeatis. grauiori pœna ſeruata in eos ratione mandati omiſſi, ſi mandatum omiſſum de re magna, & non leui eſſet, vel alias in omittendo mandatum huiuſmodi fraudulenter proceſſeruut, inxta noſtrum arbitrium infligenda, & exigenda ab eis. Volumus etiam quòd de receptione cuiuſcunque maudati fiſcalis per curiam ſibi directi, officialis quicunque cum inſerta forma mandati reſcribere debeat, ad pœnam vnciarum duarum exigendam, vt ſupra, & ſi negauerit facere reſponſales de aſſignatione mandati ſibi facti credatur nuncio iurato, qui portauit mandatum, & ipſa pœna protinus exigatur. Porrò ſi forſitan iu præparatione, ſcriptione, ordinatione, ſigillatione, & aſſignatione actorum, & quaternorum inter Iuſtitiarios, & Capitaueos, ſeu Stratigotos, & iudicem actorum, vel cameræ notarios eueniret diſcordia, durante eorum officio, ſub pęna prædicta vnciarum auri 60. Iuſtitiariis, Capitaneis, vel Stratigotis 30. iudici 25. actorum notarijs 15. & totidem notarijs cameræ, cauſa diſcordiæ infra dies 15. poſt ipſam exortam diſcordiam nobis debeant intimare, vt ſecundum terminationem quam inde feceritis, & reſcripſeritis, ſint concordes. Si verò orta fuerint poſt eorum amotionẽ, aut ſuper actorum, aut quaternorum eorundem amiſſionem diſcordes extiteſint tenaciter, nlhilominus Iuſtitiarij, Capitanei, ſeu Stratigoti ſub ſigillo ſuo, ac ſigillo eorum alterius ſecum ad ipſam concordiam, aut ſi vterque diſcors fuerit ſub ſuo tantum ſigillo acta eadem, & quaternos, prout ſunt, tunc præſentare, & nobis in rationum auditorio aſſignare. Sed ſi iudex, & actorum notarius concordes fuerint in præmiſſis, ſolo Iuſtitiario, Capitaneo, vel Stratigoto diſeordante, proteſtentur publicè coram eo, quomodo per ipſos non remanet, & proteſtationem huiuſmodi nobis infra idem tempus ſignificent, & ſi in poſterum apparet diſcordiam ipſam, ex canſa, vel cauſis rationabilibus proceſſiſſe, vos audita ea, vel eis, faciatis exinde quod eſt iuſtum. Si verò eam calumuioſam reperietis, motor talis diſcordiæ pęnę ſnbiaceat ſnpra contentæ, ac maiori pro noſtro arbitrio infligendæ ab eo infra dies 15. ſicut in ſimili prænarratur. Officialis amotus ordinationem huiuſmodi cum alijs mandatis, actis pendentibus reſiduis, captiuis, & cauſis detentionis eorum, per ſpeciale ſcriptum ſub ſigillo ſuo, infra dies 15 poſtquàm ſucceſſor ingreſſus fuerit prouinciam officium miniſtrando aſſignare procurẽt ſuo in officio ſucceſſori ſub eadem pęna exigenda, vt ſupra. Et ſucceſſor tranſumptum ſub ſigillo ſuo infra primos octo ſequentes dies ad tardius, ſub ſimili pęna ſimiliter exigenda exhibeat ſucceſſori, proteſtatione præmiſſa per prædeceſſorem amotum, ſi fortaſſe ſucceſsor recipere nollet ea, per quam conſtet per

eum

eum non ſtetiſse ſuccesſori aſſignaſse præmiſsa, de qua proteſtatione, & requiſitione confici faciat publicum inſtrumentum in archino iufra dies 15. aſſignandum. Adiicimus inſuper, vt idem ſucceſſor ad eandem pœnam exigendam, vt ſupra, diem ingreſſus ſui ad officium in prouincia ſibi decreta nobis infra 15. dies per ſuas litteras ſpeciales ſtudeat intimare, & vtrum infra ipſum tempus, vel ne ſucceſſor eins aſſignauerit ei reſidua, & pendentia, vt eſt dictum.

Secreti infra duos menſes à die primo Septembris, vel infra annum poſt quindecim dies rei fiſcalis locatæ relationem forma hic ſeruata mittant. h. d. Tapia.

§ Secreti quoque magiſtri procuratores iurium noſtrorum locationes, ſeù venditiones omnium gabellarum, & iurium, infra duos menſes ad tardius, anni cuiuſlibet, à die primo Septembris in antea numerandos, aut ſi infra ann. poſt ipſos menſes duos locari, ant vendi, ſeù licitari contigerit, infra dies 15. diem venditionis ipſius immediatè ſequentes dilucidè, & diſtinctè, cum quantitatibus pecuniarum, & rerum, contentis nominibus gabellotorum, & fideiuſſorum propterea poſitorum, additibus factis in vnaquaq; gabellarum ipſorum, per qnos, qualiter, & qnando pactis, conditionibus à ritu dohanæ non diſcordantibus factis per eos, gabellotis eiſdem, vel ſi locatę non fuerint ſubhaſtatione pręmiſſa, & aliis ſollemnitatibus obſeruatis. cui, vel quibus, & qualiter datæ ſint in credentiam procuranda in ſcriptis, nobis ſub eorum ſigillis ad archiuum tranſmittant, ſub pęna vnciarum auri 25. per vos ab eis, vel ab eo, qui in illam inciderint infra ſeqnen. 15. dies protiuus exigenda, & ad omne damnum, & intereſſe, quod propterea curiæ noſtræ eueniret diſtrictè compellatis eoſdem,

Secreti gabellas procurandas non committant, nec ſibi retineant, nec plures vni vendant, nec filijs locent, aut alijs colludendo, quod ex ipſa locatione præſumitur. h. d. Tapia.

§ Præterea volumus, & mandamus, qnòd nullã gabellam, nullaq; inra noſtra, ſi apparet, qui competenti pretio vellet emere procuranda committant, nullaq; iura ſibi retineant, nec plures gabellas inſimul vni vendant, ſed quamlibet earum per ſe, debita ſollemnitate, nec filijs, aut conſanguineis, ant coniunctis vendant colludioſè, quod quidem colludioſum præſumi volumus, eo ipſo, ſi non contrarium demonſtrabunt, vt libera ſit facultas demonſtrantibus, & augmentantibus iura noſtra in melius promouere, ſub ſimili pœna, damnisq;, & intereſſe per vos, ſicut ſupra prædicitur, proximè exigendæ.

Prohibentur Secreti, & alij exactores iurium fiſcalium pacta ſuper eorum exactione facere, quæ iura prædicta augeant, vel minuant. h. d. Tapia.

§ Et cum ſit prohibitum, ab antiqno, vt de minus exigendo, vel plus ratione noſtrorum iurium. Quoniam eſt conſuetum, & debitum, ac etiam obſeruatum pactum, vt conuentiones officiales ipſi non ineant, ſed iura noſtra integraliter exigant, non minuendo exactionem ipſam in aliquo, vel augendo, pactis, & conuentionibns talibus pęnis, & iuramento vallatis tanquàm nullis, & inualidis non obſtantibus qnoquomodo, vt dum ipſa iura, ſicut pracipitur, exiguntur, detur, & datur materia licitantibus, & augmentantibus commoda noſtra, & vtilitates fiſcales contra vetitum promiſſum, & iuramentum per eos curiæ noſtræ proinde præſtitum contrarium faciendi, & maximè cum mercatoribus exteris ignorantibus plerunq; noſtras ordinationes iam dictas, quos quidem decipiunt paciſcendo cum eis de certa parte non integra debiti noſtri ſoluendo per eos, prætendentes deinde pactum, & conuentionem innalidam, & cõtra pactum eorum debitè exigendo. Et dum pactũ ſeruat, aliqnando in noſtrum redundat incommodum, licitantibus via præcluſa. Idcircò eorum fraudibus obuiando hoc tantum adiicimus, vt pacto, & conuentione huiuſmodi nullo, & inualido in noſtrum, & gabellæ noſtræ pręiudicium permanente, pactum ipſum illicitum liget in eorum præiudiciũ paciſcentes, ſi ſoluendo fuerint, vt de eorum proprio quicquid vltra pactum exactum fuerit vſque ad ſolidum, & debitum deceptis mercatoribus ſortiatur, ſi paciſcentes ipſi per licitationem amoti fuerint, ſi verò remancant in gabella, pœnis legitimis, quia contrafecerunt, in ſuo robore remanentibus contra eos. Augmentata quoque gabella ipſa per alios, ſi reperiatur amotum, ſeù amotos gabellotos per augmentum iam dictum, partem habere, vel tenere in augmentata gabella præfata, ſit præſumptio, contra qnam nequeat in contrarium probari, quòd in fraudem curiæ facta fuerit augmentatio ſupradicta, ad hoc vt mercatores contra pactum initum integraliter ſoluere compellantur, & eo caſu in eorum præiudicium ſeruare pactum illicitum teneantur, licitatione ipſa in ſuo nihilominus robore pro vtilitate curiæ remanente, ita quòd ſi forſitan ab eis fuerit gabella per augmentum aliarum aliqualiter reuocata, teneantur ſucceſſoribus reſpondere, & de eorum proprio computare, ſicut ſi totum ius debitum, pacto non inito exegiſſent contra paciſcentes de ſoluendo iure non integro ſociis ſuis gabellam licitantibus, vt præſertur, præcipuè ſi forſan dixerint ſe pactum initum ignoraſſe, omni iure ſeruato, vt contra gabellotos eoſdem, qui ſocij gabellæ reperiuntur cum eis ad ſarciendum ipſis damnum, quod incurrerant, propterea poſſint procedere, ac totum intereſſe ſuum ab illis petere, & habere electionem, quam habet amotus emptor, vel creditor noſtrorum iurium ſuo ſucceſſori, pro tempore quo exercuit ad extalium, vel ad credentiam vendendi, vbi infra triduum ſit amotus non habeat ſicut pro ipſo triduo de promiſſo propter incautum aliquid non lucratur, ſed de perceptis infra triduum teneatur ad credentiam reſpondere.

Mandat ſeruari conſtitutiones editas ſuper manutentione iurium fiſcalium. h. d. Tapia.

§ Volumus igitur, & vobis expreſsè mandamus, vt cum præmiſſis quoque omnes ordinationes, ritus, & ſtatuta alia quælibet ſuper manutenendis iuribus noſtris, & officialium noſtrorum malitijs compeſcendis ab olim edita, quæ in archiuo noſtro

ſeruan-

ſernatur, tenaciter & in transgreſſibiliter obſeruetis. Data Neapoli anno Domini 1317. die 3. Iulij 15. indictionis, Regnorum noſtro anno 9.

Volentes itaque, quòd præſcriptæ noſtræ ordinationes, capitula, ſeu ſtatuta tenaciter obſeruentur, & vt circa eorum obſeruantiam nullam poſſitis ignorantiam, vel ſupinam excuſationem prætendere, illa vobis denotanda, & aperienda prouidimus, vt ſuperius continetur, & fidelitati veſtræ mandamus expreſsè, quatenus ordinationes, capitula, ſeù ſtatuta noſtra prędicta, prout & in quantum in his tangimini, & ad vos ſpectat quemlibet ſcilicet, ſui officij tempore efficaciter obſeruare curetis, ac faciatis per iudices actorum, Cameręq; notarios vobiſcum per curiam in prædicto officio pro tempore deputandos, de quibus capitulis, & ſtatutis eiſdem, vt illorum etiam ignorantiam fortè prætendere non poſſint copiam detis, faciatiſquè tenaciter, & inuiolabiliter obſeruari, Sciturі pro certo, quòd ille, ſeù illi veſtrum, dictorumq; iudicum, & notariorum, qui præmiſſa quatenus, ſcilicet, ad eorum quemlibet, vt prædicitur pertinent, obſeruare contempſerint ſtatutis pęnis huiuſmodi ſubiacebunt, quas ab eis ſi in illis inciderint, ex nunc, prout ex tunc mandamus, & volumus abſq; remiſſionis gratia extorqueri. Præſentes autem literas, ſtatim poſt amotionem tuã ab eodem officio, ſucceſſori tuo dare ſtudeas in pendenti: deinde ad ſucceſſores alios ſucceſſiuis traditionibus alterutrum deriuandas, & per eos efficaciter obſeruandas.

Data Neapoli per magiſtros rationales Magnæ Curiæ noſtræ. Anno Domini 1317. die 20. Septembris 1. indictionis, regnorum noſtrorum anno 9.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 IN *ſua firmitate*. Hoc iden dixit ad tollendam diſputationẽ, an per legem nouam videatur derogatum legi veteri, nam
2 † licet in dubio non præſumatur, quod noua lex alteram mutet, & corrigat ex regula tex. in l. præcipimus in fine C. de appellation. attamen per legem nouam veteri derogari dixit Bar. in l. omnes populi num. 35. ff. de iuſt. & iur. quod intelligitur ſecundum verba Imperatoris in d. l. præcipimus ibi *quicquid autem hac l. ſpetialiter non videtur expreſſum, id veterum legum, conſtitutionumq; regulis omnes relictum intelligant*. quod autem pluribus ex coniecturis præſumatur per legem nouam derogatum legi veteri declarauit perbellè Iacob. Menoch. præſumptio. lib. 6. præſumptio 38.

2 T *Strategoti*. † Idem eſt quod Iuſtitiarius, & Capitaneus. Hoc enim nomen Stratego græcum eſt, & ſolus Capitaneus Ciuitatis Salerni hodie vocatur Stratego, ſicut & ſolus Capitaneus Ciuitatis Teatinæ vocatur Iuſtitiarius, & circa hic diſpoſita de confectione quaternorum prouentuum, animaduertas hoc hodie receſſiſſe ab aula cum merum, miſtumq; imperium fuerit in Barones translatum; Neq; ſeruatur in ciuitatibus demanialibus, quia prouentus, vel ſunt officialium, vel vniuerſitatũ, licèt pauperes vniuerſitates parum, aut nihilum percipiãt cum iſti deſtructores potius, quam gubernatores (ſaluo ſemper honore bonorum) omnes prouentus ſibi ipſis applicent, ſed hæc omittamus.

Secreti. Hoc capitulum non ſeruatur, nam Regia Camera
3 curam habet † locationum omnium rerum fiſcalium, & in ea fiunt huiuſmodi locationes, & ſi in prouinciis contingerit eas fieri, curam committit alicui ex miniſtris pecuniariis, qui ſtatim completo negotio certiorem eam reddunt.

Plures. Hoc ideo fit, ne vnus pluribus onuſtus ſolutionibus deficiat, hodie tamen non ſeruatur, cum ad rem fiſci tuendã ſit introductum, vt ille, qui vult conducere aliquam gabellam cum oblatione ſimul quantitatis, quam vult præſtare exhibet etiam notam aliorum, qui participant cum ipſo: qui caratarij vocantur, & fideiuſſores etiam præſtant, & ſic tutus redditur Regius fiſcus exactionis introituum gabellarum.

Nec filijs. Optima ratione prohibitum eſt filijs, aut conſanguineis res fiſcales locare, vt omni penitus Regij miniſtri careant ſuſpitione, iuxta illud Cæſaris egregium dictum, quod vxor Cæſaris non ſolum crimine, ſed, & criminis ſuſpitione carere debet; præſumitur enim ex affectu ſanguinis non ex officio, & recta adminiſtratione motus agere. l. tutor, §. quæ
4 tutoribus, ff. de excuſa. tutor. † Ex quod dicebat ibi Bal. quod ſi prælatus promouet coniunctum, præſumitur quòd caro, & ſanguis reuelauit ſibi, non autem ſpiritus; qui dicunt etiam Curt. tract. de feudis par. 2. q. 7. num. 5. Grammaticus deciſ. 62. num. 29. Tiraquel. tract. de pœn. cauſa 52. num. 84. & facit gloſ. in cap. Epiſcopus in verſ. aut fratribus 10. q. 2. quod tamen præſumptiuè procedit, verum ſi de meritis conſtet ex illis motus præſumitur, vt tradunt Alexand. poſt gloſ. in l. ſi donatione num. 2. C. de collation. & ibi Iaſ. ante num. 3. addentes ad Romam ſingul. 652. in 2. limitat. vbi plura ad ornatum dicti §. quæ tutoribus Tiraquel. in l. ſi vnquam ver. donatione largitus num. 72. & 73. C. de reuocand. donation. quod autem † dicitur de conſanguineo idem eſſet dicendum de magno amico, vt latè Couarr. in cap. requiſiſti num. 6. de teſtibus Alex. in l. 1. §. lex falcidia num. 4. cum ſequent. ff. ad l. falcidiam, vbi habetur quando ſtatutum loquens de coniuncto extendatur ad amicos, & alia ad materiam copioſè, & diſtinctè per Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 89. num. 66. cum ſequ. & vltimo adde cum diſpoſitione huius tex. concordare tex. in authen. quibuſcunq; modis C. de ſacroſanct. eccleſ. cum qua concordat tex. cum epiſcopus 10. quæſtion. 2. & cap. peruenit. 1. q. 3. & cap. decrotes 89. diſt. Sed Andr. Iſer. in cap. 1. num. 12. qui ſucceſſ. teneantur el primo contra gloſ. illius tex. affirmat poſſe etiam conſanguineis concedere in feudum nulla habita ratione auth. prædictæ, quæ cum ſit lex ſecularis non ligat clericos, ſicuti nec obſtant iura prædicta in decreto regiſtrata, cum non ſint leges pontificiæ, ſed tantum dicta patrum à Gratiano collecta. 5

Colluſium. † Ex coniunctione enim fraus præſumitur ad quod facit l. data. C. de donat. Dec. conſ. 659. num. 2. quod 6 tamen de iure communi intelligendum eſt dummodo aliqua alia præſumptio concurrat ſecundum Bar. in l. poſt contractũ num. 30. de donat. Caſtrenſ. conſil. 193. verſ. his igitur vol. 2. Dec. conſ. 234. vbi add. num. 2. & quis nam coniunctum dicatur ad finem præſumendi fraudem explicat Alciat. in d. l. poſt contractum, & Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 124. num. 28. Sed in caſu huius capituli ſolum hanc ſanguinis præſumptionem ſufficere non eſt dubitandum per verba eo pſo, quæ actum momentaneum demonſtrant. Neq; ideſt mirum cum poſſit † lex vel ſtatutum nouam præſomptionem fraudis inducere, vt per Bal. in l. omnes populi num. 25. ff. de iuſt. & 7 iur. quem ſequitur Dec. conſ. 532. col. fin. verſ. quarto etiam, poſſet tamen limitari huius cap. diſpoſitio, vt non procedat, vbi coniunctus palam contraheret, eoq; pretio emeret, quo quis aliàs fuiſſet empturus arg. l. non exiſtimo, ff. de aminiſt. tutor. ad quod faciunt dicta per And. in cap. 1. de feud. guard. Capvt. deciſ. 156. num. 11. Dec. conſ. 441. poſt num. 6.

Minus exigendo. Quæ autem † ſit pœna exactoris rei fiſcalis plus exigentis; vide tex. & ibi doct. not. in l. vnica C. de ſuperexact. lib. 10. in hoc tamen aduerte, hodie licitum eſſe arrendatoribus gabellarum venire ad conuentionem cũ mercatoribus, eiſq; relaxare aliquam partem directuum ad Regiã curiam ſpectantium, cum ipſi teneantur ad ſolutionem quantitatis oblatæ, & conuentæ cum Regio fiſco, & ſic non quod ad curiam: ſed quod ad ipſos pertinet dimittunt, notatur tamen in lib. caſſerij, & credenzerij integer directus, qui debet ſolui, vt ſciat Regia curia quanta fuerit illius anni exactio: ex quo etiam reſultat commodum Regiæ curiæ; nam mercatores facilius ex hoc inducuntur ad merces in regnum introducendas, non tamen licet huiuſmodi gabellotis ſe concordare cum partibus de rebus, quæ incidunt in commiſſum, quæ vel extrahuntur, vel immittuntur contra formam, vel Regiarum

pragma-

pragmaticarum, vel inſtructionum Regiæ Cameræ, & ratio eſt, quia medietas ſpectat ad Regium fiſcum, de medietate tamen ad ipſos ſpectante poſſunt vti rei ſuæ domini, quod velint remittere, de pœna autē vltra rei amiſſionem, quæ debetur Regio fiſco ex cauſa prædicta nihil ad gabellotos attinet, de quo latius alibi.

Officiales.

a **O***fficiales.* Si officialis, puta procurator fiſci, vel alius quilbet, res fiſci perire permiſerit, de ſuo reſarciet.

b *Qui bona.* Deperire permiſerit publica.) multomagis tenetur, qui ea vſurpauit, ſiue ſit officialis, ſiue quilibet alius, tunc hoc faciunt contra ſacramentum baiulationis, vt ſupra in conſt. puritatem. & iof. de iu. reg. l. cunt vniuerſis. Sic, & aliàs eſt maior pœna capientis, quàm negligentis, vt de violent. & maleficiis clandeſtinis. l. raptores.

REX ROGERIVS.

OFficialis a qui b ſua negligentia bona publica deperire, vel minui permiſerit, in perſona propria, vel rebus ſuis cōſtituetur obnoxius, & hoc aſpectu Regiæ pietatis.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HÆc conſtitutio per ſeipſam ſummatur, eiuſq; diſpoſitio conformis eſt tex. in §. oportet in auth. de mand. princip. quæ etiam confert ad tex. cap. 257. quod antecedit hanc conſt. in §. & cum ſit prohibitum, quod annotauit Marcus Ant. Pereg. in tract. de iure fiſci lib. 6. tit. de fiſci officialibus.

Officiales pecuniarij præſentent computa in Camera liquidanda infra annum. h. d. Tapia.

PRAGMATICA II.

De offic. procur. Cæſ.

CAROLVS V.

Anno 1540.

CVm Reges anteceſſores noſtros in dicto Regno in Regia Camera Summariæ, vbi magna negotia tractantur, tam ad patrimonij noſtri, quā ad ſubditorum intereſſe ſpectantia ritus, & conſtitutiones, magno cum ſtudio prouidiſſe, ſummaq; diligentia feciſſe atque ordinaſſe conſtet: Voluimus propterea atque mandamus, vt omnes exacte ſeruentur, & ſignanter diſponentes, quod officiales pecuniarij ſingulis annis in dicta Camera, eorum computa cum debitis cautelis exhibere, & præſentare debeant, ad hoc, vt percunctari, liquidari, & cito expediri poſſint. Nam dilatio expeditionis eorum hactenus Curiæ noſtræ, & ſubditis fuit non mediocriter pernitioſa. Quam liquidationem infra annum omninò fieri iubemus, propterea Locumtenenti, Præſidentibus, dictiſq; Rationalibus mandamus, quod in liquidatione computorum ita ſolliciti ſint, atque feſtinent, vt ſingulis annis computa præterita, liquidata remaneāt, nec in annum ſequentem liquidatio differatur, ne ſic differendo liquidationes fiant immortales, & Regia Curia noſtra ignoret, an in officialium noſtrorum poſſe quantitas aliqua pecuniarum Regiarum remanſerit: Et qui contrafecerint, pœnas in eiſdem contentas, aliaſq; arbitrio noſtro reſeruatas grauiores incurrant.

Officiales Regiæ Cameræ à conſanguineorum litibus abſtineant. h. d. Tapia.

PRAGMATICA III.

De offic. proc. Cæſ.

CAROLVS V.

Anno 1540.

MAndantes etiam, quod neque Locumtenens, neque Præſidentes, neq; Rationales, aut aliquis alius ex officialibus dictæ Regiæ Cameræ in cauſis conſanguineorum, coniunctorum ſuorum interuenire, aut relationem facere, votare, vel aliter quoquomodo intereſſe poſſint, ſed vt cauſæ præfatæ ſinè vlla ſuſpicione tractentur, terminenturque, officiales omnes dictæ Cameræ penitus ab eis abſtineant.

CAR. TAP. REG. CONS. ANNOT.

DE materia huius pragmaticæ alibi dicemus in tit. de ſuſpit. official. hic tamen tantum ſufficiat annotare, quòd vbi tam actor, quàm reus eſſent in pari gradu coniuncti officiali, tunc par affectionis cauſa ſuſpicionem reuocat l. non ſolum, §. 1. vbi doct. ff. de rit. nupt.

Venditiones gabellarum fiant coram omnibus Præſidentibus Regiæ Cameræ, & non per Locumtenentem ſolum. h. d. Tapia.

PRAGMATICA IIII.

De offic. proc. Cæſ.

CAROLVS V.

Anno 1540.

VOlumus etiam, atque mandamus, quòd Locumtenens dictæ Regiæ Cameræ ſolus, & extra bancam recipere oblationes, vel, vt dicitur incanta, aliquoſue alios actus in locationibus, ſiue affictibus vectigalium, gabellarum, aliorumq; iurium, diritiuum, facere minime poſſit, ſed omnia præfata in banca, vna cum alijs qui in eadem banca intereſſe conſueuerunt, fiant; atque celebrentur.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

OBlationes huiuſmodi de quibus in hac pragmatica, quæ ſcilicet ſunt gabellarum Regiæ dohanæ Neap. Regiarū dohanarum terræ Idrunti, & Bari, & aliarum ſimilium fiunt per Regiam Cameram in Collaterali Concilio cum interuentu DD. Regentium coram Excellentiſſimo Prorege, ibiq; decernitur quæ ſit melior oblatio, ſuper qua debeat accendi candela, & fieri ſubhaſtationes, quæ poſtea fiunt in Regia Camera ſeruata forma huius pragmaticæ.

Quæſtiones.

a QVæſtiones, Numerationi, & menſuræ. Concord. ſup. de off. magiſt. Iuſt. l. ſi.

* ADDITIO. *Hæc conſtitutio declarat conſtitu. cauſas per magiſtros &c. ſupra. Quid de emptore rei fiſcalis, Capyc. deciſ. 191. & quid ſi fiſcus ſuſcipit iudicium pro emptore. Bart. in q. incip. Piſanæ ciuitatis. col. 4. Euerard. de mod. argum. fol. 14. Et quid ſi fiſci intereſt alio reſpectu quàm euictionis. And. in c. 1. de lege Corradi §. ſi inter partes. & per Aff. in*

Cauſæ fiſcales exceptis feudalibus cognoſcuntur per magiſtros Camerarios, adiunctis Iuſtitiarijs, & præſente fiſci patrono: quando autem cauſa contra fiſcum conſiſtunt in pondere, numero, & menſura probatio fieri debet per ſcripturas, & teſtes ſalario Camerarijs conſtituto. b. d. Tapia.

REX GVGLIELMVS.

QVæſtiones a omnes inter ✝ fiſcum noſtrum, & priuatos mouendas, tam perſonales, quam reales, quę non ſint de feudis, vel rebus feudalibus, cognitiones atq; iudicia magiſtri Camerarij accipiant, * & ipſas adiunctis Iuſtitiariis, cum contra fiſcum agitur, & pręſente ✝ fiſci patrono, & inſtituto prouido, & fideli procuratore pro parte noſtrę Curię, vſq; ad ſententias examinatas, dato parti alteri peremptorio termino, & per nuncium, & litteras ſuas ad Curiam noſtram mittant. Vt tamen ſuper quibuslibet debitis, quæ à Curia noſtra petuntur, & quæ conſiſtunt in numero, pondere, & menſura, hanc formam obſeruent, videlicet, quod non per inſtrumentum tandummodo, ſed per teſtes, qui numerationi naturali, menſuræ, vel ponderi, perſonaliter interſuerint, non pauciores quinque, ſi petita quantitas auri librã b excedat: alioquin per legitimum numerum petita probentur. Cæterum ad hoc, vt ipſi magiſtri Camerarij cum perſonis ſibi per noſtram Curiam deputatis in diſpendium rei familiaris, ſuis laborare ſtipendijs non cogantur: per ſpeciales ſacros noſtræ manſuetudinis apices, prout ſtatus quilibet pro tempore fuerit, ſtatuimus, eiſdem in ✝ expenſis annalibus, & ſufficientibus prouideri.

in cap. vnſ. de feu. inter dom. & vaſſal. lit oria. & per Ludou. conſ. 400. vbi quando contenditur inter duos priuatos de re feudali, vide Spe. muta de feu. & Alex. conſ. 9. 3. vol. & vbi ſit agenda quæſtio collectarũ, Luc. in l. 1. C. de priu. ſchol. 1. col. & in l. 1. C. de fun. fiſc. F. Iord.

b *Excedat.* Quid ſi eſt quæſtio de libra auri, nec plus, nec minus? Reſp. vt no. in ſimili quæſtione, infra de prob. l. in cauſa depoſiti. And.

AN-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

QVæſtiones omnes. Hæc conſtitutio debet eſſe in titu. de offic. mag. Came. & continet ſuperfluum: nam prima pars, vſq; ad verſ. vt tñ repetit in magiſtro Camerario id, quod dictum eſt in iuſtit. ſuprà de offic. Iuſtit. l. præſides. & quod ibi conceditur, quod iuſtit. cognoſcat de feudis minimis, & rebus feudalibus: hic denegat in magiſtro Camerario, ſed dat ſibi cognitionem in alijs rebus, & quæ ibi dicta ſunt de iuſtit. repetenda ſunt hic de magiſt. Camerario: maximè, quia littera dicit contra fiſcum. Secunda pars ponit in iſto magiſtro Camerario Idem, quod dictum eſt in magiſtro Iuſtitiario ſupra de offic. magiſtr. Iuſtit. l. cauſas. Limitatur tamen hæc quantitas, videlicet, vſque ad libram auri, & quæ dicta ſunt ibi, repetenda ſunt hic.

Cæte-

Cæterum. Tertia pars, ibi vult officiales iſtos habere gagia, & expenſas à Curia, ſicut ſupra, de offi. mag. Iuſt. l. ſpe. in fin. iſti magiſtri Camerarij ſunt hodie Secreti, vt in ſuperioribus dictum eſt.

QVæſtiones. Sed cum hodie non ſint magiſtri Camerarij, erit cognitio magiſtri Iuſtitiarij, vbi eſt patronus, & aduocatus fiſci, arg. C. vbi cau. fiſ. l. ad fiſcũ. & de delato. l. ceſs. lib. 10. & de iure fiſci. l. ſi fiſcus alicui. & de modo mulct. ſi. Non autem erit cognitio magiſtrorum rationalium, quia nõ habent cognitionem ipſarum cauſarum, quæ vertuntur inter fiſcum, & priuatum, vbi eſt quæſtio de introitu, vel exitu pecuniæ, ſicut patet per c. officij eorum. Et ita vidi terminari de facto in conſilio. Barthol. de Capua.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

✝ 1 FIſcum noſtrum. Huiuſmodi autem ✝ cauſæ inter fiſcum, & priuatum ad officium procuratoris Cæſaris pertinent, vt in rub. huius tit. diximus. Cum autem per Regiam Cameram Summariæ huiuſmodi exerceatur officium, omnis circa hoc magiſtris Camerarijs ablata eſt iuriſdictio, ideoq; tam, quæ dicta ſunt in hac conſtitutione, quàm etiam in ſequentibus, quæ incipiunt Officiorum periculoſa confuſio, Magiſtros Camerarios, Magiſtri Camerarij, & conſtitut. Præſenti lege decernimus, vt officium, hodie non ſeruantur, ſed vel Regiæ Cameræ, vel Iuſtitiarijs prouinciarum, vel Magn. Cur. Vic. ſunt tributa, & ita iſta tribunalia diuiſa, quadere pauca mihi dicenda erunt circa harum conſtitutionum intelligentiam.

✝ *Fiſci patrono.* Hoc autem de interuentu fiſci patroni ſeruatur hodie, licèt regulariter de iure communi aliud eſſet, vt annotauimus ſupra in prag. 16.

✝ *Expenſis annalibus.* Iuſtè hoc ſancitũ eſt iuxta illud Apoſt. *qui altari ſeruit, de altari viuere debet*, ✝ nemo enim tenetur proprijs ſtipendiis militare, hodie enim ſalarium ✝ Regiæ Cameræ Præſidentium eſt ducatorũ 520. licèt ex quibuſdam ſportulis, vt ex declaratorijs, cedulis, vitulinis, ſale, zaccaro, & fœno, quæ ſoluuntur ab officialibus Reg. Cam. ſubditis, & arrendatoribus. vſq; ad ferè 200. aureos, & plus, percipient, Locumtenentis verò ſalarium eſt ducatorum mille, & ſoluitur etiam ſalarium eius ſecretario, quod eſt ducatorum centum viginti, [illegible] hodie eſt ducatorum [illegible] vltra ſal, zaccarum, fœnum, & paginam, quo fit vt deſiderabilis ſit tranſitus à Sac. Conſ. ad Reg. Cam. labores. n. ſtudiorum ſaltim ſunt minores, ſalarij verò, & emolumenta maiora.

Off-

a OFficiorum. Camerarius qui dici poteſt procurator Cæſaris cognoſcit de omnibus his, de quibus baiulus. In defectu enim baiu-

Magiſtri Camerarij cognoſcunt de cauſis ciuilibus in ſua prouincia ad inquiſitionem baiulorum, vel in defectu ipſorum, & inter baiulos & gabellotos, & de appellationibus à ſententijs baiulorum. b. d. Tapia.

REX GVGLIELMVS.

OFficiorum a periculoſa ✝ confuſio priuatorum iura, qui iuſtitiam ſtatuit pie-

a *Baiulorum.* Item cognoſcit inter gabellotos. Item à Baiulis appellatur ad eũ, & ſaus poteſt dici, quod cognoſcit inter priuatos & fiſcum,

Digitized by Google

& fiſcum, vt C. ſi aduer. fiſ.l.1.& dic vt ibi.

ADDITIO. *Adde an Camerarius Papæ, & Imperatoris dicantur habere dignitatem? vide per Arch. Ioan. And. & Benedictum Capram in cap. 1. de conſtitut. lib 6.* Superantius.

a *Pro ſua iuriſdictione.* Nõ enim ex requiſitione baiuli aſſequitur iuriſdictionem magiſter Camerarius, & Camerarius, ſed cã ex ſe habent. licet enĩ ſuam ceſſerit baiulo, non tamen à ſe cam penitus abdicauit, vt de offi. præfi. legatis. ſicut dicitur de poteſtate translata in Principem à populo Romano, quod dic, vt in ſum. de legib. & conſtitutionibus. Attamẽ exercitium iuriſdictionis non habet niſi baiulo requirente. ſic & alius habet actionem communem cum alio. Sed vnus tamen habet exercitium actionis, ꝙ dic, vt in ſum. de rei vxo. actio §. item datur præterea actio, ſecundum Azo.

rumquè confundit. Sanè cum prædeceſſorum noſtrorum diſcreta prouiſio ad hæc diligẽter intenderit, vt publicarum perſonarum officia ſegregaret: Prouiſionem ipſorum effectu debito T proſequentes, Statuimus magiſtros Camerarios, qui à Curia noſtra officium camerariatus in credentiam recipiunt, vel conducunt, de cauſis ciuilibus tantùm, præterquàm de feudalibus, a pro ſua iuriſdictione, b ad requiſitionem baiulorũ, c vel in defectu ipſorum tantùm poſſe cognoſcere, & ipſas rationabiliter diffinire cauſas, quas inter baiulos, & cabellotos ſuæ iuriſdictioni ſubiectos oriri ſæpe contingit, ipſas audiri volumus, & ſententialiter terminari. Appellationes etiam, quas in cauſis ciuilibus in præſentia baiulorum à ſententijs iudicium ordine iudiciario cognoſcentiũ, ad ipſorum audientiã, (prout aſſolet) ſi contigerit interponi, ipſos ſuſcipere volumus, & ſuſceptis eiſdem, ad confirmationem, vel infirmationem ſententiarum earum, prout viderint de iure, procedant: à quibus ad nos, & non ad Iuſtitiarium, ſicut olim, prouocationes volumus interponi.

b *Ad requiſitionem baiulorum.* Quatuor caſus ponuntur in l. iſta, in quibus magiſter Camerarius habet exercitium iuriſdictionis. Primus ad requiſitionem baiulorum. Secundum in defectu ipſorum. Tertius quando quæſtio eſt inter baiulos. Quartus, quando quæſtiones deuoluuntur ad eos per appellationẽ. Poteſt addi, & quintus, ſcilicet, quando quæſtio eſt inter priuatum, & baiulos. & ſumitur iſte quintus caſus ex ratione tertij caſus. qua enim ratione cognoſcet inter baiulos, eadem ratione inter priuatum, & baiulum. Baiulus enim cum ſit magiſtratus, & non de maioribus. & ita poſſet in ius vocari, vt ff. de in ius vocando. l. nec magiſtratus. & conueniri debet coram proximo ſuperiori: quod dic vt in ſumma, vt omnes tam ciuiles, quàm mili.iu. ferè per totum, ſecundum Azo. coram baiulo conueniri non poteſt, vt ff. de arb.l.nam, & ff. ad Trebell. l.ille à quo.§.tempeſtiuum.

c Vel

c *Vel in defectu ipſorum.* No. ordinem: in defectu enim baiuli peruenitur ad Camerarium. in defectu Camerarij ad Iuſtitiariũ, vt ſupra. de offi. Iuſt.l.1.ibi, defectus, &c. & licet littera illa videatur alium ordinem ponere, aliter tamen intelligitur, quam prima facie videatur ſonare. Similem ordinem habes in authen. de man. Princ. col. 3. §. ſit tibi quoque, & in Auth. vt differ. iu. coll. 9. §. ſi quis vero. & §. hoc autem, & §. ſi tanquam. Si quæras poſt quantũ tempus videbitur defectus in baiulis, vt perueneniatur ad Camerarium? dic, vt in præalleg. l. de offi. Iuſti. vel fortè Camerarius diffiniet tẽpus ſicut recurritur ad officium iudicis in his, quæ non ſunt diffinita per legem, vt ff. de iu.delib.l. 1. §. vlt. Vel in defectu ipſorum tantum poſſe cognoſcere, in defectu baiulorum cognoſcit de principali cauſa Secretus, vt hic, in defectu dominorũ non facientium ſemper Iuſtitiam hominibus eorum: cognoſcit etiam de cauſa principali iuſti. vt ſupra in conſti. Iuſtitiarij nomen, & normani, quæ poſita eſt ſub titu. de offi. Iuſti. Et ex hoc videtur, quòd poſſint terminari duæ quæſtiones. Vna quòd à ſententia baiuli, & iudicis terræ Baronis, appellatur ad Baronem: Alia, quod à ſententia Baronis appellatur ad iuſtit. cum, vt dictum eſt ſupra, propter defectum Baronis non reddentis iuſtitiam deuoluatur cognitio ad Iuſtitiarium, & noo ad Secretum. Eſt, & alia ratio, quare non appellatur ad Secretum à ſententia baronis: quia Secretus in nullo caſu eſt iudex militiariũ virorum, ſed iuſti. ſic, vt ſupra in conſt. vt vniuerſis. & ideo ille, qui corrigit nobilem, in omnibus corrigit, & ſententiam eius, dum tamen à ſententia Baronis, vel baiuli, & iudicum terræ ſuæ appelletur ad Magnam Curiam, poſtpoſito Barone, & Iuſtitiario ſemper recipiatur ſublato ordine. l. 1. ff. de app. in prin. vt dixi. inf. in conſt. quæ incip. cum noua. Marin.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

OFficiorum. Iſti hodie ſunt Secreti, & habent cognitionem cauſarum ciuilium in quatuor caſibus, vt in gl. dicitur. Et glo. dicit, quòd duæ quæſtiones poſſunt determinari per litteram iſtius conſtitutionis, ibi dum dicit, in defectu ipſorum tantum, &c. Vna eſt, quòd à ſententia baiuli † & iudicis terræ Baronis appellatur ad Baronem. hoc non videtur inde poſſe ſumi, quia ſi Iuſtitiarius de principali cognoſcit in defectu Baronis, & non ante, non ſequitur, quòd in appellatione iuſtitia. non ſit iudex: niſi poſtquàm Baro defecerit facere iuſtitiam de ſententia baiuli ſui, quia hic caſus per conſtitutionem aliquam non ponitur: immò videtur contra ordinationem nouæ decretalis, de appellationibus. c. Romana. vbi ab officialibus epiſcopi, non ad epiſcopum appellatur, quia cenſetur idem auditorium.

† AD-

† ADDITIO. *Ad hanc materiam Didac. Couar. in cap. 4. pract. qq. num. 6. & ſequ. A ſententia baiuli appellatur ad Baronem; ſed an Baro poſſit facere baiulum, qui ſit de eademmet terra, Bertrand. conſuluit quòd non, in conſil. primo 7. quæſito, vol 3.* De Bottis.

Item de iure communi omnes appellationes defenſorum locorum, quos hodie dicimus baiulos, deueniunt ad Præſidem, vt in Auth. de defen. ciuita. §. & iudicare. in fin. §. Hodie hoc eſt immutatum per conſtitutionem in terris Demanij, vbi appellatur ad Secretum, vt hac conſtitutione, ergo in terris Baronum remanet, ex quo in eis non mutatur. C. de appellationibus. præcipimus in fi. Et ſic videtur debere intelligi conſtitutio, cum noua, in fin. infra de ſollenni. inſtru. vbi dicitur, ꝙ appellationes veniant ad Camerarium ſecretum. hodie quando

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HÆc conſtitutio, vt diximus in ſuperiori hodie non ſeruatur.

T *Confuſio.* Debent enim officia † eſſe diſtincta, vt ſciant ſubditi à quibus ſint iuſtitiam recepturi, de qua tamen diſtinctione diximus ſupra de official. in Regno conſtit.

† de-

T *Proſequentes.* Ex hoc tex. notatur ſucceſſorem in Regno † debere ſe conformem reddere prædeceſſorum factis, ad quod facit tex. in l. cum ſeruus ff. de condition. & demonſtrationibus. id tamen intellige quoad regimen, ſed quo ad contractus ab eius prædeceſſore geſtos tenetur approbare ex

regul.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

ſo in terris Demanij, ad iuſtitia. Si in terris Baronum, vt refe-rantur ſingula ſingulis ad magiſtros Iuſtitiarios, ad quos in vtroque caſu poteſt appellari dimiſſis mediis, vt hic 10 ſi. glo. ſuper hoc verbo poſita, & ſic intelligendum eſt ſupra, titu. t. 1. Iuſtitiarius per prouincias. in fin. vbi dicitur, quòd Iuſtitiarius non inu omittit ſe de appellationibus in terris Demanij, vt hic in ſ. dicitur. vtuntur tamen Barones hac glo. Sed dicimus poſſit etiam tunc appellari ad Præſidem, ſi non vult ad Baronem appellare, per dictum §. & iudicara. & quia hoc non vetatur. Cæterum ſi iſtam materiam ad plenum ſcire, & intelligere volueris, vide dominos Cano. in c. 1. & per totum titulum, de appell. & ibi glo. latè hoc diſcutientes. Bar. & omnes Doct. de appel. eo. tit. Poſſet etiam dici, quod hæc glo. ſic debeat intelligi, vt à baiulo Baronis, & iodice ſuo ipſe tantum, ſeu ad ipſum tantum appellatur, & à Barone ad Iuſtitiarium, & non per ſaltum omiſſis mediis. ff. de app. l. Imperatores. illa ratione, quia Baro eſt dominus, & iudex ordinarius vaſallorum, vt in Auth. de quæſtore. §. ſi vero, extra de for. comp. cap. verum. ſicut à dato iudiee appellabitur ad eum, qui dedit. ff. quis & à quo ap. l. 1. in prin. & ſic non ob. de officiali epiſcopi, quia ille officialis non eſt iudex, imò ſicut aſſeſſor loco epiſcopi eius. Secus enim ſi Epiſcopus ordinarius cauſam ſpecialiter delegaret, vel faceret iudicem ad vniuerſitatem cauſarũ, tunc neceſſario diceretur appellari ad delegantem, vt d. l. t. quis & à quo app. Eadem ratione non ob. quod dicitur de defenſore, quia intelligitur de terris Demanij; quia de Barone non eſt, ibi ſuperior ordinarius Baro, qui dedit iudicem, & baiulum, Conſtitutiones ergo dicentes appellari ad iuſti-tiarium, intelliguntur in defectu Baronum: nam dicta conſtit. Iuſticiarij nomen. dicit eodem modo per omnia obſeruãdo, &c. Vnde ſicut in terris Demanij in defectu baiuli primò ſecretus, deinde Iuſtitiarius de principali cognoſcet, ita in terris Baronum, vt in defectu Baronis. Primò Baro, deinde Iuſtitia. ſic dicitur ibi in defectu dominorum Iuſtitia. cognoſcit. Sic videtur in appellatione dicendum, quòd primo appellatur ab Baronem vt ordinarius in principali datus, detur in appellatione, vt C. de procu. l. ita demum. quia ſi dicatur baiulum, & iudicem Baronis eſſe delegatos ad vniuerſitatem cauſarum, idem erit, ſcilicet quod ad delegantem appelletur. d. l. 1. quis & à quo ap. quod vero dicitur ibi, eodem modo per omnia, &c. illa identitas eſt in principali, quæ eſt in appellatione, aliàs non in appellationa. In terris Demanij Iuſtitiarius nunquam ſe intromittet, vt hac l. in ſi. & dicta conſt. Iuſtitia. per prouincias. Sed illa identitas in Barone trahetur ad cauſam appellationi, quia Iuſtitiar. eſt iudex militiarum virorum, vt hic innuitur in gl. ad Magnam Curiam appellatur omiſſis mediis, ſicut ad Papam, & eccleſiam Romanam. 2. q. 6. cap. ſi quis noſtrorum. & ad cap. Romanam.

O*fficiorum*. In gl. in ver. poſſe cognoſcere. ibi, quod à ſententia Baronis. Sed quæro, aliquis prælatus habet temporalem iuriſdictionem in terris iſtius Regni, ad quem appellabitur ab eius ſententia, an ad ſuperiorem, vel Iuſtitiarium, ſicut à ſententia Baronis? Videtur quod ad ſuperiorem ſuum. hoc Ber. not. extra, de de lict. pu. c. ſi. Sed contrarium no. Inn. in c. verum. de fo comp. cum Ber. concordat Spe. in tit. de app. verſi. nunc tractemus. ver. ſi. Pet. de Monteſ.

CA-

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

regul. legis cum à matre C. de rei vendicatione cum Regnum hoc ſit hæreditarium, vt ex verbis inueſtituræ conſtat. tradit Freec. de different. inter feuda ex pacto, & hæreditaria quæſt. 36. num. 3.

In

T *In cauſis ciuilibus*. Hodie ſolùm † magiſter Portulanus Prouinciæ Apulææ, qui appallatur magiſter Portulanus Baroli cognoſcit de appellationibus cauſarum ciuilium eius prouinciæ.

Ad

* ADDITIO. *Ad quem ſpectet imponere aſſiſam rebus vænalib. vide And. in c. ſi verò violator. § poſt natale, de pace tenen.* Fab. Ior.

Ad magiſtros Camerarios ſpectat aſſiſam imponere. h. d. Tap.

REX GVLIEL.

MAgiſtros Camerarios regionum, T aſſiſias * rerum vænalium per ſingulas ciuitates, & loca volumus ordinare cum conſilio baiulorum, aliorumquè noſtrorum fidelium loci, quos ad hoc viderint opportunos.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

M*agiſtros Camerarios regionum*. Secretus hanc aſſiſiam facit rerum victualium, aliàs venalium, cum conſilio baiu-lorum, dicitur inf. de offi. baiu. l. 3. De qua aſſiſia diximus in tit. de pace tenen. & ſupra in t. par. huius princ.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTAT.

A*ſſiſias*. Dic (vt ſupra diximus) hæc omnia innouata fuiſſe, non enim ad magiſtros Camerarios, neq; ad Regiam Cameram nunc attinet aſſiſias imponere: † ſed ad electos per vniuerſitates præpoſitos graſſiæ ipſius, quorum officium electorum erat olim decurionum, ſicuti olim ad præfectum vrbis pertinebat, vt habemus ex l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. præfect. vrbis. & quod inibi annotarunt Bart. & alij ab his appellatur † ad Capitaneum oppidi, vel ciuitatis, & ab eo Regiam Audientiam; poteſt tamen, vt hic dicit Petrus de Monteforte ſecundum Andream appellari directè ad Iuſtitiarios prouinciæ, & ita practicaui in Regia Audientia Principatus Vltra, vbi cum eſſet appellatum ad Regiam Audientiam de grauamine illato per graſſerios eiuſdem oppidi, fuit petita remiſſio ad Baronem, & tamen pronuntiatum non eſſe remittendam cauſam per doctrinam Andr. in conſtitutione officiorum cogita tamen.

Magiſtri

Digitized by Google

a MAgiſtri Camerarij. Per impoſitionem. concor. ff. de munc. & hon. l. ſi quis magiſtratus.

* ADDITIO. *Not. quòd officiales poſſunt dare ad credentiam gabellas, & vendere. Vide Parid. in tract. ſindica. verſic. excedunt quoque Barones.* Fab. Iord.

Probibentur magiſtri Camerarij baiulationes vendere, ſed eas perſonis idoneis committe mandatur, qui non ſint ex loco, vbi officium exercere debent. iniungitur etiam ipſis, vt baiulorum proceſſus reuideant, vtq; baiulos, & notarios renuentes officia exercere cogant, & iuramentum ab ipſis recipiant, facultate eis conceſſa locandi, vel committendi dohanas Regias, & gabellas. hoc dicit Tapia.

REX GVGLIELMVS.

MAgiſtri a Camerarij, qui per quorumlibet prçſidatuum regiones amodo ſtatuentur, nõ T vendant baiulaționum officia, quæ ad adminiſtrandam iuſtitiam pertinent in audiendis, & diffiniendis quæſtionibus, quarum ad eos cognitio ex iuriſdictione, vel mixto imperio partium, ſeu veteribus legibus, & noſtris conſtitutionibus demandatur. Indignum namq; fore decernimus, vt ſacratiſſimum quiſquam iuſtitiæ miniſterium precij vænalitate mercetur. * Sed Baiulationes eaſdem committant viris fidelibus, & opinionis electæ, prudentioribus, & generoſioribus, ac ditioribus, prout locorum conditio miniſtrabit, qui ſint de Demanio noſtro tantum. Per loca quælibet vnum tantummodo ſtatuant, non plures, adeò vt nec ſocietatis occultæ velamine, nec prædictæ baiulationis officium à pluribus adminiſtrari permittant. Ex paruis autem ciuitatibus, locis, & municipijs, in quorum ſingulis baiulus, vnus Iudex, atque notarius ſunt neceſſarij, ne ſine magno Curiæ noſtræ diſpendio cauſari valeant plura, volumus inſimul combinari vnius baiuli, iudicis, & notarij, qui non ſint de ipſorum locorum aliquo T municipes, vel etiam oriundi iuriſdictione regenda, vt tantum non de vno loco ad alium aduocent litigantes, ſed per vices, & tempora, in quolibet locorum ipſorum ſedeant, & ibidem, prout cauſarum qualitas, & numerus exegerit, commorantes petentibus iuſtitiam ſubminiſtrent.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

MAgiſtri Camerarij. Non debet vendi iuſtitia.
ADDITIO. *Adde tex. in cap. non licet iudi. 11. quæſtio. 3.*

Et membrum quod vocatur virga iuſtitiæ pertinens ad iuſtitiam adminiſtrandam hoc ſpecialiter. Nam vendita baiulatione in genere baiulus emptor miniſtrat iuſtitiam, infra de off. baiulorum. l. 1. tranſit tunc bancus iuſtitiæ cum vniuerſitate. ſic. ff. de acq. rer. dom. l. quædam, de contrah. empt. l. in modicis. defectus quoque ſit in iuſtitia ſup. tit. 1. l. 1.

Con-

Concedimus etiam. Ponit pœnam non obedientium magiſtris Camerarijs, & renuentium publica munera ſubire. non poteſt Secretus committere iura Curiæ procuranda fidelibus, vel locare. Hodie per noua capitula Regis Caro. primi, venditione. debet vendere: ſed ſi non contingat eos committere alijs procuranda, illis quibus committitur, non tenetur reſpondere: niſi de puris, & meris prouentibus baiulationum, infra de officio baiulorum, l. ſæpè. quæ tanquam poſterior derogat iſti.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T VEndant. Circa venditionem officiorum, quàm perniculoſum reip. ſit plura diximus in tit. de official. in Regno cõſti. in comment. ad prag. 2. de official. ad partis inſtantiam.

Municipes. Ad hoc facit tex. in l. 3. ff. de offic. aſſeſſor. & ſi dici poſſit hanc conſtitutionem limitare dictam legem, cum reſtringat ſe ad paruas ciuitates, & municipia, hodie tamen vſu receptum † eſt ne in propria patria quis, vel iuriſdictio-
1 nem, vel actuarij munus exerceat, de quo eſt conſtit. infra tit. de offic. Iuſtit. quæ incipit Iuſtitiarij per Prouincias, vbi latè diximus ampliando, & limitando, & in dies expediuntur prouiſiones per Regia tribunalia, quibus prohibentur in propria
2 patria ciues huiuſmodi officia exercere. Dicitur autem municeps, † non ſolùm, qui in ea ciuitate, vel oppido natus eſt, ſed etiam oriundus, non enim propria patria tantum, ſed etiã parentis origo, quem ciuem efficit d. l. filius. & l. ſeq. vbi gloſ. & doct. C. de municip. & originar. lib. 10. & per gloſ. & Ioan. de Platea in eadem rubr. municipes autem dicuntur ex eo, quia munera ſubeunt, etiam quando ex priuilegio ſunt exempti, vt per Ioan de Platea in dicta rub. C. de municip. & ſumitur, vt genus, cum compræhendat omnes, qui origine, admiſſione, electione, vel adoptione ciues ſunt. l. 1. ff. ad municip. l. ciues vbi notatur C. de incol. lib. 10. & in d. rub. de municip. lib. 10. origini † autem renuntiari non poteſt l. aſſumptio. ff. ad mo- 3
nicip. notatur per Io. de Platea, & Rebuff in d. rubr. & l. filios C. de municip. & in l. ciues, C. de incol. lib. 10. incola verò ad libitum mutare poteſt l. domicilium ff. ad municip. & notatur in locis ſupra relatis.

Sed hic quæritur quid in vaſſallis † burgeoſibus, an poſſint 4
domicilium transferre, vide Rebuff. in d. l. ciues nu. 3. Felyn. in c. dilectus de maiorit. & obed. latè Capic. dec. 118. per totam.

Pro-

Probibet ſecretis, & quæſtoribus exercere iuriſdictionem à porta roſeti citra b. d. Tapia.

REX GVLIEL.

a PRæſenti lege. In hac conſtitutione dicitur, quod ſit officiũ † Secreti, vel magiſtrorum Quæſtorum, ac ſi diceret, Procurator Cæſaris: & cognoſcit de theſauris inuentis.

ADDITIO. *Adde quæ requirantur, vt theſaurus dicatur. vide per Barba. conſi. 39. incip. clementiſſimum & piiſſimum ſaluatorem, in 4. volum. Et an' ſit beneficium fortunæ, vide in l. ſi quis. §. 1. ff de acquir. rer. dom. Et per quam actionem petatur theſaurus repertus? vide in l. 1. in § theſauros. C. de theſaur.* Super.

†ADDITIO. *Pondero hanc glo iunct a gl. in conſtit. officiorum, quòd idem important Camerar. Secretus, Magiſter Quæſtorum, & Procurator Cæſaris.* De Bot

Et de naufragijs, & cum aliquis ſine hærede deceſſerit bona ſua in fiſcum aduocat. concor. ff. de iur. fiſ. l. 1. Tertia parte data pro anima ſua, ſcilicet, defuncti.

PRæſenti a lege decernimus, vt officium, quod per Regias conſtitutiones, & noſtras dohanę de Secretis, & Quęſtorum magiſter hactenus exercebat, à porta Roſeti citra, magiſtri Camerarij exerceant in futurum.

IStam conſtitutionem localem dicit eſſe Afflict. & Roſetum eſſe in Prouincia Calabriæ. Tapia.

Præſidentes quibus horis vacare debeant negotijs, & quæ ſingulis diebus ſint tractanda ſtatuitur .h.d.Tapia.

PRAGMATICA V.

De offic. prócur.Cæſ.

PHILIPPVS II.

CVm Regia Camera Summariæ ſupremũ quidem tribunal totius Regalis patrimonij Regimen, ac gubernaculum teneat, ibique cauſæ omnes Regium fiſcum tãgentes, cum antiquarum, tum nouarum ſanctionum diſpoſitione terminentur, eidemque vt Regium patrimonium conſeruetur, iuſtiſque, & honeſtis augeatur modis, ſpecialiter curæ ſit ſereniſſimi, ac prudentiſſimi huius Regni Aragonij Reges, & poſtremo inuictiſſimus Carolus Quintus Imperator memorię immortalis pro ipſius inſtitutione, optimoque recto, ac ordinato regimine plura pluribus, ac diuerſis temporibus, ſanxere, ſuorum bonorum introituumque Regalium conſeruationi ſedulò propenſi, vt emergentibus neceſſitatibus proprijs bonis occurrerẽt, ſubditoſquè propterea ab oneribus releuarent. Quandoquidem dum optimi Reges à ſubditis diuino eis munere commiſſis ad ſua propria bona manus extendentes onera excutiunt, illoſque in pace, & tranquillitate conſeruant, ipſi in eorum quiete, & tranquillitate quieſcunt. Cum id etiam nobis, qui Sereniſs. ac Cath. Regis noſtri, in hoc Regno vices gerimus, per quam maximè cordi ſit, ad tribunal illud inter cetera oculos vertentes inſtructiones, ordines, ac ſanctiones illas omnes percurri iuſſimus, quarum aliquas eadem, aliquas diſſimilia ac diuerſa, aliquas contraria continere compertum eſt. Quo fit vt earundem omnium interpretatio, ac obſeruantia etiam prudentiſſimis viris difficilis viſa ſit. Et quia Legiſlatoris eſt proprium ſubditis iudicia T declarare, quæ varia vetuſtate, diuerſaq; temporũ obſeruantia inuoluuntur, vt moderna clara, certaque ſanctio diſponat, & ordinet, quod præteriti temporis curſus inordinatum perpenditur reliquiſſe, neceſſarium duximus inſtructiones, ordines, ac ſactiones illas omnes in hanc claram ſanctionem congerere, ſuperflua reſecantes, contraria ad concordiam redigentes, dubia declarantes nouiſq; morbis nouas medelas afferentes. Ita vt ex præſentis noſtræ diſpoſitionis inuiolabili obſeruantia nihil omiſſum appareat, & aptæ adminiſtrationi iuſtitiæ Regiæ, ſuorumq; ſubditorum indemnitati hoc breui compendio perfectè proſpectum eſſe videatur. Suſcepti enim oneris nos cura ſollicitat, vt ſuæ Cath. Maieſtatis, eiuſque ſubditorum vtilitatibus, nunc nouorum editione ordinum, nunc antiquorum declaratione, ac innouatione, ſollicitè prouidere curemus.

In primis igitur ſtatuimus, atque mandamus, ꝙ Locumtenens magni Camerarij Regni huius Siciliæ, Præſidentes, & Rationales, alijque officiales Regiæ Cameræ Summariæ, qui ſunt, fuerintque per tempora die qualibet iuridica in Camera Summariæ, adeſſe debeant mane, & veſperi horis debitis, videlicet, die qualibet, mane tribus horis, & ſero duabus horis ad negotia expediendum, negotiandum, & ea omnia agendum, quæ opportuna fuerint, & neceſſaria pro Regiæ Cameræ Summariæ ſeruitio, & iuſtitiæ adminiſtratione. T Et in die Lunæ, Martis, Iouis, & Veneris, tam de mane, quàm de ſero non agitentur, nec diſcutiantur alia negotia niſi fiſcum tangentia, ac principaliter attendant ad expeditionem, & liquidationem computorum, donec computa liquidata, & declarata fuerint, nec per aliquem dicantur dicto Locumtenenti, & Præſidentibus, nomine alicuius aliqua alia negotia, nec petatur licentia per quemcunque aliquem intromitti: die vero Mercurij, & Sabbati Præſidentes relationi, & expeditioni cauſarum, in quibus aliquod fiſci vertitur intereſſe, per horarum diſtributionem, prout hactenus ſeruari audiuimus, diligenter incumbant. Quibus diebus de ſero in dicta Regia Camera conuenire non teneantur, vt Commiſſarijs in ſuis domibus Aduocatos audire, ſuper incidentibus prouidere, & quæ ibi expediri poſſunt, expedire valeant, ſed de mane per quatuor horas continuas in eadem Regia Camera negotia præfata expedientes permanere debeant. Quæ negotia dictis diebus ea cũ diligentia expediri mandamus, ſicut alijs prædictis diebus fiſcalia negotia expediri iuſſimus, quibus diebus ſi tempus ſupererit, poſſint etiam cauſæ diſcuti, & decidi, vbi fiſcus actor eſt vel erit. Quod ſi aliquis ex Præſidentibus ſtatutis horis in eadem Camera non venerit, vel aliter quam ſupra fieri iuſſimus factum fuerit, vel in aliquo contrauentum, id omne per notatorem in notamẽtorum libro ſub noſtræ indignationis pœna notetur, taliter complectentes, ac declarantes, quæ ſtatuta fuere in primo capitulo inſtructionum, ſeu pragmaticarum Sereniſſimi Regis Federici anno 1497. & in 7. inſtructionum inuictiſſimi Caroli Imper. anno 1529. Quæ quidem capitula modo quo ſupra, & non aliter obſeruari iubemus. Quorum capitulorum tenor talis erat.

Tenor Cap.j.inſtructionum Federici Regis.

FEdericus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, &c. Quæ benè acta ſunt à Sereniſſimis Regibus prædeceſſoribus noſtris huius Regni, laudamus, imitamurq; libenter. Verum quia multa, & varia emergunt in dies, mutanturq; per tempora, quæ Reges, & Principes ad nouos ritus, nouaſque leges inſtituendas hortantur, & monent, eſt maximè conueniens, immò oportet, nedum ea quæ à noſtris prædeceſſoribus benè acta ſunt laudare probarequè, ſed pro communi beneficio, ac benè gerendis, dirigendiſque rebus noſtris nouas condere leges, & inſtituere, eaſquè veteribus, & antiquis optimè inſtitutis adijcere: Eſt enim maximæ prudentiæ ea adinuenire, & inſtituere, quæ in commune beneficium iurium noſtrorum conſeruationem ſinè alterius iniuria manifeſtè ſint ceſſura: ob eamque rem cum rebus noſtris, vt optimè dirigeantur, regerenturquè, conſulendum neceſſariò videretur, aliquos nouos ritus, & ordinationes præter antiquas iam probatas maturo conſilio pro pragmatica, & edictali lege in hoc Regno, & Camera

noſtra

noſtra Summarię perpetuò obſeruandas inſtituimus, vt in quibuſdam capitulis ſubſcriptis ſuo ordine continetur.

CAR. TAP. REG. CONS. ANNOT.

1 DEclarare. De hoc diximus ſupra tam in tit. de legibus, quàm etiam in tit. de officialib. in Regn. conſtit. & ad conſtit. nihil veterum.

2 T *Et in die lunæ.* Dic hodie tractari † die lunæ cauſas omnes fiſcales, in quibus fiſcus eſt actor, die martis Locumtenens, & Præſidentes audiunt rationales circa deductionem litterarum ſignificatorialium, die mercurij, & ſabbato tractantur cauſæ in quibus fiſcus eſt reus, die iouis audiuntur etiam rationales circa computa per miniſtros pecuniarios exhibita; die autem veneris agitur primo de cauſis, & negotijs vesperi in Collaterali Concilio referendis, deinde ſi tempus ſupereſt audiuntur rationales circa computorum diſcuſſiones, veſperi accedũt ad Collaterale Concilium, ibiq; (vt diximus) cauſas ordinatas votari referunt, vel de negotijs patrimonium tangentibus agunt, ac his omnibus diebus prima hora leguntur litteræ tum miniſtrorum pecuniariorum, tum etiam aliorum, quibus negotia à Regia Camera ſunt commiſſa.

Cauſæ omnes decidantur in banca, & notator ſcribat deciſionem. h. d. Tapia.

PRAGMATICA VI.

De offic. proc. Cæſ.

PHILIPPVS II.

ATtendentes etiam pernicioſiſſimi exẽpli eenſenduni eſſe Locumtenentis, & Præſidentium congregationem alibi fieri quam in eadem Regia Camera, & alibi quàm in ea eos negocia tractare, & decidere, firmiter hoc inhibendo, mandamus ſeruari ſecundum capitulum inſtructionum dicti Sereniſſimi Federici Regis, non obſtante eo, quod circa congregationem præfatam aliter diſpoſitum fuerit in capitulo primo inſtructionum dicti Caroli Imperatoris, quòd quidem T vſu receptum non fuit, prout nos vſu recipi mandamus.

Tenor prædicti cap. ij. inſtructionum Federici.

Item ordinat, & iubet Regia Maieſtas cauſas omnes decidendas, & terminandas, prouiſionesq; alias faciendas pro Regia curia, eiuſq; ſeruitio, per Locumtenentem, & Præſidentem Cameræ, terminari, decidi, & prouideri debere in banca ipſius Cameræ, & non in alio loco intra, vel extra Camerã, quodq; ab ipſis Locumtenente, & Præſidentibus deciſum, terminatum, prouiſumq; fuerit, notari, ſcribi, ſeu notamentum fieri debeat per notatorem deputatum in Camera in libro notamentorum diligentiſſimè, vel per Rationales Cameræ, iuxta ordinem, & ſtilum ipſius obſeruatum.

CAROL. TAP. REG. CONS. ANNOT.

1 VSu receptum. Ex hoc tex. colligitur legem, quæ † à populo vſu recepta non eſt ligare, requiritur igitur populi approbatio gloſ. 1. in fin. in cap. 1. de tregua, & pace, vbi late Abbas proſequitur num. 4. Dec. conſ. 161. in fin. & conſ. 486. col. 2. Alex. conſ. 132. col. 2. volu. 1. Iaſ. conſ. 182. num. 2. vol. 2. diximus ſupra tit. de legibus ad conſtit. nil veterum.

Votentur cauſæ per Præſidentes, & ſi opus fuerit adhibeantur rationales, quod tamen eſt correctum, vt infra dicitur in § hoc quidem. h. d. Tap.

PRAGMATICA VII.

De offic. procur. Cæſ.

PHILIPPVS II.

QVia hæſitari poſſet, quod Locumtenens in cauſarum deciſionibus admittere poſſit Rationales ad votandum vigore cap. tertij inſtructionum Federici Regis, & ſecundi inſtructionum Cæſ. Maieſtatis, quorum tenor hic ſequitur.

Tenor cap. iij. inſtructionum Federici Regis.

Item mandat, & ordinat Regia Maieſtas, quòd in cauſis decidendis, debeant votare T Præſidentes, & ſi opus exegerit, adhibeantur T Rationales, & demum cauſæ ipſæ per Locumtenentem, iuxta vota præfatorum, & non aliter terminentur, & decidantur.

Tenor cap. ij. inſtructionum Cæſ. Maieſtatis.

Item volumus, & mandamus, quòd in cauſis decidendis votare debeat Locumtenens, & Præſidentes, & ſi opus fuerit, poſſit Locumtenens adhibere Rationales, prout negotij, & cauſę merita exegerunt, & iuxta vota maioris partis concludere, & terminare, ac iuſtitiam facere æqua lance, prout hactenus extitit conſuetum.

Hoc quidem nec vſu receptum fuiſſe dicimus, nec rectæ adminiſtrationi iuſtitiæ conuenire, ſed longo vſu conſuetum eſſe accepimus, rationales computa eis commiſſa referentes dubia in banca proponere, in quibus decidendis eiuſdem rationalis tantum referentis, & demum Præſidentium exquiri vota, & non aliorum, & ſecundum maioris partis ſententiam, dubia deciduntur, ac determinantur, quem vſum velut rectæ adminiſtrationi iuſtitię conuenientem approbantes, decernimus, ac declaramus, pręfata pręinſerta capitula ſecundum morem, ac vſum pręfatum intelligi debere: Ita quod quilibet rationalis in dubijs in cõputis ſibi commiſſis occurrentibus votare habeat in banca, poſtquam Pręſidentes ſuo ordine eorum declarent, & aliorum rationalium vota non exquirantur, nec admittantur, ſed ſi Locumtenenti, & Pręſidentibus ob aliquod dubium videretur ſe informari debere ab aliquibus Rationalibus, id fieri poſſit, non tamen eorum vota inter alios votantes computentur.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HÆc pragmatica hodie non ſeruatur, ſed Præſidentes tantùm † votant, Rationales verò tunc admittuntur ad vo-

 tandum

tandum, quando referunt computa, nam facta relatione, vbi opus eſt votum ſuum in medium profert, vt infra hac eadem pragmatica, §. hoc autem.

T *Præſidentes.* Hoc nomen † antiquiſſimum eſt etiam tempore Imp. Valent. & Theodoſij, vt habetur in l. rationales, quæ eſt finalis. C. de aduocat. fiſci ibi, vel ſacris Aerarij Præſidentes.

T *Rationales.* Sic dicti à rationibus diſcutiendis, ipſi enim computa per miniſtros præſentata vident, dubia colligunt, partibus tribuunt, diſcutiunt, & liquidant, & eorum quoque nomen antiquiſſimum eſt, vt probatur ex d. l. rationales. C. de aduocat. fiſci.

Locumtenens, & Præſidentes cauſas decidant, abſente Locumtenente, ſi abſentia longa fuerit, tunc vnus poſt alium per ſingulas hebdomadas eius vices gerat, & prouiſiones ſignetur. h. d. Tapia.

PRAGMATICA VIII.

De offic. proc. Cæſ.

PHILIPPVS II.

QVando contingeret T Locumtenentem à dicto Regiæ Cameræ tribunali abſentē eſſe, quid agendum ſit, prouiſum eſſe comperimus per Sereniſſimum Regem Federicum in 4. cap. ſuarum inſtructionum, & per Cæſ. Maieſtatē in 5. & 6. quorum tenor talis eſt.

Tenor cap. iiij. inſtructionum Federici Regis.

ITem caſu quo Locumtenens non poſſet perſonaliter ſingulis diebus, & horis in dicta Camera adeſſe per indiſpoſitionem ſuæ perſonæ, aut propter alia negotia apud Regiam Maieſtatem, ſeu occupatus ad alia magis negotia concurrentia ſtatum eiuſdem Regiæ Maieſtatis, vel quacumque alia cauſa ordinat, & mandat dicta Regia Maieſtas, quod omnes Præſidentes dictæ Regiæ Cameræ ſimul exiſtentes in Bancha, vel caſu quo vnus vel aliquis ex eis non adeſſet in Bancha, vna cum alijs poſſit & debeat abſente dicto Locumtenente decidere & terminare cauſas decidendas in banca non ſecus, ac ſi adeſſet, præſenſque eſſet idem Locumtenens, cui adiumenti poſtea per notatorem Cameræ dari debeat notitia eorum, quæ ab ipſis Pręſidentibus ſic actitata, & prouiſa fuerint in abſentia ipſius Locumtenentis, & caſu pręfato vnus ex Pręſidentibus exerceat officium Locumtenentis in eius abſentia, cum auctoritate ſubſcribendi in prouiſionibus, & litteris neceſſarijs, quę à Regia Camera emanauerint, eaſq; libera auctoritate ſignandi, habeantquè, & obtineant prouiſiones, & litteræ ipſæ, vim & vigorem pleniſſimam, ſi verò abſentia ipſius Locumtenentis eſſet per dies multos, aut per menſem, vel per hebdomadas, liceāt vni ex eiſdem Præſidentibus alternatim per hebdomadam officium Locumtenentis exercere, cauſaſque omnes emergentes in banca terminare, & decidere, abſentia dicti Locumtenentis non obſtante, ſententijs dumtaxat diffinitiuis exceptis, quę nullo pacto celebrari, aut fieri poſſint abſq; præſentia Locumtenentis.

Tenor cap. v. inſtructionum Cęſ. Maieſtatis.

ITem mandamus, vt die iuridica dictæ Cameræ, qua Locumtenens perſonaliter ſingulis horis ſtatutis in dicta Camera adeſſe non poſſet aliqua de cauſa, pręſertim quia oportet intereſſe in Concilio Collaterali, Præſidentes eiuſdem Cameræ omnibus horis deputatis adeſſe debeant in banca, & omnes, aut pro maiori parte ſimul exiſtentes in ipſa banca, poſſint, & debeant in abſentia dicti Locumtenentis referre, & conferre, ac votare, de quibus ante deciſionem, T fiat relatio ipſi Locumtenenti, vt poſſit quæ ſibi occurrent pro recta adminiſtratione iuſtitiæ, & pro bono ſtatu, & ſeruitio noſtro cum dictis Præſidentibus conferre ſine mora, & dilatione, taliter quod iuſtitia non retardetur, nec impediatur.

Tenor cap. vj. inſtructionum Cæſ. Maieſtatis.

ITem mandamus, quòd ſi aliquando contigerit Locumtenentem abeſſe à Ciuitate Neap. vbi Camera regitur vltra dies octo, tunc vnus ex Præſidentibus dictæ Cameræ T alternatim per hebdomadam officium Locumtenentis eius abſentia perdurante, debeat exercere cum facultate, & auctoritate ſe ſubſcribendi in prouiſionibus, mandatis, litteris executorialibus, priuilegiis, & alijs neceſſariis, quæ à Regia Curia Neap. exiſtente, ſeu à Camera emanauerint, & cum plena auctoritate eas ſignandi, quæ habeant, & obtineant vim. robur, locum, & effectum pleniſſimum in iudicijs, & extra, ac ſi eū Locumtenentis ſubſcriptione expeditę, & expedita eſſent, diffinitiuis ſententijs dumtaxat exceptis, quæ nullo pacto publicari poſſint, abſque ipſius Locumtenentis præſentia, niſi eiuſdem Locumtenentis abſentia durauerit vltra quindecim dies, vel niſi res de ſui natura exegerit celeritatem, aut ſine incōmodo, vel ſcandalo differri non poſſet.

Quas quidem inſtructiones ſeruari iuſſimus, hoc tantum declarantes, aut corrigentes, quod in diffinitiuis ſententijs promulgandis, quæ abſente Locumtenente prædicto per Præſidentes votatę fuerint, ſeruetur omnino Illuſt. quondam D. Petri à Toleto, tunc huius Regni Vice Regis Prag. diſponens ſententiam votata cauſa, infra viginti quatuor horarum ſpatium publicari debere, Locumtenentis abſentia non obſtante, remotis ambiguis, ac impedimentis, quę oriri poterant ex contentis in præinſertis 5. & 6. capitulis inſtructionum eiuſdem Caroli Imperatoris, cuius quidem prag. tenor talis eſt.

Tenor prag. Illuſt. ProRegis talis eſt.

CAROLVS V. &c.

COnſiderando noi, che compie al ſeruitio della Ceſarea Maeſtà, & alla buona adminiſtratione della giuſtitia, & per euitare alcuni inconuenienti acciò che tutte le cauſe, le quali ſi agitano in qualſiuoglia Regio tribunale, & ſignanter in queſſo tribunale, ſi habbiano da ſpedire con diligentia, & ſenza dilatione, per tenor di queſto noſtro ordine ve dicemo, & ordiniamo, che in tutte le cauſe ch' in queſſo tribunale occorreno, votate che ſaranno vn dì, l'altro giorno ſeguente

le

le debbiate ſententiare ſenza dilatione, & interuallo, & coſi eſequirete, & non altrimente, perche, come è detto, coſi compie al ſeruitio, & volontà di ſua Maeſtà, non facendo altramente per quanto deſiate ſeruire & vbidire à ſua Maeſtà.

Datum in Ciuitate Neap. die 24. Nouembris 1537. Poſt datum, quando il detto dì ſequente foſſe feriato, lo reſeruareti per lo primo de nagotij. Datum vt ſupra.

Don Pedro de Toledo.

V. Decolle R. V. Figueroa R. V Loffredus R.
Martiranus Secretarius.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

T Locumtenente. Optima ſiquidem ratione, nam Locumtenens eſt vnus ex fratribus, licèt caput illius tribunalis,
1 ideòq; cum fuerit commiſſa iuriſdictio omnibus † inſolidum, non debet impediri cauſarum expeditio propter eius abſentiam, ad tex. in cap. prudentiam de officio deleg. cum capit.
2 ſequenti. licet Regia † Camera ſit iudex ordinarius reſpectu cauſarum.

T *Fiat relatio*. Hoç hodie non ſeruatur eum ſententiæ pu-
3 blicentur † etiam non expectato Locumtenente die ſequenti, vt in §§. ſequentibus dicitur, nec ei datur notitia, verum ſi propter aliquod impedimentum neceſſarium non adeſſet in Regia Camera ſolet notator ei notitiam dare, non tamen impediuntur negotiorum expeditiones.

T *Alternatim*. Hoc ideo ne inter eos inuidia locum haberet, omnes enim æquales ſunt, & ideo æqualiter debent adminiſtrare, idque ſeruatur hodie, immò quod plus eſt, nec alijs temporibus potuit obtineri, tempore recolendæ memoriæ Excellentiſſimi Comitis de Lemos benigniſſimi Principis ordinatum fuit, vt ſalarium debitum Locumtenenti diuideretur inter Præſidentes: cum enim ipſi propter mortem Regentis Ferdinandi Fornarij Locumtenentis onus illud ſubiiſſent, iuſtum erat, vt ſalarium pro iniuncto labore deberetur, ſicut etiam ſoluitur illi, qui Propræſidentis munere in Sacro Con-
4 cilio fungitur, nec eſt mirum, quia duplex † ſalarium debetur ei, qui duplex officium exercet.

Præſidentes in prouiſionibus Locumtenente abſente poſſunt ſe ſubſcribere nomine illius. h. d. Tapia.

PRAGMATICA XI.

De offic. proc. Cæſ.

FEDERICVS REX.

EXpedire cognouimus bonę, ac celeri iuſtitię adminiſtrationi decimumtertium capitulum dicti Federici Regis inſtructionum, ideo illud ſeruari iubemus, & hic inſeri mandamus.

Tenor cap. xiij. inſtructionum Federici Regis.

Item quia pluries euenit Locumtenentèm non adeſſe perſonaliter in banca in dicta Camera, propter quam abſentiam rationalis, & ſcribæ dictę Regię Camerę Summarię expediri, & aſsignari facere non valent prouiſiones, & litteras neceſſarias pro Regio ſeruitio, ordinat, & mandat dicta Regia Maieſtas, quòd Pręſidentes dictę Cameræ, qui aderint, & pręſentes fuerint in banca, poſsint, & valeant, auctoritate, & vigore pręſentis capituli, nullo alio à Regia Maieſtate expectato mandato, ſignare dictas prouiſiones, & litteras, in eiſdemq; manus apponere, & ſe ſubſcribere, vice, & loco magni Camerarij, prout antiquitus extitit obſeruatum in dicta Camera, & non obſtante quod in pręſentia non ſit in obſeruantia, quam ſubſcriptionem, vt pręcicitur faciat, & facere poſsit, & valeat ille ex Pręſidentibus, qui tunc fuerit hebdomadarius in abſentia dicti Locumtenentis.

Compoſitiones non fiant vltra 500. aureos abſq; ordine Excell. D. Proregis, qui debet eſſe in ſcriptis, nec ſtari aſſertioni Locumtenentis de eo affirmantis, vt in prag. 59. quæ ſequitur. h.d. Tap.

PAGMATICA IX.

De offic. proc. Cæſ.

CAROLVS &c.

ITem ſtatuimus, mandamus, & declaramus per dictam Regiam Cameram compoſitiones etiā per viam tranſactionis fieri non poſſe, quando pœna, vel interceptum excederet ſummam ducatorum quingentorum, niſi facta prius relatione Illuſt. T Viceregi, qui pro tempore fuerit in Collaterali Concilio.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

VIceregi. Ex iſta pragmatica habemus Regiam Cameram Summariæ, quæ procuratoris vices ſubſtinet, (vt diximus) tranſigere minimè poſſe † de ſumma excedente quin- 1
gentos aureos, quòd eſt iuri communi conſonans, quoniam lex nulli ff. de tranſact. & l. non ſolum C. de prædiis minor. & l. 1 §. denique ff. de offic. proc. Cæſar. prohibent fiſci
† procuratorem contrahere, quod etiam Feneſtella annotauit de magiſt. Roman. tit. de offic. procur. Cæſar. 2
Item etiam nec poteſt † compromittere, ex regula tex. in 3
cap. cum tempore de arbitris tradit Dec. conſ. 445. num. 27. & conſ. 475. num. 40. Abb. conſ. 56. & 62. vol. 1. ſed an poſſit tranſigere rem retinendo gloſ. in d. l. nulli de tranſact. dicit quod ſic, quam ſequitur poſt alios Dec. conſ. 296. col. fin. quod intelligitur fiſco retinente vigore tranſactionis, ſi vero fiſcus non poſſidet, & res remanet penes poſſeſſorem, hæc tranſactio non valebit, vt tradit Bar. in d. l. nulli, Curt. Iun. in tract. feud. par. 4. q. 7. num 96. verſ. mihi autem, dicens Bart. communiter approbari, vt ſequitur Decius conſ. 474 & conſ. 564. poſt num. 6. mihi autem id probari non videtur cum per l. nulli, & alia iura fuerit ſimpliciter prohibitum, tranſactionem fieri, nec rationem differentiæ video in fiſco remanente in poſſeſſione, vel non: nam aut à fiſco petitur totum, & ſi abſq; alterius rei, vel pecuniæ datione in poſſeſſione remanet, non dicetur tranſactio, aut verò aliquid datur, & hoc eſt prohibitum ſimpliciter, & cum lex prohibitiuè loquatur † vi- 4
detur inducta forma, vt per Bal. & Alexan. in l. 1. ff. de lib. & poſtum. & à forma legis non eſt recedendum, attenditur enim magis forma legis, quàm ratio ipſius idem Bal. in l. 1. verſic. quia vbi, & formæ nihil addi, nec ab ea detrahi poteſt, in l. fin. num. 4. C. de ſuis, & legit. Dec. in conſil. 77. in princip. ſed hodie fiunt tranſactiones conſulto prius Excellentiſſimo D. Prorege, & de eius ordine.

Ordinationes circa compenſationes, & compoſitiones fiant in ſcriptis per Proreges, & non ſtetur ſimplici dicto.

PRAGMATICA LX.

De offic. proc. Cæſ.

PHILIPPVS II.

TRa gli altri capi, che da ſua Maeſtà ſi ſono ſtati ſcritti in vna ſua lettera data del pri-

mo di Maggio paſſato, vi è il ſeguente videlicet.

Algunas vezes, ſegun entendemos, ſe reſueluen en la dicha Summaria coſas, que ſon en prejuizio de la Corte, como es paſſar alguna partida à vn miniſtro, ò hazer compenſacion de deuda vieza, y otras de eſta calidad, por ſola aſſercion del Lugarteniente, que dize que tiene orden nueſtro à bocca, y porque es bien que del conſte, ordenamos, y mandamos, que de aqui adelante el dicho orden ſe dè por eſcritto, y que lo miſmo ſe haga à cerca las compoſiciones, que ſe hizieren en la grã Corte de la Vicaria, y que de otra manera no ſe paſſe.

Et perche hauemo ordinato alla Regia Camera della Summaria l'oſſeruantia del preinſerto capo per quello che ſperta à lei, pertanto ve dicemo, & ordiniamo, che per quello tocca à queſſa gran Corte nel fare delle compoſitioni, debbiate oſſeruare, & eſſequire tanto per lo detto capo, & ordine della predetta Maeſtà è declarato, & ordinato, fandoci relatione di come l'oſſeruarete.

Datum Neap. die 25. Iunij 1566.

Don Peraſan.

Vidit Pignonus Regens. V. Patignus Regens.
Lobera pro Secretario. In Cur. viſitationis primo.

Miniſtri pecuniarij non reddentes computum in Regia Camera infra terminum ab ea ſtatutum, ſuſpendantur ab officio. Hoc dicit inſtructio Regis Federici, confirmata per Imperat. Carolum Quintum. b. d. Tapia.

PRAGMATICA X.

De offic. proc. Cæſ.

PHILIPPVS II.

ET quamuis rationabiliter credamus neminẽ pecuniarum adminiſtratorem, ita moroſum fuiſſe, vt hucuſque ſuę villicationis rationem non reddiderit, attamen, vt omnia prudenter prouiſa ſint, volumus, atq; iubemus ſeruari ſextum capitulum inſtructionum Federici Regis, & decimum inſtructionum Caroli Imperatoris, continentiæ ſubſequentis.

Tenor cap. vj. ſuper inſtructiones Federici Regis.

Item adminiſtrator pecuniarum, & rerum aliarum quarũuis Regię Curię quiſquis fuerit, qui pro tempore prę̨terito computa ſuę adminiſtrationis non produxerit, reddiderit, nec liquidauerit in Camera Summarię per eandem ad litteras ſuas, ſtatim ſine dilatione cogatur, & compellatur ad T præſentandum dicta computa, & de eis reddendum debitam rationem in Camera, infra terminum ſtatuendum per dictam Cameram, & eidem benè viſum. qui quidem adminiſtrator ſi contradixerit, aut dicto audiens non fuerit, modo iuſta, & honeſta cauſa non adfuerit elapſo termino eidem adminiſtratori indicto ab officio ſuſpendatur, & amoueatur, amouerique, & ſuſpendi, pęnaq; eidẽ adminiſtratori in dicta, ac declarata per dictam Cameram inremiſſibiliter exigi debeat de quibus omnibus per Cameram certior reddi debeat dicta Regia Maieſtas, vt certiorata de idoneo, & ſufficienti adminiſtratore ad officium ſui exercitij valeat prouidere.

Tenor cap. x. inſtructionum Caroli Imperatoris.

Item adminiſtratores pecuniarum, & rerum aliarum quarumuis noſtræ Curiæ, cuiuſcumque ſtatus, gradus, & dignitatis extiterint, & quiuis fuerint, qui pro tempore præterito computa ſuæ adminiſtrationis non produxerint, reddiderint, ſeu liquidauerint in eadem Camera per eandem Cameram ad ſuas litteras, ſtatim ſinè dilatione cogantur, & compellantur ad dicta computa præſentanda, vt de eorum adminiſtratione, ac perceptis habitis, ſolutis, traditis, aſſignatis, expenſis, & reſtitutis, ac liberatis, debitam rationem in dicta Camera reddant infra terminum congruum per eandem ſtatuendum, & eiſdem benè viſum, qui quidem adminiſtratores ſi contradixerint, aut non obediuerint, ſi modo iuſta, & honeſta cauſa non abfuerit, elapſo termino prædicto ab officiis eorum ſuſpendantur, & ſuſpendi volumus, nec non pœnam per dictam Cameram declarandam inremiſſibiliter exigi, & certior ſtatim reddi debeat per eandem Cameram noſtra Maieſtas, vt de idoneo, & ſufficienti viro ad dicti officij exercitium valeat prouidere.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HÆc pragmatica quo ad terminum conſtituendum à Regia Camera hodie non ſeruatur, nam per pragmaticam trigeſimam primam ſtatuitur, vt per totum menſem † Octobris computa præſententur ſub pœna priuationis officij, & ſub pœna amiſſionis ſalarij vnius anni, quod nec etiam ita rigoroſè ſeruatur: ſed tantum amiſſionis ſalarij pœna multari ſolent inobedientes: proceditur tamen contra ipſos ad expeditionem ſignificatoriarum, quando non produxerunt cautelas, vt in §. & vlterius prag. 37. poteſt tamen non præſentato computo infra terminum à prag. præſcriptum aliquem breuẽ terminum impartiri iuxta §. item ne miniſtri prag. 29. niſi intelligatur quoad præterita computa ante hanc pragmat.

T *Præſentandum dicta computa.* Tenentur enim † qui pecuniam fiscalẽ exigunt rationem reddere quantitatum per ipſos exactarum, iuxta tex. in §. cogis in authen. de mandat. principum, ſicuti etiam quilibet adminiſtrator tenetur rationem reddere l. 1. §. officio ff. de tut. & ration. diſtrahendis, & quod huiuſmodi exactores teneantur reddere rationem tradit poſt Bud. Conrad. lib. 1. cap. 8. num. 5. in templo omn. iudic.

Infra terminum aſſignatum præſententur computa cum cautelis, & caueant, de contrario ſeruando offic. Regiæ Cameræ.

EX PRAGMATICA XXIX.

De offic. proc. Cæſ.

PHILIPPVS II.

Tenor cap. vij. inſtructionum Federici Regis.

ITem ne miniſtri pecuniarum Regiæ Curiæ, in præſentandis, oſtendendisq; computis rationũ, & adminiſtrationum ſuarum, dilationem aliquam committere, aut in longum protrahere valeant, Regia Maieſtas mandat dictos miniſtros in terminis eis dandis, & ſtatuendis ad præſentationẽ

eorum

eorum computorum præſentare, extendere deberet cantelas omnes pro verificatione computorum eorundem per ipſos præſentandorum infra terminum decem dierum, & non vltra, & caſu quo res maiorem dilationẽ exigeret, & poſtularet, liceat, & licitum ſit ad arbitrium bancæ, ſeu Locumtenentis, & Præſidentium Cameræ prorogare dictũ terminum, & longiorem dilationem indulgere, & ſi banca, ſeu Camera, vt præmittitur, non prouideret, aut in longum ipſam prouiſionem deduceret, tunc notator, qui fuerit in banca, ſine mora Regiam Maieſtatem faciat certiorem, vt poſſit prouidere opportunè.

Miniſtri pecuniarij per totum menſem Septembris præſentent computa, per totum menſem Octobris cautelas neceſſarias, ſicut & per pragmaticam 31. eadem ſtatuitur, & §. 16. qui incipit item adminiſtratores pragmat. 29. h. d. Tap.

EX PRAGMATICA XXXVII.

De offic. proc. Cæſ.

FERDINAND. I.

ET vlterius volumus, conſtituimus, præcipimus, & mandamus, vt de cætero per omnes, & ſingulos ipſius noſtri Regni ordinarios exactores in iſta noſtra Camera ſingulis annis, per totum menſem Septembris, producta, & præſentata eſſe debeant omnia ipſorum computa, & rationes, & per totum menſem T Octobris ſequentis, & omnes T cautelę neceſſariæ, & pertinentes ad ipſorum computorum liquidationem: Et ipſo finito tempore, ſi cautelæ ipſæ productæ, & præſentatæ non fuerint, ipſa computa ſtatim expediri per vos volumus, & T ſignificatorias contra ipſos exactores fieri, vt ſupra regulandas, & exequendas.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

T OCtobris. Cur autem ſtatutus ſit menſis Octobris ad computa præſentandum inueſtigare non potui, credo tamen in hoc Regno ex conſuetudine id accidiſſe, nam per cap. Regni, quod incipit electionem, & eſt 173. ſub tit. de officialibus in Regn. conſtit. habemus, officia Iuſticiariatus † incipere à menſe Septembris, ſicuti etiam ſolitum eſt incenſualibus præſtationibus annuis medietatem, vel finem menſis Augusti deſtinare, quo tẽpore fruges ſunt recollectæ, & aptiores ad ſoluendum redduntur debitores.

T *Cautela.* Sunt autem cautelæ ſcripturæ, ex quibus probatur exitus ſolutionis factæ per miniſtros pecuniarios.

T *Significatorias.* Facta enim relatione computorum, per rationalem primo videtur an introitus ſuperet exitum, poſtea an exitus ſcripturis comprobatus fuerit, & reperto ipſo debitore, vel ex cauſa introitus ſuperantis exitum, vel propter cautelas non productas expediuntur litteræ ſignificatoriales, quæ conſignantur perceptori ſignificatoriarum Reg. Cameræ.

PRAGMATICA XXXI.

De offic. proc. Cæſ.

PHILIPPVS II.

MAndamus etiam ſeruari vndecimum capitulum inſtructionũ Caroli Imp. huius tenoris.

Tenor cap. xj. inſtructionum Caroli Imperatoris.

Item ne miniſtris pecuniarum noſtrę Curię in præſentandis, liquidandiſq; computis adminiſtrationis, & rationum ipſorum, dilationem aliquam committere valeant, mandamus dictos miniſtros per totum menſem Octobris cuiuslibet anni præciſè, & peremptoriè in eadem Camera computa ſuarum adminiſtrationum, cum omnibus, & ſingulis mandatis, apocis, cautelis, & ſcripturis pro eorum verificatione, & liquidatione præſentare debere, ſub pœna priuationis eorum officiorum ad arbitrium noſtrę Maieſtatis, necnon ſub pœna ſalarij ipſorum vnius anni à contrauenienṭe, irremiſſibiliter ſingulis vicibus exigenda per dictam Cameram, noſtrum autem generalem Theſaurarium, quolibet T ſemeſtri, Dohanerium vero magnę pecudum per totum menſem Iulij cuiuslibet anni, ſimiliter eorum computa, mandata; & cautelas, & ſcripturas exhibere omnino decernimus, & mandamus ſub pœnis præfatis.

CAR. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

SEmeſtre. & ita hodie ſeruatur ſicuti etiam, quod hic dicitur de dohanerio.

EX PRAGMATICA XXIX.

De offic. proc. Cæſ.

PHILIPPVS II.

Tenor cap. vij. eiuſdem.

ITem ne adminiſtratores pecuniarum in damnum noſtræ Curię partitas nondum ſolutas, ponant in exitu ſuorum computorum, mandamus, quod Rationales ſtatim præſentatis, & aſſignatis computis debeant recipere, & de eis propria manu facere computanti liſtam, ſeu memoriale, & ante omnia debeant notare diligenter omnes partitas in exitu poſitas, ſuper quibus adminiſtrator in promptu non producit cautelas, & illas notificare Locumtenenti, & Præſidentibus in banca, omni mora, & dilatione poſtpoſita, qui diligenter, & ſinè dilatione debeant prouidere, ſi tales partitę ſint reijciendę, & ſignificandę, an verò ipſis adminiſtratoribus nouus terminus ex ęquitate dandus ad producendum ſufficiẽtes cautelas. Ita quod terminus ſi cautelę ex natura rei geſtę haberi poterunt in Ciuitate Neapol. vbi reſidet Camera numerum dierum, quatuor non excedat, ſi verò haberi non poterunt in dicta Ciuitate per locorum diſtantiam arbitrio Locumtenentis, & Præſidentium ſtatuatur. elapſo verò termino ipſis adminiſtratoribus cautelas ſufficientes non præſentantibus, rationales debeant delere partitas, & ſignificatoriam expedire cõtra adminiſtratorem, & ſi venerit poſt terminum cum cautelis, habeatur de eis ratio, quę de iure habenda erit in computo ſequentis anni.

Theſau-

Digitized by Google

Theſaurarius, & perceptores computa cum cautelis præſentent, & recipientes pecuniam ab eis cautelas exhibeant, h. d. Tapia.

PRAGMATICA XXX.

De offic. proc. Cæſ.

PHILIPPVS II.

ET vt facilius præfata practicari, & obſeruari poſſint, mandamus pragmaticam Cæſ. Maieſtatis editam in anno 1530. ad vnguem, & inuiolabiliter obſeruari circa apodixas generali theſaurario faciendas huiuſmodi continentiæ.

Cumque præfata etiam contingere, & ipſorum computorum declarationes retardare audiuerimus, ex eo quod eodem die, quo Theſaurarius noſter generalis recepit pecunias portantibus illas cautelas de recepto non conſignat, ſtatuimus, ordinamus, committimus, & mandamus, vt Regius Theſaurarius noſter generalis minime quantitatem aliquam pecuniæ magnam, vel paruam accipiat, quin ſtatim in ſuo libro partitam claram, & liquidam, cauſam ſpecificam continenté, & cum finitione cuiuſlibet tertij deſcribat, cuius copiam incontinenti miniſtro conſignet, ad hoc, vt miniſtri ipſi, quando præſentant computa ſuo tempore, prout ſtatutum eſt, & malè obſeruatum, vna cum cautelis in regiſtro apodixarum noſtræ Regiæ Cameræ præſentare debeant, & contrarium minime faciant, ſub pœna aureorum duorum millium, quæ irremiſſibiliter exigatur, in quam officiales noſtræ Cameræ Summariæ incurrant, niſi irremiſſibiliter illam exigant.

Et ad tollendum excuſationes, quas hactenus Perceptores, & ceteri pecuniarij miniſtri allegare conſueuerunt, quod mercatores, & alij, quibus per eos ſoluenda eſt pecunia, differunt litteras conſignationis ad Regiam theſaurariam aſportare, ob quod partitarum tranſcriptio impeditur, mandamus, quod mercatores præfati, & alij conſignatarij ſi fuerint ipſi vel eorum procuratores, qui pecuniam recipiendi poteſtatem habent, præſentes in hac Ciuitate Neap. ad omnem miniſtrorũ pecuniarum, ſeu eorum computantium, dum ſoluere volunt, inſtantiam aſportare, ſeu mittere habeant ad dictam generalem theſaurariam litteras conſignationum earundem ad hoc, ſtatim, ſeruata forma pragmaticæ præfatæ, facto debito notamento per quem ſpectat ipſarum litterarum dorſo partita ſcribatur, & cautela conficiatur, alias eiſdem conſignatarijs imputetur, & per eos ſtare intelligatur, quo minus ſolutio facta ſit, ſi vero abſentes fuerint à Ciuitate Neap. & eis ex pacto, ſeu conuentione in prouincijs extra hanc Ciuitatem ſolutio fieri debeat infra menſem poſt pecuniam receptam, tranſmittere debeant cautelas neceſſarias in dicta Regia generali theſaureria, vt annotatio, & tranſcriptio partitarum in dicta Regia generali theſaureria, & debita cautela miniſtris pecuniarijs fieri poſſit.

Miniſtri pecuniarij computa præſentantes cauſam ſpecificam introitus, & exitus deſcribant. h. d. Tapia.

PRAGMATICA XLII.

De offic. proc. Cæſ.

PHILIPPVS II.

PRagmaticam editam in anno 1540. prouidentem, ne præterita futuris in computorum redditione immiſceantur, obſeruari iubemus, quæ huiuſmodi eſt tenoris.

Quoniam Maieſtati noſtræ retulerunt, quod patrimonium noſtrum, & iura fiſcalia in confuſione quadam, percurrere non deſinunt ex computorũ officialium noſtrorum præſentatione, quæ in noſtra Regia Camera Summariæ fiunt, dum præterita futuris immiſcentur, in non modicum præiudicium patrimonij Maieſtatis noſtræ, quamobré volentes, prout tenemur indemnitati noſtræ prouidere, ordinamus, & mandamus, quod Theſaurarius noſter generalis, Portulani, Perceptores, & officiales alij quicunque deinceps computa ſua in noſtra Regia Camera diſtincta cum cauſa † ſpecificata cuiuſcunque partitæ introitus, aut exitus de tertio in tertium finita, ac benè declarata, & tantum ea, quę eiuſdem ſunt temporis, & non de præteritis, tam in introitu, quàm in exitu conſuetis temporibus præſentent, ne pro ſic euenire contingat, vt nunquam præſens ſtatus patrimonij noſtri certus ſit, & præterita tantummodo continuè pertractentur, de præteritis vero ſpecialem, & ſeparatam notitiam maximè reſiduorũ exhibeant, nec aliter à noſtra Camera recipiantur.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

SPecificata. Tenetur enim huiuſmodi exactores † tributorum, & redditũum fiſcaliũ ſcribere nomen ſoluentis menſem, & diem, & quantum ex qua cauſa ſoluitur iuxta tex. in l. apparitores. C. de exactor. tribut. lib. 10. & quæ ibi no. Io. de Platea. num. 3.

Scribæ Cameræ, qui curam habent regiſtrandi litteras curiæ tempore commiſſionis computorum notam commiſſionum præſentent in Regia Camera. h. d. Tapia.

PRAGMATICA XLIII.

De offic. proc. Cæſ.

ET quoniam ſæpe accidit per Regiam Cameram expediri commiſſiones, quandoq; pecuniarijs miniſtris, quandoq; ceteris perſonis directas, tam pro exactione pœnarum, quàm debitorum Regiæ Cameræ, ac pro capienda poſſeſſioné bonorum, quæ Regius fiſcus ad ſe tamquam vacantia, vel aliter ſpectare pretendit. Quorum omnium rationem reddi, iuſtum atque neceſſarium exiſtimauimus. Nam ſi de hoc particularis nota non habetur, de facile negotiorũ multitudine poſſet obliuioni tradi, in præiudicium iurium Regij Fiſci. Ideo huic damno occurrere volentes, ſtatuimus & mandamus, quod vltra certificatorias, quæ de præfatis per Regiam Cameram expediri cõſuetum

tum

tum eſt, generali Theſaurario directas, ad maioris veritatis certitudinem ſcribæ Regię Camerę pręſentes, & ſucceſſiuè futuri, qui curam habent regiſtrandi litteras, & ceteras prouiſiones Curię, ſub pœna priuationis officij, & alia grauiori noſtro arbitrio reſeruata, notam, ſiuè liſtam particularem commiſſionum, ſeù prouiſionum earundem tempore quo computa in Camera committuntur Rationalibus conſignare debeant, vt videant ſi miniſteri iam dicti de illis, & ipſarum executione debitam Regiæ Curię rationem reddunt, & ſi ceteris perſonis directę fuerint, ab illis pariter ratio habeatur, & quoqno modo indemnitati Regię curię ſuccurratur. Et vt nemo inficiari valeat ſe commiſſiones, ſeù prouiſioues pręfatas minime recepiſſe; mandamus ſcribas pręd ictos annotare debere in regiſtris pręfatis nomen miniſtri, ſeù eius computantis, aut procuraroris, cui conſignatę fuerint: Et ſi ex pręd ictorum abſentia id fieri non poſſit, & extra ciuitatem tranſmittendæ eſſent, mandamus ſub pœna per Regiam Cameram ei iniungenda, qui dictas prouiſiones in partibus conſignaturus eſt, quòd conſignationis eiuſdem actum confici procuret tranſmittendum ad ſcribas pręfatos, qui in regiſtris præfatis illum annotare teneatur, cuius noſtræ ordinationis obſeruantiam curæ aduocati fiſci committimus.

1 Regia Camera Summaria de cauſis fiſcum tangentibus tantũ cognoſcit. Ideòq; ſi fuerit in authorem laudatus fiſcus, eius procurator cauſam remittendam curet ad Regiam Cameram.h.d.Tap.

PRAGMATICA XII.

De offic. proc. Cæſ.

PHILIPPVS II.

NEmo eſt, qui neſciat principale onus, cui Locumteneńs, & Pręſidentes Regię Camerę incumbere debent, eſſe in computorum ſolerti examinatione, ac cęterorum negociorum, quę Regium patrimonium tangunt, expeditione; Ideo omnino ſeruari iubemus decimumquintum capitulum inſtructionum dicti Sereniſſimi Regis, ac 26. Caroli Imperatoris, quę ita inuiolabiliter obſeruent, quòd nullo quęſito colore cauſæ, quę fiſci intereſſe non tangunt, in eadem Regia Camera tractari poſſint.

Regia Camera cognoſcat de cauſis fiſcum tangentibus.

Tenor cap. xv. inſtructionum Federici Regis.

Item vt Regia Camera Summariæ commodius, & maiori diligentia vacare, & attendere poſſit, circa examinationem computorum Regiæ Curiæ, & negociorum eius, ordinat, & iubet dicta Regia Maieſtas Cameram ipſam Summariæ, eiuſq; officiales non poſſe, nec debere cognoſcere cauſas inter priuatas perſonas, 1 ſed inter fiſcum, & priuatas perſonas dumtaxat, & in cauſis ſpectantibus, & pertinentibus ad eandem Cameram Summariæ, iuxta ritum illius iam obſeruatum.

Fiſcus laudatus petat remiſſionem ad Regiam Cameram.

Tenor cap. xxvj. inſtructionum Caroli Quinti Imperatoris.

Item cum de iure fiſcus laudatus in iudicio, aut comparens pro intereſſe curiæ in cauſis cœptis, tam in noſtro Regali Concilio Sanctæ Claræ, quàm in alijs quibuſuis tribunalibus, & magiſtratibus Regni maioribus, ſeù minoribus hactenus obtinuerit, quod tales cauſæ remittantur ad dictam Cameram, ad quam ſpectat tamquã proprium iudicem rerum fiſcalium, & in qua præ cæteris magiſtratibus habetur plena notitia de iuribus noſtri fiſci, & nuper fuerit, ſicut accepimus, dubitatum, an quoties dictum Concilium Sanctæ Claræ, aut illius iudex cognoſcit, ſeù procedit inter partes priuatas ex noſtro reſcripto, aut ſpeciali mandato, & commiſſione, ſeù memoriali, ac delegatione, nulla facta mentione de fiſco, 1 fiſcus ipſe laudatus in ius vocatus, aut comparens pro intereſſe noſtræ curiæ in eadem cauſa debeat, & cauſa ipſa fiſco petente, & id requirente, ad dictam Cameram remitti, hanc dubitationem tollentes, decernimus, & declaramus huiuſmodi litem, ſeù lites, & cauſas, quantumcumq; ſpecialiter, quo ad priuatos noſtro reſcripto commiſſas, & delegatas, expreſſam tamen de fiſco mentionẽ non facientes pariter debere remitti ad ipſam Cameram, ſicut remittuntur aliæ cauſæ pendentes, de quibus dictum Concilium, aut alius magiſtratus ordinario iure cognoſcit, niſi ſpecialiter in reſcriptis, aut memorialibus noſtris fiat mentio de fiſco, & præſenti ordinationi fuerit expreſſẽ derogatum.

CAR. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

1 SEd inter fiſcum. Hanc cognitionem cauſarum fiſcalium ad Cæſaris procuratorem ſpectare docet, totus tit. C. vbi cauſæ fiſcal. & l. 1. C. de iuriſd. omn. iudic. & benefacit tex. in l. proximè ff. de his quæ in teſt. delentur. l. iam dudum C. vbi cauſa ſtat. & Azo. in l. placet C. de pedan. iudic. num. 5. In Regno autem olim apud magiſtros Rationales Siciæ tractabantur omnes † cauſæ ex rationibus dependentes, vt tradit Marin. Frecc. lib. 1. de ſubfeud. tit. de offic. Magn. Cam. num. 3. & Marcus Antonius Surgen. de Neap. illuſt. cap. 3. num. 2. & 3. quod ſupra in rub. huius tit. diximus † tempore verò Federici Imperato. apud magiſtrum Camerarium, de quo loquitur conſtitut. quæſtiones omnes. † cauſæ feudales in Magna Curia Vicariæ agebantur, vt dictat ritus quinquageſimus, & in Regia prouinciali Audientia Hidrunti, quæ hodie tractatur in Sacro Concilio, quando ſunt inter partes. Hodie autem omnes cauſæ quouis modo fiſcum tangentes tractantur in Regia Camera Summariæ, vt in hac prag. & in duabus ſequentibus; † de quibus autem cauſis procurator Cæſaris cognoſcat de iure communi, vide Pancirolum in not. vtriuſque Imp. in tit. de Illuſtri Comite priuat. & quæ dicit Marin. Frecc. in d. lib. 1. de ſubfeud. tit. de offic. Mag. Cam. Procurator autem Cæſaris iudices dare non poteſt, quia iuriſdictione caret, l. 1. C. de pedan. iudic. & tradit Petr. Gregor. Toloſ. in ſintag. iur. par. 3. lib. 47. cap. 1. num. 5. 1 2 3 4

1 *Fiſcus laudatus*. Quod iure communi erat diſpoſitum in l. fin. C. ſi aduerſ. fiſcum. Peregr. de iure fiſci lib. 7. tit. 1. nu. 5. Quod intellige etiam ſi emptor occaſione rei emptæ vellet agere l. cum vendente C. vbi cauſæ fiſcal. de quo etiam Peregrin. loco citato. Quid autem ſi fiſcus, vel pars, quæ illum poterat in authorem laudare conſenſerit in iudicem, an

an

an per hoc iuditium, & ſententia erit nulla hic articulus reſpectu iudicis incompetentis tractatur per Afflict. in deciſ. 17. in qua fuit deciſum non eſſe nullam ſententiam, quia licèt alias ſit iudex incompetens, poteſt tamen eius iuriſdictio prorogari tex. in l. 1. C. de iuriſdict. omn. iudic. & not. in l. 1. ff. de iudit. & ideò in multis cauſis proceditur in Sacro Concil. etiam vbi fiſcus peteret remiſſionem, dicitur tamen quod aſſiſtat pro eo, quod poteſt prætendere, quia non eſt penitus incompetens: ſed fortaſſe poſſet contrarium dici, nam cum ſpecificè deciſum ſit cauſas omnes fiſcum tangentes remitti ad Regiam Cameram, quæ eſt iudex competens, ſatis videtur alteri iudici denegata cognitio l. cũ prætor. ff. de iudit. ideòq; quod contra hanc l. fit, non ſubſiſtit l. non dubium. C. de legib. quidquid tamen ſit quotieſcunq; læditur fiſcus etiam in conſequentiam, & ipſe petit audiri ſolent DD. Regentes decernere, quod aſſiſtat, & vocamus eum, immò ſi con tigit, quod aliquid decernatur fiſco non vocato decretum redditur nullum, prout deciſum fuit per Sacrum Concilium in cauſa D. Lutij Pilagani cum Vniuerſitate S. Viti, referente D. Meſtanza, quam deciſionem addidi poſt hæc ſcripta. Sed quando in aliqua cauſa incidit quæſtio ſuper rè feudali & neceſ-
5 ſaria † eſt declaratio, an res ſit feudalis, vel burgenſatica rémittitur articulus decidendus ad Reg. Cameram, & interim ſilet iuriſdictio, vt quotidie practicatur ac in ſpecie in cauſa q. Abbatis Fabritij Carrafæ, Abbatis Sanctæ Mariæ Ferraræ, cum Illſtr. Ducæ Andriæ.

Idem, quod ſupra diſponitur reſpectu cauſarum fiſcum tangentium, etiam reſpectù incidentis, vel emergentis in quo alias non eſſet iudex competens, & vbi agitur de inueſtituris feudorum, & quando offenſæ eſſent aures Regia Camera, reſpectù vero officialium ipſius certior reddatur Viceres, vt determinet quid agendum, & quo ad dies feſtiuos idem ſeruetur, quod in Sacr. Conſ. hoc dicit Tapia.

PRAGMATICA XIII.

De offic. proc. Cæſ.

PHILIPPVS II.

ET quia audiuimus tam Sereniſſimis Regibus, quàm Illuſt. Viceregibus ſemper cordi fuiſſe in dicta Regia Camera non alia negocia ventilari, quàm ea, quę Regium patrimonium tangunt, & ob id pro pręʤictarum pragmaticarum, & inſtructionum obſeruatione emanatas fuiſſe prouiſiones ſub huiuſmodi ſequenti ſerie, ideo illas omnino ſeruari iubemus, atque mandamus, hoc tamen declarato, quod computa relata, & declarata, & liquidata ſint infra tempus inferius adſignandum.

Tenor dictarum prouiſionum talis eſt.

CAROLVS V. &c.

PErche la Maeſtà Ceſarea n'ha mandato, che ordiniamo, che queſſa Regia Camera habbia da attendere alla viſione, & determinatione de' computi delli Regij adminiſtratori pecuniarij, & nelle cauſe del ſuo Regio patrimonio, & che non ſe intrometta in cauſa di priuati, & particolari, per queſto ve ordiniamo, & comandiamo, che per queſſa Regia Camera della Summaria ſi habbia da attendere alla eſpeditione de' conti, & cauſe del Regio fiſco, & non intertenerſi per attendere alle cauſe de' particolari, alle quali ſi può ſupplire per gli altri Regij tribunali, per queſto vogliamo, & cõ la preſente ve diciamo, & ordiniamo che tutte le cauſe che ſono, & verteno in queſſa Reg. Cam. tra priuati, & particolari, debbiate remetterle al Sacro Regio Conſiglio di Santa Chiara, & il ſimile oſſeruarete nelle cauſe mouende, & vogliamo, che queſſa Regia Camera, alla quale principalmente ſpetta la conſeruatione del Regio patrimonio, & nella quale la Maeſtà Ceſarea tiene molta confidanza, com'è ragione, conoſca tutte le cauſe ſpettanti alla Regia corte, che ſono, & ſaranno tra il Regio fiſco, & altra parte. & che ancora quelle cauſe, nelle quali il Regio fiſco foſſe obligato expreſſè de euictione, l'intereſſe del quale chiaramente ſi verte, ſi vedano, & determinino in queſſa Regia Camera: Et perche nelle inueſtiture de feudi ſi verte l'intereſſe del Regio fiſco, & in eſſi ſi ha d'hauer notitia delli priuilegij, & diuerſi capitoli, & della fideltà del Barone, & feudatario defunto, & del ſucceſſore, il quale in queſſa Camera denuntia la morte del ſuo predeceſſore, & ſi ha da dichiarare la quantità del releuio: Vogliamo ancora, che per queſſa Regia Camera ſi vedano, e determinino come per l'adietro ſi è coſtumato: E più vogliamo, che ſe in alcuna di dette cauſe, vt ſupra conoſcende per detta Camera emergeſſe, ò incidenter occorreſſe alcun'altra coſa, quella per queſſa Regia Camera ſi habbia à giudicare per nõ diuidere la continentia della cauſa. E quando foſſe offeſa la Camera, ch'è tanto ſupremo tribunale, quella non habbia à rimetterlo ad altro tribunale ad aſpettare il rimedio. & quãto alle cauſe de gli officiali di queſſa Camera, & altri adminiſtratori dependenti da eſſa, liquali pretendono le cauſe proprie douerſi vedere per queſſa Camera, & ad eſſa douerſi remettere, vi ordiniamo, che n'auiſati delle pendenti, & ſuo tempore delle mouende, perche in ciaſcuna di eſſe mandaremo doue s'haurà da litigare: Et perche li negocij del Regio patrimonio ſono molti, & grandi, & ciaſchedun'anno ſi renouano, & è eſpediente della Regia Corte, & ſeruitio della Maeſtà Ceſarea, che non ſi ineuleheno, ma che in fine di ciaſchedung anno ſiano diſpediti li conti di quell'anno, & non reſti vederſi vn'anno coſa dell'altro paſſato, acciò che poſſiatè vſar la diligentia debita, ve ordiniamo, che d'hora auanti non guardiati in queſſa Camera altre feſte nè ferie, ſe non quelle, che ſtà ordinato, che guardi, & oſſerui il detto Sacro Conſiglio: Et perche la volontà della Maeſtà Ceſarea è, che queſſa Regia Camera ſi regga con la debita auttorità, & riuerentia di tutti i ſudditi di ſua Maeſtà in queſto Regno, Vogliamo, & coſi ordiniamo al Magnifico Regente la gran Corte della Vicaria, Audientie del Regno, & Capitani di guardia di queſta Magnifica, & fideliſſima città, che circa la eſſecutione delle coſe per queſſa Regia Camera determinate, & ordinate in tutto quello, che ſpetta al voſtro officio, come di ſopra è ordinato, vi aſſiſtano, & preſtino il loro braccio, acciò che queſſo tribunale in tutte le coſe di ſua adminiſtratione, & giuriſdittione habbia l'intègra, & debita obdientia, ſi come per antiquo ordine delli Sereniſſimi Re di queſto Regno, predeceſſori di ſua Maeſtà, & per lo Sereniſſimo Re

Catho-

Digitized by Google

Catholico d'immortal memoria, & per eſſa Ceſarea Maeſtà ſtà ordinato, che tal'è noſtra volontà.

Datum in Caſtello nouo Neapoli die 22. Ianuarij 1533.

Don Pedro de Toledo.

V.Decolle Regens. V.Loffredus Regens.
V.Muſcettula Regens. V.Figueroa Regens.
Berardinus Martiranus Secretarius.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Item mandamus Rationalibus dictæ Cameræ, & cuilibet ipſorum, quod ſummo ſtudio, & exactiſſima diligentia ſingulis diebus, & horis ſtatutis per eandem Cameram vacare debeant circa celerem expeditionem computorum, tam in accipiendis cautelis quas per ſe, & non per alios videant diligenter, & conſiderent, tam in aſſumendis, & dandis dubijs, quàm in referendis in bancha ipſis computis, & cautelis, prout res exegerit. Ita quod ſtatim aſſumptis dubijs, ſine mora, & dilatione dubia ipſa in bancha nota facere, & declarare teneantur omni mora poſtpoſita, ad hoc vt Locumtenens, & Præſidentes facti certiores, ſtatuere valeant ſi abſque alia dilatione, prætextu termini ſupra in præcedenti capitulo aſſignati, debeat procedi ad deciſionem, vel ex cauſa legitima noua dilatio dari partibus ad reſpondendũ, & liquidandum, & liquidatum habendum, & ſi fuerit data noua dilatio, ea elapſa rationalis ad quem ſpectat, abſque mora, & dilatione aliqua nulla expectata interpretatione, aut qualibet alia requiſitione relationem faciat in bancha de dubijs non liquidatis, vt ipſis intellectis, ad deciſionem, & liquidationem eorundem, iuxta ſtylum Cameræ procedi valeat. Ita quod Rationalis ipſe non deſiſtat à commentatione dictorum dubiorum in bancha continuatis diebus, donec fuerit per dictum Locumtenentem, & Præſidentes de iuſtitia ſine debito deciſa, & terminata: Cum ſcire debeat ad onus officij ipſorum Rationalium ſpectare taliter expeditionem computorum ſollicitare, ne aliquid dubij remaneat, aut ipſorum dubiorum deciſio in longum protrahatur, in graue damnũ, & intereſſe noſtræ Regiæ Curiæ.

Rationales diligenter computa examinent. b. d. Tap.

PRAGMATICA XXXIII.

De offic. proc. Cæſ.

PHILIPPVS II.

Similique modo mandamus ſeruari nonum, & decimum capit. inſtructionum Federici Regis, & 15. inuictiſſimi Caroli Imperatoris, huiuſmodi tenoris.

Tenor cap. ix. inſtructionum Federici Regis.

Item quilibet Rationalis Cameræ procuret cum ſolerti diligentia habere, & examinare computa particularia, quæ dependent ex computis cuiuslibet ipſorum Rationalium conſignatis, ac pari modo habere quinternos apodixarum. Quorum computorum particularium, & quinternorũ apodixarum ipſarum diligens examinatio, quam rationalium ſolertia, cura, & ſtudium maxime curare debent, Regię Curiæ erit vtiliſſima.

Regia Camera non admittat in beneficium theſaurarij ſolutiones, quæ fieri debent præcedente apoca particulari Proregis; ſed illas teneatur cum computis exhibere. b. d. Tapia.

PRAGMATICA XXXII.

De officio proc. Cæſ.

PHILIPPVS II.

Ivbemus etiam Theſaurarium generalem in productione computorum per eum præſentandorum vna, & ſimul cum ipſis computis præſentare debere apodixas particulares per nos expediendas pro ſolutione per eum facienda, iuxta ordinem per nos expeditum, cuius tenor iſte eſt.

Tenor dicti ordinis talis eſt.

PHILIPPVS &c.

Perche, come ſapete d'alcun tempo in quà ſi è coſtumato, & al preſente ſi coſtuma, che il Magnifico general Theſauriero non può pagare liberanza alcuna ordinaria, ſenza poliſa noſtra particulare, & intendemo che detto Theſauriero al rendere che fa di ſuoi conti in queſta Regia Camera non preſenta dette poliſe particulari, ma ſolamente dona conto del pagamento per vigore delle liberanze, n'ha parſo per quel che conuiene al ſeruitio de ſua Maeſtà, & alla indemnità della Regia Corte, poi che dette liberanze ordinarie non ſi poſſono pagare ſenza poliſa noſtra particulare, farui la preſente, per la qual vi dicemo, & ordiniamo, che da qui auanti non debbiate accettare, nè far buono pagamento alcuno al detto Magnifico Theſauriero, nel qual debbiano precedere le poliſe noſtre particulari, poiche ſenza quelle non può, nè deue farſi, non preſentando dette poliſe particulari, che coſi conuiene al ſeruitio di ſua Maeſtà.

Datum in Palatio Regio propè Caſtrum nouum, Neap. die 5. menſis Iulij 1559.

Don Peraſan.

V. Albertinus R. V. Villanus R. V. Reuerterius R.

Ioannes de Soto Secretarius.

Significatoriæ auditis partibus expediantur in plena banca, nec retardetur executio. b. d. Tapia.

EX PRAGMATICA XXXVII.

De offic. proc. Cæſ.

PHILIPPVS II.

Qvæ omnia non ita examuſſim ſeruata fuere ab officialibus Regię Cameræ Summariæ, varié prædicta interpretantibus, quo circa, vt omnibus dubitandi occaſio ſileat, ſtatuimus, atque

que iubemus ſignificatorias omnes de cetero fieri debere in bancha Locumtenentis, & Præſidentiũ, adhibito examine, & concurrenti conſenſu, quæ omnes, & etiam illæ, quæ præceſſerint ex introitu exitum ſuperante, aut computorum diſcuſſione, ac declaratione computantibus in bancha auditis, ſinè monitis, & pariter illæ quæ ex cauſa releuiorum dependent, iuxta liſtam introituum à partibus præſentatam, omni modo executioni tradantur. Illæ etiam, quæ procedunt ex releuiorum informatione de ordine Cameræ factæ, ſuper quæ is, de cuius agitur intereſſe, ſummariè auditus ſit, modo defenſionibus limina non ſe claudantur, illam in exequendo vim obtineant, quam dicti Sereniſſimi Reges ſtatuere in ipſiſq; dictarum pragmaticæ, & inſtructionis ſeries obſeruetur, illo tantum excepto, quod facta ipſarum debita executione Rege inconſulto, deductio fieri non potuiſſet, decernentes poſſe eandem Regiam Camerã, quæ ex ſignificatoriarum, expeditione proceſſit, cognita partium iuſtitia, data tamen prius nobis notitia, ipſas à grauamine releuate. Quo verò ad ſignificatorias ob cautelarum non productionem procedentes, ſtatuimus illas etiam paratam habere executionem, interdicentes ſuperſeſſoriarum expeditionem, prout in preinſerta pragmatica dictus Sereniſſ. Ferdinandus primus diſpoſuit: verũ ſi dum executioni ſollicitè, ij, quorum cura eſt, incunbunt, antequam ex toto talis executio abſoluta ſit, produci contingat cautelam ex omni ſui parte concludentem, & validam, tunc eam admittendam duximus, vt ſignificatoria parti alicui damnum eſſet allatura, quatenus vero miniſtrum pecuniarium reſpicit, illud inuiolabiliter obſeruari iubemus, ſcilicet de ea rationem non haberi, niſi in ſequentis anni computo. quod ſi id fieri nõ poſſet, quia illo forſan anno officialis ſuo fungeretur officio, mandamus miniſtrum prędictum, qui pro dictæ ſignificatoriæ executione quantitatem in ea contentam exoluerit, illam in ſequenti anno ab eius in officio ſucceſſore recuperarę poſſe. Hoc tamen declarando, quod ſi contra Prouinciarum Perceptores ſignificatoriæ expeditæ fuerint ex cauſa reſiduorum Prouinciæ non exactorum tempore pręſentationis computorum, & poſt præſentationem iam dictam, reſidua prędicta exacta fuerint; ſolutaque pecunia cui ſoluenda erat, in memorato caſu quantitas ſoluta à ſignificatorijs ex dicta cauſa expeditis deduci debeat, prout eam deduci mandamus. illud attendentes, quod ſolutio ſic facta ſignificatoriarum prædictarum ſatisfactio, & executio cenſeri debet. Declarantes quod interim ob hoc executio ſignificatoriarum ex cauſa reſiduorum prędictorum nullatenus impediatur. Quatenus verò attinet ad ſignificatorias propter reſponſalium productionem per magiſtros Portulanos non factam expediendas, hunc ſeruari ordinem iubemus, vt mandauimus producere procurent, vel pęnas in fideiuſſionibus per eos receptas, illa reſpicientes exegiſſe demonſtrent per introitum pœnarum prædictarum in Regię Curię commodum, ſin autem iſta facere neglexerint, ipſi ſignificentur, quę ſignificatorię conſimilem executionem promptam, expeditamq; obtineant, excluſa pariter illarum ſuperſeſſoria quacunque, ſi tamen poſt terminum prędictum pars, quę ſe ad reſponſalium productionem adſtrinxerat, agnoſcens executus prędictę effectum eius damno cedere reſponſales, ſinè reſponſalia producat vera liquida, clara, & omni ex parte concludentia, & indubitata deſiderans ęquitatis terminum ad eas extendi, non q; per Regiam Cameram ſuper hoc aliquid prouideatur, ſed relatio fiat Illuſtriſſ. ViceRegi ad hoc vt negotij rerum, ac perſonarum qualitate rectè penſata, quòd opportunum viſum fuerit exequi debere mandetur.

Significatoria ſubſcribantur in Camera per rationalem, & conſignentur perceptori ſignificatoriarum, nec notator ſubſcribat niſi illis notatis, & comprobatis. b. d. Tapia.

EX PRAGMATICA XXXIII.

De offic. proc. Cæſ.

Tenor Cap. decimi Regis Federici.

§ Item quemadmodum pręteritis temporibus extitit in dicta Camera obſeruatum, ita deinceps obſeruari pręcipit Regia Maieſtas, videlicet: quod in pede cuiuslibet ſignificatorię in Camera faciendę, apponatur manus, ſeù ſubſcriptio Rationalis, qui litteras ipſas ſignificatorias fecerit, necnon & manus, ac T ſubſcriptio notatoris dictę Camerę, & antequam ſubſignent, & ſubſcribant in dictis litteris ſignificatorijs, illas debeant comprobare cum regiſtro, in quo fuerint regiſtratę, ſicque litterę ipſę ſignatę, & diligenter expeditæ, mitti, & aſſignari debeant Regio Theſaurario generali, per eum tradendę Commiſſario Regio, & Perceptori pecuniarum prouenientium ex ſignificaiorijs, vt illos omni diligentia exigere valeat nomine Regię Cam. dictuſq; notator Reg. Cam. Summarię procuret cum diligentia in fine menſis cuiuslibet mittere ad Regiam Maieſtatem, liſtam, ſeù notamentorum omnium ſignificatorialium, quas fieri contigerit menſe quolibet in Camera, cum diſtinctione quantitatum, & perſonarum, quibus factę fuerint ſignificatorię.

Tenor cap. xv. inſtructionum Caroli Imperat.

Item extitit pręteritis temporibus in dicta Camera obſeruatum, q; in pede cuiuslibet ſignificatorię, faciendę in Camera apponatur ſubſcriptio Rationalis. Propterea mandamus ſic obſeruari. Ita tamen, quod dictus notator nunquam ſe ſubſcribat in dictis ſignificatorijs, niſi primò illas diligenter inſpexerit, & ſummariè notauerit in ſuo regiſtro notamentorum, & niſi primo fuerint cum regiſtro diligenter comprobatę, quorum notamẽtorum debeat notator ipſe ſeparatim, & ordinate facere in libro continuato ſine immiſtione aliorũ notamentorum, & poſtquam dictę ſignificatorię expeditę fuerint, ſtatim mitti, & aſsignari debent generali noſtro Theſaurario ſine aliqua dilatione tradendę per eum perceptori ſignificatoriarum, vt ille eas exigere valeat.

T Subſcriptio. Hodie ſignificatoriæ ſubſcribuntur manu Locumtenentis rationalis, & notatoris.

PRAG-

PRAGMATICA XXXIIII.

De offic. proc. Cæſ.

SEreniſsimus Federicus Rex in 14. ſuarum inſtructionum cap. ac poſt modum Sereniſſ. Catholicus Rex in 9. ſuarum inſtructionum, & nouiſsimè inuictiſsimus Carolus Quintus Imperator in 16. ſuarum inſtructionum, ſeù pragmaticarum capite, circa diligentiam per Rationalem adhibendam in computorum liquidatione ſtatuerunt in modum qui ſequitur.

Rationales elapſo termino dato ad verificandum partitas ſponte computa præſentent in banca dubia publicando.

Tenor cap. xiij. inſtructionum Federici Regis.

Item Rationales dictę Camerę, exacto, & elapſo tempore dato partibus ad verificationem, & liquidarionem computorum, ſtatim ſine dilatione aliqua accedant perſonaliter ad bancham dictę Camerę, & facta notitia Pręſidentibus de tẽpore iam elapſo, debeant ponere computa,& dubia in bancha, vt ſupra dictum eſt, quę computa per dictos Pręſidentes eum omni diligentia expediri debeant.

Tenor cap. ix. inſtructionum Sereniſſ. Cath. Regis.

Item que todos los Rationales de la Camera à quien ſeran dadas las dichas cuentas entiendan con toda diligentia en el deſpacho dellas, de manera que dentro de dos meſes, ſi antes no pudiere ſer, ſea echa entera relation en la bancha de la dicha Summaria, y al mas largo dentro de otros quatro meſes ſean del todo deſpachadas la dichas cuentas, y fecha declaratoria, come ſe accoſtumbra, ſu pena di priuation de ſus ſalarios, y priuation de las dichas cuentas.

In fine computi fiat per Rationales bilancium integrum, vt breuiter dignoſcatur, vna cum folio dubiorum aſſumptorum.

Tenor cap. xvij. inſtructionum Caroli Imperatoris.

Item mandamus, quod dicti Rationales in fine cuiuslibet computi eorum cuilibet commiſsi deſcribere debeant manu propria in carta ſuta, & ligata, cum ipſo computo bilancium integrum ipſius computi, vt ſpecificè omnia dubia, tam deciſa, quàm ea quę remanent ad decidendum, in breui compendio videri poſsint, & quid actum ſit, aut quid reſtat peragendum in vnoquoque computo, & ſimiliter notare in margine prouiſiones factas ſuper dubijs deciſis, & quę ex inde fient ſuper non deciſis, necnon ante elapſum illius anni, in quo vnumquodque computum fuerit pręſentatum, habeant expedire declaratoriam cuiuslibet computi, iuxta pragm. ſuper hoc editam per Cath. Regem celebris memorię, auum, patrem, & dominum noſtrum colendiſsimum, quam inuiolabiliter volumus obſeruari.

Quas quidem diſpoſitiones declarantes, ac in vnum complectentes, ſtatuimus, decernimus, & declaramus, quòd præfati Rationales, & ipſorum quilibet, ſummo ſtudio, & exactiſsima diligentia ſingulis diebus, & horis ſtatutis vacare debeant circa celerem computorum expeditionem. Ita q; omnia computa, quę pręſentari debent in menſe Octobris per menſem Decembris ante ſcilicet ferias Natiuitatis Domini anni cuiuslibet, ſint (vt aiunt) bilanciata, & ſignificatorię pro concurrenti quantitate introitus exitum ſuperantis, ac deficientium cautelarum expeditæ, & per totum menſem Aprilis in dictis computis omnes cautelæ aſsignentur, ac illa relata, diſcuſſa, & declarata omnino ſint, ſub pœna per immortalis memoriæ Cath. Regem impoſita in dictis inſtructionibus per eum editis amiſsionis ſalariorum, & computorum eis commiſſorum, declarantes vltra bilancium præfatum apponi debere folium dubiorum aſſumptorum pro declaratione computorum cum deciſionibus eorundem dubiorum in margine folij præfati annotatis, Addentes bilancium præfatum fieri, & deſcribi debere in dictis computis, ſecundum formam, & modum leuamenti totius adminiſtrationis illius anni, reliqua vero cõputa, quæ non conſueuerunt produci in menſe Octobris, ſed alio tempore, ſimiliter infra ſex menſes à die præſentationis ipſorum numerãdos, modo, quo ſupra dictum eſt, expediantur.

In computis faciendis per Rationales interueniat etiam vnus Præſidens, & de menſe Ianuarij, & Februarij non redeant officiales poſt prandium in Cameram ſed domi tractent negotia h. d. cum duobus ſeq.

PRAGMATICA XXXV.

De offic. proc. Cæſ.

STatuit dictus inuictiſsimus Carolus Imperator in decimoquarto ſuarum inſtructionũ cap. quo ſimul cum vnoquoque Rationali, interueniat vnus Præſidens, ſicut neceſsitas exegerit, qui pariter eum ipſo Rationali debeat computum, & cautelas percunctari, ac dubia reaſſumere pro celeri expeditione computorum ipſorum, cuius tenor ſequitur.

Tenor cap. xiiij. inſtructionum Caroli Imperatoris.

Item mandamus, quod ſimul cum vnoquoque Rationali interueniat vnus Præſidens, ſicut neceſsitas exegerit, qui pariter eum Rationali debeat computum, & cautelas percunctari, ac dubia aſſumere pro celeri expeditione ipſorum computorum.

Quod ſatis Regio ſeruitio expeditione conſiderantes, tenaciter obſeruari mandamus, in quod Rationalis celeriter omni cum diligentia percunctatis, & ordinatis computis, & cautelis, per eum ſtatim cum Præſidente conueniat, cautelas, & dubia conferendo, vt ſtatim hoc expleto, ad ipſius liquidationem per Cameram procedi poſsit, & vt Præſidentes huic Regio ſeruitio in eorum domibus vacare queant, mandamus, quod in menſibus Ianuarij, & Februarij, Locumtenens, & Præſidentes

fidentes de ſeruitio Cameræ conuenire non teneantur, ſed de mane quatuor horis adeſſe debeant, negotiorum expeditioni diligentiſſimè operam dantes.

Significatoriæ exequantur nullo ſuper eorum reuocatione audito, niſi exequutione facta, quæ exequutio debet fieri etiã reſpectu ſententiarum eiuſdem Regiæ Cameræ, non obſtante reclamatione interpoſita. h. d. Tapia.

PRAGMATICA XXXVII.

De offic. proc. Caſ.

SErenißimus Ferdinandus primus huius Regni Rex per pragmaticam, quam publicari iuſsit anno 1482. mandauit ſignificatorias omnes per Regiam Cameram expediendas exequi debere, neque audire quempiam ſuper illorum reuocatione, quin prius executioni demandatę ſint, Immò facta executione illas reuocare poſſe prohibuit, niſi eidem Sereniſsimo Regi omnia relata fuiſſent: Eius autem pragmaticæ tenor talis eſt.

Tenor pragmaticę Sereniſsimi Ferdinandi Primi.

FErdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, &c. Cum ab antiquis huius Regni Regibus prædeceſſoribus noſtris eorum priuilegijs in prerogatiuam dignitatem iſtius Tribunalis, & officij, decretum, prouiſum, & conſtitutum ſit, vt omnes ſignificatoriæ, & ſententiæ, quæ ab ipſo officio procederent, & proficerentur, exequi, adimpleri, debitæquè executioni mandari omnino deberent, non obſtantibus quibuſuis appellationibus, reclamationibus, & ſupplicationibus de eis factis, & ſic continuè præteritis temporibus obſeruatum fuerit, & vt intelleximus à non longo tempore citra ſignificatoriæ in iſta noſtra Regia Camera factę, & ſententiæ in eadem latæ, iuxta formam, & continentiam ipſarum, & etiam ſecundum conſuetudinem obſeruatam debitę executioni demandatæ non fuerint, quod redundauit, & redundat in non modicam derogationem dignitatis, & vt prærogatiuæ ipſius tribunalis, & etiam in grauiſſimum damnum, & iacturam noſtræ curiæ, & illorum detrimentum, qui ſententiam in ſui fauorem obtinuerunt, volentes continuè non ſolum tueri, & conſeruare, verum etiam augeſcere, & amplificare iſtius officij honorem, prærogatiuam, & dignitatem, cum præſertim certo ſciamus omnia, quæ in iſta Camera aguntur, & cognoſcuntur, & decernuntur, ſumma æquitate, maturitate, integritate, & iuſtitia agnoſci, & decerni, cũ iſtius tribunalis officiales, ſumma ſcientia, integritate, & rerum maxima experientia præditos eſſe ſciamus, per hanc noſtram pragmaticam quam inuiolabiliter obſeruari volumus, ſtatuimus, pręcipimus, & mandamus, vt imponere, iniungere, & mandare debeatis exactori ſignificatoriarum iſtius Cameræ, vel eius Locumtenenti, vt omnes ſignificatorias in præteritum factas, quæ executioni debitæ demandatæ non ſunt, omni celeritate, & feſtinantia ſinę executione perſonarum, & eas etiam quæ de cętero fient prorſus, & omnino exequantur, Declarantes noſtrum animum, & propoſitum eſſe, vt ipſę ſignificatoriæ quacunque ex cauſa non debeant, aut poſſint in diſputatione, aut diſceptatione poni, donec fuerint debitæ executioni demandatæ vt ſupra.

§ Et ſimiliter de ſententijs, quæ in iſta Camera in poſterum proferuntur fieri volumus, præſtita tamen fideiuſſione idonea per eos, in quorum fauorem ſententiæ latæ fuerint de reſtituendo in occurrenti caſu retractationis dictarum ſententiarum, omne id, & totum, quæ ex huiuſmodi cauſa conſecuti eſſent.

§ Et facta ipſarum ſignificatoriarum executione, vt ſupra continetur, volumus, & decernimus, vt omnes qui de ipſis ſignificatorijs ſe debitè grauatos putauerint, per iſtud idem tribunal, & non per aliud audiri debeant, ſi quid dicere, producere, allegare, & probare contra ipſas ſignificatorias voluerint.

§ Et ſi idoneum aliquid, vel ſufficiens oſtenderint, quo ipſæ ſignificatoriæ ex toto, vel in parte reuocari habeant, per nos intelligi volumus, & recognita prouideri, vt per Exactorem ipſarum ſignificatoriarum, vel eius Locumtenentem eis, contra quos executionem fecerint, reſtituatur quantum per nos legitimè reſtitui deberę declaratum fuerit.

§ Quod approbans Sereniſſimus Federicus Rex, inter ſuas inſtructiones, ſequens duodecimum capitulum inſeri iuſſit.

Tenor cap. xij. inſtructionum Federici Regis.

Item mandat Regia Maieſtas, quod cautelæ, quæ præſentantur pro deductione facienda, ſignificatorijs iam factis recipi debeant, verum nulla fiat à dictis ſignificatorijs deductio, niſi prius Regia Maieſtas edoceatur.

Superſeſſoriæ non fiant abſq; Regio nutu.

§ Et ne iura noſtræ Curiæ debita, vlterius defraudentur, præſenti pragmatica ſanctione decernimus, & declaramus omnes ſuperſeſſorias huc uſque factas fuiſſe, & eſſe reuocatas, prout præſentium ſerie reuocamus, & quod de cetero faciendæ, nullatenus admittantur per quoſuis noſtros officiales, niſi ſint tempore limitatæ, & eis appoſitum nutum noſtræ Maieſtatis, videlicet, Fate lo ſopraſcritto.

De reclamationibus eadem Camera cognoſcat.

§ Volumus etiam, & præſentium tenore declaramus, quod de omnibus cauſis ad dictum tribunal vigore priuilegiorum retro Principum ſpectantibus, & quæ de cetero ad iſtud tribunal ex noſtra ordinatione, & mandato introducentur, & in iſta Camera diſcutientur, & per iſtud tribunal interloqui contigerit, ſi ab interlocutoriis prouocaretur, & reclamaretur de ipſis nullum aliud tribunal, pręter iſtam noſtram Cameram cognoſcere poſſit, aut valeat.

Et

Digitized by Google

§ Et ſimiliter diffinitiuis ſententijs, quæ in iſto Tribunali fuerunt, poſtquam debitæ executioni, vt ſupra continetur, mandatæ fuerint, ſi ab ipſis appellari, aut ſupplicari contigerit, appellatio, & reuiſio cognoſci per aliud tribunal, excepto quam per iſtam Cameram, non poſſit, nec debeat, niſi per noſtram Maieſtatem prius de omnibus per dictam Cameram informatam aliter fuerit prouiſum, cum nutu noſtræ Maieſtatis, videlicet, coſi volemo che ſi faccia.

§ Et quoniam ſupradicta integrè, & indeminutè obſeruari, exequi, & adimpleri volumus, mandamus, & præcipimus vobis, vt ex nunc in antea omnia obſeruare, & obſeruari facere debeatis, non obſtantibus quibuſcumque prouiſionibus factis, aut noſtro nomine faciendis, quæ præmiſſorum derogationi cederent, & aliter non faciatis, ſub pœna priuationis officiorum noſtrorum, & mille ducatorum contrafaciẽtibus exigendorum. In cuius rei teſtimonium præſentes fieri iuſsimus noſtro pendenti magno Sigillo munitas.

Datum in Caſtello nouo Neap. die 12. Februarij 1482.

Rex Ferdinandus. Queſta è mia volontà.
Aegidius Sadurnil pro primo Garloh. Io. Pont. Locumtenens Magni Camerarij. Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs. Dirigitur Cameræ Summariæ.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 EX hac prag. habemus † Regiam Cameram Summariæ in eius ſententiarum exequutione præfecti prætorio authoritate fungi ad inſtar ſententiarum ſacri noſtri Concilij cum olim (teſte Marino Freccia loco ſæpius citato de officio magni Camerar.) num. 16. cauſæ eiuſdem tribunalis per appellationem etiam ipſo vidente ad Sacrum Concilium deuoluerentur, & ideo datur hodie ſolum reclamatio exequutione facta. Ea huius pragmaticæ diſpoſitione orta fuit quæſtio in Regia Camera in cauſa in ea vertente inter Fabritium Carrafam Abbatem Sanctæ Mariæ Ferraræ, & Illuſtriſſ. Ducem Bouiani ſuper declaratione articuli remiſſi à Sac. Concilio, an territorium Torcini eſſet feudale, vel burgenſaticum, ſuper quo per Regiam Cameram prolata ſententia declarando dictum territorium feudale, fuit dubitatum an Abbas, qui in ſui fauorem obtinuerat, potuiſſet iuditium ceptum in Sacro Concilio proſequi pendente adhuc declaratione à ſententia prædicta, & ſic proceſſus an deberet conſignari, & tranſmitti ad Sacr. Concil. dubium faciebat tex. in c. tuam nos de
2 ordine cogn. † vbi ſilentium imponitur iudici laico donec iuditium, quod pendebat coram eccleſiaſtico fuerit finitum,
3 † cum autem finitum eſſe iuditium dici non poſſit, donec aliquid à iudice remanet agendum arg. l. naturalem ff. de acquir. rerum dominio, & hic remanebat agendum aliquid, nã reclamatum fuerat, & admiſſa reclamatio, & commiſſa cauſa, ergo procedi non poterat in Sacro Concilio, & ſic iuſtè denegabatur proceſſus. His accedebat, nam abſurdum maximum ſequi poterat; ſi enim declarato territorio feudali per ſententiam Regiæ Cameræ Sacrum Concilium proceſſiſſet in beneficium Abbatis actoris ſi poſtea Regia Camera in cauſa reclamationis declaraſſet territorium burgenſaticum, eluſoria quippe redderetur ſententia Sacri Concilij, propter quod conueniens erat expectare exitum reclamationis: ita tradiderunt Canoniſtæ omnes in d. cap. tuam videlicet Hoſt. num. 3. Io. Andreas num. 5. Anchar, num. 4. Antonius Butri. num. 8. Panormitan. num. 4. & Bellam. num. 3.

Præterea dicebatur, quòd quæſtio de qualitate feudali re-
4 ſpicit ſtatum rei, † de iure autem ad hoc, vt ſententia lata ſuper ſtatu rei, vel perſonæ faciat ius; non ſufficit quælibet ſententia etiam à ſupremo magiſtratu lata; ſed debet eſſe talis, quæ finem controuerſiæ imponat; itaut nec appellatione, nec alia ea cauſa impediri, ſuſpendi, aut in dubium reuocari poſſit, ita Coraſ. in l. ingenuum num. 2. & 3. ff. de ſtatu homin. per gloſ. in cap. non ſolum de appellat. in 6. & Bart. in rub. C. de re iudicata, & eſt expreſſum in d. l. ingenuum dum aſ-
5 ſignat rationem, quia † res iudicata pro veritate habetur: quæ ratio non cadit in qualibet ſententia, niſi talis ſit, quæ fecerit tranſitum in rem iudicatam, vel à qua non liceat vlterius appellare, prout declarat gloſ. in l. res iudicata ff. de reg. iur. vbi Mayner. nu. 47. Dec. in d. l. in prin. Io. Ferat. ſimiliter in princip. & Cagnol. num. 6. qui ait, quòd in proprijs terminis tex. d. l. ingenuum res iudicata dicitur, quæ nullo remedio appellationis, vel ſupplicationis retractari poteſt, & ſic videtur punctualis deciſio in hac materia. Hæc allegabãtur
6 per † Scipionem Rouitum aduocatum Illuſtriſſimæ Duciſſæ, alio loco à nobis commendatum.

Pro parte verò Abbatis dicebatur † tex. in d. cap. tuam cum quo concordat cap. lator, qui filij ſint legitimi habere 7
locum quando pendet cauſa, non autem quando per ſententiam eſt terminata prout illorum verba ſonant, & etiam in caſu, quando à ſententia eſſet appellatum, † nam cum ſententia per appellationem ſuſpendatur non dicitur liti finis 8
impoſitus, vt tradit Feder. Senen. conſ. 98. Abbas num. 13. & Ant. Butri. not. xj. in d. cap. tuam Philippus Franc. in cap. cum teneamur num. 24. de appellat. & Alex. conſ. 63. lib. 3. & Lancellott. in tract. de atten. par. 2. cap. 20. limit. xj. num. 15. † nihil enim appellatione pendente eſt nouandum, 9
quando enim ſententia ſuam habet exequutionem nihil amplius remanet agendum, nec innouari dicitur, quod illam ſequitur; ſententia enim ſuum obtinet effectum, prout in ſententia Sacri noſtri Concilij tradit Lancellot. dicto tract. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 28. cum autem Regiæ Cameræ ſententia ad inſtar Sacri Concilij ſuam habeat exequtionem, vt in prag. iſta nihil amplius remanet agendum, & ideò peritiſſimus de Franchis noſtri digniſſimus olim Sac. Concil. Præſidens deciſ. 512. dixit deciſo articulo per Regiam Cameram ad ipſam remiſſo Sacrum Concilium in cauſa principali procedere, & licet potuiſſet hoc intelligi de iuditio finito etiam per cauſam reclamationis, tamen nec Præſidens dicit, nec dicere poterat, † quia verum eſt per ſententiam ſupremi tri- 10
bunalis litem dici finitam, quia exequutioni demandatur Bal. in auth. quæ ſupplicatio C. de precib. imper. offerend. num. 2. Afflict. in prælud. conſtit. Regni quæſt. 10. num. 8. & Franciſcus Marcus deciſ. 624. † quibus additur, quod quando lege 11
permittente, vel mandante fit exequutio ſententiæ, appellatione pendente non obſtante, non dicitur nouari, quia nec ſuſpenditur iuriſdictio l. per hanc C. de tempor. appellat. & l. eos §. ſi quis C. de appellation. Berous conſ. 66. num. 10. lib. 3. & Oſaſcus deciſ. Pedemont. 23. num. 20. quamuis etiam dici poſſet cauſam per ſententiam finiri ex traditis in deciſ. Boer. 411. † non enim dicitur cauſa pendens quando 12
eſt deciſa ſecundum Angelum in §. ſuper hoc per illum tex. num. 11. in auth. vt in medio lit. ſacr. iuſſion. non ſtante, quem refert, & ſequitur Dec. in cap. fin. num. 12. extra de conſtit. in proprijs terminis quando iura requirunt cauſam præiudicialem terminatam eſſe. Vltra prædicta vnus ex dd. ponderauit tex. in d. cap. tuam non modo nihil obſtare, ſed pro hac opinione facere. in eo. n. dicitur; (quod hic non negatur) Iudicis litis principalis partes conquieſcere pendente artic. matrimonij, vt hic in articulo qualitatis feudalis, & eſt principalis deciſio illius tex. ſed ibi etiam ſubditur finito iuditio per Summ. Pontif. potuiſſe ſecularem iudicem procedere, quia tex. cum loquatur de ſententia Sum. Pontif. à qua non appellatur, vt habetur in cap. cuncta per mundum 9. q. 3. ſed tantum ſupplicatur, cap. ex litteris de in integ. reſtit. prout à ſententia Principis non recognoſcentis ſuperiorem ad tex. l. 1. ff. qui, & à quibus, & tradita per Didac. Perez ad l. 25. tit. 3. lib. 2. ordinat. ſequitur, vt pro iſta opinione adduci poſſit tex. ille cum agatur de ſententia Reg. Cam. quæ authoritate Regia ſuam habet exequutionem, quod nõ procedit in ſententia quæ ſuſpenditur per appellationem, quo caſu procedit iura, & authe-

& authoritates contrariæ ad quod etiam adducebatur, quia licèt per reclamationem videtur idem in exitu, quòd per appellationem dicendum, cum ſententia poſſit reuocari, attamen eſt animaduertendum remedium reclamationis eſſe, ꝙ introductum ex gratia, & beneficio Principis, vt cauſa reuideatur per eoſd. iudices, vt tradit Afflict. deciſ. 34. & ſequitur Carau. Rit. 252. & licèt in omnibus æquiparetur reclam. cum appellatione, non tamen quòad executionem ſententiæ.

Et ad id ꝙ dicebatur de abſurdo reſpondebatur nullũ inde ſequi poſſe, quia ſi hoc eſſet, quia ſententia prima reuocari poſſet, nunquam ſententiæ Sacri Concilij, & Regiæ Cameræ executioni demandari deberent. Nec dici poteſt inconueniens, quòd ſi Sacr. Concil. pro Abbate iudicaret ſtante ſententia Regiæ Cameræ, & poſtea Regia Camera illam reuocaret teneretur etiam S.C. ſuam reuocare ſententiã, nam hæc Regiæ Cam. ſententia non pro ſententia deſeruit, † ſed eſt
13 tanquam inſtrumentum probatorium, ſuper quo ſi eſt lata ſententia poteſt ex nouis probationibus reuocari, ad quòd adducebatur deciſ. Afflict. 341. vbi in iuditio finium regundorum ſtatim prolata ſententia apponuntur fines non obſtante reclamatione, & quod tunc eſſet conſiderabile illud abſurdum quando damnum eſſet inreparabile, quemadmodum etiam, conſiderabile eſt, ſi ſententia per Sacrum Concilium, vel Regiam Cameram eſſet prolata abſque miniſterio alterius tribunalis, vt in cauſa ciuili tradit Anna allegat. 69. ad quod faciunt etiam allegata per Vinc. de Franch. deciſ. 139.

Hanc cauſã pro Illuſt. Cardinali Aldobrandino defendit Camillus Villanus vir moribus ornatiſſimus, & legalis diſciplinæ peritiſſimus inter primarios aduocatos huius fideliſſimæ Ciuitatis. Hic articulus non fuit deciſus, quia fuit dictum hoc negotium ſpettare ad Sacrum Concilium in quo deberet proponi, fuit tamen diſcuſſus in Regia Camera, quando autem tractabitur de eo, alia dicemus, & deciſionem apponemus ſi comes vita fuerit; fuit tamen dictum, quòd proceſſus copiæ daretur. Poſt hæc autem ſcripta, ſed ante impreſſionem fuit propoſitus articulus in Sacr. Concil. pro parte Illuſtriſſ. Duciſſæ ad impediendũ progreſſum litis in Sac. Conc. & per S. C. interpoſitũ decretũ, ꝙ procedatur ad vlteriora in cauſa approbando hanc poſteriorẽ ſententiam die 19. Maij 1604. mortuo iam Abb. Fabritio Carraſa, & ex ſtente Abb.
14 Illuſtriſſ. atq; Reuerendiſſ. Cardinali † Petro Aldobrandino S. D. P. Clem. VIII. nepote viro æquidem religione, prudentia, & virtute Illuſtriſſimo, ab hoc decreto fuit reclamatũ, & per Eccellentiſſimum D. noſtrum Viceregem Comitem Beneuenti fuit ordinatum, vt DD. Conſiliarij duarum aularum Io. Thomæ Salamanchæ, & Nicolai Antonij Gizzarelli cauſam votarent in Collaterali Concil vbi relata, fuit confirmatum decretum Sac. Concil. die 6. Septemb. 1604.

Perceptor ſignificatoriarum ſingulis diebus martis referat in banca ſignificatorias, & ſingulis menſibus in Collaterali. hoc dicit Tapia.

PRAGMATICA XLV.

De officio proc. Cæſ.

PHILIPPVS II.

MAndamus, & approbamus quod audiuimus in Regia Camera ſeruari, licèt non ſemper circa ſignificatoriarum relationem per earundem Perceptorem, & hoc ſequens iubemus, atq; mandamus in vna quaqne hebdomada vnam aſſignarj diem, Martis ſcilicèt, nullatenus prætereundã, in qua ſignificatoriarum Perceptor in banca referat, vt, ſi quid ſuper hoc pro Regiæ curiæ indẽnitate prouidendum ſit, eadem Regia Camera prouidere non retardet: Et ſingulo quoqne menſe vltima die Sabati cuiuslibet menſis, coram nobis in Collaterali Concilio per eundem Perceptorem relatio fiat ſignificatoriarum eidem aſſignatarum, & quantitatum inde exactarum, nihil penitus omittendo.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

QVòad primum caput iam diximus ſeruari. quòd dies martis eſt aſſignata pro deductionibus ſignificatoriarum quo verò ad vltimam partem nõ ſeruatur, quia in die ſabbati non regitur Collaterale Concilium ſolet tamẽ locumtenens notitiam dare Excellentiſſimo Proregi de exactionibus factis per perceptorem ſignificatoriarum.

Arrendatores gabellarum ſoluant quantitatem conuentam ſtatutis temporibus alias contra ipſos, & fideiuſſores expediantur ſignificatoria. h. d. Tapia.

EX PRAGMATICA XXXVII.

De offic. proc. Cæſ.

PHILIPPVS &c.

ET ſimiliter volumus per omnes noſtrorum introituum Arrendatores aſſignari, & perſolui pretia arrendamentorum noſtræ curiæ debita temporibus contentis in capitulis per iſtam Cameram eiſdem Arrẽdatoribus aſſignatis, adeo vt in fine cuiuſcunque quadrimeſtris noſtræ curiæ ſit integrè ſatisfactum, & ſi elapſis temporibus ſtatutis, in ipſis capitulis contentis, ipſi Arrendatores noſtræ curiæ ſoluiſſe, & ſatisfeciſſe non oſtenderint, contra eoſdem ipſorumque † fideiuſſores ad debitas ſigniaeatorias, vt ſupra, regulandas pro cautela noſtræ curiæ procedi volumus.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

FIdeiuſſores. † Aduerte tamen, quod nedum fiſcus cogit fideiuſſores arrendatorum ad ſoluendum, ſed etiam debitores ipſius debitoris ex regula tex. in l. ſi debitum C. quando fiſcus vel priuat, quod tamen intelligendum eſt in debitore confeſſo, vel eo qui pro confeſſo habetur debitore non exiſtente ſoluendo, & ita practicatur in Reg. Cam. quoties miniſter pecuniarius remanet debitor fiſco, & de eius iuribus dubitatur, tunc enim Reg. Cam. manus mittit in debitores ſui debitoris. Sic etiam contra eos in quorum poſſe pecuniam fiſcalem perueniſſe probatur, † cum pecunia fiſcalis ſemper extet ex priuilegio fiſco conceſſo per l. deferre §. fin. ff. de 9
iur. fiſci, & l. pecunia C. de priuileg. fiſci, Couar. pract. quæſt.
10 cap. 29. & Peregrin. de iure fiſci lib. 6. tit. 6.

Rationales Regiæ Cameræ per ſe non per alios computa videant. h. d. Tapia.

PRAGMATICA XXVIII.

De offic. proc. Cæſ.

PHILIPPVS II.

30 CVm † rationalium diligentia, & induſtria rationaliter ſit electa, ſtatutum fuit in decimo ſecundo inſtructionum Caroli Imperatoris capitulo, ipſos per ſe non per alios computa eis commiſſa videre, & conſiderare, ceteraque id tangentia explicare debere, quod imperfecte obſer-

Digitized by Google

uari audiuimus. Immo rationalis vice multoties alium ſuffectum fuiſſe nobis relatum eſt, qui ne dum ad computorum diſcuſsionem proceſsit, ſed ea in Camera retulit, & cum Præſidentibus votauit. quem abuſum penitus tollentes, ſancimus id de cetero non fieri, ſed ſoli Rationali exercere liceat, qui Rationalis inter cetera præcipuè illud attendat, quod in computis ſibi commiſsis ſua propria manu, & non alterius cautelas aſsignet, quod ſi in aliquo contrafecerit, pœnã amiſsionis proniſionis illius anni, & computorum ſibi commiſſorum incurrat irremiſsibiliter.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

1 *CVm rationalium diligentia.* Optima ratione condita eſt
2 hæc pragmatica † cum electa ſit induſtria perſonæ ad huiuſmodi rationes videndas ex regul. tex. in l. inter artifices ff. de ſolution. & ideò perſonaliter ſeruire debent. Hos igitur numerarios antiquitus fuiſſe Imperatorum tempore docet Pancirol. de vtraq; notitia cap. 15. de numerarijs. † eorumq; munus fuiſſe computa numerare, vt docet tex. l. in prouincijs C. de numer. lib. 12. *in Prouincijs* (inquit Imperat.) *ſingulis duo numerarij qui, & tabularij collocentur quòad vnum fiſcalis arcæ ratiocinium ad alterum largitionales pertinere iuſsi iubeantur*, de quo etiam traditur authoritas diui Auguſtini per dictum Pancirol. adducta lib. 1. de liber. arbitr. cap. 15. *multos* (inquit) *nouimus numerarios, aut numeratores, aut ſi quo alio nomine vocandi erant, qui ſummas mirabiliter computant*, eorum enim officium erat publicarum rationes ſcribere.

Rationales duo folia ex computis faciant, quorum vnum tradant notatori, aliud Regi mittant. h. d. Tap.

EX PRAGMATICA XXXIX.

De offic. proc. Cæſ.

PHILIPPVS II.

MAndamus ſeruari quintum capitulum inſtructionum Federici Regis, cuius tenor talis eſt.

Tenor cap. v. inſtructionum Federici Regis.

Item Rationales Cameræ ſcribere, & facere teneantur duo folia computorum, quæ ipſi videant, examinent, atq; in manu habeant, declarantes, & notantes in quo puncto, & termino fuerint ipſa computa. Quorum foliorum vno per quemlibet Rationalium tradito notatori ordinato in dicta Camera in banca, aliud mitti debeat ad Regiam Maieſtatem, vt eandem de his, quæ per ipſos Rationales in examinandis computis tractantur. & fiunt in camera, nihil lateat.

Illud declarando fieri debere poſt computum declaratum.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HÆc Pragmatica hodie non ſeruatur, fuit enim inſtituta tempore Regis Federici, qui in Regno aderat; qui vt optimus pater familias ſui patrimonij curam gerebat, quemadmodum debere facere Reges diximus ſupra hoc tit.

Officiales ad iuſtitiam deputati caueant in Regia Camera de ſtando ſindicatui, & finito ſindicatu infra quatuor menſes fidem exibeant de ſindicatu præſtito. h. d. Tapia.

PRAGMATICA XLI.

De offic. ptoc. Cæſ.

PHILIPPVS II.

CAueant etiam officiales omnes ad iuſtitiam deputati de ſtando ſindicatui, quę cautio ſufficiens in dicta Regia Camera præſtetur, pront Sereniſſimus Catholicus Rex præfatus ſtatuit in ſeptimo capitulo inſtructionum præfatarum, & ante captam fideiuſſionem, Locumtenens commiſſiones non ſubſcribat, iuxta ſtylum, & vſum hactenus obſeruatum, hoc pro ſubditorum releuamine. Inſuper decernenetes, quod in fideinſſionibus recipiendis, caueant officiales prædicti producere fidem validam. intra quatuor menſium ſpatium à die eorum completi officij, ſe ipſos ſindicatui ſtetiſſe, vel eorum ſindicatuum pendere, alias ad pœnarum occaſionem, & executionem procedi mandamus, quam curam fiſci Aduocato committimus.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HÆc Pragmatica ſeruatur in officijs Regijs tãtùm, cum deberet ſeruari etiam in officijs baronum; multi enim ex iſtis officia baronum exercent ſindicatu non præſtito, & ideo ſupplicarem Illuſtriſſ. Proregem, vt de hac re pragmaticam promulgaret. eſſet enim proſigua populis, nec damnoſa Baronibus, & vtilis actorum magiſtris Regiæ Cameræ ſicuti etiã deberet renouari §. inſuper decernentes iſtius pragmaticæ qui non ſeruatur.

Conſeruator quinternionum det liſtam priuilegiorum, & aſſenſuum rationali, qui cedularij curam habet. h. d. Tapia.

PRAGMATICA XLIIII.

De offic. proc. Cæſ.

PHILIPPVS II.

MAndamus etiam, quod Conſeruator quinterniorum Regiæ Cameræ ratione ſui officij, tenetur menſe quolibet dare liſtãm omnium priuilegiorum conceſſionum, ſeù aſſenſuum feudalium rerum conceſſarum, ſeù alienatarum rationali, qui cedularij ad hoc curam tenet, vt ea, quæ in ipſo cedulario taxanda, vel notanda ſunt, taxentur, atq; notentur: Et pariter conſimilis liſta per eundem fiſci Aduocatum detur, vt inde feudorum, quæ ob lineam finitam, Regiæ curiæ deuolui contigerit, vel releuiorum facilis notitia, & recens memoria habeatur, & indemnitati Reg. curiæ circa hoc conſultũ appareat, ſub pœna, &c.

Officiales pecuniarij teneantur infra dies viginti, & gabelloti infra menſem finito officio reſiduam pecuniam tranſmittere ad Regiam curiam ſub pœna hic ſtatuta.

REX ROBERTVS. Cap. 246.

SCire volumus, quòd edictum nuper fecimus continentiæ per omnia ſubſequentis.

Rober-

Robertus Dei gratia Rex, &c. Vniuerſis præſentis edicti ſeriem inſpecturis tam præſentibus, quàm futuris. Radix malorum omnium auaritiæ vitium quæſita tenaciter poſſidet: ſiequè nexu non facilè ſolubili arctat, & ſtringit, vt abundantes auari ſemper ſe arbitrentur egere: amanteſq; diuitias fructus ex eis non percipiant, dum cupiditate nimia cęci, non ſolum quę ſua ſunt auarè poſſideant, ſed vt augeant eorum ſubſtantiam aliena ambitioſè perquirant. Suarum nempe diuitiarum ſecuritas, ſic eos curis aſsiduis torquet, ſic ſolicitè ſtimulat, vt quietem etiam à ſomno repellat. Hoc igitur eo deteſtabilius abhorrentes, quò nedum proximo nociuum, verum etiam fiſco comperitur eſſe damnoſum: Detecto nobis nouiter inſinuatione fideli, quòd nonnulli Iuſtitiarij Capitinatæ, magiſtri Portulani dohanerij, ſecreti, & alij gabelloti, procuratores, & officiales noſtræ curię reprobi eius alumni de fiſcali pecunia, quam recipiunt ex commiſsis, conceſsis, & creditis eis officijs, gabellis, procurationibus, & ſeruitijs alijs curiæ ſupradictę certas ſibi poſt depoſitionem, ſeù ceſſationem eorum ab officijs, gabellis, procurationibus, & ſeruitijs ipſis intrepidè procurationum, & ſeruitiorum huiuſmodi eas iuxtà ipſorum voluntatis arbitrium, prout vtile ſibi reputant, in vſus proprios conuertendo, non ſine dictę noſtrę curię graui pręiudicio, & iactura. Præſenti edicto perpetuò valituro ſtatuimus, quòd ſinguli Iuſtitiarij Capitinatæ, magiſtri Portulani, procuratores, ac officiales alij dictæ curiæ, quicunque perceptores dictæ pecunię fiſcalis, quocunque titulo, ſeù vocabulo nuncupentur inf. dies viginti: dohanerij verò, atq; ſecreti, & alij gabelloti inf. menſem vnum, ad tardius, poſt amotionem, ſeù ceſſationem eorum ab officijs, gabellis, procurationibus, & ſeruitijs memoratis totam fiſcalem pecuniam, cuiuſcunq; ſpeciei fuerit, penes eos reſiduam, teneantur, & debeant Regię Camerę noſtris theſaurariis integraliter aſſignare. Si quis autem contrafecerit, pœna Tarenorum auri duorum ponderis generalis pro qualibet vice, quam ſibi poſt lapſum dictorũ terminorum taliter retinebit, ipſo facto ſine adeptione cuiuſlibet, condemnamus. Eos verò, quos poſt lapſum 20. dierum terminos ipſos immediatè ſequentium in retinendo ſibi dictam fiſcalem pecuniam tranſgreſſio ipſa notauerit, ad pœnam tarenorum quatuor pro qualibet vice, qua de dicta fiſcali pecunia ſic retenta fuerit condemnatus, cũ creſcente cõtumacia, pœna debeat adaugeri. Quas quidem pœnas decernimus, & volumus, ſuccisis moribus aufranctibus, ſeù ſollennitatibus iudiciarij ordinis fiſci noſtri commodis applicari. At ſi quis temerarius prędictarum pœnarum contẽptor, vltra ſequẽtes immediatè viginti dies alios, quarum trium dilationum numerus, gabelloti bimeſtris, & decendij, ſed alijs bimeſtris temporis tantum ſpatium limitatur, ſolutionem dictę fiſcalis pecunię penes eos reſiduę faciendam pręfatis Theſaurarijs in dicta Regia Camera differre pręſumpſerit: non ſolum quatuor tarenorum pro qualibet vice, cuius ſolutio tunc vſque dilata eſt, pœnam incurrat, ſed etiam de contrectatione furtiua dictæ fiſcalis pecuniæ tenaciter, & ſicut fur exinde cõdemnandus, nec liceat alicui magiſtratui quacunque polleat dignitate, ſine conſcientia, & mandato noſtro prędictas pœnas remittere, vel ſuper eis quomodolibet diſpenſare: in cuius rei teſtimonium pręſentis edicti ſcriptum fieri, & pendentis maieſtatis noſtræ ſigillo iuſſimus communiri, per omnes magiſtratus Regni Siciliæ patulè diuulgandum. Quia igitur nil prodeſſet edicta condere, niſi debita illorum executio ſequeretur, fidelitati veſtrę præſentium authoritate præcipimus, quatenus prædictam ordinationem noſtram ſeruetis efficaciter, & faciatis ab alijs in tranſgreſſibiliter obſeruari: quam tu pręſens Iuſtitiarius receptis præſentibus diuulges publicè, vel diuulgari ex more per competentia officia facias, per terras, & loca decretæ tibi prouincię, etiam ſi capitaneos habeant, de quibus videris expedire: pręſentes autẽ litteras amotionis veſtrę tempore vos nobis dari pręcipimus, alternis vicibus in pendenti.

Data Neapoli per Ioannem Grillum, anno Domini 1335. 16. Ianuarij. 3. indictionis, Regnorum noſtrorum anno 26.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

VIginti. Hoc capitulum declaratur hodie per ſubſequentem prag. 46. vbi quid hodie ſeruetur diximus.

Miniſtri pecuniarij retinentes apud ſe pecuniam fiſcalem ad duplum tenentur. h. d. Tapia.

PRAGMATICA XLVI.

De offic. proc. Cæſ.

PHILIPPVS II.

ITem ſtatuimus ſeruari 16. cap. inſtructionum Federici Regis, ac decimum octauum capit. Caroli Imperatoris, circa pœnam miniſtris pecuniarijs infligendam pro pecunię retentione, quorum tenor hic ſequitur.

Tenor cap. xvi. inſtructionum Federici Regis.

Item miniſtris pecuniarum Regię curiæ, qui inuenti fuerint percepiſſe, aut retinuiſſe pœnes ſe pecunias fiſcales, aſtringantur, & cogantur ad ſolutionem pœnæ, ad quam de iure tenentur, iuxtà formam capitulorum Regni, rituum Regiæ Cameræ Summariæ, & aliarum ordinationum, & pragmaticarum editarum iam, & faciendarum per Regiam Maieſtatem: Quam prouiſionem, & ordinationem obſeruari iubet Regia Maieſtas omnino, ac comprehendi, & intelligi tam in Adminiſtratores præſentes, quàm futuros, ſub pœnis contentis in Ritibus, & pragmaticis, qui Adminiſtratores præfati per Regiam Cameram Summariæ abſolui nullo pacto poſſint.

Tenor cap. xviij. inſtructionum Caroli Imperat.

Item mandamus, quòd miniſtri pecuniarum

noſtræ curiæ, tam præſentes, quàm futuri quiuis fuerint maiores ſiue minores, qui penes ſe retinuerint pecunias fiſcales vltra terminum præfixum, cogantur, & aſtringantur irremiſſibiliter ſoluere pro pęna τ duplum.

Declarantes in duplo pro iam dicta pęna impoſito ſimplum τ contineri, nec allegari poſſit quod curiæ non interfuit, ſicut nec allegari permittimus, nec volumus in ceteris omnibus pęnis in præſentibus inſtructionibus, & ceteris omnibus pragmaticis, inſtructionibus, & diſpoſitionibus poſitis, verum ſtatuimus ſi maius intereſſe Regia curia ob id paſſa eſſet, ad id totum miniſtros præfatos obnoxios eſſe, ſicque ſeruari iubemus.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

1 Duplum. Ad hoc allegat Rouic. aliàs à nobis cõmendatus tex. l. 1. 2. & 3. tituli C. de hijs qui ex public. collat. lib. x. qui tñ nõ ſeruatur, ſed hæc pragmatica, quæ fuit practicata cum Fabritio Pignatello magiſtro Portulano Prouinciæ Apuleæ alias nuncupatus magiſter Portulanus Baroli, vt tra- 2 didit mihi optimus Rationalis † Iulius Petra familiaris eximij domini mei ẽ Regtis Riberæ, quãdo verè miniſtri † pecuniarij exigunt pecuniam fiſcalem, & non faciunt introitum, vel faciunt duplicatum exitum, tunc ad nonuplum tenentur prout practicatur in Regia Cam.

2 *Contineri.* Ad quod facit tex. in §. ex maleficijs verſ. vi autem in tit. de action.

Theſaurarius generalis non recipiat pecunias à fideiuſſoribus debitorum fiſci, niſi præcedente condemnatione Regiæ Cameræ. hoc dicit Tapia.

PRAGMATICA XLIX.

De offic. proc. Cæſ.

PHILIPPVS II.

Item pro cautela Regiæ curiæ circa fideiuſſores officialium prædictorum exigendos ſeruari mandamus decretum alias interpoſitum ſub huiuſmodi forma.

Die 23. menſis Septembris 1541. facto verbo in bancha per Excellentem Dominum Locumtenentem Regiæ Cameræ Summariæ coram Magnificis Dominis Pręſidentibus, quod nonnulli fideiuſſores Reg. Cur. vt ſe exiſtimãt ab onere fideiuſſionis dolo pro Arrendatoribus, vel Perceptoribus, ceteriſque officialibus ſoluunt pecunias nomine ſuo fideiuſſorib. cum in veritate ſit pecunia Regia, quamobrem ad tollendum omnem dolum, & fraudem quæ fieri poſſet, & committi, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod numquam Theſaurarius generalis capiat pecunias à fideiuſſoribus, niſi in caſu in quo per dictam Regiam Cameram fuerint cõdemnati quod ſoluant de ſuo, & quod intimetur Theſaurario generali præſenti, & inde in futurũ, ceteris Theſaurarijs, ad hoc vt ipſis contrafacientibus, & arrendatoribus, & officialibus principalibus non exiſtentibus ſoluendo, ipſe Theſaurarius, & fut[illegible] omnes ſoluant de proprio hoc ſuũ, &c. Conſ[illegible] Nardus Antonius pro Notatore, Nardus Antonius delo Riccio pro Magiſtro actorum.

Locumtenens, & Præſidentes non poſſunt expedire mandata Theſaurario pro expẽſis erogandis in cauſis, niſi vſq; ad ſummam ducatorum quindecim, nec pro eodem negotio fieri poteſt duplicatio, vt in prag. 52.

PAGMATICA LI.

De offic. proc. Cæſ.

PHILIPPVS II.

Declaramus 29. cap. inſtructionum Caroli Imperatoris, expeditum in anno 1519. cuius tenor inferius deſcribitur, intelligendum eſſe vſq; ad ſummam ducatorum quindecim, iuxta formã alterius capituli ordinationum, ſeù inſtructionũ eiuſdem Cæſareæ Maieſtatis in anno 1530. cuius tenor ſimiliter inferius deſcribetur, & vſque ad hanc ſummam ducatorum quindecim tantum, & non aliter permittimus Locumtenentem, & Pręſidentes ſolutionem mandare poſſe, & ita ſeruari mandamus, prout hactenus conſuetum eſt, & non aliter. Quorum capitulorum tenor talis eſt.

Tenor cap. xxix. inſtructionum Caroli Imperatoris.

Item volumus, & iubemus, quod Theſaurarius, & Perceptores ſignificatoriarum de pecunijs peruenientibus ex ſignificatorijs, & prouentibus dictę Camerę debeant cum litteris, & mandato dicti Locumtenentis ipſius Cameræ ſoluere ſinè mora expenſas neceſſarias pro adminiſtratione iuſtitiæ in cauſis patrimonialibus, & fiſcalibus noſtrę Curiæ, ac pro expeditione computorum, & alijs neceſſitatibus pro commoditate, & vtilitate noſtrę Regiæ curiæ ſolitis, & neceſſarijs, ſicut hactenus à tempore Regis Ferdinandi primi, & Cathol. Regis glorioſæ memoriæ ſolitum, & conſuetum eſt obſeruari, ne ex dilatione dictarum expenſarum noſtra Regia Curia detrimentum aliquid patiatur.

Tenor vero cap. eiuſdem Cęſ. Maieſtatis expediti in anno 1530. talis eſt.

Y Porque por parte del Theſorero ſe à legado cierta pragmatica hecha per el Viſo Rey Don Carlos dela Noy, en que ordenaua que la dicha Camera dela Summaria de ſu propria autoridad no pudieſſe ordenar pagamento alguno que excedieſſe la ſumma de quinze ducados, y que los cargos, y conſiñationes que ſe hazen ſobre las rentas Reales, la dicha Cam. las dirigeſſe al Theſorero general os dizimos, y encargamos, y mandamos, que veais la dicha pragmatica, y os enformeis delas cauſas que moueiron el dicho Viſorei à hazerla, y nos embieis relation delo que en eſto hallaredes, y de lo que os parecerà ſe deua proueer à cerca dello, paraque nos mandemos lo que mas cumple à nueſtro ſeruitio, y entretanto guardareis, y hareis, enteramente guardar, y com-

cumplir las ordenanzas ſuſodichas, y contra el tenor, y forma dellas no hareis, ni conſentireis hazer coſa alguna en ninguna manera, que aſſi procede de nueſtra determinada voluntad.

Datum en Auguſta à 11. d'Agoſto 1530.

Yo el Rey.

Valdeſius Secretarius.

PRAGMATICA LII.

De offic. procur. Cæſ.

PHILIPPVS II.

licentia dohanerij merces extra dohanam repoſitæ ſunt.

8 † Sub hoc autem iure fundici venit ius ferri, azzarij, & picis,
quod non exigitur eodem iure ad rationem granorum 15. pro
qualibet vncia, ſed ſoluitur alia quantitas, quæ dicitur ter-
tiaria, hoc eſt, tertia pars ſupra duas, in quibus extimatur
ferrum, pro pice verò, ac azzario quartaria, & quintaria, ità
Iſer. in hac conſtit.

Soluitur etiam ius exituræ quando merces de Regno exe-
unt, vt in ritu Regiæ Cameræ ſub rub. de iure exituræ.
9 † Eſt etiam ius nouæ gabellæ quod ius fuit inductum à Caro-
lo tertio Rege, & exigitur ad rationem granorum ſex pro
qualibet vncia, & hoc ſoluitur pro mercibus, quæ vel exeunt,
vel ingrediuntur per mare; ſoluuntur etiam & alia iura, quæ
notata ſunt per Iſer. dicto loco, & de illis adſunt particula-
res rubricæ in ritibus Regiæ Cameræ, & nos diximus in ru-
brica de conſtitutionibus principum cap. 4. num. 86. cum plu-
10 ribus ſequentibus, † prout eſt ius, quod ſoluitur pro immiſ-
ſione olei, extractione mannæ forzatæ, & alijs vt ibi; & aliæ
impoſitiones, quæ nouum impoſitum dicuntur, quæ exigun-
tur per magiſtros portulanos.

Pro his igitur exigendis deſtinati ſunt magiſtri fundicarij,
11 ſeù dohanerij, de quibus loquitur hæc conſtit. † nam Regia
dohana appellatur maior fundicus, & in ea adſunt infraſcri-
12 pti † officiales ſcilicet Regius dohanerius, ſeptem credenze-
rij videlicet, credenzerius pecuniæ, alius credenzerius pecu-
niæ, qui primus vocatur, & hic librum conficit contra cre-
denzerium prædictum, credenzerius bonorum, quæ per ter-
ram

ram immictuntur, quartus eſt credenzerius maris, hoc eſt
bonorum, quæ per mare tranſuehuntur, quintus eſt creden-
zerius fundici, qui annotat iura fundicorum, ſextus creden-
zerius iuris dohanæ, ſiue notamenti eorum, qui aliqua immu-
nitate gaudent. ſeptimus credenzerius nouæ gabellæ, & cu-
ſtos fundici, sballator, qui omnes merces, quæ in dohanam
adducuntur quouis modo videt, aperiendo arcas, ſiue ballas,
& ex hoc dicitur sballator, ſunt etiam duo credenzerij sbal-
latoris, officium ponderatoris, officium cuſtodis bonorum,
qui vulgo guardaroba dicitur, magiſter actorum, qui etiam eſt
credenzerius ponderatoris. Adſunt etiam alij plures cuſto-
des, qui curam habent, vt merces, quæ vel exeunt, vel ciui-
tatem occultè ingrediuntur, publicentur, ne fraus commit-
tatur. Si enim mercatores merces non publicant incidunt in
commiſſum, leg. fin. & tot. titul. ff. de publica. Andr. & Aff.
in ſequent conſt. magiſtos fundicarios.

Et quia vltra iura ordinaria, quæ exiguntur in Regia doha-
na, ſolent quoq; exigi alij directus, pro alijs mercibus, & fru-
gibus, pro quorum exactione ſunt quoq; deputati alij officia-
les per Regiam Cameram, cum quibus ſunt etiam deputati
credenzerij, qui curant, ne directus ab exactoribus defrau-
dentur, & ne abſq; licentia officialiū dohanæ per mare mer-
ces extrahantur. Adeſt etiam cuſtos, ſeù guardianus portus,
& hoc modo regitur, & gubernatur Regia dohana, ſeù Regius
fundicus ciuit. Neap.

Eodem etiam modo aliæ † Regiæ dohanæ reguntur, quia 13
hoc vnicum ius eſt, & ſi ratione adminiſtrationis diuidatur, &
ideo hoc ius dohanæ ciuitatis Neap. exigitur etiā † in Ci- 14
uitate Puteolorum, vbi adeſt dohanerius, & in Turri ottaui,
vbi etiam adeſt dohanerius, & credenzerius, & in prouincia
Terræ laboris adeſt tantùm alia Regia dohana in Ciuitate
Gaetæ, quæ ſimiliter habet dohanerium, cuſtodem, ſeù cre-
denzerium, sballatorem, ponderatorem, & decem cuſtodes,
vulgò guardianos, & in alijs prouincijs ijdem officiales adſunt
vtputa, in Prouincia Principatus citra dohana Ciuitatis Ca-
ſtri maris de ſtabia, dohana Ciuitatis Salerni, terræ Agropo-
lis, terræ Piſciottæ, & credenzerius in portu veneris.

In prouintijs Aprutij adeſt in Ciuitate Aquilæ, Lanciani, in
terra Piſcariæ, Ortonæ ad mare, & Iuliæ nouæ.

In prouincijs Terræ Bari, & Capitanatæ in terra Manfre-
doniæ, Baroli, in Ciuitate Trani, Monopolis, & Vigiliarum,
in portus Sancti Spiritus Bitonti, & in Ciuitate Bari.

In prouincia terræ Hidrunti in Ciuitate Litij, in qua non
ſolùm retinet nomen dohanerij, ſed baiuli; in Ciuitate Brun-
duſij, Hidrunti, Gallipolis, & Tarenti, in terra Gagliani, Ne-
ritònis, & Hoſtuni.

In prouincijs Calabriæ in Ciuitate Coſſentiæ in terra A-
manteæ, Beluederis, Cetrarij, Caſtriuillaris, Cariati, Flumi-
nis frigidi, Paulæ, & Nuceriæ, in Ciuitate Roſſani, Sancti Lu-
cidi, Regij, Balneareæ, in portu Biuonis, in Ciuitate Cutro-
nis, & terra Caſtellorum Hieracij Palmæ, & Nicoteræ, Ro-
ſarni, Nouellæ, Sanctæ Euſemiæ Squillacij, Scaleæ, Tropeæ,
& Catanzarij in quibus locis non dohanerij, ſed vice ſecreti
appellantur, & ſecundum loci qualitatem, aut Viceſecretus
ſolus, vel cum credenzerio, & in aliquibus cum cuſtodibus
deputantur.

Ma-

Magiſtri fundicarij non emant, nec empta in fundicum intromittant abſque teſtimonio Baiuli, & Iudicis Ciuitatis; curam habeant immiſſionis ſalis, ferri, & acciarij, non autē victualium non compellant ſubditos ſalem emere; ſed extra prouinciam prohibeant. mercatoribus liceat ſalem extra Regnum emptum vendere applicatis, & oneratis nauibus, liceat hoſpitari publicatis eorum bonis, ſi extra fundicum merces aſportent. h. d. Tapia.

IMPER. FREDER.

MAgiſtros noſtros fundicarios curiæ noſtrę, ſicut quoslibet officiales noſtros puritatem omnimodam, tam circa nos, quàm circa fideles noſtros volumus obſeruare. Ideòque præcipimus vt ijdem Magiſtri Fundicarij nil † emant, aut emptum in fundicis intromittant ſinè teſtimonio baiuli, & iudicis ciuitatis, & loci publicæ ſcripturæ ſuffragio roborando. Procurabunt autem magiſtri fundicarij fundicos ſalis, ferri, azzarij, & mercium exituras, quę fundicandæ per curiam noſtrā ſunt ſtatutæ, præter victualia, quorum exitus alijs officialibus per noſtram curiam ſpecialiter eſt commiſſus. Volumus autem prædictos Fundicarios ab infraſcriptis noſtrorum fidelium grauaminibus abſtinere. Quod non compellant eos in † maiori quantitate ſalem emere, quàm ipſi voluerint: dummodo prohibeant, & diligenter obſeruent, quòd extra prouinciam ſibi decretā prouinciales ſui in magna, vel in modica quantitate ſalem non emant in prouinciam deferendum, pęna publicationis bonorum omnium emptoribus, ſeù quibuslibet aliunde ſalem, præter mandatum

ſpeciale

ſpeciale curiæ noſtræ deferentibus præſtituta: niſi ab vltra marinis partibus in nauigijs ſal deferatur, quod non alij, ſed curiæ aſſignetur pro pretio, quo cum curia conuenire poterunt deferentes, mercatoribus ementibus ſalem ab eis, & ipſis iura curiæ noſtræ ſoluentibus permittatur, quo voluerint infra prouinciam, & pretio quo poterunt diſtrahere, nec certo loco, ſeù à certo venditore tantummodo ſalem homines comparare compellant. Mercatores etiam ad ciuitates, vbi ſunt fundici venientes, exoneratis, & depoſitis mercibus, quæ fundicari debent in fundicis, vbi, vel quo voluerint per ciuitatem hoſpitari permittãt, pœna publicationis T mercium mercatoribus imminente, qui alio loco merces fundicandas, ſine ſpeciali mandato fundicarij depoſuerint, vel modo quolibet ius fundici fraudare, ſeù furari tentabunt: Dum tamen fundicarij caueant, ꝙ nullas res aliàs præter eas, quæ in nouis ſtatutis fundicari, ſeù dohanari mandauimus, mercatores, ſeù quoslibet diſtrahentes fundicare, ſeù dohanare compellant.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

T *Magiſtros fundicarios.* Eſt noua hæc conſtit. Quia fundicum hic Fredericus Imperator impoſuit primo. Et ideo tanquam de malè quæſito prælati non habent decimam ar. ff. pro ſocio. quod autem. cum concor. fundicus ſoluitur de omnibus mercibus grana 15. per vnciam. Sed de victualibus, ſeù alijs habentibus ius exituræ, quod eſt pluſquam fundici, non ſoluitur, nec de animalibus, nec de poſſeſſionibus, nec de pannis, nec de carnibus, nec de pane vendito, ſicut dicũt alia ſtatuta Imperialia, quæ ſunt in dohanis, nec ſunt redacta in hoc volumine. De ferro etiam, ſale, pice, & azario ſoluitur maius ius. Item mercatores venientes ad locum, vbi eſt fundicus, debent exonerare merces in loco fundici, alibi non, quia perderent merces, niſi fundicarius id concedat, quia debet concedere ex antiquo vſu, quando merces ſunt ſubtiles, aureæ, vel aliæ prætioſæ, quas eſſe in fundico non eſt bene tutum. Item mercator qui ius fundici fraudauit, vel furari tentauit perdit merces, puta, recedebat, iure fundici non ſoluto, ita quod furtum iam deduxit ad actum, vt in communi diſt. l. ſi quis non dicam rapere.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTAT.

T
1 *Mant.* † Hoc idem prohibitum eſt ſecretis, & alijs officialibus Regiæ Cameræ, propter ſuſpictionem, quæ oriri poſſet de ijs, qui officium gerunt. à ſubditis bona emant, de quo ſupra diximus ad prag. 17. de offic. procuratoris Cæſaris.
T *Maiori quantitate.* Hoc de ſale nomutatum eſt hodie: nã
2 cum † Rex Alphonſus inclitus, ac ſapientiſſimus Princeps collectarum impoſitionem ſubſtuliſſet, inſtituit, vt à quolibet fumante ſoluerentur decem caroleni, vt in cap. primo Regis Alphonſi, poſtea idem inſtituit, vt quinque caroleni ſoluerentur à quolibet fumante vltra decem prædictos pro quolibet modio ſalis, quod Regia Curia promictit dare cuilibet fumãti, & inſuper alia duo grana ſoluerentur pro incitura, & menſuratura ſalis, & ſic hodie Regia curia ſalem emit à mercatoribus pro illo ſubditis diſtribuendo, quod illi capiunt à fundicis proximioribus, in quò tamen, (vt audiui, & vidi) ſiunt à ſindicis, electis vniuerſitatum multæ fraudes, in damnũ pauperum, cui malo eſſet ſauè conſulendum. de hac ſalis diſtributione diximus in rubrica de conſtit. Princip. cap. 4. num. 53. & 54.
T *Mercium.* De hac publicatione bonorum latè Afflict. hic.
Hodie tamẽ ſeruatur reſpectũ † Regiæ dohanæ, vt pro auro, 3
& argento, vel moneta aurea, vel argentea datur denuntianti medietas, alia verò medietas diuidatur inter Regium fiſcũ, & arrendatorem; pro alijs verò mercibus, quæ publicantur, datur quarta pars reuelanti, & reliquum diuiditur inter fiſcũ, & arrendatorem, & hoc deductis directibus, qui ſpectant ad Ciuitatem pro eius gabella boni denarij, & expenſis, quæ ſiunt pro inuenctione dictorum bonorum.

Adeſt etiam directus boni denarij, quod eſt vnius tareni pro qualibet vncia, & hoc ſoluitur pro omnibus mercibus, quæ immittuntur, vt remaneant in hac Ciuitate, ſecus ſi illa volunt extra Ciuitatem deferre, de quo meminit capitulum Neapolitanis conceſſum per Regem Federicum, & eſt cap. 25. D. Regis Federici fol. 23. in cap. Neapolitanorum.

DE

DE OFFICIO MAGISTRORVM FORESTARVM. Rub. vij.

1 HOc officium magiſtri foreſtarum inſtitutum fuit, vt territoria Regis recreationi præparata ab hominibus inconſideratis, & inobedientibus Regis ordinibus eſſent tuta. Cum enim Regis officium laborioſum quidem ſit, recreatione aliqua indiget, vt animus dilatatus, & lætatus ad maiores, & grauiores labores fiat promptior, ad quod facit expreſſa lex partitarum, quæ eſt 20. tit. 5. par. 2. in qua expreſſè decla-
2 rantur rationes, ex quibus † princeps debet venationi incũbere, vt ad onera Regni ſubeunda promptior fiat; ad quod Gregor. Lopez adducit D. Thom. de regim. Princip. cap. 2. & plura ex poetarum dictis, aliorumq; authorum politicorũ Didac. Perez ad l. 1. tit. 21. lib. 2. ordinat. ſed idem author col. 4. verſ. quæ tamen, venationem nimiam Regibus prohibet in hæc verba, *quæ tamen de venatione dicimus, intelligas dummodo venandi ſtudium nimium non ſit, atq; immodicum,* 3
cuiuſmodi ſolet nonnullis eſſe principibus, qui nimium venandi ſtudio intenti rerum publicarum curam obliuioni tradunt, atque ea, quæ neceſſaria ſunt, minimè curant: vt refert Plutarch. in Apothegmatibus Imperatorum de Antiocho, *qui cum in venatione quadam ſtudio Feram perſequendi ab amicis, & ſeruis aberraſſet, in caſam quorundam virorum inopum ignotus intrauit, ac inter cænandum, cum de Rege ſermonem iniciſſet, audiuit aliàs quidam bonum eſſe, ſed amicis flagitioſis vtentem, plurima negligere, & quæ neceſſaria ſunt ſæpe non curare. At ille tunc quidem tacuit; ſed poſtquam Satellites ſimul cum die ad caſam illam venerunt cognitus illata purpura, & diademate. Nimirum,* inquit, *ex quo die vos ſumpſi, heri quidem primùm vera de me ipſo verba audiui.* Nimia, igitur venandi ſedulitas tan-

Ee 2 quam

Digitized by Google

quam horrenda peſtis eſt fugienda, ad quod faciuot alia per Scipionem Admiratũ adducta lib. 2. aonot. ad Corn. Tacit.
4 diſcurſu primo. † Quadere Imperator Federicus noſtrarũ conſtitutiornm compilator, & conditor, vir pace, & hello ſingularis, licèt parum Pootificibus aliquando ſtudioſus, multa loca in Regno deſtinauit huiuſmodi venationibus apta, præſer im in territorio Montisfuſcoli, & in Apulea.

Hæc igitur territoria ad venandum deſtinata magiſtro fo-
5 reſtarnm ſuppoſuit, † qnod officium poſtea fuit translatum ad magnum Seneſcallum, vt tradit Marin. Frecc. de ſubſeudis lib. 1. num. 2. ſed hodie hoiuſmodi foreſtarum curæ præ-
6 poſitus eſt magiſtratus particularis, qui vocatur † Monterius maior; hic habet curam, vt nemora, & territoria venationibus deſtinata cuſtodiantur, & ad hoc habet certos cuſtodes, & ſuper eis ciuilem, & criminalem iuriſdictionem exercet; inter quos eſt cuſtos nemoris propè Puteolos, quod appellatur *l'Aſtroni*, & alius deſtinatus locus venationi in paludibus huius Ciuitatis, & hos duos cuſtodes conſtituit Illuſtriſſimus Prorex, cæteros verò Monterius maior; † Hoc igitur nomen 7
foreſtæ Gallicum eſt, & Anglicum, foreſta enim magnum nemus dicitur, & à Gallia hoc officium in Italiam tranſtuliſſe Carolum primum affirmari poſſet, tum ex quo Gallicum eſt vocabulum illud, tum etiam ex quo Petrus Gregor. Tholoſ. lib. 47. ſintag. par. 3. cap. 37. num. 11. hoc officium adeſſe affirmat in Gallia.

M*agiſtri foreſtarum.* Adde ad hoc capitulum nouum, ꝙ incipit, item ſtatuimus ad hoc, quòd officiales. Pro iſto cap. vide capitulum, illi quidem ex prædictis. inf. de foreſtis. & eſt Caroli II. Pet. Pic.

ADDITIO. *Vide aliud capitulum de his foreſtis, incipiens, ille quidem. Quid autẽ ſit foreſta, dic quòd eſt locus, in quo feræ includuntur, & habet quis vſum venandi: iſta eſt gl. notabilis in cap. cum dilecti in gl. 1. de dona. illam alleg. & ſequitur Capuens in conſt. ſancimus in prin. in gl. in verbo, agrum, in 6. col. in fi. cum principio ſequentis. An autem Barones in eorum Baronijs poſſint facere foreſtas, hanc q. ponit Matth. in conſtit. authoritatem, in rubr. de loca. Dema. in 2. col. ver. tertio quæro an liceat Baronib. &c. Et dicit, quòd fuit ordinatũ in Regno per Regem Ferdinandum primum, qui ordinauit, & iuſſit per ſuam conſtit. incip. ad perpetuam rei memoriam &c. quòd Comitibus, & Baronibus Regni non liceat facere nouas foreſtas ſine Regio aſſenſu, & factas caſſet, & ſubdit, quòd niſi eſſet dicta conſtitutio, Barones poſſent cum conſenſu ſuorum vaſſallorum, & quorum intereſt ipſas facere, vt ibi latè per eum. & ibi etiam declarat quantũ præiudicaret iſte conſenſus vaſſallorum vide eum omnino ibi. Per quãtum autem tempus dicitur foreſta antiqua, & non noua, plenè diſcutit Matth. in conſtit. præalleg. in penul. col. verſ. 3. quæro per quantum tempus, &c. Tandem concludit, ꝙ requiritur, ꝙ excedat tempus centum annor. & ſubdit ſe vidiſſe, deciſum in Regia Camera Summariæ, quòd vt factum dicatur antiquum in iſtis prohibitis, requiritur curſus vltra centum annos, & poſtea ſubdit, quòd in iſtis foreſtis, & paſcuis ſtatur antiquitati ſecundum Bal. in tit. de pace Conſt. in ver. mos Romanorum in 3. col. vide eum omnino. & gl. in d. cap. cum dilecti refert & ſequitur Fel. in cap. Rodulphus in 13. col. verſ. quid autem ſit foreſta, &c. de reſcrip.*

Magiſtri foreſtarum extra foreſtas homines ſuſpectos de venatione in foreſtis non capiant; ſed tantùm, in locis prohibitis repertos, nec domini territoriorum venationem in ipſis prohibeant, aut pro eo aliquid exigant. hoc dicit Tapia.

CAROL. I. Cap. 84.

MAgiſtri * foreſtarum, & defenſarum; vltra defenſarum, & foreſtarum antiquos terminos homines, & animalia non capiant, nec vltra foreſtas ipſas officium ſuum expendant, nec faciãt foreſterios burgenſes; nec alios diuites homines locorum, ſed homines ad hoc habiles, aptos, & congruentes de vicinis locis, & non maiores numero, quam expediat. Nec homines occaſione, ꝙ canes habeant, vel infraſcripta quælibet ad venãdum, vel ligna inciſa extra defenſas, vel cornua, ſeù pedes, & pelles, ceruorum, vel aliorum animalium ſylueſtrium capiant, turbent in aliquo, vel moleſtent, ſed ſi quos ſuſpectos de venatione habeant, ſtatim denuntiẽt Iuſtitiarijs, qui inquiſita veritate, ad debitam pœnam procedant. Et ſi Iuſtitiarius dubitauerit de proceſſu, eo ꝙ ſibi non conſtiterit, referat nobis. Si verò magiſtri foreſtarum aliquem in venando deprehenderint, ipſum capiant de perſona, & ſtatim aſſignent Iuſtit. puniendum. Et nihilominus in omni caſu, ſiue denunciauerint Iuſtitiario aliquem de venatione ſuſpectum, ſiue aſſignauerint eidem aliquem, vt eſt dictum in venando deprehenſum, ſignificent nobis totum proceſſum, & dimittant liberè homines habentes terras, & poſſeſſiones in defenſis, & circa defenſas, quas vt antiquas laborare, & colere conſueuerunt ipſas per ſe, vel alios, ſicut olim fecerunt. Et pro affidatura, vel defenſione pro prædictis terris, & poſſeſſionib. eorũ proprijs aliquid non exigant, vel recipiant ab eiſdem. Nec inquiſitionem per ſe, vel alios de venationibus faciant, ſed Iuſtitiario regionis denuncient, vt dictum eſt. Et ſi contra fecerint, qualibet vice, qua venerint contra quemlibet prædictorum, reſtitutis ablatis, & reſarcitis damnis eis, qui damna, vel ablationem ſunt paſſi, prædicti magiſtri foreſtarum amoti ab officijs ſine ſpe aliqua redeundi, pro noſtro arbitrio puniantur: Et eorum ſubofficiales poſt reſtitutionem, & emendationẽ damnorum, per annum carcere decludantur.

* ADDITIO. Magiſtri. *No. quòd per iſtud cap. prohibetur venatio, & intellige in defenſis antiquis, & colligitur ibi. & dimittant, vt colligitur ex ſeq. cap. nam iſta prohibitio debet intelligi in locis demanialibus in quibus princeps ſolus poteſt fidam exigere, quia de iure vnicuique licet venari, vt latè probat Dec. conſil. 197. & examinat Iac. in tractat. de feu. in ver. cum venatorib. intellige etiã hoc cap. niſi caſtrum eſſet conceſſum etiam cũ defenſis, & venationibus, prout quotidie videmus poni in conceſſionibus. & tangunt Dec. & Iac. vbi ſupra. Ideo Barth. de Cap. in apoſt. ad l. item ſi fundi, de vſufr. dicit hæc formalis verba. No. arg. quòd concedendo princeps alicui caſtrum videtur concedere ſiluas, & venationes, argu. pro hoc c. l. ſi quando. C. de bo. vac. quod verum intellige, niſi fuerit ſpecialis defenſa ipſius principis, argum. de pigno. l. obligatione generali. de ritu nupt. l. generali.* De Bottis.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 E*xtendant.* Iſtorum enim † magiſtrorum foreſtarum iuriſdictio eſt certo loco termioata: ideòq; extra territorium deſtinatum illam exercere non debent ad tex. in l. fin. ff. de iuriſd. omnium iud. Rex. n. nil aliud vult niſi loca illa intacta manere. cum ſciat ipſe † venationes iure naturali eſſe 2
hominibus permiſſas, quia communia ſunt omnibus elementa, vt in §. & quidem naturali iure inſtit. de rerũ diuiſ. & ideo
† animalia, quæ in mari, & terra naſcuntur, capientis fiunt, 3
vt in

vt in §. feræ igitur cod. tit. iure tamen gentium eſt introdu-ctum dominiorum diſtinctio, & ideo licitum eſt in proprijs territorijs venatores prohibere, vt in dicto §. feræ igitur, in quo eſt fundatum hoc capitulum, in quo dum Ioan. Antonius
4 de Nigr. eius gloſator quærit an poſſint † Reges, & Barones prohibere venationem, affirmat ex Hoſtien. & alijs id facere non poſſe, ad quod adde Io. Vinc. de Anna ſing. 59. qui alios refert. & D. Præſid. deciſ. 158. niſi in demanio Regis, & vel in defenſis Regis, & Baronis, ex quò propria ſunt ex regul. tex.
5 in d. §. feræ igitur, ad quod adde quod † hodie in Sacr. Conſilio paſſim, & indiſtinctè expediuntur prouiſiones, quod Barones non impediant venationes in locis campeſtribus, & nemoribus.

Hæc autem concluſio quod princeps, & eius loco Barones quibus ſunt regalia conceſſa, non poſſint venationem prohibere, non ita ſimpliciter procedit; ſed ex iuſta cauſa Principem facere id poſſe tradit poſt Domin. Sot Didacus Perez ad l. 1. tit. 22. lib. 2. ordinat, triplicem autem cauſam aſſignat, prima per viam gubernationis, cum feræ, & volucres non ſolùm ornamento ſint Reip. ſed ipſi neceſſaria, ſecunda quia princeps communia reipub. loca prohibere poteſt, atq; proprio vſui dicare, vt pro ſua dignitate animi cauſa venationem habeat paratam, tertia quando venatio eſt in loco non communi oppidis ſed propriè domini priuati, quæ omnia licèt de ſupremo Principe dici poſſint; non tamen admittenda ſunt reſpectu baronum Regni, vt idem animaduertit loco cit. col. 6. verſ. aduertendum, & addit poſſe etiam ad tempus ex iuſta cauſa prohibere Barones venationem; Item, & alio caſu poteſt Baro prohibere, quando ab initio emiſiſſet banna, & vniuerſitas acquieuiſſet, vt aduertunt Ioan. Anton. de Nigr. hic, & Præſid. de Franch. deciſ. 158. Item etiam in proprijs defenſis Baronis tunc enim vti quilibet priuatus poteſt prohibere, vt tradit Niger hic num. 16. † Hinc eſt dominum fundi 6
poſſe prohibitionem facere, ne quis ſuum ingrediatur fundũ, ideóq; poterit ingredientem propria authoritate expellere, & cõtra eum actione iniuriarum agere, vt tradit idem Didac. Perez loc. cit. colum. 7. & 8. qui etiam quærit † numquid capiens animalia in loco priuato teneatur in foro conſcientiæ ad reſtituendum, & aliquibus hinc inde adductis concludit capientem teneri quando eſt facta prohibitio, ne quis in alieno fundo venari poſſit, vel quando tali competit ius venandi.

Sed dubium oritur circa † modum venationis, an liceat id 7
facere cum retibus, vel cum balliſtris, & ſcoppitis, & quoad retia concludit peritiſſimus Præſidens d. deciſ. 158. non eſſe prohibita, ſecus verò quoad balliſtas, & ſcopittas, nam conceſſa venatione cenſetur etiam cõceſſus modus ſine quò perueniri ad illam non poteſt; balliſtæ tamen, & ſcopittæ ſunt prohibitæ deperſe, quia poſſunt eſſe occaſiones multorum malorum.

Boues ſine campanis paſcere poſſunt, ſi cuſtodes, canes, & arma non habent. Magiſtri foreſtarum nouas foreſtas non faciant, & iuſtitiarij regionum antiquarum foreſtarum notitiam habeant. hoc dicit Tapia.

CAROL. I. Cap. 85.

* ADDITIO. Item boues. *Nouæ defenſæ ſunt prohibitæ. idem ſtatuitur per pragm. Reg. Ferd. I. & ſic ceſſat difficul.*

ITem boues * ſine campanis poſſunt ſumere paſcua in defenſis, dum tamen cuſtodes arma non habeant, neque canes ad maiorem cautelam, ne fraus aliqua committatur. Et ne nouas foreſtas nec defenſas prædicti magiſtri foreſtarij facere poſſint, Iuſtitiarij regionum habeant foreſtas, & 7 defenſas, & terras eorum diſtinctas in ſcriptis, ſicut magiſtri foreſtarum habent à curia, vt poſſint melius ſcire, & inuenire ſi magiſtri foreſtarum manus ſuas extendunt extra terminos.

ſicultas, de qua per Capyc. in dec. 182. De Bot.

Et ſi prædicti Iuſtitiarij defenſas nouas factas alias, quàm quæ eis per curiam diſtinguuntur, inuenerint, eas reſtituant in priſtino ſtatu.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

DEfenſas. Hoc optima ratione prohibitum eſt ne cupiditas ſuam extendendi iuriſdictionem aliena perturbet dominia, & hoc eſt confirmatum per pragm. Regis Ferdinandi, quæ in ordinarijs eſt ſub tit. eorum, qui mittuntur pro ſeruitio Regiæ Curiæ, nos autem hoc tit. ſituauimus, & proptere ad huiuſmodi fraudes euitandas rectiſſimæ ſtatuit † Rex 8
Carolus II. in ſequentibus cap. 136. & 191. quod ſtatim fieret deſcriptio omnium antiquarum foreſtarum cum finibus, vt omnis grauaminis tolleretur occaſio.

Annotentur fines foreſtarum, & circa illas ſeruetur capitulum magiſtri foreſtarum quod eſt ſupra num. 84. h. d. Tapia.

CAROL. II. Cap. 136.

ITem ſtatuimus, quòd ad hoc Vide capitu. item quòd magiſtri iuſtitiarij foreſtarum. Bartholom. de Cap.

ITem ſtatuimus, quòd ad hoc vt fideles Regni per foreſtieros in aliquo contra debitum, & ſtatum non grauentur, fiant inquiſitiones de antiquis, & veteribus foreſtis, ac finibus earundem, & ſuper earum cuſtodia ſeruetur forma conſtitutionis, nuper ſuper hoc edita per Dominum patrem noſtrum.

Antiquæ foreſtæ deſcribantur, & à nouis ſeparentur, & ſuper eiſdem editæ leges ſeruentur. h. d. Tapia.

CAROL. II. Cap. 191.

ILla quidem ex prædictis conſtitutionibus Domini patris noſtri, quæ ſuper foreſtis antiquis, & nouis eſt edita, ad clariorem determinationem addicimus, quòd per fideles viros ad noſtram curiam ſtatuendos antiquæ foreſtæ inquirantur, & deſignentur à nouis, poſt deſignationem huiuſmodi, eadem ſuper vnaquaque conſtitutione ſeruata, non quod propter hoc à foreſterijs incidatur vſque ad deſignationem ipſam fidelibus impediri conſtitutionis eiuſdem beneficium, qua vtatur.

Omnibus licèt paſcuis nemoribus, & quis vti, præter illa, quæ ſunt Regijs ſolatijs deputata. h. d. Rouitus.

EX PRAGMATICA I.

De ſalar. eorum, qui mittuntur.

FERDINAN. I.

§ ITem ſtatuimus, quòd hominibus Ciuitatum, Terrarum, & locorum noſtri Regni huius, cũ

eorũ animalibus vel ſine, liberè vti liceat paſcuis, vel nemoribus, atque paſcendis ſpicis, aquis, & alijs prout hactenus antiquitus conſueuerunt, & quæcumq; in eorum præiudicium innouata poſt obitum fœlicis memoriæ Alphonſi Regis, patris, & domini noſtri colendiſſimi, tam pro parte noſtræ Curiæ, & per quoſuis noſtros officiales, quã alios quoſcumque reuocari volumus, & mandamus, vt liber in illis ſit vſus, his quilibet, vt ante obitum prædicti Regis competebat illis dumtaxat exceptis, quæ noſtris ſolatijs ſunt deputata, & pro vſu noſtrarum aratiarum, quæ ab his dumtaxat excepimus, & noſtris ſolatijs, ac pro vſu noſtrarum aratiarum reſeruamus, prout eſt per nos iam hactenus ordinatum,

* * *

Defenſæ abſq; Regia conceſſione factæ dirimantur. b d. Tap.

EX PRAGMATICA I.

De ſalar. eorum qui mittuntur.

FERDINAN. I.

§ET cum nec Comitibus, nec alijs foreſtas, ſeu defenſas abſque noſtra conceſſione inſtituere liceat, & quæ inſtitutæ fuerint dimitti præcipiantur. Statuimus ſimiliter, & iubemus, quod defenſæ omnes, ſiue foreſtæ nouiter inſtitutæ, quæ ſcilicet antiquitus non ſint ab omnibus cuiuſuis conditionis, dignitatis, gradus, & prærogatiuæ prorſus, & omnino dimittantur. Ita vt liber ſit in illis vſus, quibus ante competebat, quoniam, & ſi qua ſuper illis inſtituendis à nobis conceſſio fortè fuerit obtenta, cum tenore præſentium de noſtra certa ſcientia reuocamus, viribus, & efficacia vacuamus, cum noſtræ intentionis non fuerit, neque ſit id concedere, quominus ſuo iure vterentur hi, quibus in illis ius antea competebat.

DE OFFICIO MAGISTRORVM MASSARIORVM Rub. viij.

1 HOc † officium Magiſtri Maſſarij non eſt hodie, ſicut olim tempore iſtorum capitulorum quo, vt videmus, curam habebant territoriorũ, quæ nomine curiæ ſeminabantur, ſed tãtum habet curam equarum, quas Rex habet in hoc Regno vt equæ in locis aptis paſcua ſumant, vtq; optimè gubernentur, & congruo tempore equis ad concipiendum conſignen-
2 tur. Subeſt † gubernatori Regiæ ratiæ Apuliæ, quod eſt officium ſeparatum continens ſub ſe hoc, quod diximus, nec nõ Magiſtrum maſſarium pullorum, & equorum, qui deſtinati ſunt generationi, qui vulgo *ſtalloni* appellantur. Subeſt etiã huic gubernatori magiſter ſtabuli, & cuſtodes præpoſiti equis, & pullis; nec non, & meneſchalchi pro cura equorũ & equarum. habet etiam menſuratorem herbarum, qui ſecundum neceſſitatem equorum curam habet vt fœnum metatur. & alios homines deſeruientes ad conducendum aquam, ligna, & herbam. habet etiam pariter curam ſeminandi ordeum, & herbam, quæ vulgò dicitur *ferrago*, vt inde pro vſu equorum colligant. nec non homines ad lupos occidendos deſtinatos pro iſtorum equorum conſeruatione.

Adeſt etiam pro inſeruientium tutiori habitatione conſtructum palatium in Ciuitate Aſcoli, quæ nunc eſt ſub dominio
3 † D. Antonij Aloyſij de Leyua Magni illius Antonij pronepotis Principis tit. illius ciuitatis decorati vxoris meæ patruelis; In hoc palatio adeſt præpoſitus, qui vulgò *guardiano del palazzo* appellatur, hic curam, habet exigendi paleam pro ſeruitio ſtabuli, & pœnam ab illis, qui eam non deferunt.

Subeſt etiam huic gubernatori aratiæ Caſtellanus Regij ſtabuli Ciuitatis Biſatiarum, qui etiam curam habet paleæ, quæ ad dictum palatium traſuehitur pro vſu equorum; Et ne aliorum particularium animalia paſcua ſumant in defenſis deſtinatis pro paſcuis animalium Regiæ ratiæ, deſtinati ſunt cuſtodes, qui curam habent intercipiendi animalia in dictis defenſis paſcua ſumẽtia; ſuper his omnibus habet iuriſdictionem gubernator dictæ Regiæ ratiæ Apuliæ.

Eodem quoq; modo gubernatur Regia ratia Calabriæ. habet.n. ſuum gubernatorem, & omnes alios miniſtros, quos ſupra enunciauimus. adeſt etiam Scriba portionis, & vltra eos monitionerius, qui conſeruat ordeum, & alia neceſſaria pro equorum, & inſeruientium victu. adeſt etiam primus foreſterius, ſic dictus, quia præeſt omnibus foreſterijs, ideſt cuſtodibus foreſtarum, & mandrerijs, ideſt cuſtodibus equarum: adeſt etiam maſſarius, qui curam habet pullorum, & tres cuſtodes bobum, & taurorum, item commiſſarius pro exactione paleæ. granetterius, qui curam habet conſeruandi frumenta, quæ proueniunt ex Regijs foreſtis, & alij cuſtodes pullorum, equarum, ſtabulorum, & domorum exiſtentium in Regijs foreſtis, & equitator. Hic autem gubernator Regiæ ratiæ Calabriæ cum prætẽdat exercere iuriſdictionem in iſtos ſubditos in cuius poſſeſſione exiſtit. habet ſuum auditorem, & magiſtrum actorum, qui informationes capit & inuentaria facit, & alguzerium pro exercitio ſuæ iuriſdictionis, & ſurgentem pro emanatione bannorum.

Habemus etiam aliũ miniſtrum, qui ſub hoc titulo compre- 4
henditur, qui eſt † Locumtenens Maioris Caualleritij, qui apud Catholicam reſidet Maieſtatem, qui nunc eſt Excell. D. Lermenſium Dux, Deniæ Marchio, de cuius laudibus diximus ſupra de officio procuratoris Cæſaris ad conſtitutio. Inter multas num. 16. hic igitur hoc eſt præfectus ſtabulo, & palatio, quod Rex noſter habet propè flumen Sebetum ad Pontem, qui dicitur Beatæ Mariæ Magdalenæ in hac Ciuitate Neapolis, huic ſubeſt equitator, qui curam habet, vt equi Regij, qui in dicto ſtabulo exiſtunt doceantur, hic tenetur recipere, & conſignare omnes equos exiſtentes in dicto ſtabulo. Habet etiam ſub ſe alios ſeptem equitatores ordinarios, tres, qui equos docent ad equitandum cum ſella, & freno, & quatuor, qui equitant vulgò *in bardella*. famulos, qui curam habent gubernandi equos; Monitionerium, qui curam habet conſeruandi paleam, fœnum, ordeum, & alia neceſſaria pro ſeruitio dicti Regij ſtabuli, Hominem deputatum pro medelis equorum, & Magiſtrũ ſtabuli, qui habet onus, vt equi diligẽter & benè gubernẽtur, ac omnia neceſſaria pro victu, & potu habeant. Et quia equi, qui ſunt in Regio ſtabulo herbam ſumunt in palatio manſionis Reſalum adſunt ibi etiã cuſtodes, qui curam habent cuſtodiendi herbam, ſeu defenſas manſionis Reſalum, & ſyluæ longæ. Ex quibus defenſis manſionis non ſolùm herba capitur pro ſeruitio equorum Regiæ Curiæ, & fœnum; ſed etiam capitur fœnum pro ſeruitio procerum, qui ſeptem officia Regni exercent, pro Locumtenente, & Præſidentibus Regiæ Cameræ, & alijs officialibus ſecundum qualitatem perſonarum, & hoc modo gubernatur Regiæ ratiæ totius Regni.

† Hic igitur Locumtenens Maioris Caualleritij habet iuriſ- 5
dictionem in perſonas, quæ in dicto ſtabulo, ſiue Caualleritia deſeruiunt; Et in tempore, quo ego fui iudex Magnæ Curiæ Vicariæ fuit remiſſus ad ipſum quidam eius officialis, & hæc dixiſſe ſufficiat pro intelligentia iſtius rub. de officio Magiſtrorum Maſſariorum.

ne Magi-

Magiſter Maſſarius non amplius, quàm duos maſſarios, & vnum curatulum ſtatuat, eosq; perquirat infra duodecimum lapidem. h. d. Tapia.

CAROL. I. Cap. 70.

PRouiſum eſt ſuperius quales ſuboffíciales debeant ſtatuere, & ordinare iu cap. Iuſtitiarij. & ſub qua pœna ipſos non debeant remouere.

CAROL. I. Cap. 71.

ITem quòd prędicti magiſtri maſſarij vltra dnos r maſſarios, & curatulum in qualibet maſſària non ſtatuant, nec vltra 12. miliaria ipſi præſiant maſſarijs, dum tamen infra prædictum ſpatium idonei habeantur. Et ſi infra prædicta 12. miliaria inueniri non poſſint idonei, eligantur in locis magis vicinis idonei. Et ſi inueniri non poſsint, in terris, ſeù Demanijs, in quibus ſunt maſſarij, ſtatuant ipſos. Et ſi contra fecerint, reſtituto damno parti læſæ, pro qualibet vice ſoluant curiæ libram auri vnam.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

T MAſſarios. Ad ornatum huius cap. & ſequentium diximus plura in rub. huius tituli.

Magiſtri maſſarij ſint diuites, & idonei, rationemq; Curiæ reddant; pro fraude teneantur ad nonuplum, & pro dolo trienio carcerentur. h. d. Tapia.

CAROL. I. Cap. 72.

ITem pdicti magiſtri maſſarij ſtatuantur diuites, idonei, & fideles, qui teneantur tantum de puris, & meris redditibus, & fructibus maſſarium, & animalium fideliter, & legaliter curiæ reſpondere. Et ſi inueniantur curiam in aliquo defraudaſſe, vel fructus, redditus, & prouentus per eorum negligentiam minuiſſe, pro damno dato ex negligentia curiæ teneantur in nonuplũ. Et pro dolo, & fraude, reſarcito damno curiæ in vinculis per triennium ſquallore carceris macerentur, Eadem pœna ſeruata in eorum ſubmaſſarijs, & pœna ſimili eis in ſimilibus exceſsibus imminente.

I*Tem prædicti magiſtri maſſarij, &c.* In ver. *Nonuplum, &c.* Adde vnum alium caſum, in quo habes pœnam nonupli, quando Iudæus percipit à Chriſtianis vltra vnã vnciam pro decem vncijs mutuatis pro vno anno, nam debet puniri per Regium fiſcum pœna nonupli eius, quòd vltra vnciam pro decem vncijs mutuatis habuit. iſte tex. in conſtit. vſurariorum in fin. & ibi no. Matth. in 14. no. Alius eſt caſus. nam & imponitur pœna nonupli officiali, qui in ſuo computo fraudat fiſcũ, vt patet in ritibus magnæ cameræ Summariæ, & refert Matth. ſupra. Et quod ſi officialis Regis non poſuerit in libro introitus aliquam pecuniæ quantitatem ſpectantem ad Regiam Cameram, præſumitur ſubtraxiſſe illam, & punitur pœna nonupli. eſt prouiſum hodie per cap. Regis Caroli, quod incipit, item ciues, &c. Quod cap. refert & ſequitur Matth. in conſtit. officiales reipu. in prin. & ibi etiam refert continentiam cuiuſmodi pulchri Ritus magnæ Camaræ Summariæ. vide omnino eum pulchrè loquentem. Adde alium caſum in officiali, & notario actorum ſubtrahẽte bona fiſcalia, quo punitur in nonuplum. And. de Iſern. in reperto. ſuo in ver. officium. ver. officialis iuſtitiarius. & allegat quoddam cap. Regni. vide eum. Alius caſus eſt quando carcerarius recepit à carcerato vltra debitum, nã punitur pœna nonupli, vt in capit. Regis Caroli II. incipiente, Magiſtro Iuſtitiario. M.

Maſſarij maſſarias faciant in terris Curiæ, nec particulares dominos moleſtent. h. d. Tapia.

CAROL. I. Cap. 73.

ITem ꝙ prædicti magiſtri maſſarij, & ſuboffíciales eorum laborent, ſeminent, & maſſarias faciant in terris Curiæ. Et ad terras priuatorum ſeruitijs manus ſuas aliquatenus non extendant, nec terras, & noualia ipſorum auferant, ſicut olim perperam auferebant. Et ſi contra fecerint, reſtitutis terris, & noualibus ipſorũ dominis pro qualibet ſalma ſeminis teneantur Curiæ ad vnciam auri vnam. Et ſi minus, quàm vnam ſalmam receperint, pęna vnius vnciæ teneantur.

DE CVSTODIBVS PASSVVM ET GRASSIA. Rub. ix.

1 HOc † officium cuſtodis paſſuum eſt hodie in viridi obſeruantia, & vocatur Capitaneus Graſſiæ, fuitq; per neceſſarium in hoc Regno illud inſtitui, quia confinia Regni, ex parte terræ proxima ſunt ſtatibus aliorũ dominorũ, & cũ hoc Regnum fertiliſſimum ſit tam frugum, quàm animaliũ, inde ſit, vt extractiones, quàm facillime ad ea loca non tam fertilia fiant; & propterea ne Regnum depauperetur, & ſubditi propter auaritiam ad neceſſitatem reducantur prudentiſſimi huius Regni Reges maximam de hac rẽ curam habuerunt, conſtituendo viros idoneos, diuites, & fideles, vt in capitulo Caroli Primi item prædicti ſecreti num. 62. poſito ſub tit. de officialibus in Regno conſtituen. idq; non eſt nouũ, ſed antiquas renouat imperiales ſanctiones. olim etenim aderat limitum cuſtos, & præfectus, qui curam habebat confinium, excubijs præpoſitus, de quo loquuti ſunt Imperatores Diocletianus, & Maximianus in l. quamuis in fin. C. ad legem Iuliam de adulter. & gloſ. in l. 1. C. de cohortalibus lib. 12. quos limitarcas, & incarcas appellat, vbi tex. ſtationarios etiam nominat, licèt ſtationarij erant milites latronum perſequutioni inſtituti, aduerſus quos ne vligerent alias militum cohortes perſequentes certis ſtationibus decretis, alios milites præpoſuit Auguſtus, vt tradit Sueton. in Auguſto, & nos diximus in tractatu aduerſus exules, quo fortè vtemur pro commentario ad pragm. de perſequend. malefact. facit etiam ad hoc tex. in l. vnica C. de lictor. & itinerum cuſtodia lib. 12. ſicuti etiam adeſt cuſtodia publici curſus l. 3. C. de curſu publi. lib. 12. item portuũ, & viarum, de qua in legibus Longobar. l. 1. 2. & 3. tit. de ærar. & tabular. item cuſtos prouinciæ, vt in l. in nomine C. de offic. præfect. prætor. Africæ, quæ omnia docuit me Lucas de Penna in l. 1. C. de lictor. & itiner. cuſtod.

† Sunt ergo nunc duo Capitanei graſſiæ, alter prouinciæ Terræ Laboris; alter verò prouinciæ Aprutij, quia hæ duæ pro- 2
uinciæ ſunt confinantes cum ſtatu Sedis Apoſtolicæ, hi curã habent, ne res prohibitæ extrahi, extrahantur, & ne catus, & remeatus, tam ſubditorũ, quàm exterorũ impediatur, equos, qui extrahuntur appretiant & in libro notant, fideiuſſionesq; recipiunt de remittendo infra certum tempus equos, qui extrahuntur, annotant et bona, quæ permittũtur extrahi, de quo fidẽ faciũt, ne à cuſtodibus paſſuũ viatores impediãtur, vtq; ſi vltra, vel contrafactũ fuerit ab illis ſciatur, ut bona publicẽtur.

Cuſtodes

Digitized by Google

Cuſtodes paſſuum in confinibus Regni eorum officium exerceãt, & intra loca prædicta homines, animalia, aliaque non capiant, nec ſub officiales deputent, contrauenientes pœna hic edita puniantur. h. d. Tapia.

CAROL. I. Cap. 74.

ITem quia cuſtodes paſſuum, & graſſiæ officiũ ad iniquas damnationes † extendunt, capiendo homines, equos, & alia animalia, & victualia, vbique infra prouinciam ſine diſtinctione locorũ, & maximè in mercatis, ſtratis, & pontibus vbi prædicti cuſtodes morentur, & officium eorum exerceant in ſolitis locis paſſuum circa confinia Regni, videlicet, in caſtro Montis Celli, aliàs, Alti Spelunci, Pontis Corui, Inſula Pontis Scelerati, Inſula filiorum Petri Soræ, in Arpino, in Capiſtrello, in Roccæ de viuo, Tallacoʒi, Cellis, Tamangra, Introdato, Mancillona, Montis Colua, Sorbo, Marado, Ciuitella, Caſalli, Aquæuinæ, Sancto Homero, Contraguerra, Columella Turri ad Trontum, Sancto Flauiano, & alijs locis, & caſtris vltra loca ſuperius nominata verſus regni confinia conſtitutis. Cauentes ne circa ſupradicta loca regni capiant homines, vel animalia, ſeù quæcunque victualia, nec aliquos cuſtodes, vel ſubofficiales ſtatuant, vel aliquid velamento ſui officij prorſus exerceant, vel pro alia redemptione recipiant. Et ſi cõtra factum fuerit, magiſtri paſſuum, & graſſiæ, pro prima vice amittant equos, & arma. Et ſi iteratò cõtra fecerint, triennio in Regia curia, aliàs, Camera deputent, cuſtodes verò ſubſtituti per eos, qui contra prædicta venerint, pede amputato, debilitentur.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

† EXtendunt. Hoc capitulum editum fuit ad refrenandum huiuſmodi cuſtodum auaritiam, qui occaſione aliquorum
1 † inditiorum, ex quibus præſumitur fraudandi animus ipſi ſubditos vexabãt, & ideo declarata ſunt loca in quibus ſi quis reperiatur cum rebus extrahi vetitis præſumatur dolus, non autem ſi extra prædicta: præſumitur enim ex pluribus huiuſmodi fraus, & primo ſi incedat per vias inſolitas cum re, vt diximus extrahi prohibita ex reg. tex. in l. ſi quis per publicum C. de curſu publico lib. 12. item ſi ex alio loco egreditur quàm ex portis ciuitatis, locus enim inſolitus fraudem arguit ad tex in l. fin ff. de rerum diuiſ. item, & 3. ſi reperiatur iuxta fines territorij ad tradita per Bal. in l. ſi fugitiui C. de ſeruis fugitiuis, & in l. quia nonnunquam C. quæ res vendi poſſunt. arguitur quarto ex confeſſione extra iudiciali ſi quidem ſi aſſeruiſſet coram aliquibus velle extrahere res prohibitas, vt tradit Bal. in d. l. ſi fugitiui. præſumitur, & quinto ex qualitate perſonæ ſi alias fuit de hoc crimine notatus tradit Angelus in l. non omnes §. ad Barbaros ff. de re militari vel ex quãtitate, & qualitate rei quæ non conueniat qualitati, & diuitijs extrahentis. & tandem ex modo res aſportandi veluti ſi occultè aſportet, vt tradit Ripa in tract. de peſte tit. de remed. ad præſentandam peſtem num. 327. qui omnia ſupra dicta me docuit.

Magiſtri paſſuum animalia quæ capiunt ad Curiam Regiam tranſmittant, nec alicui cuſtodienda committant ſub pœna mediæ libræ auri. h. d. Tapia.

CAROL. I. Cap. 76.

ITem prędicti magiſtri paſſuum, & graſſiæ, equos, & alia animalia, quæ ceperint in paſſibus ſupradictis incontinenti † mittant ad nos, nec vniuerſitatibus, vel ſpecialibus perſonis de prouincia cuſtodiendos, per eos in prouincia ipſa committant. Et ſi contrafecerint, ad pœnam mediæ libræ auri teneantur.

ITem prędicti magiſtri paſſuum, &c. Adde hic Luc. de Penn. in l. 2. in prin. C. decur. & ſtatio. lib. 12. vbi no. ex illa l. quòd bene poſſent inſtrui ad gerendum officium magiſtri paſſuum, & paſſagerij, ſeù cuſtodes paſſuum Regni Siciliæ, ſi ad iuſtitiæ debitum, & non ad iniquitatis compendium tẽderetur. Adde quòd ſtrator dicitur cuſtos ſtratæ, ne equi ab inde transferantur, vt ſunt io re no paſſagerij, qui cuſtodiunt paſſus. & hoc modo poteſt accipi, quod habetur. ff. de offi. proconſ. l. obſeruare. §. ita inquit. Luc. de Penn. in rubr. de ſtratoribus, lib. 12. Adde hic quòd in Regno Siciliæ pro expeditione reipub. ordinatum fuit, quòd exinde non transferantur equi ad arma: hoc magiſtri paſſuum, ad iniquitatis compendium protrahentes etiam minuta pecora immaniſſimè rapiunt, nedum in Regni finibus, ſed citra per milia paſſuum 40. ita Luc. de Pen. in l. vnica, in 2. col. C. de litto. & itin. cuſto. li. 12. & vide eundem Luc. in l. euctiones, in 2. col. in prin. C. de cur. publ. lib. 12. & vide eundem Luc. in l. fin. ver. & no. &c. C. eo. tit. vbi no. illum tex. pro capitaneis paſſuum regni, quid debent literæ continere, quæ conceduntur his, qui regnum cum equis prohibitis exire volunt, per tex. ibi, quantitatem animalium, &c.

CAR. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

MIttant ad nos. Hodie non ſeruatur, ſed hæc animalia, quæ intercipiuntur, ſicut & aliæ merces vendantur ordine Regiæ Cameræ.

DE

DE OFFICIO QVAESTORIS GENERALIS. Rub. x.

HOc Theſaurarij generalis officium ſucceſſit in locũ quæſtoris generalis, cuius officij originem in Romana Repu-
1 blica antiquiſſimam fuiſſe teſtatur Vlpian. in l. 1. ff. de offic. quæſtor. rem hanc elegantiſſimis de more explicans verbis, quod etiam facit Feneſtella de magiſtratibus. Roman. tit. de Quæſt. & Alex. ab Alex. dier. gen. lib. 2. c. 2. Conrad. io templ. Iud. lib. 1. c. 1. de Imper. §. 4. in tit. Theſaurarij officium. Pancir. in notit. Imperij occidentalis cap. 34. 35. & 36. Chaſſen. in catalog. glor. mund. 6. par. conſid. 18. aliqua breuiſſimè. Marin. Frecc. lib. 1. de offic. magn. Camer. num. 10 Petr. Greg. Toloſ. in ſyntag. par. 1. lib. 3. cap. 2. & lib. 15. cap. 31. & Marc. Ant. Surg. de Neap. illuſtr. lib. 1. cap. 5. num. 9. ex quorum dictis plurima haberi poſſunt, quæ ad huius officij originem, ſtatumquè conferunt.

Huiuſmodi aũt quæſtura ab initio duobus viris, iiſq; patritijs fuit tradita, creſcentibus deinde Populi Romani ſubditis, creuit etiam quæſtorum numerus, vt cit. loc. tradit Alexan. ab Alex. in princ. quorum munus erat vectigalia Populi Romani in prouincia exigere, ſtipendia præbere militibus, ſingulaquè 2
accepta, expenſaquè rationibus inferre, mulctas quoquè pecuniarias tam Romæ, quàm extra exigere, & in publicas tabulas notare, omniumq; rerum, pecuniarumque notas, & illuſtres rationes dare. Hæc, & plura Alex. ab Alex.

Sunt autem huiuſmodi quæſtores Theſaurarij † dicti, quia pecunia,

Digitized by Google

pecunia, quæ exigebatur in prouincia ad munitum locum detinebatur hic Theſaurus dicebatur, qui illum cuſtodiebant Theſaurienſes, & pecuniæ præfecti, Theſaurarij appellabantur, vt tradit Pancirol. loco citato, qui duodecim præpoſitos pecuniæ annumerat. Hæc de huius officij origine dixiſſe ſufficiat.

† Hodie Theſaurarius pecunias omnes, quas exigunt Perce-
5 ptores prouinciarum conſeruat, ſoluitquè ſtipendiarijs, & alijs fiſci creditoribus ſi interuenit in locatione rerum fiſcalium, & in emptione mercium, ac victualium, quæ pro regijs claſſibus, & caſtris neceſſaria ſunt; & cum non poſſit ipſe per ſe huic muneri, vbique, & ſemper adeſſe habet ſuos ſubofficiales, †
6 & primo eius Locumtenentẽ qui tamen eſt ſecundum voluntatem Theſaurarij, habet etiam officialem, qui caſſerius vulgo dicitur, alios officiales huic opem præſtantes in ſolutionibus faciendis, habet, & officium detentoris libri maioris, qui data omnia, & accepta ſcribet, habet præterea Theſaurarius quatuor officiales ordinarios, qui vulgo vocantur pagatori, quorum alius ſoluẽdis equeſtris militiæ ſtipendijs, alius pedeſtris, alius caſtrorum, alius verò maritimis ſolutionibus eſt præfectus. poſt erectionem autem Regiæ domus, in qua triremes, & naues conſtruuntur Regiæ, Alius eiuſdem domus operationem ſoluendis ſtipendijs eſt præpoſitus, habet etiam, & alios eiuſdem generis officiales extraordinarios, vt eſt regionum huius fideliſſimæ Ciuitatis ædificiorum, alius ædificiorum Caietæ, alius pro expenſis neceſſarijs in Regio ſtabulo occurrentibus, & alius qui ex nouis cauſis creantur. Habet etiam ſub ſe, & alium officialem, qui vulgo computans appellatur, & rationem habet cum alijs officialibus pecuniarijs, videlicet, Perceptoribus, Theſaurarijs. Commiſſarijs prouincialibus, & habet etiam onus ſcribendi litteras conſignationum, creat etiam ſcribam cedularum, & computorum præſentandorum in Regia Camera, creat munitionerium frumentorum, & ordeorum Regiæ Curiæ, & duos oſtiarios, qui huic exercitio vacant, habet etiam officium ſollicitatoris Regiæ pecuniæ, officium ponderatoris pecuniæ Regiæ, quæ ſoluitur in Theſauraria generali, qui curat ne adulterina, vel diminuta ſoluatur, officium monitionerij rerum ad bellica tormenta pertinentium, & monitionerium fœni, & palearum pro ſeruitio equorum in Regijs ſtabulis.

In his omnibus officialibus creandi maximam generalis 7
quæſtor curam adhibere debet, † vt ſint omnes probitate, ac fidelitate prædit, ne quid fraudis, dolitè committere in Regijs pecunijs audeant, quod in his verbis admonuit Alex. ab Alex. in lib. 2. genial. dierum cap. 2. loquiens. *quos quidem ſcribas maximæ probitatis, ne quid fraudis, dolive admitteretur huic muneri aſcribebant, tamen ſi ſcribæ officium mercennarium Romanis fuerit, nec magni Teſtimonij, aut pretij Macedonibus contra, apud quos niſi viri expertæ virtutis, magniſquè rebus geſtis, & pro cumulo magnæ gloriæ admittebantur, ſi quidem Eumenes Cardianus ſcriba Philippi Regis fuit, & alij Viri Illuſtres hoc munere, velut amplo honore honeſtati fuere.*

† Dicti ſunt etiam quæſtores, qui delictis inquirendis erant præpoſiti, de quibus alio loco egimus, & dicemus infra dum de Iudicibus criminalibus ſermonem habebimus ex Feneſtella Alex. ab Alex. & Corad. locis citatis.

Miniſtri pecuniarij ſubtrahentes pecuniam regiam capite puniuntur. h. d. Tap.

REX ROGERIVS.

OFficiales [a] reipublicæ, * vel iudices, qui tempore adminiſtrationis pecunias publicas ☩ ſubtraxerint: obnoxij ſint crimine [b] peculatus, ☩ capite [c] puniantur, niſi eis Regia pietate indulgeatur.

a *OFficiales.* Per hãc conſtitutionem augmentãtur pœna criminis peculatus, quia hic eſt pœna criminis capitis, ſed per legem. ff. eod. l. eſt deportatio.

* ADDITIO. *Vide Parid. de Put. in cap. ſindicantur etiam offi ciales, & c. Regni, adhuc volentes.* Fab. Iordanus.

b *Peculatus.* C. de crimi. pecu. l. 1.

c *Puniantur niſi eis.* Eſt enim pœna peculatus capitalis animaduerſio contra iudices qui tempore ſuæ adminiſtrationis publicas ſubtraxerunt pecunias. Et contra eos, qui miniſteriũ eis ad hoc exhibuerunt. Vel qui ſubtractas pecunias ab his ſcienter ſuſceperint, Contra alios verò, qui tenentur hac l. ſtatuitur pœna deportationis. Et publica eſt hæc actio, & ſopitur quinquennio, vt inſt. de publ. iud. §. lex Iulia peculatus. ff. ad leg. Iul. pecu. l. peculatus crimen, & ſpeciale eſt in cauſa, quæ inchoatur contra hæredes, vt ff. eo. l. vlt. quod dic vt in ſum. de cri. pecu. §. eſt autem pœna peculatus. ſecundum Azo.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

COncordat hæc conſt. cum tex. in l. 1. C. de crimin. peculat. & ff. eodem l. 1. 2. 3. 4. 5. lege Iulia, & l. 9. in §. fin. cum l. ſequen. & l. 11.

1 ☩ *Subtraxerint.* † Intellige iſtam conſtitutionem non ſolum in miniſtris pecuniarijs, ſed etiam in alijs officialibus iuriſdictionem exercentibus, qui prouenctus ad curiam pertinentes vel occupaſſent, vel vſurpaſſent, & ad hoc facit illud verbum Iudices, & cap. Regni nouis morbis num. 257. & cap. vulgaris famæ proloquium num. 260.

☩ *Capite puniantur.* Huius conſtitutionis rigor ſublatus eſt hodie per cap. vulgaris famæ proloquium num. 260. vbi nonuplum fiſco, componere debet officialis, qui pecuniam ſurri-
2 puit, quod etiam animaduertit † Ioannes Franciſcus de Ponte vir maximæ doctrinæ, ac in gerendis negotijs præſtans, in ſuo conſ. 22. vbi hanc conſtitutionem, & capitula intelligit habere locum in ſurripiente pecuniam regiam, & optimè, nam licet in l. Iulia peculatus compræhendatur etiam aliud capitulum l. Iuliæ de reſiduis, quod videtur comprehendere illum, qui pecuniam exegit, eamq; apud ſe retinuit, quod tamen intelligitur, vel quando pecunia deſtinata fuerit ad aliquem finem, vt ipſe expenderet, & non fecit, vel quando ſi remanſit debitor monitus poſt annum non ſoluit, vt loquitur l. 2. & l. 4. §. lege Iulia, & §. fin. legis nouæ iuncta l. cum eo. ff. de crimine peculat. per dictum D. Ioannem Franciſcum allegata, & ad confirmationem prædictorum adeſt prag. 46. de offic. procurat. Cæſar. per quam diſponitur, vt miniſtri pecuniarij pro pecunia, quam ſibi retineant ſoluant duplum, & ſic reſpectu huius retinentis pecuniam pœnæ ſunt immutatæ, vtq; clarius liqueat, qua † pœna ſint plectendi miniſtri pecuniarij, qui pecuniam Regiam occupant diſtingue plures caſus. Primus caſus eſt in eo, qui non fecit introitum, & tunc ſoluit nonuplum iuxta d. cap. vulgaris famæ num. 260 & ritum Regiæ Cameræ ſub tit. de non poſitis, aut ſubtract. in quatern. ration. & tradit præfatus Ioannes Franciſcus Regens d. conſ. conſ. 22. in quo ritu habetur limitatio, quando conſtaret id non eſſe factum dolo, vel culpa officialis, ſed eius computantis, vt tradit etiam Afflict. hic num. 2. Secundus caſus eſt in eo, qui fecit exitum duplicatum, & hic tenetur etiam pœna nonupli, videtur enim voluiſſe ſurripere pecuniam fiſcalem. Tertius caſus eſt in eo, qui ſtatim, vel ſtatuto tempore non ſoluit, & tunc duplum ſoluitur, vt in d. prag. 46. quando tamen occaſione fiſci à priuatis ſuperexigitur, vide d. cap. vulgaris famæ, & hæc faciunt ad ea, quæ dixit Afflict. hic. numero 3.

† In Francia tamen ſæueriſſimè puniri eos generales rece- 3
ptores, qui fraudant pecunias regias tradit poſt Boer. Chaſſer. in catalog. glor. mund. 6. par. conſider. 19.

Non tamen puto huius conſtitutionis pœnam eſſe ſublatam in eo, qui pecuniam fiſcalem ſurripuerit, & cum ea aufugerit, iſto enim caſu, quia furtum committitur in ſuo robore manet hæc diſpoſitio.

Gene-

Digitized by Google

Generalis Theſaurarius, & prouinciales Perceptores receptionis fidem faciant quantitatis, & qualitatis pecuniæ, quæ ſoluitur, & iuxta hanc annotationem computum reddant. h. d. Tapia.

PRAGMATICA I.

De offic. quæſtoris generalis.

CAROL. V. IMP.

VNiuerſis, & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis, tam præſentibus, quàm futuris. Nuper emanauit à Cæſ. & Cath. Maieſtate quædam Conſtitutio, Sanctio, ſeu Pragmatica omnibus quibus decet ſollennitatibus roborata, tenoris,& continentiæ ſubſequentis.

Carolus &c. Recognoſcimus, & notum facimus tenore præſentium vniuerſis, quod cum intelleximus Cath. Regem Ferdinandum patrem, & auum noſtrum recolendæ memoriæ, mandauiſſe vt noſtri citerioris Siciliæ Regno, Theſaurarius generalis, Prouincialeſque Theſaurarij, Perceptores, Commiſſarij, ac alij pecuniarum Regiæ Curiæ exactores, & Adminiſtratores quodlibet † pecuniarum genus, cum alagiorum, ſeu ponderis defectionis particulari deſcriptione, prout ab alijs eius conſignaretur, & ſecundum eam adnotationem computum noſtræ curiæ reddere tenerentur. Idque officialium incuria, ſeu temporum iniuria non fuiſſe obſeruatum, & parum præſtet debitas prouiſiones prudenter fieri per Principes, niſi per eorum ſubditos,& officiales inconcuſſe ſeruentur, præſentium tenore noſtra ex certa ſcientia, Concilijq; pęnes nos aſſiſtentis matura accedente deliberatione, motu ptoprio, & Regia, dominicaq; poteſtate noſtra, ſtatuimus, iubemus, & ordinamus, vt dicti officialas quodcunque pecuniarum genus noſtræ Regiæ Curiæ, prout ab alijs receperint, cum particulari ipſius pecuniarum generis, alagiorumquè, ſeu ponderis defectionis deſcriptione deinceps annotare teneantur, ac ſecundum eam notationem eorum adminiſtrationis computa reddere debeant: † ex nunc pro tunc officijs priuatis eſſe, ac duorum millium ducatorum pœnam, aliaſq; noſtro arbitrio reſeruatas incurriſſe decernentes, qui ſecus contra præſentem noſtram ordinationem, quam pragmaticæ omni qua decet ſollemnitate vallatæ vim, & robur obtinere iubemus, aliquid attentare præſumpſerint: Mandantes propterea ſub eiſdem pęnis Illuſt. Spectabilibus, & Magnificis dicti citerioris Siciliæ Regni Vice Regi, & Capitaneo noſtro generali, magno Camerario, Prothonotario, Magiſtro Iuſtitiario, eorum Locatenentibus, deputatis in ſacro Regio Concilio noſtro reſidenti in Monaſterio Sanctæ Claræ, Præſidentibus, & Rationalibus Cameræ noſtræ Summariæ, Regenti, & Iudicibus magnæ curiæ Vicariæ, Aduocato, & Procuratori fiſcalibus, cęteriſq; vniuerſis,& ſingulis officialibus tribunalibus, & ſubditis noſtris maioribus,& minoribus quouis nomine nuncupatis, officio, titulo, authoritate, præeminentia, & iuriſdictione fungentibus, ad quos ſpectabit, præſentibus, & futuris, vt omnia,& ſingula deſuper contenta inuiolabiliter obſeruari curent. Inque eos, qui contra hanc noſtram ordinationem, & pragmaticam ire præſumpſerint, ad dictarum pœnarum executionem irremiſſibiliter procedant, & procedi faciāt: Volumus etiam, quod præſentes in quinternionibus eiuſdem Cameræ noſtræ Summariæ tranſcribantur,vt ibi de præmiſſis quoties opus fuerit plena notitia haberi poſſit. In quorum fidem præſentes fieri iuſſimus, noſtro negotiorum dicti citerioris Siciliæ Regni ſigillo communi à tergo munitas.

Datum in oppido noſtro Bruxellarum, die 20, menſis Decembris, Anno à Natiuitate Domini. Milleſimo, quingenſimo, trigeſimo primo.

Yo el Rey.

Vidit Perrenotus, & pro Protonotario, & Magno Camerario. Vidit Franciſcus Varracchia pro Generali Theſaurario. Sacra Cæſ. & Cath. Maieſtas mandauit mihi Alfonſo Valdeſio.

Ea propter volentes, vt tenemur Cæſ. & Cath. Maieſtat. obedire mandatis, præcipimus, & mandamus omnibus, & quibuſcunq; officialibus,& perſonis in præinſerta pragmatica mentionatis,cęteriſq; alijs ad quos ſpectabit, & ſpectare poterit quomodolibet, quatenus ſeruata forma præinſertæ Regiæ pragmaticæ, illam ad vnguem,& inuiolabiliter in omnibus, & per omnia obſeruent, obſeruariq; faciant per quos decet,iuxta ipſius ſeriem & tenorem, omni dubio, & difficultate ceſſantibus: & contrarium non faciant pro quanto gratiam noſtram charam habent, & pęnam in pręinſerta pragmatica contentam cupiunt euitare, præſentibus præſentanti ſingulis vicibus remanſuris.

Datum Neap. die 17. menſis Februarij 1532.
Pom. Vicecancell. Locumtenens generalis.
Vidit Decolle Regens. Vidit Loffredus Regens.
Dominus Locumtenens generalis mandauit mihi Bernardino Martirano.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

P *Pecuniarum genus.* † Huius diſpoſitionis ratio eſt,quia huiuſmodi Theſaurarius, & Perceptores depoſitarij ſint, & 1 ideo pecuniam, quam exigunt in eadem quantitate, & pondere exhibere coguntur, aliàs enim furtum facerent ad quod allegantur dict. Dec. conſ 6. & præcipuè num.2.& conſ.473. nu.9. poſt Bartol.in l.1.C.de his qui ex publi.collatio.lib.10. T *Ex nunc pro tunc.* † Hæc clauſula importat, vt ipſo iure 2 amittatur officium, ad quod faciunt tradita per Tiraquell. in l. ſi vnquam §. reuertatur num. 6. C. de reuocan. donat. requiritur tamen ſententia declaratoria, vt tradit And. in cap. fin. quo tempo. miles.

Omnis pecunia Regia à quibuſuis miniſtris exacta in generalis Theſaurarij poſſe perueniat, & Commiſſarij deputentur per ipſum h. d. Tapia.

PRAGMATICA II.

De offic. quæſt. genal.

PHILIPPVS &c.

CVm Tribunalibus,quæ in hac Ciuitate Neap. exiſtunt,ob rectam iuſtitiæ adminiſtrationē, commodumq; vniuerſale huius Regni ſubditorū, inſti-

inſtitutionibus, ordinationibuſq; neceſſarij opportune conſuluerimus: Conueniens etiam, decenſq, fuit pro eiuſdem Maieſtatis ſeruitio, huc quoque animum oculoſq; conuertere, vt pecunia Regia, quæ in genaralem Theſaurariam ex hoc Regno confertur, rectè, diligentiſſimeq; adminiſtretur, ac de ea purum clarumq; computum habeatur. ordines igitur omnes, atque pragmaticas à Catho. Sereniſſimiſq; huius Regni Regibus, ſuper hac re ſtatutos in vnum colligi iuſſimus, quibus benè rimatis, atque diſcuſſis, cum voto Collateralis Concilij penes nos aſſiſtentis, eo quo ſequuntur ordine, pro eiuſdem Maieſtatis ſeruitio, ac vbi ſic viſum eſt oportere de integro etiam prouideri, ſeruariq; inconcuſſe mandauimus.

Regis Catholici in anno. 1505.

Primferamente, que toda nueſtra renta, y dineros del dicho Reyno vengan en poder de nueſtro Teſorero general del dicho Reyno, ò del que por nueſtro mandado regira el officio, y qualquier Teſorero, Perceptor, Commiſſario, Eſactor de las ſiñificatorias, ò otro qualquere adminiſtrador de dinero ordinario, ò eſtraordinario, que lo pague à otra perſona † no le ſea recebido en quenta.

Regis Catholici in anno. 1509.

Primeramente mandamos, que todas nueſtras rentas, y pecunias pertenecientes à nueſtra Corte en el dicho Reyno, aſſi ordinarias, como extra ordinarias, vengan en poder vueſtro, y ſean recebidas, y cobradas por vos en vueſtro nombre, y qualquiero Teſorero, ò Perceptor, ò † Commiſſario, exactor de las ſiñificatorias, ò otros qualquier Adminiſtrador de dinero nueſtro ordinario ò extraordinario, que durante el dicho vueſtro cargo, lo pagare de otra manera non le ſea recebido en quenta, y mandamos à nueſtro Viſo Rey, y Lugarteniente general del dicho Reyno, paraque eſto ſe guarde, faga de nueſtro nombre todas las prouiſiones que fueren meneſter.

Cæſ. Maieſtatis in anno 1520.

Primeramente mandamos, que todas nueſtras rentas, y pecunias perteneſcientes à nueſtra Corte en el dicho Reyno, aſſi ordinarias, como extraordinarias vengan en nueſtro poder, y que qual quiere Teſorero. Perceptor, ò Commiſſario, ò otro qualquiere Adminiſtrador de dinero nueſtro ordinario, ò extraordinario, que durante el dicho vueſtro cargo, lo pagar de otra manera, non le ſea recebido en quenta, y que non ſe embie Commiſſario para coſa del dinero, ò hazienda perteneciente à nueſtra corte, ſino por manos nueſtras, porque la hazienda non ſe derrame, y en la cobranza della haya mejor recabdo, y mandamos al dicho nueſtro Viſo Rey, y Lugarteniente general del dicho Reyno, que paraque eſto ſe guarde, de en nueſtro nombre faga todas las pronifiones que fueren meneſter.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

NO *le ſea recebida en cuenta.* Hoc tamen † non procedit quando Prorex mandat ſolutiones fieri in prouintijs à Perceptoribus, prout quotidid accidit in aſſignationibus, quæ fiunt mercatoribus pro pecunia ab illis recepta, vt infra in pragmatida 6. hoc tit. hoc enim fit pro maiori commoditate Regiæ Curiæ, nemini enim tempore, quo † Regens Franciſcus Aluarez à Ribera magnum agebat Camerarium, vir patrimonio Regis vigilantiſſimus, atq; vtilimus ſecundum tempore fœneratitias pecunias eccepiſſe à mercatoribus in hac Ciuitate, & abſq; intereſſe eandem quantitatem ea egentibus, tum in prouincia Aprutij, tum in prouintijs Calabriæ aſſignaſſe, quod ſcripſi, vt qui illius patrimonij curam gerent, ſciant ei prodeſſe. 1 2

† *Commiſſario.* Hoc tamen non procedit reſpectu quantitatum exigendarum per Regios perceptores, nec etiam ſignificatoriarum, quia per ipſos Perceptores Prouinciarum, & ſignificatoriarum deſtinantur, & huiuſmodi † Exactores dicebantur cartularij Lucas de Penn. in l. præcepit. C. de cano. largit. lib. 10. dicebantur etiam decennarij, & centenarij, & ſexagenarij ſecundum quantitatem exactionum, quæ dabantur exigendæ, vt in l. 1. C. de exactori. tribut. lib. 10. Sic etiam habemus, quòd vocati ſunt breues à breui notitia, quam ſecum portabant exactionis per ipſos faciendæ, vt in l. excellentia C. de erogat. milit. anuonæ lib. 12.

Receptio pecuniæ fiat cum interuentu ſcribæ portionis, ſicut olim fiebat cum interuentu conſeruatoris generalis, quod officium fuit extinctum. h. d. Tapia.

PRAGMATICA III.

de offic. quæſt. general.

Regis Catholici in anno 1505.

ITem que cada vez, que el dicho nueſtro Teſorero general, ò Regente el dicho officio recibere dineros nueſtros el miſmo dia que los recibere ſe hayan da aſſentar en los libros del officio de nueſtro Conſeruador general del dicho Reyno, expreſſando en que moneda los recibe, y por que eſto mejor ſe pueda hazer, mandamos que todas las apocas que el dicho nueſtro Teſorero general, ò Regente el dicho officio diere à las perſonas de quien recibiere los dichos dineros, ſean notadas en los dichos libros del dicho officio de nueſtro Conſeruador general, y que ſe ſcriba en ellas como fueron notadas en los dichos libros, y ſe expreſſe en que monedas dieron los dichos dineros, y que de otra manera no ſean recebidos en cuenta los dichos dineros à las perſonas que lo pagaren.

Hoc de Conſeruatore generali, quod ponitur in hoc capitulo. & alijs infra ſub titulis quomodo ſit facienda ſolutio, & de conſignationibus fuit per eundem Regem Cath. & Cæſ. Maieſtatem prouiſum, quod fiat per ſcribam Portionis, vt in ſequentibus capitulis hic & in præfatis titulis, propterea illud ſeruari mandamus, tam in receptione, quàm in ſolutione, & conſignatione pecuniæ per vos facienda, præcipue cū hodie dictum Conſeruatoris officium ſit extinctum,

Regis Catholici in anno 1509.

Item que cada vez, que recibieredes dineros nueſtros el miſmo dia que los recibieredes, ſe

hayan

Digitized by Google

hayan de aſſentar en los libros del officio de nueſtro Eſcriuano de racion del dicho Reyno, diziendo la quantidad que recibis, y quien, y porque cauſa.

Cæſ. Maieſtatis in anno 1520.

Item mandamos, que cadauna vez, que recebieres dineros nueſtros, los recibais en preſencia del official de nueſtro Eſcriuano de racion del dicho Reyno, que es deputado para ello, y que el miſmo dia que los recibieredes, ſe hayan de aſſentar en los libros del dicho officio de nueſtro Eſcriuano de racion, diziendo la quantidad que recebis, y de quien, y porque cauſas, y que ſe hagan las polizas à los Adminiſtradores de quien recibieredes los dichos dineros, poniẽdo en ellas particularmente la cauſa porque los recebis, y pues recebis à peſo la moneda, y os pagan lo que falta della queremos, y mandamos, que aſſi pagueys vos otros à cadauno, lo que de nueſtra corte huuiren de hauer.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

T 1 *Eſcriuano de racion.* Hodie † vltra ſcribam portionis adſiſtit vnus ex Rationalibus Reg. Cameræ per ſingulas hebdomadas, qui interuenit ſolutionibus faciendis.

Moneta recipiantur per Regium Theſaurarium cum interuentu Perceptoris ſignificatoriarum. h. d. Tapia.

EXPRAGMATICA I.

De offic. proc. Cæſ.

CAROLVS. &c.

Item ſtatuimus, vt quando pecunia recipitur à Theſaurario noſtro generali, non deſtinetur illa penes numularios, ſed recta via intret in Regia Theſaureria, & tunc cum interuentu Perceptoris ſignificatoriarum pecunias prædictas capiat, ad hoc vt Perceptor ipſe poſſit videre qualitatem monetarum, & noſtræ Regiæ Cameræ referre, vt valeat condigna ſalaria pro monetarum vectura ſtatuere, nec inde Regia Camera noſtra decipiatur, prout hactenus obſeruatum extitit.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

Hæc pragmatica non ſeruatur, ſed id quod ſupra diximus in pragmatica præcedenti.

Pecunia ſoluatur cum interuentu vnius de officialibus conſeruationis Reuit.

EX PRAGMATICA IIII.

De officio quæſt. general.

REX CATHOL.

Item por euitar las fraudes que ſe podrian hazer, aſſi en non pagar buena moneda, como en tardar las pagas, y comprar las libranzas à menos precios, y otras muchas fraudes que en eſto ſe podrian hazer, mandamos que todo quanto el dicho nueſtro Teſorero general, ò Regente el dicho officio pagaren ſe à en preſentia de vno del officio de nueſtro Cõſeruador ganeral, el qual haya de ſcriuir de ſu mano en las eſpaldas del mandamiento del dicho nueſtro Viſo Rey, con que pagare la qual quantidad, como en ſu preſencia ſe paga, y note en los dichos libros del dicho de nueſtro officio de Conſeruador, la quantidad que ſe pagare, y en que moneda, y anſi quando ſe paga, y lo que de otra manera el dicho nueſtro general Teſorero, ò Regente el dicho officio pagare non le ſea recebido en quenta.

CAR. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

De vno del officio de nueſtro Conſeruador. Hodie † non ſeruatur, vt ſupra diximus in prag. præcedenti, ſed ſolutiones fiunt cum interuentu ſcribæ portionis. T 1

Si pecunia quæ eſt in Regia Theſauraria non ſufficit pro ſolutione omnium liberanstarum diuidantur inter habentes maiorem neceſſitatem. Reuit.

EX PRAGMATICA IIII.

De officio quæſt. general.

REX CATHOL.

Item porque ſegun las neceſsidades ſuelen acaeſcer, puede occurrir, q̃ algunas vezes el dicho nueſtro general Teſorero, ò Regente el nueſtro officio, no tenga dinero para pagar todas las libranças que en el eſtunieren hechas, y en tal caſo es razon que el dinero que huuiere ſe reporta por las perſonas q̃ mas neceſsidad tuuieren, ſegun la qualidad del tiẽpo, y de los negocios lo requiere, por ende mandamos, que quando el dicho nueſtro Teſorero general, ò Regente el dicho nueſtro Teſorero general, ò Regente el dicho officio recibiere dineros nueſtros, antes de hazer las pagas, que dellos vuiere de hazer, por virtud de los mandamiẽtos, conſulte las pagas que hnuieren de hazer con el dicho nueſtro Viſo Rey, diziendole las libranzas que hay, y el dinero que hay, y ſegun el repartimiento que el dicho nueſtro Viſo Rey hiziere por ſu poliza firmada de ſu nombre, y ſeñalada del dicho nueſtro Conſeruador general, aſsi lo reparta, y pague.

Hoc hodie † non ſeruatur. Tapia.

Idem prouiſum eſt per eundem Regem Catholicum in anno 1509. & per Cæſaream Maieſtatem in anno 1520.

PRAGMATICA V.

De officio quæſt. general.

Regis Catholici in anno 1505.

Item mandamos el dicho nueſtro Teſorero general del dicho Reyno, ò Regente el dicho officio de quenta de ſu adminiſtration en la nueſtra Ca-

Camara de la Summaria de ſeis meſes, como en la orden, y coſtumbre del dicho Reyno.

Theſaurarius generalis, & cæteri miniſtri pecuniarij computa exhibeant, cauſam exprimentes, idemq; Theſaurarius apocas, receptionis pecuniæ diſtinctas faciat, vt valeant miniſtri illas præſentare. h. d. Tapia.

EX PRAGMATICA V.

De officio quæſt. general.

Cæſ. Maieſtatis in anno 1509.

QVoniam Maieſtati noſtræ retulerunt, quod patrimonium noſtrum, & iura fiſcalia in cõfuſione quadam percurrere non deſinunt ex computorum noſtrorum officialium præſentatione, quæ in noſtra Regia Camera fit, dum præterita futuris immiſcentur in non modicum præiudicium patrimonij Maieſtatis noſtræ, quamobrem volentes, vt tenemur, indemnitati noſtræ prouidere, ordinamus, & mandamus, quod Theſaurarius noſter generalis, Portulani, Perceptores, Dohanerij, & officiales alij quicumque deinceps cõputa ſua in noſtra Regia Camera exhibeant, cum cauſa ſpecifica cuiuſcumque partitæ introitus, aut exitus de tertio in tertium finita, ac benè declarata, & tantum ea quæ eiuſdem ſunt temporis, & non de præteritis, tam in introitu, quàm in exitu conſuetis temporibus præſentent, ne prout fit euenire contingat, vt numquam præſens ſtatus patrimonij noſtri certus ſit: Ea propter tantummodo iſta continuè pertractentur, de præteritis vero ſpecialem, & ſeparatam notitiam maximè reſiduorum exhibeant, nec aliter à noſtra Camera excipiantur.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HÆc pragmatica fuit poſita ſupra tit. de offic. procurator. Cæſar. prout antea poſita erat ſub num. 41. pragmaticarum in eodem tit. de offic. procur. Cæſar. ab alijs ipſarum compilatoribus.

Officiales pecuniarij ſingulis menſibus mittant bilancium introitus, & exitus ad Regiam Cameram hoc dicit Tapia.

PRAGMATICA XL.

De offic. proc. Cæſar.

PHILIPPVS II.

ITem mandamus ſeruari quartum capitulum dicti immortalis memoriæ Catholici Regis inſtructionum, cuius tenor talis eſt.

Tenor cap. iiij. inſtructionum Cath. Regis.

Item ordenareis, quæ todos los miniſtros, y officiales que tienen cargo de recebir rentas, y dineros nueſtros en aquel Reyno, ſo pena de priuaciõ de ſus ſalarios, os embien cada mes en Summaria balance de todo lo que hauran recebido, y pagado en tiempo de ſus adminiſtraciones, como ſe hazia en tiempo del Rey Don Fernando primero nueſtro Sobrino.

Quod fieri iubemus vna cum cautelis, iuxta formam nouæ inſtructionis, poſitę inter inſtructiones Perceptoribus traditas, & quilibet Rationalis de dicto bilancio, rationem in Cameta facere teneatur.

Solutiones faciendæ in prouincijs fiant de mandato Regis, vel Viceregis, & inſeratur in mandato Theſaurarij ordo de verbo ad verbum. h. d. Tapia.

PRAGMATICA VI.

De offic. quæſt. general.

Regis Catholici in anno 1505.

ITem porque algunas vezes no ſe pueden pagar todas las quantitades de dinero en la Teſoreria, y es neceſſario conſiñarlas en alguna Prouincia, paraque alli ſe paguen, porende mandamos que las dichas conſiñaciones que ſe hizieren, ſe hagan con mandamiento nueſtro, ò del dicho nueſtro Viſo Rey en nueſtro nombre firmado de ſu mano, y aſſentado lo en los dichos libros de dicho officio de nueſtro conſeruador general, y ſeñalado de ſu mano, dirigido al dicho officio, y que en la conſiñacion que hiziere el dicho officio, vaya inſerto de palabra à palabra en el dicho mandamiento, y que aſſi miſmo las dichas conſiñaciones ſean aſſentadas en los dichos libros del dicho officio de conſeruador nueſtro general, y ſeñaladas de vna perſona del dicho officio para que por alli ſe pueda ver como ſe conſiñaron, y que qualquiera exactor de pecunia que pagare por otra orden, que non le ſea recebido en quenta.

Regis Catholici in anno 1509.

Item porque algunas vezes nõ ſe pueden pagar todas las quantitades de dinero en la Teſoreria, y es neceſſario conſiñarlas en alguna prouincia, paraque alli ſe paguen, porende mandamos, que las dichas conſiñaciones, que ſe hizieren, ſe hagan con mandamiento nueſtro, ò del dicho nueſtro Viſo Rey en nueſtro nombre firmado de ſu mano, y aſſentado en los libros del dicho officio de nueſtro Eſcriuano de racion, y ſeñalado de ſu mano, dirigido à vos, y que en la conſiñacion, que vos hizieredes, vaya inſerto de palabra el dicho mandamiento, y que aſſi miſmo las dichas conſiñaciones ſean aſſentadas en los libros del dicho officio de nueſtro Eſcriuano de racion, y ſeñaladas de vna perſona del dicho officio, paraque por alli ſe pueda ver como ſe conſiñaron.

Cæſ. Maieſtatis in anno 1520.

Item porque algunas vezes no ſe pueden aſſi bien pagar todas las quantitades de dinero, que por mandamiento nueſtro, ò de dicho nueſtro Viſo Rey ſe han de pagar en la Teſoreria, y ſe ſuelen conſi-

conſeñar en algunas Pronincias, paraque alli ſe paguen, mandamos que las dichas conſeñaciones que hizieren, ſe hayan de firmar por el official del dicho nueſtro Eſcriuano de racion, que eſte cabe el, paraque las note en los libros del dicho officio de nueſtro Eſeriuano di racion, y que en la conſeñacion, que vos hiaieredes, vaya enſerto de palabra à palabra el mandámiento, ò albaran, en virtud del qual ſe hiziere el pagamiento.

Officiales Theſaurarij nihil recipiant à creditoribus Regia Camera pro ſolutionibus illis faciendis. h. d. Tapia.

EX PRAGMATICA VI.

De offic. quæſt. general.

Cæſ. Maieſtatis in anno 1539.

§ ET quia ex cauſa conſignationum faciendarũ accepimus officiales dictæ Theſaurariæ ſolutiones illicitas ab aliquibus eapere conſueuiſſe, vel aliqnam partem qnantitatis per Regiam Curiam debitam pęnes ſe retinuiſſe, aliter ereditoribus dictæ curiæ ſibi debitum conſequi non valentibus, cum ipſi officiales pro exercitio ſuo ſalarijs ipſius Regiæ curiæ gaudeant, idcirco mandamus, & expreſſe iubemus, quod poſt hac à dictis conuentionibus, ſolutionibuſq; illicitas, ſeù retentionibus abſtineant, mandamuſq; inſuper, vt, id quod indebitè perceperint eis, à quibus perceperint, ſeù quorum debitorum partem retinuerint, omnino reſtituant.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

1 HÆc pragmatica, ſeù §. malè † hodie ſeruatur, & eſt hæc potiſſima cauſa triſtitiæ, quam habent ſubditi, qui aliquid debent exigere à Regia curia, coguntur enim maximam crediti partem inter hos, vel illos diſtribuere, eſtque in cauſa, vt diffieillimè inueniantur, qui neceſſitatibus curiæ ſuccurrere veliot, ideòque de Catone ſcribit Plutarch. in eius vita, & refert Alex. ab Alex. maximam euram habuiſſe, vt quæſtorum ſeribæ fideles eſſent, & integri, ſeueriſſimè io eos animaduertens, qui cootrafeciſſent. *Cato verò* (inquit) *in quæſtura Miniſtros, & Scribas rationibus obnoxios grauiter increpitos, quod parum integra fide æra perſoluiſſent, fœdum in modum vexaſſe, & magiſtratum deceſſiſſe dicitur.*

Theſaurarius generalis tempore, quo fiunt locationes gabellarum in Regia Camera interueniat in ipſa, fiantq; huiuſmodi locationes ſolemniter. h. d. Tapia.

PRAGMATICA VII.

De officio quæſt. general.

Cæſ. Maieſtatis in anno 1520.

ITem porque de los miembros principales de nueſtras rentas del dicho Reyno, es el de las Doanas, ordenamos que en la forma del arrendamiento dellas, ſe tenga eſta manera, que vos vays à la nueſtra Camera de la Summaria, y con enteruencion de toda la banea hagays poner Bandos pu bilcos ſobre los arrendamientos de las dichas Doanas, y que los precios que offereſcieren los arrendadores, que ſalieren, los noten todos iuntamente, y que no ſe accetten, ni ſe concluyan ningunos arrendamientos, ſino quando à todos communemente pareciere, que ſe deuan aeetar, y concluyr, y que aſſi miſmo vos en preſencia, y con el parecer de toda la dicha banca, quando ſe huuieren deliberar, lo hagais con la candela encendida, como ſe accoſtumbra, y recebays, las fiançças neceſſarias, y que en todas las arrendaciones, que ſe hizieren de todas las Doanas, y Fundicos, y Gabellas, y de las otras rentas Reales nueſtras deſſe Reyno, entre los otros officiales nueſtros, qne tienen cargo de hazer arrendar las dichas rentas, enteruegais tambien vos, y hazerlos eis aſſi.

Poſt publicata banda arrendamentorum, quæ per Regiam Cameram facienda ſunt, ſeruatur hodie, vt ſtatuta die oblationes præſententur Illuſtriſſimo Vice Regi in Collaterali Concilio, cum interuentu Regiæ Cameræ, Theſaurarijq; generalis cauſæ, ibiq; aperiantur, & omnium voto, quæ meliorem conditionem Regiæ Curiæ affert, aeceptatur, ſuper qua iterum publieantur banda, & tãdem præfinita die in eadem Regia Camera, cum iuteruentu eiuſdem Theſaurarij aecenſa candela, plus offerenti liberantur. Quod eum ritè, & rectè procedat, mandamus in poſterum obſeruari.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HÆc pragmatica hodie ooo ſeruatur, quoad neceſſarium interuentum Theſaurarii: interuenit † enim ſi vult, ſi 1
huiuſmodi loeationes, (vt diximus) fiaot per Regiam Cameram, & fideiuſſores Arrendatorum † recipiuntur per magiſtrũ 2
actorum ipſius, deberet tamen Theſaurarius ratione ſui officij adſiſtere, & eurare, vt redditus augerentur, vtq; perſonis idoneis locarent, vt facilior ſit exactio imitando Catoneoi, de quo Alex. ab Alex. dierum genial. lib. 1. cap. 1. ſcribit, *qui idem accuratè quæſturam geris, vt vnus ex quæſtoribus quotidie ad Ærarium veniret primus, & rationibus confectis recederet poſtremus.*

Perceptor ſe obligent de ſoluendo quantitates receptas tempore debito, & nolentes cogantur. h. d. Tapia.

PRAGMATICA VIII.

De officio quæſt. general.

Cæſ. Maieſtatis in anno 1520.

ITem mandamos que no conſentais, que algunos de nueſtros Perceptores, y Commiſſarios pecuniarios del dicho Reyno dexen de hazer os la obligacion que ſi açoſtumbra de pagar en tiẽpos determinados la recepta de ſu adminiſtraciõ, y ſe alguno no quiſiere hazer la dicha obligacion auiſandonos dello, porque en tal eaſo nos proueeremos de mos de tal offieio à otro que lo haurà, y dareys dellas copia à nueſtro Eſcriuano de racion, y la dicha nueſtra Camera de la Summaria, à la qual mandamos, que tenga eſpecial cuidado de hazer que ſe guarde in contenido en ellas enteramente, y en eſpecial lo que prometten que

los

los que primero cobraren, primero paguen, y que aſſi miſmo no dexen de cager, lo que á ſu tiempo viniere por intereſſe ripor ruego.

Hoc capitulum ſeruari mandamus vltra obligationes, & fideiuſſiones, quæ per dictos miniſtros pecuniarios in Regia Camera præſtantur.

CAROL. TAP. REG. CONS. ANNOT.

Dle hodie ſeruari & vltra obligationem † præſtant Perceptores fideiuſſionem.

Officium Perceptoris ſignificatoriarum ſpectat ad Theſaurariũ, ſed hic ordo fuit reuocatus.

PRAGMATICA IX.

De offic. quæſtoris generalis.

Cæſ. Maieſtatis in anno 1520.

ITem porque hauemos proueido, que el officio de las ſiñificatorias ſe conſuma, porque no es neceſſario, y el cobrar de las dichas ſiñificatorias pertenece á vueſtro officio, nos vos encargamos, y mandamos, que hagais cobrar las pecunias de las dichas ſiñificatorias, con mucha diligencia, y eſto podrá hazer por vos el official que teneys para ſolicitar, y cobrar las rentas de Napoles, y aſſi no es meneſter que para ello ſe ponga otro official.

Cum ex ordine Regio in præſentiarum officium Perceptoris ſiñificatoriarum exerceatur per alium, ſeruari hoc opus non eſt, mandamus tamen, & iniungimus dicto generali Theſaurario, vt ſeruet ordines, quatenus cum tangunt, expeditos circa Perceptorem ſignificatoriarum poſitos in inſtructionibus, & ordinibus Regiæ Cameræ.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

1 HOdie officiom hoc † Pereeptoris eſt ſeparatum, & exereetur tam hie Neap. quàm extra aduerſus omnes, qui per Cameram Regiam ſignificantur.

Theſaurarius generalis conſeruet reſiduum quantitatis aſſignata pro ſtipendio continuorum, & militum grauis armaturæ, relationemq; faciat de cauſis huius reſidui, & interueniat in compoſitionibus, quæ fiunt per Magnam Curiam Vicariæ. h. d. Tapia.

PRAGMATICA X.

De offic. quæſt. general.

Cæſ. Maieſtatis in anno 1520.

ITem por las dichas inſtrnctiones dirigidas al dicho nueſtro Viſo Rey, proueemos, que el dinero, que ſobrare en cada paga, que ſe hiziere á los continos, y gentes de armas de las faltas, que en ellos ſe hallaren, como ſiempre ſuele acaeſcer, lo conſerueis vos á parte, y hagais, memorial de las faltas que haurá hauido en cada paga, y del dinero que dellas haurá quedado, porque pues eſta conſiñando enteramente todo lo que monta el ſueldo de los dichos continos, y gente de armas, ſepamos lo que en cada vn año monterá las faltas que en ellas haurá, como ſe ſuole hazer en Caſtilla, y en otras partes, aſsi miſmo proueemos, que todo el dinero que procediere de las cõpoſitiones, venga á nueſtras manos, y que en nueſtra gran corte de la Vicaria no ſe haga † compoſicion ninguna, ſin conſultarla primero con el dicho nueſtro Viſo Rey, para que no de lugar, á que ſa compongan delictos graues, y que para en lo que huuier lugar la compoſicion ſe mire, lo que comple á vueſtra corte, y el dicho nueſtro Viſo Rey mande que en todas las compoſiciones que ſe hizieren, de qui adelante enteruengais vos, y que ſin vos no ſe haga cõpoſicion alguna, que vos antes que ſe concluyan la conſulteis con el dicho nueſtro Viſo Rey, porende aduertieris, y proueereis en que aſsi ſe haga.

Quantnm attinet ad compoſiciones, qnia vſu non eſt receptum, vt Theſaurarius generalis in eis interueniat, & data eſt forma in magna curia Vicariæ, quemadmodum faciendæ ſint, præcedens capitulum in alijs tantum ſeruari mandamus.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

COmpoſicion ninguna. Die † compoſitiones non fieri inconſolto Prorege de delictis, pro quibus venit impoℓ̃da pœna mortis naturalis, ciuilis, aut membri abſciſſionis, ſed Iudices Magnæ Curiæ die Mercurij relationem faciũt in Collaterali Concilio ibiq; decernitur quid agendum. alia verò delicta † componũtur in Magna Curia præuio memoriali decretato per Dominum Regentem Regiæ Cancellariæ, qui die Sabbati de mane venit ad viſitam carceratorum faciendam, & Veſperi fiunt compoſitiones, non autem cum interuentu generalis Theſaurarij, neq; alterius eius nomine, bene tamen interuenit Perceptor prouentuum Magnæ Curiæ, qui ſubſcribit ſe in decreto poſt omnes Iudiees ipſius. 1 2

Miniſtri pecuniarij non participent in cambijs, nec alijs negociationibus. h. d. Tapia.

PRAGMATICA XI.

De officio quæſt. general.

Cæſ. Maieſtatis in anno 1539.

ET quoniam per pragmaticam á nobis editã Neapoli, prohibitum eſt, quod officiales pecuniarij, neq; per ſemetipſos, neq; per interpoſitas perſonas in cambijs, partitis, quibuſcunque alijs contractibus faciendis cum Regia curia, participare, aut interuenire directè, vel indirectè vllo pacto poſſint, nunc denuò mandamus, quod dicta pragmatica inuiolabiliter ſeruetur, tam per Theſaurarinm, quàm per reliqnos alios officiales, ſub pœnis in ea contentis, & alijs maioribus noſtro arbitrio reſeruatis.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

IDem † ſtatutum eſt in Regno Franciæ, vt tradit Rebuff. ad conſtit. Galliæ tit. de mercatoribus art. 1. gloſ. 7. 1

Theſaurarius ſingulis hebdomadis relationem faciat vna cum Locumtenente Regia Cameræ de ſtatu arcæ Reg. & Theſaurariæ, & expenſarum minutarum. h. d. Tapia.

EX PRAGMATICA XI.

De officio quæſt. general.

Cæſ. Maieſtatis.

PRæter ordines, prouiſioneſq; iam dictas, præcipimus atq; mandamus, vt quemadmodum in vnoquoq; Sabbati die, generalis Theſaurarius vna cum Locumtenente Regiæ Cameræ nobis bilancij relationem faciat caſſæ pecuniæ Regiæ illius hebdomadæ, ſic etiam dictus Theſaurarius nobis particularem in ſcriptis relationem faciat & expenſarum minutarum omnium, quæ in dicta hebdomada contigerunt, procuretque, vt in vnoquoque Sabbati die de ijs mandatum expediatur.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

EXpenſarum minutarum. De hoc diximus in pragmatica 56. de offic. procur. Cæſar. vbi dicitur Perceptores † prouinciales deſcribere debere diſtinctim expenſas minutas.

Theſaurarius generalis non deputet Commiſſarios extraordinarios niſi data notitia domino Proregi. h. d. Tapia.

EX PRAGMATICA XI.

De offic. quæſt. general.

Cæſ. Maieſtatis.

ITem quod dictus Theſaurarius deputare officialem aliquem extra ordinarium non poſſit cum ſeruitio ordinariorum officialium vti poſſit, qui ordinarij à Regia Curia mercedem ſtipendiumque recipiunt, quod ſi acciderit dictos ordinarios hic Neapoli, ſeù alicubi occupatos eſſe, neceſſariumq; eſſet pro Regiæ Curiæ ſeruitio alios extra ordinarios deputare pro ſolutionibus per Regnum faciendis, vel pro aliqua alia neceſſaria, nec tunc quidem ipſe Theſaurarius deputet, nec deputare poſſit eos, niſi nobis de his prius notitiam dederit ac de his nos conſuluerit.

Præcipimus igitur atq; mandamus, vt ſupradicta omnia vos ad vnguem ſeruare debeatis, ſeruariq; ad plenum à veſtris officialibus, atq; miniſtris curetis, ſub pœna indignationis Regiæ, & priuationis veſtri officij.

Datum in Regio Palatio Neapoli die 22. menſis Septembris 1559.

Don Peraſan.

V. Albertinus R. V. Villanus R. V. Reuerterius R.

Dominus Vice Rex, Locumtenens. & Capitaneus generalis mandauit mihi Ioanni de Soto.

In cur. 4. fol. 208.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

1 HOc etiam hodie ſeruatur, † nam litteræ patentes expediuntur per Illuſtriſſimum Dominum ViceRegem.

Perceptores prouinciarum exequutiones per ipſos factas non emant, abſtineantq; ab omni negociatione, & commercio, nec paſcuis alienis vtantur, nec munera ab vniuerſitatibus recipiant. hoc dicit Tapia.

PRAGMATICA XLVIII.

De offic. proc. Cæſ.

PHILIPPVS II.

IN inſtructionibus quas Prouinciarum Perceptoribus ſolitas eſſe tradi videmus expreſſè cauetur officialibus præfatis commercia quælibet interdicta in decretis ſibi Prouincijs ſub his verbis.

Item vi comandiamo ſotto detta pena di priuatione di voſtro officio, & altra reſeruata ad arbitrio de ſua Signoria Illuſtr. & di queſta Camera, che voi, ò altro da voſtra parte non debbiate comparare nè participare in alcuna compra, che ſi faceſſe di robbe, animali, ò altri beni di che natura ſi ſiano, capiendi in vim executionis, per cauſa di detti pagamenti fiſcali, & vendendi per voi, ſeù per voſtri eſſecutori. & altri per voſtra parte, & non farete, nè farete fare alcuna negociatione, commercio, ſeu induſtria, nè practicare con altri in detta à voi decreta Prouincia.

Et ſimiliter hoc prohibitum reperitur per inuictiſſimum Carolum Quintum Imp. inter prag. per eum editas die 22. Martij 1536. In prag. quę incipit, Neque etiam ſub dicta pœna.

Et demum in anno 1540. eiuſdem Cęſareę Maieſtatis alia emanauit pragm. huius tenoris.

Item pro bona conſeruatione ſtatus noſtri, & populorum noſtrorum, ne ab officialibus noſtris vexentur, ſtatuimus, & mandamus, vt Perceptores noſtri in prouincijs eorum, nec per ſe, nec per miniſtros ſuos, aut alios quoſcumque palam vel occultè, qnicquam niſi pro eorum vſu emant, nec animalia ad veſcendum paſcua detineant, neque etiam eſculenta, aut poculenta ab vniuerſitatibus ſubditis capiant, ſed propria prouiſione remaneãt contenti, nec etiam pro retardandis exactionibus noſtræ curiæ debitis, vel pro reſtituendis executionibus factis aliquid recipiant ſub pœna amiſſionis prouiſionis huius anni prima vice, & pro ſecunda ſub pœna priuationis officij, in quam ipſo iure abſque aliqua declaratione incurrant, tam ipſi, quam ſi dicti eorum miniſtri prædicta commiſerint.

Mandamus igitur prædictas pragmaticas, & inſtructiones inuiolabiliter obſeruari, verum quo ad pœnam in caſu prædicto ſtatutam, mandamus ſeruari inſtructionem prædictam Perceptoribus traditam, ac pragmaticam præinſertam anni 1536. & hoc idem quo ad Magiſtros Portulanos locum habere decernimus, & declaramus.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

DE hac materia emptionis, † & venditionis faciendæ, deq; receptione munerum adſunt prohibitiones factæ officialibus Regiæ Cameræ, vt dictum eſt in pragmatica 17. de officio proc. Cæſar. vbi aliqua breuiter diximus. 1

Perce-

Digitized by Google

Perceptores prouinciarum nihil recipiant ab vniuerſitatibus ex quauis occaſione. h. d. Tapia.

EX PRAGMATICA I.

De offic. proc. Cæſ.

CAROLVS. &c.

§ ITem pro bona conſeruatione ſtatus noſtri, & populorum noſtrorum, ne ab officialibus uoſtris vexentur, ſtatuimur,& mandamus, vt Perceptores uoſtri in prouincijs eorum, nec per ſe, uec per miniſtros ſuos, aut alios quoſcumque palam vel occultè quicquam niſi pro eorum vſu emant, nec animalia ad veſcendum paſcua detineaut,nequè etiam eſeulenta, aut poculenta ab vniuerſitatibus, vel ſubditis eapiant, ſed propria prouiſione remaneant contenti, nec etiam pro retardandis exactionibus noſtræ curiæ debitis, vel pro reſtitueudis executionibus factis aliquid recipiant, ſub pœna amiſſionis prouiſionis vnius anni pro prima vice, & pro ſecunda ſub pœna priuationis officij, in quam ipſo iure abſque aliqua declaratione incurrant tam ipſi, quàm ſi dicti eorum miniſtri prædicta commiſerint.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

1 HÆc pragmatica malè ſeruatur, † vt audiui, & aliqua vidi; de receptione tamen muuerum ſuo loco dicemus in tit. de offic. muner. recip.

Perceptores prouinciarum de ordine Regiæ Cameræ accedant ad loca Baronum defunctorum, & informationem capiant de fructibus illius anni, hodie tamen ſolùm tenentur certiorem reddere Cameram de morte Baronis, vt in pragmatica 53. ſequ. hoc dicit Tapia.

EX PRAGMATICA I.

De officio proc. Cæſ.

CAROLVS V.

§ ITem volumus,& mandamus,quòd Perceptores Regni noſtri in Prouincijs eorum, ſtatim, quòd Barones moriuntur, infra menſem, vel antea ſi per Regiam Cameram Summariæ fuerit eiſdem iniunctum cum prouiſione conſueta ad loca feudorum accedant, & informationem de fructib. illius anni capiant, ne poſtmodum tempore exactionis releuij, maximè in pupillis,quæ in ſolutione vſq; ad pubertatem expectantur, vera introituum ipſorum notitia haberi nequeat,nec contrarium faciat ſub pœna amiſſionis prouiſionis vnius anni.

CAR. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HOdie tamen Regia Camera † ſolet has informationes committere ſcribis ipſius.

EX PRAGMATICA LIII.

De officio proc. Cæſar.

PHILIPPVS II.

NEceſſarium etiam duximus pragmaticam editam in anno 1540. qua cautum erat prouinciarum Perceptores infra menſem à die feudatariorum mortis informationem capere debere de illis anni fructibus in melius reformare, tum vt Perceptores ab eorum officijs non diſtrahantur, tum vt maturius ad informationem capiendam procedatur, & ideo præcipimus Perceptores eoſdem ad illud non teneri, niſi de morte Cameram certiorem reddere, vt inde circa informationem capiendam Regia Camera conſultò prouideat.

Perceptores prouinciarum tranſmittant ſtatim pecunias Regias cum peruenerint ad ſummam ducatorum quingentorum, quod eſt correctum per pragmat. 55. de offic. procurat. Cæſar quæ hanc ſequitur, & iubet ſingulis menſibus tranſmitti. h. d. Tapia.

EX PRAGMATICA I.

De offic. procur. Cæſar.

CAROLVS V.

§ ITem mandamus Perceptoribus noſtris,vt,cũ vſque ad ducatos quingentos exegerint,prout in inſtructionibus habent, ſtatim illos Neapolim in noſtram Regiam Theſaureriam tranſmittant,& ſi contrafecerint,ad omnia damna,& intereſſe noſtræ Regiæ curiæ teneantur: Verum ſi pro minori ſumptu pro tranſmittenda maiori quantitate per menſem alium expectandum eſſe duxerint, hoc eis liceat, & non aliter.

PRAGMATICA LV.

De offic. proc. Cæſ.

CAROL. V.

QVo ad pecuniam tranſmittendam per Perceptores prouineiarum uon pragmaticam iã dictam, iubentem, quod quingentis coaceruatis ducatis illos tranſmittere curaſſent, ſed ordinem de duodecim Carrugijs per Cameram expeditum die 10. Aprilis 1548. omnino ſeruari mandamus continentiæ ſubſequentis, videlicet.

Magnifice vir, Hauendo queſta Regia Camara veduto nella relatione fatta delli conti dell'Adminiſtratione delli Regij pagamenti fiſcali ordinarij, & eſtraordinarij per li Camerarij,Percettori, & Theſaurieri delle prouincie delli Magnifici Rationali di detta Camera, alli quali detti conti ſtauano aſſignati, qualmente gli eſiti in quelli annotati per lo condure della pecunia delle prouincie nella general Theſaureria, la Regia Corte paga vna bona quantità di denari,oltre quello che giuſtamente doueria, & ſi deue pagare. Et volendo all'indemnità del Regio fiſco prouedere à detta Camera, hauuto copia delle tande, & tempi ehe li

prefati Regij officiali ſono obligati la detta pecunia portare, & pagare in detta Theſaureria, ha viſto aneo l'ordine, ſeu pragmatica per auanti ſopra ciò fatta, la qual ordina, che ogni volta che ſi trouaſſero eſatti da ducati 500. in sù, quelli ſi mãdeno in Theſaureria, & eonſiderato anco l'ordine dato alle Terre delle prouineie di accompagnare il Carruggio per condurre la pecunia Regia: Et perche la diſeuſſione, & liquidatione delle pragmatiche, ſeu partite che detti officiali ſi poneano in eſſito era ſempre variabile, & conuenia quelle raſettare, acciò che detti Percettori haueſſero notitia eome ſi hanno da gouernare, & la partita ſe habbia da ponere in eſſito, con la vera, & certa quantità delli denari diſpeſi, è ſtato per la detta Camera del predetto fatta relatione all'Eccellentia dell'Illuſtriſſimo Signor VieeRè, & eon parere di queſta Regia Camera, è ſtato prouiſto, & ordinato, che dal predetto terzo di Paſca ſextæ indictionis incluſiuè, & deinde in antea, à ciaſchedun di eſsi Commiſſarij, Pereeptori, & Theſorieri ſi doneno, & admettino per ogn'anno dodici earruggi, & non vltra, di maniera che meſe per meſe venga il earruggio dalla piouincia con l huomo da cauallo, & doi da piedi, l'huomo con il mulo che porta li denari, il ſalario delli quali ſe gli paga per ragion di carlini tre per vno, l'huomo, & il cauallo, & gli huomini à piedi grana quindeci per vno, che ſono carlini noue il dì, attento la compagnia ſtà ordinata, che la faeciano le Terre à lor diſpeſe, & tamen coſto però ſe per la Teſoreria ſi ordinaſſe che li denari ſi pagaſſero in prouincia, in tal caſo non ſi habbia à far buono lo carruggio: & è contra, ſe mandaſſe in vn meſo altro che quello, che ſta deputato, ſi habbia da far buono, dal qual terzo di Paſca incluſiuè in antea, li predetti Commiſſarij, Percettori, & Teſorieri nullo modo ſi habbiano da ſeruire dell'ordine, che primo loco haueano di mãdare li ducati cinquecento eſſatti che erano, del qual ordine per ſua Eccellentia è ſtato ordinato, che non ſi tenga conto alcuno, li quali dodici carruggi calculata la detta ragione delle giornate, tanto di inuerno, come di ſtate ehe ſono neceſſarie dalla diſtantia del loco doue ſi regge la caſſa in pronincia in queſta Città, montano detti cento einquanta, & le dette prouiſioni per ſua Eccellentia, & per detta Camera fatte, ſono ſtate annotate nelli libri, & conti di queſſa prouincia, con la quale, & con li teſtimonij, & ſede della Teſoreria ſi ha da paſſare la partita per la ſumma predetta di ducati cento cinquanta: Per tauto vi diciamo &c. ehe debbiate il predetto ad vnguem eſſequire, & oſſernare, non ſacendo il contrario per quanto hauete, &c. & pena di ducati mille, & ſe diſiate &c.

Datum Neap. die Aprilis 1548.

Franciſcus Reuerterius M.C. Locumtenantes.

Andreas Stinca.

Io. Paulus Criſpus Magiſter actorũ. Nardus Antonius pro Notatore. In litterarum curiæ 46. fol. 110

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

COſto. Hoc † tamen per capit. Regis Caroli II. 124. quod ſequitur hanc pragmaticam erat prohibitum, ſed eo tem-pore non erant tam vrgentes neceſſitates Regiæ Curiæ prout nunc ſunt. Non tamen grauantur deferre pecuniam, ſed tantum homines per ſuum territorium concomitari, ne furtum aliquod ſuccedat.

Vniuerſitates non coguntur deferre pecuniam eorum expenſis. hoc dicit Tapia.

REX CAROL. II. Cap. 124.

ITem ſtatuimus, quòd Theſaurarij, Iuſtitiarij, & alij officiales Regni non granent vniuerſitates, quòd pecuniam per homines ſub vniuerſitatũ expenſis, & periculo eligendos ad Cameram, vel curiam Regiam, vel alia loca mittãt, ſed per viros ſufficientes, & idoneos de iuriſdictione ipſorũ ad expenſas curiæ debeant deſtinare.

I*Tem ſtatuimus, quòd Theſaurarij.* Iſtud capitulum declarat conſtitutionem, omnes officiales noſtros, & concordat cum capitulo, Item quod nullus officialis. & vide capitulum quod incipit, grauamina. Sed iſtud capitulum malè ſeruatur hodie per ærarios, & magiſtros cameræ. Barthol. de Cap.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HOc capitulum non ſeruatur. nam vniuerſitates † tenentur pecuniam per ipſas debitam Regiæ Cameræ ad Regium Perceptorem per ſuos homines tranſmittere, ſicut etiam tenentur præſtare homines ad concomitandum pecuniam, quæ à Perceptoribus tranſmittitur Neapolim. e

Præſentetur in Regia Camera teſtimoniale, vbi annotetur dies quando Carrugium diſcedit, & quantitas pecuniæ. h. d. Tapia.

EX PRAGMATICA III.

De offic. quæſt. general.

Cæſ. Maieſtatis in anno 1536.

QVia hodie per Regiam Cameram ſtatutus eſt numerus carrugiorum dictæ monetæ ſingulis Perceptoribus prouinciarum, & ſalarium vecturæ ſimiliter eſt taxatum, prouiſumq; eſt vt in eadem Regia Camera præſentetur teſtimoniale publicum quando carrugius diſeedit, cum particulari liſta, ſeù notamento pecuniæ, & fides Theſaurarij generalis, quando ad eandem generalem Theſaurariam cum eadem qualitate, & quantitate pecuniæ applicuit, & aliter non admittitur, Ideo hoc de præſentia Perceptoris ſignificatoriarum nõ oportet ſeruari.

Perceptores prouinciarum apochas ſuſcribant eadem die, qua pecunias recipiunt nec poſt datas faciant. h. d. Tapia.

EX PRAGMATICA I.

De offic. procur. Cæſ.

§ ITem expoſuerunt Maieſtati noſtræ, quod Perceptores perquirentes ſolutionem pecuniarũ noſtrarum retardare, hac vtuntur fraude, quod apodixas, quas exactores populis faciunt, item illas ſub data poſteriori refaciunt, quibus prouidere volentes, ſtatuimus vt inde talia non attencentur,

Digitized by Google

tentur, ſed in apodixa ab exactore ſcripta, Perceptores, aut eorum Locumtenentes ſubſcribane in eodem integro folio dietim, prout ſolutiones fiunt.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

IDem fuit diſpoſitum per Cathol. Regem Philippum II. vt habetur in pragmatica 47. de offic. proc. Cæſar. quæ non eſt poſita, quia eſt duplicata de verbo ad verbum.

DE OFFICIO SCRIBAE PORTIONIS. Rub. xj.

1 DE huius officij origine, & † antiquitate, cui nempè ex antiquis comparetur, ſcribit multa Marin. Frecc. lib. 3. de ſubfeud. tit. de different. inter feud. regal. & alia nobilia nu. 21. qui ex Polibio lib. 3. de Vrban. quæſt. ait *negotioſa, & plena ſolicitudinis fuit adminiſtratio illa, nam & Erarij, & Vectigalium populi Romani curam gerere, tum ſi quid pecuniarum publicè, vel priuatim erogari, vel in Erarium condi deberent, cumquè exercitum ſcribere, & legiones eductas in campum perſpicere quæſtoribus mandabatur, qui ſingulos milites, duces, & ſigna tenebantur notare, Conſules; idcirco in expeditionibus comitando hodie hoc exercet munus portionis ſcriba per ſe, & per ſuos officiales poſſet hac de cauſa vocari Quæſtor Vrbanus magis à materia, quã*
2 *à loci dignitate, ſuum † eſt enim quærere, notare, & deſcribere cum monſtra fit, ſeu luſtratio cum Præfecte exercitus adſiſtere, perſpicere, & pecuniam militibus aſſignari facere.* (Hæc Marinus) qui paulo poſt, ex quo fuerit dictus ſcriba portionis, ſeù rationis, accuratiſſimè declarat, cuius dictis cum nihil ſit addendum, ad ibi dicta te remitto lector candidiſſimè, eo magis cum eius ſcripta approbata inuenerim ab illo eximio Iurecõſulto nunquam ſatis laudato Fabio Marcheſio in eius manu
3 ſcripta relatione, & à Scipione Rouito. Hodie ad huius officij adminiſtrationem fuit electus † Fabritius Sangrius Dux Veteri vir ſagaciſſimus, atq; in gerendis negocijs accuratiſſimus propter eius optimè geſta ſeruitia, dum Regiæ Dohanæ Menæpecudum Apuleæ officio eſſet functus, vt huius officij rebus tam collabentibus formam traderet.

Habet hic ſcriba Portionis ſub ſe † officiales iſtos. Primo Lo 4
cumtenentem, qui habet facultatem ſubſcribendi liberantias, item alium officialem, qui habet onus libri maioris, & alium, qui ei auxiliatur, Item officialem libri maioris militum cataphractorum, ſcribam liberantiarum, ſcribam regiſtri, alium, qui interuenit ſolutionibus, quæ fiunt in Regia generali Theſauraria, ſcribam cedularum, ſeù diurnalis dictæ Regiæ Theſaurariæ comprobatorẽ cedularum Theſaurariæ cum cedulis deſcriptis in officio ſcribæ portionis, alium qui interuenit pro expenſis maritimis, alium qui interuenit in expenſis pro ſtabulo Regiorum Equitum, alium pro Regijs fabricis in Ciuitate Caſetæ, habet etiam quatuor officiales ordinarios, qui interueniunt in luſtrationibus, & ſolutionibus faciendis militibus. Item, & duos oſtiarios, ſeù apparitores, qui deſeruiunt pro negocijs iſtius tribunalis, & generaliter † quotieſcunq; 5
dua, amat peregrinum, & dat ei victum, atq; veſtitum, & vos ergo amate peregrinos, quia fuiſtis aduena in Egypto) & Exod. 22. *viduis, & pupillis non nocebitis, ſi laſeritis eos, vociferabunt ad me, & ego exaudiam clamorem eorum. & indignabitur furor meus, percutiamq; vos gladio, & erunt vxores veſtra vidua, & filij veſtri pupilli*, & pſal. 40. *Beatus vir, qui intelligit ſuper egenũ, & pauperem in die mala liberabit eum dominus*, idq; etiam nos admonuit diuus Auguſt. ſermone 35. ad fratres, *Iudices duces populi eſſe debent orphanorum patres viduarum mariti, iuſtitia zelatores, & reipublica amatores*, quæ quidem omnia cunctis magiſtratibus cordi eſſe debẽti, dq; pluribus explicat authoritatibus ſacrorum doctorum Simancas de republic. lib. 8. c. 29. 30. 31. & ideo huiuſmodi præceptum receperunt Imper in l. vnica C. quando Imp. inter pupillos, & Hiſpani in l. 41. tit. 18. par. 3. ordinat. & in noua recompil. lib. 4. tit. 3. l. 9. & ibi latè per Azeued.

18 Habemus igitur ex hoc tex. † Mag. Cur. vti Regium, ſupremumq; tribunal eſſe iudicem competentem miſerabilium perſonarum, hoc eſt viduarum, pupillorum, & aliorum, vt ſupra diximus. Intellige primo hanc concluſionem, vt non ſolũ habeat locũ in vidua paupere; ſed etiam ſi ſit diues, ita ſeruari in Sacr. Conc. teſtatur Vinc. de Franchis deciſ. 100. num. 19. poſt Couarr. pract. quæſt. cap. 6. num. 2. & ſequitur doctiſſimus Azeued. ad l. 9. tit. 3. lib. 4. nouæ recollect. nu. 9. quicquid dixerit Marant. in ſua praxi 4. part. 8. diſtinct. nu. 69. cuius dictum intelligit D. Præſid. num. 20. quo ad patrocinium, nõ quo ad fori competentiam.

Amplia hanc concluſionem, etiam ſi poſt electionem fori nuberet, aut remitteret poſt litem conteſtatam, vel poſt decretum interpoſitum ſuper iudicis competentia, vt dicit Carau. tit. 233. quæſt. 4. num. 12. & ſeq. & remiſſiuè poſt. Foller. & Grammat, Præſes de Franch. deeiſ. 257. in fine. 19

Intellige quod diximus de vidua etiam in muliere habente virum inutilem, vt puta de viro exulato, vt dicit Azeued. ad legem 9. tit. 3. lib. 4. nouæ recopil. numero. 10. poſt Felin. & Couarr.

Hoc tamen Priuilegio non gaudet vidua ſi luxurioſè vitam ducat poſt Andr. & Afflict. hic Couarr. pract. quæſt. c. 7.

Secundo non gaudet mulier, quæ virum occidit, vt poſt Couarr. pract. quæſt. cap 6. num. 3. in fin. tradit Azeued. ad l. nonam tit. 3. lib. 4. nouæ recollect.

Amplia ſecundo principaliter ad † Virginem, vt poſt Andr. 20
& Afflict. hic quæſt. 8. ſæpe iudicatum fuiſſe in Saer. Concil. tradit Vinc. de Franch. deciſ. 100. num. 1. nulla habita diſtinctione, an habeat animum perpetuò in virginitate permanẽdi, prout ſunt ſanctimoniales, an verò nubendi: hoc de virgine intellige etiam ſi eſſet deſponſata per verba de futuro, vt docet Andr. hic verſ. *Item quod ſi vidua*, qui videtur in contrariam

Digitized by Google

traſiam partem inclinare, quando eſſet deſponſata per verba de præſenti, licet concluſionem non diſputet, ſed diſputabilẽ dicat, quem ſequitur Afflict. hic num. 30. ego tamen pro nũc affirmarem etiã priuilegio iſto gaudere deſponſatam per verba de præſenti, cum vel per obitum viri, vel per alias cauſas poſſit matrimonium diſſolui, ſicuti per ingreſſum religionis, vt latè declarauimus in auth. ingreſſi C. de ſacroſ. Eccleſ. in verbo ingreſſi c. 12. extende etiam iſtam concluſionem de virgine ad illam, quæ eſt ſub patris poteſtate, & vult ſuam, vel ſuorum proſequi iniuriam patre negligente, vt poteſt colligi ex dictis per Vinc. de Franch. dict. deciſ. 100. num. 12. verſ. ſed dubium, licet punctus non fuerit deciſus.

21 Amplia tertio † ad Eccleſiam, nam ex vi interpretationis priuilegium conceſſum pupillis, viduis, & reipublicæ extenditur ad Eccleſiam, vt latiſſimè per Tiraq. in tract. piæ cauſæ priuil. 137. poſt alios, quos adduximus ad l. fin. ff. de conſtit. Princip. cap. 3. ſecundæ partis num. 88. ità tradit Andr. hic, qui teſtatur fuiſſe deciſum in Concil. & approbatum per Regem Robertum, & ſequitur Afflict. num. 16. verſ. ſed iuxta hoc fuit dubitatum, qui tamen nu. 17. dicit de iure communi hnc priuilegium non competere poſt Alex. conſ. 103. vol. 5. idem affirmat Couarr. pract. quæſt. cap. 7. num. 3. licet in vſu forenſi receptum ſit competere, & Capyc. deciſ. 160.

22 Quarto extende etiam hoc dictum de † eccleſia ad eccleſiaſticas perſonas pro iniuria ſibi ſacta prout doctiſſimè allegauit Io. Vinc. Anna alleg. 146. non enim debet eſſe deterioris conditionis perſona, quàm bona, quæ ad eius obſequium, & alimenta eccleſia habet.

23 Hoc tamen non procedit reſpectu bonorum patrimonialiũ clericorum, quia illa diuerſo iure iudicantur, prout Afflict. hic num. 22. Carauit. in rit. 229. poſſet tamen contrarium iudicari ex eo, quia cum huiuſmodi priuilegium electionis fori miſerabilibus perſonis concedatur ratione eorum impotentiæ, vtq; facilius eis iuſtitia miniſtretur, non videtur differens ratio in clerico, imò maior, ne ab altaris miniſterio abſtrahatur neue iurgantium controuerſijs ab obſequio Dei optimi maximi impediatur. Hæc enim lex quamuis Baronibus videatur officere, fauorabilis tamen eſt reipublicæ propter clericorum immunitatem, de hac tamen rè, quia (vt audiui) pendet deciſio facienda in Sacr. Conc. non quid ſentiam dico, regulariter tamen obſeruatur doctrina Afflicti.

Amplia quinto iſtam concluſionem, vt huiuſmodi perſonæ miſerabiles poſſint declinare forum etiam ſi commiſerint delictum, vt tradunt Andr. & Afflict. hic num. 23.

Amplia ſexto generaliter etiam ſi agat iure ceſſo, ſiue ex cauſa neceſſaria, & oneroſa, ſiue ex alia lucratiua, cum hæc conſtitutio generaliter loquatur, dum tamen ſit vera, & non ſimulata cauſa, ita poſt Andr. tenet hic Afflict. num 25. & ſequen. & deciſum teſtatur Vinc. de Franch. deciſ. 195.

Amplia ſeptimo, vt non ſolùm concedatur electio ad M.C. & ad alia regia tribunalia: ſed etiam variatio ab illis ad Curiam Baronis, vt tradit Afflict. hic numer. 34. & 35. traditq; Vinc. de Franch. deciſ. 100. num. 20. vt quotidie practicatur, quicquid in contrarium ſenſerit, & optimè Foller. in prax. crim in ver. audiantur excuſat. num. 20. propter fraudis ſuſpitionem, & ideò dicit D. Præſes de Franch. in d. deciſ. aduocatos fiſci, ſolitos eſſe facere diligentiam, & ſi repertum fuerit partes eſſe concordatas, non remictuntur cauſæ.

24 Amplia octauo, vt huius conſtit. beneficio gaudeant † meretrices, cum appellatione miſerabilium perſonarum cõprehendantur, vt deciſum teſtatur Vinc. de Franch. deciſ. 237.

25 Et vltimo animaduerte huiuſmodi † priuilegio miſerationis cauſa conceſſo non poſſe renuntiari, quia tolleret miſericordiam, quod eſt contra bonos mores ita poſt Felin. in cap. ſi diligenti de foro compet. num. 16. tenet Rebuff. in conſtit. Franciæ tract. de ſent. prouiſ. gloſ. 3. in fin. & Azeued. in lib. 4. nouæ recolle. & tit. 3. l. 9. num. 14. multa alia ſperialia, quæ conceduntur miſerabilibus perſonis vide per eundem Rebuff. loco citato.

26 Limita primo hanc conſtitutionem, non competere huiuſmodi priuilegium quando † pupillus, vel alia miſerabilis perſona vellet conuenire aliam miſerabilem coram ſuo iudice, quia ex concurſu cum pariter priuilegiato priuilegium amictitur, quod latè diximus ad l. fin. ff. de conſtitut Princip. cap. 8. ſecundæ partis, & licèt in hoc articulo Afflict. num. 19. facit aliquam diſtinctionem, & Couarr. pract. quæſt. cap. 7. nu. 3. verſ. *eſt, & in hoc tractatu*, plures etiam diſtiuguat articulos, in hanc tamen ſententiam deueniunt, vt actor ſequi teneatur forum rei, quàm veriſſimam, & abſolutè intelligit poſt Foller. Vinc. de Franch. noſtri Sacr. Concil. Præſes ampliſſimus deciſ. 188. ex ritu 228. & 231. qui ſunt poſiti infra io tit. de iudit. eorumque, ordin. licet contrariam opinionem teneat eximius doctor Barthol. de Capua hic, cuius fundamentum dum aſſerit actorem habere dua priuilegia vnum electionis fori, alterum verò, quia lex magis fauet actori, quàm reo in principio iuditij, credo non eſſe conſiderabile, imò vt Afflict. hic animaduertit, reus habet duplex priuilegium, ſcilicèt priuilegium eligendi forum, ſi conuenitur, & priuilegium iuris communis, vt non teneatur exire de foro ſuo.

† Secundo limita non procedere quando cauſa eſſet feudalis, quia cum in ſpetie de feudis ſecundum iſtam conſtitutionem Mag. Cur. Vic. cognoſcat, & hodie Sacr. Concil. virtute Regiæ pragmaticæ, quæ eſt tertia de offic. Sacr. Concil. non poteſt coram alio tribunali ex defectu iuriſdictionis conueniri, vt tradit Afflict. hic nu. 33. & in deciſ. 257. poſt And. hic. 27

† Tertio limita non procedere quando conueniretur aliquis à miſerabili coram iudice, qui eſſet penitus incompetens conuenti, veluti ſi conueniretur coram magno Admirato, qui habet limitatam iuriſdictionem in perſonas, vt tradit Afflict. d. deciſ. 257. 28

† Quarto non procedit huius conſtit. priuilegium, quando conueniretur ex contractu inito, cum defuncto, vt dictat ritus Mag. Cur. Vic. 234. vbi Carau. traditq; Afflict. hic nu. 26. & Præſes de Franch. deciſ. 234. & 364. vel quando eſſet ceptum iudicium cum defuncto, & lis eſſet cum ipſo conteſtata, aliàs enim cauſa remicteretur, prout in praxi quotidie ſeruamus ex traditis in l. hæres abſens ff. de iudit. 29

† Quinto limita non procedere quando fuit conceſſum priuilegium, in quo adeſt clauſulà, non obſtantibus priuilegijs, quæ de iure, & per ſacras conſtit. Regni conceduntur pupillis, viduis, & miſerabilibus perſonis, vt tradit Afflict. hic nu. 15. † Princeps enim poteſt derogare priuilegio per ipſum, & per legem communẽ conceſſum, quod latè diximus in l. fin. ff. de conſt. Princip. in 2. par. cap. 9. idem tradidere Rebuff. in conſt. Franciæ tit. de ſent. proui. art. 3. gloſ. vltima poſt Cyn. & alios in l. vnica. C. quando Imper. inter pupill. & vidu. & D. Præſes de Franch. deciſ. 187. & deciſ. 192. Hæc tamen concluſio non procederet, quando priuilegium propter rebellionem eſſet amiſſum, & Rex alteri conceſſiſſet terram abſq; expreſſione iſtius clauſulæ, etiam ſi eſſet dictum prout melius, & plenius tenebat eius prædeceſſor, vt tradit Vinc. de Franc. deciſ. 192. 30

† Fallit ſexto niſi iurauerit perhorreſcere potentiam aduerſarij ſecundum ius nouum iſtius conſtit. & iuxta rit. 228. quod iuramentum habet præſtari à tutore pro pupillo, vt tradit Afflict. hic num. 37. vel per procuratorem, qui tamen debet habere ſpetiale mandatum, niſi eſſet procurator generalis cum libera, vt tradit Andr. in conſt. ſi quis in poſterum, & ibi etiam Afflict. & ita practicatur in Sacr. Concil. vt tradit Vinc. de Franchis deciſ. 257. 32

Non procedit ſeptimo vbi perſonæ prædictæ, vt pupillus vidua, & curialis eſſent Iudeæ, quia non gaudent hoc priuilegio, vt tradit Andr. in conſtit. ſi quis in poſterum, & poſt eum Carau. ad rit. 233. in principio.

T *Recurſum habuerunt.* Hodie tamen hoc non ſeruatur, ſed indiſtintè M. C. audit omnes ad illam confugientes, benè tamen verum eſt in dies prouiſiones expediri per † Collaterale Concilium, quibus prohibentur vaxalli adire regia tribunalia, omiſſo medio iudicis ſecundarum, vel tertiarum cauſarum, & ideo barones, qui habent clauſulas priuatiuas, prout omnes ferè habent, poſſunt prohibere vaſſallis, ne adeant Regia tribunalia omiſſis iudicibus ab ipſis conſtitutis, vt dicit Foller. in prax. crim. verſ. *audiantur excuſatores* num. 132. licèt ipſe dicat, quòd caueant, ne hodie id expreſſè dicant, quod non credo neceſſarium, quia quotidie ſeruamus in Sacr. Concil. & in Mag. Cur. quotieſcunq; ab officialibus baronum eſt appellatũ ad Magnam Curiam, & comparet baro petens remiſſionem ad ſuos iudices conſt. de priuilegio, propter quod datur facultas eligendi huiuſmodi Iudices ſtatim remittimus, † ſed quando cauſa eſt nimis grauis, vel adeſt timor, ne iuſtitia integrè miniſtretur, vel quando carceratus reperitur in carceribus Magnæ Curiæ, & terra baronis longe diſtat, vel ſi adeſt aliquis timor ſuſpictionis reſpectu iudicum baronis remictitur cauſa cum clauſula, quòd eligat iudicem in ciuitate, quòd etiam ſit quando adeſſet cauſa ſuſpitionis in barone licet dicit Frecc. de ſubfeud. lib. 3. de different. inter feuda quater. & plan. nu. 33 34

 37. 32.

Digitized by Google

37. Sacrum Concilium deputare iudicem, qui nomine baronis procedat, quód hodie non ſeruamus.

35 ꝉ *Temporis ſpatium.* Quod vero attinet ad hanc rem, † an poſſit per Regia tribunalia mandari iudici baronis, vt infra tot dies cauſam expediat, dic regulariter hoc eſſe prohibitum, debet enim ſimpliciter cauſa remicti abſq; alio vinculo, & ità ſeruamus in Sacr. Concil. niſi ex actis de malitia, vel maxima negligētia baronis aliud appareret, veluti quando carceratus aliquis extitiſſet, & fuiſſet nimis negligenter proceſſum in eius cauſa, tunc enim ſi non adeſt grauamen manifeſtum, remictitur ad primum iudicem cum iſta comminatione, quod vtrūq;

36 dixit † Io. Vinc. Anna ſing. 269. & ſequutus eſt doctiſſimus eius filius Fabius Anna alijs in locis comēdatus, qui allegat Marin. Frecc. in tract. de ſubfeud. lib. 2. 1 . authorit. immò poſſunt facere Regia tribunalia, etiam ſi baro haberet clauſulam in priuilegio, quod non poſſint fieri huiuſmodi comminationes, vt tradit Grammat. in voto 28. ſolent tamen Regiæ Audientiæ, & Mag. Cur. quando vaſſalli baronum ad ipſa tribunalia habent recurſum dicentes ipſorum cauſas non expediri, mandare

dare iudicibus baronum, vt infra tot dies ipſas expediant ſub pœna auocationis cauſæ reſpectu vltimi iudicis. Poteſt etiam iudex ſuperior præfigere terminum illi, qui remictitur, infra quem comparere debeat apud iudicem ad quem, vt dicit idē Io. Vinc. Anna ſingul. 170. qui ſingul. 171. ſubdit, † carceratū remiſſum eſſe ducendum ad carceres baronis ſuis expenſis, quando ipſe carceratus petijt remiſſionem, vel expenſis baronis, quando baro petijt, & quando vterq; negligens eſt in aſportando carceratum fit præceptum, quod aſportent aliàs procedatur in mag. cur. quod approbatur in dies per dominos Regentes in viſitatione carceratorum. 37

ꝉ *Adminiſtratione remotus.* Afflict. hic notat, † quod officialis non remouetur pendente officio, ad quod dic quòd aut officialis delinquit extra officium, & non remouetur, aut in officio, & ante litem conteſtatam, & poteſt remoueri quando venit priuandus officio; non autem poſt litem conteſtatam, vt dicit Vinc. de Franch. deciſ. 8. poſſet tamen contrarium ſubſtineri, quia teſtes recepti per inquiſitionem non citata parte non probāt cap. 1. extra de teſtibus, & per litis conteſtationē efficitur quis reus Specul. in tit. de litis conteſt. §. penul. Tap. 38

a Magna. In hac cōſtitutione dicitur quid ſit officium magiſtri Iuſti. Et eſt, vt ipſe ſolus cognoſcat de magnis feudis, de baronijs, de ciuitatibus, & caſtris infra de offi. Iuſti. in fi. Item cognoſcit inter curiales agētes, vel conuentos. Itē de omnibus appellationibus ad Principem factis.

b *Magiſtrum Iuſtitiarium.* No. hic quòd magiſter Iuſtitiæ ex rē nomen

In hac conſtitutione idem dicitur, q in præcedenti, vt ſcilicet Iuſtitiarius cognoſcat in ſpecie de cauſis comitatuum, & magnorum feudorum curialium, & de appellationibus, ſitq; norma omnium curiarum. h.d. Tapia.

IMPER. FREDER.

Magnæ a curiæ noſtræ b ꝉ magiſtrum Iuſtitiarium, velut iuſtitiæ ſpeculū, in cognitionum noſtrarum iudicij collocatum, non magis magiſterij nomine Iuſtitiariū cæteris præfici volumus, quā exēplo. Vt in ipſo cæteri gradus inferiores aſpiciant, quod in ſe ipſos obſeruēt. Quædam tamen eius in tantum ſpecialiter ſunt annexa iudicio, vt de eis abſq; delatione noſtri nominis ſpecialius cognoſcere non præſumat. De ꝉ Comitatibus videlicet, Baronijs, Ciuitatibus, Caſtris, Et magnis feudis, qui in quaternionibus Dohanæ noſtræ Baronum inueniuntur in ſcriptis. Curialium etiam quæſtiones, qui à Curia noſtra diſcedere c ſine mandato noſtro, vel ordinariorum noſtrorum pro velle non poſſunt. Qui tamen immediatè nobis, vel officialib. noſtris, non pro ipſorum ſeruitijs, ſed pro noſtris aſſiſtant, in aliquo forſan ab eis officio conſtituti, ſiue agant, ſiue cōueniantur, magiſtri Iuſtitiarij examinent, & decidant, qui etiā prærogatiua ſpeciali lætantur, vt illic aduerſarios ſuos in ciuilibus, & criminalibus cauſis valeant euocare. Appellationes, & conſultationes inferiorum iudicum, ſeù etiam delegatorum à nobis, qui ad noſtri culminis audientiam deferuntur, dum nobiſcum in noſtra curia commorantur, pro iuriſdictione ſua ſuſcipiant audiendas, & ſine debito terminandas.

men habet, & ex nomine officij effectus ſignificatur ipſius. nam ab antiquitate plurib. data ſunt nomina ſignificantia à parte rei, vt in Auth. de defen. ciui. in princ. & concor. C. de offic. præf. vr. l. 1. & C. de epiſ. & cler. l. decernimus. & dic plenè, vt no. ſupra de hære. l. in conſutilem. in princ.

c *Sine mandato noſtro*, vt C. lib. 1 t. de Decur. vrbis Romæ. l. 1.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

Magna curia noſtra. Hic loquitur de magiſtro Iuſtitiario præſidente magnæ curiæ. Quæ in quaternionibus. Quaternos iſtos hodie in curia non habemus, aliàs videmus. Sed dic plenè de eis, & de iſtis feudis, vt diximus in tit. de contro. feu. apud pares ter. cap. 1. Curialium. Dic vt ſup. l. ſtatuimus. Appellationes. Dic vt ſup. l. Capitaneorum. §. appellationes. & C. de appel. l. ſi quando. & concor. in co. l. honorem. & hic vt ibi.

Magna curia. In §. Quidam. Quia hic exprimitur, quòd quæ- quæſtio, ſeù cognitio feudi quaternati ſpectat ad magiſtrum Iuſtitiarium, quæritur quid de re ſingulari feudi quaternati & poſt multa quæ hincinde dici poſſent, concludc quòd idem eſt dicendum, quia res hæc ſingularis feudi æquiparatur toti feudo, & ex rebus feudum conſtituitur, & ſic ſunt ſubſtantia feudi, & ideo ſubſtantia eſt ſpectanda. Bartholomeus de Capua.

Et vide glo. In conſtit. ſtatuimus, in fi. & in conſt. iuſticiarij, in fi. & ritum magnæ curiæ, & conſti. præſides. & ibi And.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Magiſtrum iuſtitiarium. Quod M.C.V. ſit norma omnium curiarum Regni diximus ſupra ad rubricā huiuſmodi.

Com-

ꝉ *Comitatibus.* De hoc, & alijs duabus præeminentijs M. C. V. diximus ſupra in conſt. ſtatuimus.

Magna

Digitized by Google

* ADDITIO. Item quòd curiæ ipſæ. *Vide Didac. Couar. in cap. 4. practi. 44. nume. 11. & Guil. Benedict. in cap. Raynutius in ver. & uxor 2. decis. num. 25.* De Bottis.

Magna Curia cognoſcit de appellationibus omnium Iud cum inferiorum, etiam ſi ſint offi iales in terris prælatorum. hoc dicit Tapia.

IOANNA II. Rit. 52.

ITem quòd Curiæ ipſæ, * & quælibet ipſarum cognoſcant, & cognoſcere poſſint de appellationibus, & nullitatibus omnium proceſsuum inferiorum iudicum immediatè, & etiam ſi inferiores ipſi Iudices fuerint officiales prælatorum in terris eccleſiarum, dumtamen terræ ipſæ † teneantur in feudum à Curia, vel alio domino temporali.

Rit. 62. eſt duplicatus cum præſenti Ritu. Tapia.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 T*Eneantur in feudum*. Ex hoc notat Carau. hic in dubio † caſtrum, quod ab Eccleſia tenetur, non præſumi feudale; ſed burgenſaticum, quod dixit Andr. in conſtitut. Iuſtitiarij nomen, & normam quod ſequitur, & approbat Ioann. Vincent. de Anna ſingul. 71. ſed in quantum hic dicitur appellationes officialium Eccleſiæ tunc deuolui
2 ad magnam Curiam, quando conceſſio caſtri eſt facta in feudum Eccleſiæ, dic hoc non eſſe receptum, † nam omnes appellationes deuoluuntur ad Mag. Cur. vel ad Regias Audientias; quia licèt Eccleſia penes ſe retineat terram cum vaſſallis, vaſallorumque redditibus, nec ſoluat adoham, nec propter Epiſcopi rebellionem incidat in commiſſum, ad tex. in cap. 1. § fi. de cap. Corrad. id tamen non efficit quin ipſe, & eius officiales poſſint cognoſcere de grauaminibus per officiales iuriſdictionem exercentes illatis; cum ſuprema iuriſdictio apud Regem remanſerit quod faciunt, quæ dixit Vinc. de Franch. decis. 131. & quæ ſuperius dicta ſunt in conſti. ea quæ ad ſpeciale decus, quæ tamen pro nunc cogitanda relinquuntur.

IOANNA II. Rit. 50.

ITem quòd Curiæ ipſæ, & quælibet ipſarum cognoſcant, & cognoſcere poſſint tam de toto feudo, quàm de quacunque particula caſtri, vel alterius feudi quaternati, & quota etiam tranſeunte ad tripondium: de feudis verò non quaternatis, vel ſingulari re feudi quaternati curiæ ipſæ etiam ex priuilegio non cognoſcant.

Litte-

a L*Itteras. Specialiter autem.* Vt inquiſitiones. not. de inquiſitione, & facit C. de bon. vacan. l. fi. Et de huiuſmodi inquiſitionibus ſerua. l. 1. de inqui. fac. l. hi qui. quia non ſemper datur copia inquiſitionis, vt ibi patet in ver. porrò.

ADDITIO. Adde. *De copia inquiſitionis, & indiciorum ac nominum, & aliorum ſemper post allegata per hãc gloſſ. videas conſilium Bartholom. Vermen. quod incip. Decreuit magnificentia veſtra, & Angel. in tract. malefic. in princip. & ſuper verbo, ex mero officio.* Caſ.

Litteræ, quæ per Magnam Curiam expediuntur, & citationes ſigillo Regio iuſtitiæ debent ſigillari ſub nomine Regio expediri, & ſigillum apud Iudices manere. h. d. Tapia.

IMPER. FEDER.

LItteras a de remiſſione prædicta, vel de citatione ſuper cauſis, & earum proceſſibus ad Magnam Curiam noſtram pertinentibus: nec non ſuper inquiſitionibus faciendis, & ad Curiam noſtram remittendis: & demum de qualibet iuſtitia, ordine ſupradicto ſeruato, ſub † titulo noſtri nominis, & ſpeciali ſigillo noſtro, † quod de iuſtitia fieri mandamus, & quod apud iudices Curiæ noſtræ † reſidere iubemus; † de cõſilio prædictorum omnium iudicum ſcribi volumus, & etiam ſigillari.

¶ In

¶ In quo caſu datur copia nominum prædictorum. Interdum autem nec nominum, nec dictorum datur copia, vt in eadem conſtit. in princip. Interdum, & nominum, & dictorum. Interdum nec nominum, nec dictorum datur copia: vt in eadem conſtitut. in princ. Interdum conſultatur cõſciẽtia Principis in eadem l. §. de ſpecialib. Andr.

b *Non expreſſo*. Præterquam in duobus caſibus, vt infra de offic. Iuſt. l. hi qui. §. præterquam in eo. And.

c *Formam*. Quam formam habes infra de offic. Iuſti. l. hi qui, §. in prædictis.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

LItteras. *Reclamandi licentia.* Hoc benè dicitur, vt ſciat litigator id, quod tangit eum, vt C. de bonis vacan. lib. 10. lo princ. de quo plenius dicetur infra de offic. Iuſtitia. l. 2. ¶ Nomine non expreſſo.) Et hoc benè dictum eſt, quia denunciatores in criminibus maximè habentur loco accuſantium extra de calumn. cap. 2. ff. ad Turpill. l. ab accuſatione. §. nunciatores, nomen accuſantis autem eſt. ff. de accuſ. libellorum.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HAnc conſtitut. exhornarunt per optimè Afflict. & Foller. ideòque breuiter tranſeamus dicendo illam ſeruari, nam † omnes prouiſiones, ſiue litteræ, ſiue citationes ſigillo Mag. Cur. muniuntur ſic etiam omnes ſcripturæ quæ mictuntur extra Regnum, vt fidem faciant approbando, vel notarium, qui ſcripturam confecit, vel perſonas conficientium.

Titulo noſtri nominis. Die hodie hoc non ſeruari † ſed prouiſiones, & litteræ expediuntur ſub tit. Magiſtri Iuſtitiarij, qui eſt hodie Illuſtriſsimus Don Ferdinandus Gonzaga Princeps Melfitti, multiſque alijs titulis decoratus, cuius nomen, & titulus in principio citationum ponuntur, & ſubſcribuntur citationes, & litteræ ſpectantes ad cauſas criminales per Dom Regentem Magnæ Curiæ Vicariæ, quod officium nunc exercet Don Franciſcus Ioannes de Torres Miles ordinis ſancti Iacobi humaniſſimus, lepidiſſimus, ac integerrimus, qui illud maxima cum laude per plures annos exercuit ſub Regimine Excellentiſſimi, ac nunquam ſatis laudati Principis Beneuentanorum Comitis, de cuius, ac eius Vxoris, filiorum, & familiæ laudibus aliàs diximus tit. de offic. Sac. Conc. ad pragmat. Illuſt. & Magn. viri fol. 161. Sic etiam per vnum ex iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ, & nouiſsimè per fiſci patronum. Nec ſeruatur quod tempore Afflict. ſeruabatur de ſigillo Iudicum, litteræ verò, & prouiſiones cauſarum ciuilium ſolent aliquando expediri cum vnius Iudicis ſubſcriptione, ſed litteræ exequutoriales etiam ſubſcribuntur per D. Regentem.

† *Quod de iuſtitia.* Habes ex hoc plura ſigilla adeſſe quorum vnumquodque diuerſam habet formam, ac ſigna, quod rectè explicuit Foller. hic num. 13. & 14.

† *Reſidere.* Non apud Iudices hodie, ſed apud deſtinatam perſonam reſidet.

† *De conſilio prædictorum omnium iudicum.* Hodie ſufficit vnius iudicis reſolutio circa citationes, & prouiſiones, quæ mictuntur alijs officialibus cum ſubſcriptione Dom. Regentis, vt diximus, nec circa ſigilli appoſitionem requiritur alius ordo iudicum, ſed indiſtinctè aſportantur ad eum, qui tenet ſigillum, qui eas ſigillat ſoluta mercede.

Iubet

Iubet Imperator omnes petitiones recipi per Magiſtrum Iuſtitiarium, qui ad officium ſuum ſpectantes prouideat ipſe, alias verò imperatoria prouiſione egentes ad ſuos libellenſem remittat, hoc dicit Tapia.

IDEM.

PRæcipimus offerri magiſtro Iuſtitiario omnes petitiones, tam de Imperio, quàm de Regno: tam de iuſtitia, quàm de gratia. Ipſa autem eodem die, conſilio habito cum vno iudicum prædictarum, ſecundo die naturam petitionum omnium examinabit, & eas quæ ad ſuum officium pertinent per ſe expediat, quæ ſunt ſigillandæ ſigillo iuſtitiæ Imperij, & ſigillo cameræ, eas videlicet, quæ ſunt de forma: aliàs autem quæ conſcientiam noſtram requirunt, remittet ad libellenſem noſtrum ſub ſigillo ſuo per nuncium ſuum, vel per aliquem ex ſupplicantibus.

CARO-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HAec conſtitutio hodie non ſeruatur, nam memorialia ferè omnia offeruntur Viceregi, cuius Secretarius videt, quæ ſpectant ad bellum. vel officiorum prouiſionem, vel alia, quæ ſolus Vicerex poteſt prouidere, & ipſe prouidet, quæ verò ſpectant ad iuſtitiam remittuntur ad Secretarium Regni ſuper quo plures expeditæ ſunt prouiſiones ad quas me remitto. Hodie hoc officium Secretarij Excellentiſſimi Proregis exercet Balthaſar de Torres vir maximæ probitatis, & in gerendis negotijs dexterimus, atque indefeſſus, de officio Secretarij Regni dicemus infra.

Magna Curia accedente ad aliquã Ciuitatem Regni, facit ceſſare iuriſdictionem Iudicis ordinarij illius loci, hoc dicit Tapia.

IMPER. FEDER.

HOnorem a debitum, b atque præcipuum noſtræ Curiæ reſeruantes edidimus, vt ſi quando etiam prædictus Magiſter Iuſtitiarius Ciuitatem aliquam, vel locum intrauerit, quouſque in eodem loco magiſter Iuſtitiarius ipſe, vnà cum iudicibus noſtris Curiam noſtram te-

a HOnorem. Dicitur hic quòd Iuſtitiarius præſente magiſtro Iuſtitiario quieſcit & eius iuriſdictio dormit. Sic alibi præſcriptio, vt C. de præſcrip. 30. ann. l. ſicut.

b *Honorem debitum.* Aliàs eſt. §. 1. Sed conſtitutio iſta diſſonat iuri Roma. vt plenè de hoc not. C. de dona. l. in hac. Sed ad conſtitutionem iſtam ſonat. ff. de offic. Proconſ. l. fin. cum ſim. in præall. not. l. fin hac. & facit infra de ſacram. præſtan. à Iuſti. l. 1.

c Si-

ANDRAEAS DE ISERNIA

HOnorem. Contra ius commune eſt: quia minor Magiſtratus non debet ſilere propter præſentiam maioris. dictum eſt ſupra plenè in l. ſtatuimus. in §. idem dicit Odoff. pro quo eſt. C. lib. 12. de Pala. ſacr. l. 4. Sed pro hac conſtitutione eſt. C. de his qui ad eccle. confu. l. fin. in princ.

HOnorem debitum. In tex. intrauerit. Sed in quo differt hæc conſtitutio ab illa conſtitutione, magnæ, ſupra eo. Re-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HAnc præheminentiam adhuc retinet Mag. Cur. Vic. quando totum tribunal accederet ad aliquod Regni oppidum, ſecus verò ſi vnus tantum ex iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ adueniret, tunc enim non ſileret iuriſdictio; benè

tenuerit, Iuſtitiarij regionũ, qui illic inuenti fuerint, a ſilere debebunt, b vtpote minori lumine per luminare maius ſuperueniens, c obſcurato,

a *Silere.* Minor ergo amittit iuriſdictionem propter maioris præſentiam, Sed ar, contra. C. de donat. l. in hac, C. de iuriſdiction. omn. iudic. l. periniquum, ad fin, ibi, ita tamen vt ipſis &c, & in Authen, de defen, ci. §. 1, vbi defenſor non perdit iuriſdictionem propter præſentiam præſidis, & ad idem, C. de Pala. ſac. lar. l. nihil lib. 12.

b *Vtpote* Not. quòd maior cauſa trahit ad ſe minorem. vt ff. de Iudit. l. per minorem, & C. de ordin. iudi. l. quoniam, & C. de accuſ. l. prius,

c *Obſcurato,* De offic. magiſt. Iuſt. plenius tractatur in conſtit. nouis. quæ hic ſunt addendæ à conſtit. ſtatuimus, vſque ad conſtitutionem, cauſas.

ADDITIO. *Vide plenè de intellectu iſtius conſtitut. per Andr. ſupra in conſtit. ſtatuimus, colum. pen. verſic. item quid ſi Princeps vel magna Curia. & vide ad eam cap. Regni, quod incipit, vt exercitum & ritum magnæ Curiæ, item quod Curia ipſa, & qualibet ipſarum, & omnino Barto. in l. proconſ. ff. de offic. proconſ. & leg.* Caſ.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Reſpondeo quia illa conſtitutio loquitur quando intrauit vna cum Imperatore: hic autem quando abſque eo. & ſic hæc conſtitutio generalior eſt, quàm finis conſtitutionis, magnæ, nam in ſi, dicit, quando Magiſter Iuſtitiarius vna nobiſcum, &c. hic indiſtinctè. Bartholomæus de Capua.

In tex. Debebit. vide apoſtillam in cap. Regis Caroli, quod incipit, item, vbi multa ſcripſi de Iudice. Bartholomæus de Capua.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Et tamen verum eſt, poſſe Iudicem Mag. Cur. Vic. in qualibet parte Regni expedire prouiſiones, tam Regijs Audientijs, quam alijs Iuſtitiarijs, prout quotidie in eius domibus Neap. expediuntur: & iſtud quod in hac conſtitutione dicitur ſeruatur quando Illuſtriſſimus Regni Prorex in aliquam Vrbem adueoit, tunc enim in loco vbi reſidet, omnis iuriſdictio ſilet, & ad ipſum deuoluitur, qui illam exercet cum conſilio ſui Auditoris, prout ego practicaui, dum Illuſtriſſimus dominus Don Franciſcus à Caſtro Locumtenens, & Capitaneus Generalis in hoc Regno ad videndum Sanctorum Apoſtolorum Andreæ, atque Matthæi reliquias ſe contulit, iuſſit enim mihi propter impedimentum Auditoris generalis vt hoc munere apud ipſum fungerer, & ſic in quamcunque vrbem adueniebamus omnium carceratorum, & inquiſitorum notam exquirebam, quibus tam in curijs Baronum: quàm Regijs exiſtentibus gratiam faciebat, vel aliter de Iuſtitia me conſulente prouidebat, Immò Salerni acceſſi ad viſitam carceratorum cum Regijs Auditoribus, cæteros Iuſtitiæ actus exercere potuiſſem ſi vel caſus occurriſſet, vel tempus conceſſiſſet.

IOANNA . II. Rit. 48.

Item quòd Curiæ ipſæ, & quælibet ipſarum, dum ſunt extra Ciuitatem Neapolis, cognoſcent ibi de cauſis ciuilibus, & criminalibus quandocunque, & vbicunque commiſſis, & cauſa ipſa incipiat per litis conteſtationem, & non aliter, etiam ſi Curiæ indè recedant antequam cauſa ipſa terminetur, & dum eſt in loco, & ciuiles, & criminales taceant, & non reddatur ius, niſi per Curiam hoc eis permittatur.

a Magiſter Iuſtitiarius. Hic eſt cõtra illos, qui dicunt nõ poſſe agi cõtra fiſcum de recuperanda poſſeſſione. Poteſt enim agi, vt

Magiſter Iuſtitiarius cognoſcit de exceſſibus officialium inferiorum, & occupatione rerũ particularium per fiſci procuratorem factis, & de carceratis per Iuſtitiarios, & alios officiales dicit Tapia.

IMPER. FEDER.

Magiſter a Iuſtitiarius iniunctiones, * oppreſſiones, & conceſſiones infe-

vt hic, cum hoc ipſo, quod ad eum peruenit poſſeſſio, ſuo nomine ablata ratum habeat, vt ff. de vi & vi arm. l. 1. §. quoties. ſed ſi res præ-

præcepiſſet auferri, tùc eſſet contra. Rex enim non poteſt delinquere, vt not. Ray. in ſum. de conſi. mor. l. 2. in fin. & facit C. de iure fiſ. l. prohibitum. & arg. ff. de iu. fiſ. l. Titius. nec enim dolus aliquis poteſt cum Principe fieri, vt C. de diuer. offi. l. probatorias. lib. 12. nec etiã ambitio, vt

riorum omnium iudicum, deſtitutiones etiam ſine ſpeciali mandato noſtro pro Curia noſtra factas, faciat emendare, & poſſeſſiones reſtitui deſtituto, nobis & inconſultis captiuos & nobis non mãdantibus, vel inconſultis per Iuſtitiarios, vel per alios captos, & iniuſtè detentos faciat liberari.

vt ff. ad l. Iul. maie. l. 5.

* ADDITIO. *Oppreſſiones. vide ritum duplicatum magnæ Curiæ. Par. de Put. in tract. ſynd. cap. de exceſſibus conſiliariorum. & per eundem plenè in cap. iudices, & c. ſyndicantur. & ſequentib. car. 14. in quibus etiam de pœnis ipſorum.*

AN-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

M*agiſter Iuſtitiarius.* Aliàs procurator noſter. & concor. ſupra eo. l. hac lege. nam ſi ad commodum, & petitionem alicuius priuati mandaret Princeps deſtitui, cognoſceret inde magiſter Iuſtitia. nam corrigit. C. ſi per vim, vel alio modo. l. fi. & quod no. in l. meminerint. arg. ff. quod quiſque iur. l. 3. & C. qui po. in pig. ha. l. aſſiduis. & de pet. bo. ſubla. l. 5. quæ diſtinguit vtrum ad petitionem alterius conſenſerit, vel non. Quod autem dicit gl. quod Rex non poteſt delegare, vt ſi mandaret pro ſua Curia tolli poſſeſſionem, vel rem, vt in Longo. de conſi. mor. l. 2. Et eſt intelligendum quando conſtaret, vel eſſet veriſimile, quod iuſte mandaſſet. Vbi verò conſtat quod iniuſtè: non erit locus coniecturæ. quia probatio tollit præſumptionem. ff. quod me. cau. l. fin. in prin. Nec dicimus eum Regem quando iniquè præcepit. 2. q. 1. ſcelus. 1. q. 7. non omnes epiſcopi. Tunc cor Regis non eſt in manu Dei, cum ſit Tyrannus, dicit Sene. 5. de clem. Cum conſideras bonum Regem, iniquum attende. d. c. non omnes. Ius iniquum non habet matrem iuſtitiam, ſed iniquitatem. dicitur in glo. ff. de iuſti. & iu. l. pen. & adde quod dictum eſt ſupra, de iniu. offi. illa. l. 2.

Inferiorum. De quibus iudicibus intelligimus, an de his, qui actu adminiſtrant, & ſunt in officio; an etiam de illis, qui depoſito officio de adminiſtratione arguuntur. De hoc namque dicitur. in l. Capitaneorum §. quærimonias.

Et alios officiales. Quod dicit, alios, vtrum intelligas præſentes, vel etiam præteritos? Et videtur, quòd de præſentibus tantum, non de amotis ab offi. de amoto quidem dicitur qui fuit cognitor, & iudex. ff. de teſti. ob carmen, §. 1. & 2. q. 7. ſtatutum Item miles habet priuilegium fori coram magiſtro Iuſtitiario militum. Sed ſi veteranus efficitur, etiam de eo, quod amiſit, vel contraxis in militia, non conuenietur coram magiſtro militum, niſi tempore militiæ cauſa fuiſſet incepta. C. li. 10. de vetera. l. fi. Si dicamus ergo illud forum tantum fauore militiæ, non extenditur ad tempus, quo militare deſijt. Multominus extenditur hoc in odium officialium, & culpa officialis amoti, quæ non debet tribuere immunitatem. Item poſtquam deſiit eſſe iudex non habebit nomen iudicis, & ſi nomine caret, carebit effectu. C. de fer. l. à nullo. Item ſi libertas legetur, non continentur illi, qui fuerunt reſtituti natalibus, licet contineantur illi, qui ius annullorum impetrauerunt, qui non ſunt ingenui, vt colligitur, ff. de iure annu. an. l. 1. & l. pen. & de bo. li. l. etiam. §. 1. & de in ius voc. l. ſed ſi hac. §. 1. & de cond. & demon l. falſa. §. ſicuti. C. de iu. annu. anr. l. 1. Item ſi quis adoptetur à ſenatore, tamdiu erit ſenatoris filius, quamdiu in familia eius manet. Nam eo emancipato deſiit eſſe filius ſenatoris. ff. de ſena. l. ſenatores. Item præſentes affinitates conſideramus, non præteritas. ff. de poſtu. l. ſi cui. §. 5. E contra videtur quòd etiam in amotis, quia talis homo, cum erat iudex concutiendo, vel aliàs delinquendo factus eſt de foro magiſtri Iuſtitiarij ſi poſteà deſinat eſſe officialis, non pro tanto deſinit eſſe de foro illius. quaſi fuiſſe ſemel ſufficiat, arg. ff. ſi quis can l. qui autem. §. illud. de ſer. cor. l. 1. §. fin. nec quia deſinit eſſe iudex, forum debet decreſcere. arg. ff. de ædi. edic. l. iuſtiſſ. §. fin. nam certis modis deſinit eſſe iuriſdictio, ſed iſte non eſt de illis. Item C. ad l. Iul. repe. l. iubemus. & l. ſancimus dicitur quòd ſiue eo durante in adminiſtratione, ſiue non poteſt accuſari. C. vt omnes tam ciuiles, quam crimiuales. l. 5. ¶ Dicitur in gl. quòd etiam coram ſuperiore poteſt accuſari, vel conueniri, quia conſtat quòd ibi deliquit. C. ad l. Iul. rep. l. 1. & cum hoc fuiſſet de facto, tanquam verius fuit iudicatum, quia iudex dicitur poſt depoſitam adminiſtrationem. Vnde vocabulum retinet dignitatem, ſeù compendium dignitatis, vt in l. notabili. C. h. 12. de primice. l. 1. Item quia de eo, quod in officio deliquit conuenitur ſub eo, iudice poſt depoſitam adminiſtrationem, ſub quo & antè poterat. C. vbi de rat. l. 1. & arg. C. vbi decu. vel clar. l. fi.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HAnc cõſtitutionem gloſarunt Afflict. & Foller. ideòq; ad eos me remitto, aliqua tamen breuiſſimè attingam, & in quantum ad eius primam partem, † in qua inter alias
1 Magnæ Curiæ Vicariæ præheminentia connumeratur, quod ipſa cognoſcit de oppreſſionibus, & concuſſionibus iudicum inferiorum, quod Afflict. intelligit hic durante officio, & inquit eſſe correctum per cap. Regni 258. quod ſubſequitur, dic hodie quando conqueruntur ſubditi de officialibus, & offeruntur capita fiſci patrono per ipſum, vel per ipſius M. Curiæ iudicea diſtinguntur, & ſi ſunt capita, de quibus durante officio poteſt cognoſci, deſtinatur commiſſarius pro capienda informatione, veluti ſi eſſet inquiſitus de baractaria, de violentia mulieribus illata, de verberibus, & alijs de quibus per Foller. hic & per Paridem de Puteo in tract. ſyndicat. verb. delinquens in officio, & in verbo officiales durante officio, & Carau. rit. 295. num. 3. poſt Afflict. in conſt. item ſtatuimus, ve Magnæ num. 42. ſi autem ſunt alia capita, dicitur quod expectetur ſyndicatus. iuſtiſſimè enim prouiſum eſt ne contra officiales durante officio inquitantur pro qualibet cauſa per l. nec magiſtratibus ff. de iniurijs, cum alijs adductis per Carau. d. rit. 295. num. 1. ne iuſtitia, quam homines in vrbibus potentes effugiunt, vim patiatur, ſicuti æquum eſt, vt grauia committentes puniantur. Et inquantum Foller. hic dicit per iſtam conſtitutionem non eſſe expreſſum quod Mag. Cur. Vicariæ cognoſcat de exceſſibus officialium, arbitror eius dictum cõuinci primo ex littera huius conſtitutionis, dum ait *iniunctiones, oppreſſiones, & concuſſiones inferiorum omnium iudicum*. ſi quidem ſub iſtis verbis compræhenditur quicquid ab officiali committi poteſt, nam verbum ioiungere compræhendit omnes iuſſiones, quæ contra iuris formam ſubditis fiunt, quod poteſt compræhendere, etiam iniuriam, dum ea præcipit iudex, quæ perſonam non deceant, vt ſi vellet cogere nobilem ad ſeruiendum in aliquo officio vili, vt dicemus in tit. ne official. infer. graua. & mulctarum indebitas exactiones, & verbum oppreſſiones, vt Afflict. hic num. 2. dicit, compræhendis omne grauamen iniuſtè illatum, & † verbum concuſſio, quod 2
licet propriè importet aliquid petere vltra debitum, attamen generale eſt, & poteſt compræhendere omnem inuoluntariam exactionem, nam licet à ſponte dantibus accipiat officialis, quando id fit pro iuſtitia conſequenda, videtur etiam violenter acceptum, ad quod facit tex. in l. item apud labeonem §. appellare ff. de iniurijs, ſecundo idem conuicitur ex ordine, cum hæc conſtitutio ſit poſita inter alias, quæ de præheminentijs Magnæ Curiæ Vicariæ agunt, tertio ex neceſſaria conſequentia, nam cum omnes Iudices habentes merũ Imperium eſſent à Rege dependentes tempore huius conditæ

Digitized by Google

tæ conſtit. reſpectû ipſorum nullus alius poterat eſſe iudex
competens, nec reſpectû aliorum poterat alius, quàm Magi-
ſter Iuſtitiarius eſſe magis competens, à quô debent normam
3 accipere † omnes curiæ Regni, vt in conſtitutione Magnæ
Curiæ noſtræ, & ſic remanet abſolutum hanc conſtitutionem
tribuere iuriſdictionem Mag. Curiæ ſuper officialibus delin-
quentibus.

Hanc concluſionem, quòd de delictis officialium cogno-
ſcat ſola Mag. Curia declarauit optimè Carau. in rit. 49. qui
4 infra poſitus eſt, attamen aliqua dicamus, † & primo intelli-
gi non ſolum de officialibus Regijs, vt hic videtur intelligere
Follerius num. 37. ſed etiam de officialibus Baronum, vt affir-
mauit Carauit. loco citato; & optimè, & miror quidem virû
equidem doctum non ſolum in iuris prudentia, ſed in alijs
diſciplinis, & hiſtorijs dubitaſſe ritum Magnæ Curiæ compræ-
hendere officiales baronum, cum eo tempore, vt animaduer-
xit Carauita, adhuc merum Imperiû fuerat pœnes Regios of-
ficiales, & Barones non habebant aliud, quàm ſimplicem iu-
riſdictionem, & ſemper exceptuati erant caſus mortis, natu-
ralis, ciuilis, & exilij, qui (vt diximus in conſt. ea quæ ad ſpe-
tiale decus) ſunt meri imperij. quinimò ſecûdum noſtram ſen-
tentiam hæc præheminentia competit M. Curiæ Vicariæ vi-
gore huius conſtitutionis. Et in quantûm Follerius dicit hic
ad barones, qui habent ſecundas cauſas pertinere cognitionê
cauſarum huiuſmodi officialium, dic id non poſſe procedere,
ſi quidem iudex ſecundarum cauſarum, & tertiarum, eſt idê
iudex non alius, & ideo non habet locum titulus nè liceat ter-
5 tio prouocare † nam à decretis primi iudicis, ſecundi, & tertij
appellatur ad Regias Audientias, & ad M. Cur. & ad Sacrum
Concilium, & omnes illæ tres ſententiæ iudicantur pro vna,
& ideo licet reſpectu actorum quando primus grauat, ſecun-
dus poteſt inhibere, & alios actus facere, qui pertinent ad
iudicem ſuperiorem, attamen per hoc non videtur eſſe per-
miſſum primum Iudicem dilinquentem punire, quod verè
6 † ad Principem pertinet, ad quem ſpectat officialem creare
ex reg. l. nihil tam naturale de regul. iuris, & ideo in ritu de-
claratur de delictis commiſſis in officio, quod idem erat hic
dictum ſub verbis oppreſſiones, & concuſſiones, Item id etiâ
7 confirmatur ex † dictione omnium, quæ cum ſit indefinita,
comprehendit omnes Iudices, tam Regios, quàm Baronales,
& ex alijs rationibus, quæ omictuntur, cum etiam Carauit.
loco citato latè dixerit, & non ſit nimis neceſſarium id ratio-
nibus fundare, quod longeuus vſus declarauit, nam hodie
Mag Cur. cognoſcit de delictis officialium in ſuis officijs com-
miſſis tam Baronum, quàm Regiorum. & licet reuera non
adſit in ritu illud verbum ſola M. Curia, plurimum tamen va-
let, quod communiter apud omnes ſit acceptum, nam vide-
tur vulgus id interpretaſſe l. de interpretatione ff. de leg. &
8 hanc ſententiam Carau. ſequutus eſt D. Præſidens Vinc. de
Franc. deciſ. 407. † Hanc tamen præheminentiam commu-
nicatam eſſe Regijs Audientijs non dubitarem, cum, & illis
videantur communicatæ cœteræ præheminentiæ Magnæ Cu-
riæ Vicariæ, & præſertim Regiæ Audientiæ Principatus vltra,
in qua dum eſſem auditor, & quotidie Magna Curia expedi-
ret prouiſiones, quòd Regia audientia non ſe intromicteret,
ex quo ipſa cognoſcit de delictis officialium, Ego, & alius col-
lega meus ſcripſimus Illuſtriſſ. D. Comiti Mirandæ tunc Re-
9 gni Proregi optimo, à nobis alias non de meritò collaudato,
vt huic rei conſuleret, qui Illuſtriſſ. Prorex negotio in ſupre-
mo Collaterali Concil. tractato, in quo interuenere Domini
Regentes Moles, Ribera, & Berricano mandauit R. A. vt co-
gnoſceret de delictis officialium baronum, non autem Re-
giorum, & Mag. Cur. Vicariæ, vt non impediret Regiam Au-
dientiam, † & ſic illa Prouincia habet hanc prærogatiuam, &
credo reſpectu officialium Regiorum id non conceſſiſſe. quia
10 etiam quando † Magn. Cur. vult citare officiales Regios id
non facit abſq; licentia Illuſtriſſ. D. Regni Proregis in Collat.
Concilio.

Hæc autem concluſio ex iſta conſtitutione, & ritu deſum-
pta intelligitur, vt non ſolùm procedat in officiali delinquen-
te, † ſed etiam contra eum, qui officialem offenderit intuitu 11
officij, vt tradit D. Præſid. d. deciſ. 505. num. 6.

Intellige primo hanc concluſionem, vt habeat locum † in 12
officiali habente iuriſdictionem, ità dixit receptum eſſe Vinc.
de Franch. deciſ. 407. num. 5. poſt multos, quos allegat, &
deciſ. 505. num. 20. quod fuit declaratum per Regiam Prag.
Illuſtriſſ. Comitis de Oliuares. ex quô fuit dubitatum † an 13
actuarij compræhendantur ſub hoc ritu, de quo idem Vinc. d.
deciſ. 407. licèt articulus in illa cauſa non fuerit deciſus, fue-
runt tamen in hoc varia prolata decreta tam per Magn. Cur.
quàm per Sacrum Concilium, & ideo Regia declaratione ege-
ret, cum ex pluribus tum iuris communis, quàm Regni iuri-
bus poſſet concludi illos compræhendi, & præſertim ex prag.
Illuſtriſſimi Comitis de Oliuares quæ infra poſita eſt, per quâ
declaratur non comprehendi † Sindicos, electos, Camera- 14
rios, & balliuos, ergo videtur includere magiſtros actorum.

Secundo declara iſtam concluſionem non procedere quan-
do † Baro habet in priuilegio clauſulam, quod poſſit cogno- 15
ſcere de omnibus, etiâ de quibus ſola Mag. Cur. cognoſcit, cu-
ius clauſulæ virtute videbatur communicata hæc prætemi-
nentia, & licèt pûctus nô fuerit deciſus in deciſ. D. de Franch.
274. poſtea in aula Nicolai Antonij Gizzarelli, in qua
Ego reſideo fuit deciſus in cauſa Illuſtriſſimi Principis Sulmo-
nis, ad quem fuit remiſſus Capitaneus illius Ciuitatis, cuius
decreti exemplo idem poſtea fuit deciſum in eadem aula in
cauſa eiuſdem Principis Sulmonis, & ſemel, atq; iterum in
cauſa Illuſtriſſ. Ducis Nuceriæ paganorum, & aliâs fuit idem
iudicatum in cauſa Lucretiæ de Marra vxoris maximi illius
† Fabij Marcheſij noſtræ quidem legalis ſcientiæ ornamenti, 16
cuius veſtigia imitatur tum in doctrina, tum etiam in huma-
nitate † Hieronymus Marcheſius eius filius, qui illam cauſam 17
doctiſſimè defendit. quando tamen iſte articulus fuit ſecun-
do deciſus habuit controuerſiam, dicebatur enim, prout
animaduertit Carauita d. rit. 99. num. 13. & d. Præſidens d.
deciſ. 274. & deciſ. 505. num. 22. iſtam clauſulam non operari,
vt veniant ea quæ Princeps ſibi reſeruauit, inſignum ſupremæ
iuriſdictionis, ad quod multa allegauit doctiſſimus Hiſpanus
† Alphonſus Ximenes qui maximo omnium collegarum do- 18
lore, & meo præcipuè vitam cum morte commutauit, & fa-
ciunt ea, quæ diximus in conſt. ea quæ ad ſpetiale decus, &
quæ idem Vincen. de Franch. dicit deciſ. 279. circa delictum
falſæ monetæ. In contrarium tamen allegabantur multa, quæ
tradit Chaſſen. in conſuetud. Burgund. in tit. *des iuſtices*. rub.
1. §. 7. & num. 35. & ſequent. ex quibus poteſt reſponderi ad
hoc vltimum motiuum quod non veniant, quæ competunt
principi inſignum ſupremæ iuriſdictionis cum † officialis pu- 19
nitio de iure communi ſpectet ad eum, qui habet altam iuriſ-
dictionem in loco vbi commiſſum eſt delictum, vt per Chaſ-
ſen. in citato loco.

Intellige tertio iſtam conſtit. non habere locum, quando
officialis delinquit extra officium, vt ex dictis iuribus proba-
tur, immò † ſi Capitaneus iuriſdictionis ciuilis delinqueret
poſſet puniri à Capitaneo iuriſdictionis criminalis non ob- 20
ſtante regula, quod par imparem non habet imperium, quæ
non intelligitur quando iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, ita de-
ciſum fuiſſe teſtatur idem noſter Præſid. deciſ. 274. poſt Ca-
pyc. deciſ. 25. num. 10. & 11. † Quid autem ſi officialis Re-
gius delinquat in terra Baronis, an ſit puniendus per iudicem 21
loci, vel debeat puniri ab eo à quo eſt miſſus Marin. Frecc.
lib. 3. de ſubfeud. num. 40. & poſt eum Marcus Antonius Sur-
gen. de Neap. illuſt. lib. 1. cap. 17. num. 33. remictunt ſe ad
Petrum Iacobum in ſua praxi. Rebuff. & Marin. ego autem
poſt Chaſſen. ad conſuetud. Burgun. tit. *des iuſtices* rub. 1. ver.
la mende de ſimple reſcouſſe dicerê iudicem minorem poſſe pu-
nire officialem iudicis maioris in ſuo territorio delinquentem
extra ſuum officium niſi maior iudex petat eum remicti.

Quando autem delictum videatur commiſſum intuitu of-
ficij vide Carau. d. rit. 99. in fine. 22

De

De delictis officialium Magna Curia cognoſcit. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 49.

ITem quòd Curia ipſa, & quælibet ipſarum cognoſcant de exceſſibus officialium aliorum delinquentium in eorum officijs ea exercendo, & non aliter.

De hac materia diximus ſupra in conſtit. præcedenti Magiſter Iuſtitiarius. h. d. Tap.

Proble

Digitized by Google

Prohibetur Magna Curia cognoſcere de delictis ſindicorum, electorum, cammerarorum, & baliuorum niſi exercentes iuriſdictionem delinquerint. h. d. Tap.

PRAGMATICA II.

De offic. Mag. Iuſtit. ſeù Mag. Cur. Vic.

PHILIPPVS &c.

DOn Henricus de Guzman Comes de Oliuares, & in præſenti Regno præfatæ Regiæ, & Cattholicæ Maieſtatis Vicerex, & Locumtenens, & Capitaneus generalis, &c. Eſſendoci ſtato ſupplicato per queſta fideliſſima Città, Baronaggio, & Regno, nelli capitoli delle gratie, dimandate nel parlamento generale, congregato nell' anno paſſato di 1596. che attento per alcune interpretationi, che per il Sacro Conſiglio di Capuana, & gran Corte della Vicaria, ſono ſtate fatte ſopra il rito di detta Gran Corte, circa il cognoſcere delli delitti d'Officiali, attiue, & paſſiue, ſi è ampliato molto detto rito di quello, che ſoleua eſſer prima, & particolarmente hanno ſteſo il nome di officiale à tutti Sindici, Eletti, Bagliui, & altri che hanno in qualſiuoglia modo iuriſdittione, dalche naſcono diuerſi inconuenienti, & molti ſi ſono dati in campagna non oſtante, che ſiano innocenti per non hauer modo di poſſer venire ſin'à Napoli dall'vltime parti del Regno voleſſimo prouedere che detto rito ſi oſſerui propriamente nelli delitti delli Capitanei, come ſi oſſeruaua prima di dette declarationi; Et deſiderando noi dare ogni honeſta ſodisfattione à queſta fedeliſſima Città, Baronaggio, & Regno, & euitare li inconuenienti predetti. ci è parſo con voto, & parere del Regio Collaterale Conſiglio, appreſſo di noi aſſiſtente, fare la preſente pragmatica omni tempore valitura, per laquale dechiaramo che da qui auanti non ſe intendano compreſi li detti Sindici, Eletti, Camerlenghi, ò Bagliui nel rito predetto della Gran Corte della Vicaria, ſe non che ſiano ſugetti alla iuridittione degli Officiali ordinarij delle Città, Terre, è luoghi così demaniali, come baronali, li quali poſſano, & debbiano procedere contra di loro per li delitti che cometteſſero etiam nell' eſercitio delli loro officij de Sindico, Eletti, Camerlinghi, ò Bagliui, ma per li delitti che commetteſſero in adminiſtratione di iuridittione, che li competeſſe eſercitare, ò per priuilegio, ò conſuetudine, che haueſſe quella Città, Terra, ò luogo: Volemo che la detta Grancorte della Vicaria ſolamente, & non altro Officiale poſſa in virtù del rito predetto conoſcere detti delitti, & per eſſi tantum procedere contro di loro, ſeruata la forma del rito predetto, & comandando per la preſente à tutti, & ſingoli Baroni, titolati, & non titolati, officiali, & tribunali maggiori, & minori, che debbiano oſſeruare, & eſeguire ad vnguem la preſente noſtra pragmatica, per quanto hanno cara la gratia, & ſeruitio della predetta maeſtà, & ſotto pena alli contranenienti di ducati duimilia da eſeguire irremiſſibilmente. Datum Neapoli in Regio Palatio die 29. menſis Ianuarij 1499.

El Conde de Oliuares.

V. Goroſtiola R. V. de Ponte R. V. de Caſtellet R. Dominus Vicerex Locumtenens, & Capitaneus Generalis mandauit mihi Don Bernardino de Barrionueuo.

In cur. pr. fol. 223.

Vide ſupra de hac materia in conſtit. Magiſter Iuſtit. Tapia.

Hoc capitulum cõtinet præheminentiam conceſſam per Regem Carolum Secundum Nicolao de Ianuilla Curiam Regiam Regenti. hoc dicit Tapia.

REX ROBERTVS Cap. 258.

INiunxit nobis inter alia Reuerendus Dominus, & genitor noſter cariſſimus, qui quaſdam litteras ſuas, vt capitula regulantia, & diſtinguẽtia regimẽ curiæ ſuæ, cui præerat Dominus Theobaldus de Malobuffone, Baliſtariorum regni magiſter, & prouiſor Caſtrorum, quæ idem Dominus genitor noſter caſſanit, & illa originalia, ſcilicet, miſſa pridem Domino Nicolao de Iamuilla, qui tunc curiam regebat eãdem ſub ſigillo miſerimus vobis in ſcriptis. & ea per vos vſque ad prædicti genitoris noſtri beneplacitum ſeruari tenaciter fecerimus. Verum quia prout prædictus Dominus Theobaldus aſſerit, originalia ipſa capitula haberi nequeunt, eo qnod illa dictus Dominus Nicolaus de Iamuilla ſibi retinens apud acta ipſins curiæ minimè aſſignauit eadem, licet in actis ipſis redacta fuerint. Ecce capitula eadem ex prædictis actis aſſumpta de verbo ad verbum præſentibus inſerta vobis duximus tranſmittenda. Quorum capitulorum tenor per omnia talis eſt.

CArolus II. Dei gratia Rex Hieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apulię, & Principatus Capuæ prouinciæ, & Forchalquerij, ac Pedis montis Comes, Nicolao de Iamnilla militi Regiam Curiam noſtram iuſtitiæ Regenti dilecto Conſiliario, & familiari noſtro fideli gratiam noſtram, & bonam voluntatem. De ſtatn noſtrorum fidelium prouehendo in melius, mentanea cura ſoliciti. Ecce capitula de ipſius adminiſtratione officij, qnæ condependent à commiſſione de dicto officio tibi facta in ſcriptis redacta tibi ſerie, ſub pendenti ſigillo noſtro tranſmittimus, quæ tempore tui regiminis ſerues, & facias ab alijs obſeruari. In primis cognoſces de omnibus violentijs, iniurijs, granaminibus, atque criminibus de qnibus maieſtas noſtra, vel Robertus primogenitus noſter Dux Calabriæ, atque Vicarius noſter generalis poſſet adiri. Nec non de omnibus deſenſis iuſtè vel iniuſtè impoſitis, etiam de pœnis legalibus, atque alijs, quæ per priuatos quoſcunque clericos, vel laicos noſtro nomine imponuntur contẽptæ fuerint, & præcipuè pro violentijs, iniurijs, & grauaminibus illatis, & inferendis per Comites, aut Barones, vel alios qnoslibet vaſallis, vel vicinis eorum, aut alijs per officiales noſtros, vel quoſuis alios, ſubiectis noſtris, vel alijs quibuſcunque. Ita tamen, qnòd officialis merum habens imperium, durante officio nec de cauſa ciuili, nec de criminali, niſi de ſpeciali noſtro mandato reuocari per te valeat, vel etiam coerceri. Item cognoſcere de omnibus cauſis ciuilibus excedentibus

bus

bus ſummam illam, vſque ad quam ipſarum cauſarum cognitio ad baiulos, & pedaneos terrarum iudices, ſeù ſpeciales dominos eorundem ſpectare dignoſcitur. Nam de cauſis ad præmiſſorum cognitionem ſpectantibus te nullatenus intromittas, niſi prædicti iudices, & alij celerem iuſtitiam miniſtrare differrent, quo caſu, ſi ad mandatum tuum prædicti iudices infra competentem terminum pro cauſarum, & perſonarum qualitate ſtatuendum per te, conquerentibus expeditam iuſtitiam facere, retardabunt, earundem cauſarum, ſeù quæſtionum cognitio, quarum deciſionem, vt præmittitur, prælibati iudices dolo, vel negligentia diſtulerint, ad te libere deuoluatur.

Item in dictis cauſis ciuilibus, in quibus appareant inſtrumenta legitima, quæ non ſint abraſa, ſed in proprij ſui figura, omni vitio, & ſuſpitione carentia, ſummariè, & de plano procedas. De cauſis vero feudorum, & quorumcunq; bonorum ſtabilium ad fiſcum noſtrum ſpectantium, quæ ad magiſt. Iuſtitiarium regni, & Iuſtitiarios regnorum ſecundum diſtinctos ordines pertinere noſcuntur, te niſi per viam appellationis, vt ſubditur, nullatenus intromittas. Item habebis ſub cura, & protectione tua eccleſias, & perſonas eccleſiaſticas, pupillos, orphanos, & viduas, omneſq; miſerabiles perſonas, & eas ab omnibus indebitis grauaminibus, & moleſtijs per conuenientia remedia protegas, & defendas, poſſiſq; ſi oppreſſio, vel grauamen contingat, criminis cauſam exinde inquirere per te, vel alium, ex officio, vel per ſpecialem inquiſitionem etiam contra ſpeciales perſonas, ſicut & nos poſſemus in hoc caſu ſpecialem inquiſitionem committere, conſtitutionis regni non obſtante rigore, ac pœnam debitam ſecũdum iuſtitiam irrogare. Si verò ex ipſa oppreſſione, vel grauamine ciuilis cauſa tangatur, in prędictis ſpecialibus cauſis procedas, & procedi facias ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ordine iudiciario prætermiſſo. In alijs autem cauſis, & cognitionibus ad te pertinentibus cum tato iure, & iudicij ordine iuſtitiam obſeruabis. Permittimus inſuper tibi, quòd de cauſis ciuilibus defenſarum, ſeù quarumcunque pœnarum in eadem Curia agitandis, in dubio, ſi partes petierunt, poſſis cum partibus ipſis, dum tamen non excedat ſummam 20. vnciarum componere, cum conſilio iudicum perſonarum conditione penſata. Præterea vaſſallis querelam * exponentibus de grauaminibus eis illatis per dominos eorundem poſſit per te, vel aliũ idoneum, quem ad id elegeris, inquiſitionem inde ex officio facere ſpecialem, conſtitutione, vel lege aliqua minimè obſiſtente. Item audias cauſas omnes appellationum interiectas à ſententijs ferendis in curia magiſtri Iuſtitiarij, eaſq; ſecundum iuſtitiam examines, & decidas. Hoc verò capitulum tunc locum habebit, cum de cauſis eiſdem in curia dicti magiſtri Iuſtitiarij principaliter cognitum fuerit: vbi autem non principaliter ipſæ in Curia dicti magiſtri Iuſtitiarij fuerint ventilatæ, ſed per appellationis remediũ ab inferioribus iudicibus ad eandem curiam deuolutæ, tunc ſi à ſententia lata in præfata curia magiſtri Iuſtitiarij appellari contingat, cauſa appellationis eiuſdem coram iudice appellationum noſtræ curiæ ventiletur, & ſuo marte diſcurrat, vt coram dicto appellationum iudice ſtatutus à iure ad appellandum dierum numerus debitum finem recipiat. A ſententijs verò latis in curia noſtra penes te ſtatuta ſuper cauſis per appellationem à curia magiſtri Iuſtitiarij deuolutis ad appellationum iudicem recurratur. Et verſa vice poſſit appellari ad magiſtrum Iuſtitiarium à ſententijs latis in dicta curia noſtra, & deinde appelletur ad iudicem appellationum.

* ADDITIO. Querelam. *In hoc caſu, quid ſi vaſſalli nõ conquerantur. dic quòd idem erit ſcilicet, quòd ex officio procedat. Guido Papa deciſ. 62. quod etiam videtur imponi per prag. Regis Ferdinandi I. circa fin. & vide de oppreſſis à iudicibus per Luc. in l. 2. verſ. ſed an poterunt. C. de luc. aduocat. lib. 12.* De Bottis.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HOc capitulum à Carolo II. prius editum à Roberto confirmatum videtur continere iuriſdictionem alterius officij, quàm magiſtri Iuſtitiarij dum in §. de cauſis verò feudorum, & in §. item audias, & in §. ſententijs videtur conſtituere iuriſdictionem ſupra magiſtrum iuſtitiarium, & ſic fortaſſe congrueret titulo de officio Sacr. Concil. nos tamen hîc collocauimus reſpectu aliorum, quæ in hoc capit. continentur, quæ poſſunt ſeruari per Magnam Curiam, & præſertim reſpectu §. ita tamen, de quo diximus ſupra in conſtit. Magiſter Iuſtitiarius, & §. nam de cauſis ad præmiſſorum, de quo diximus in conſtit. ſtatuimus, vt Magnæ Curiæ.

1 *Iuſtitiarij, & Capitanei Prouincias viſitent. h. d. Tap.*

IMPER. FREDER.

1 CApitaneorum autem, & 1 magiſtrorum Iuſtitiariorum officium tale erit: 1 circuire prouincias ſibi decretas, & in dies ſolennes Curias in locis, & terminis, prout ea melius videbitur expedire.

Iuſtitiarius cognoſcat de delictis per Comites, Barones, & vniuerſitates, ac in præſentia eorum commiſſis. h. d. Tapia.

§ Cognoſcere de magnis maleficijs, videlicet, per vniuerſitates locorum, Comites, & Barones publicè perpetratis. Super illis etiam maleficijs cognitionem ſuam impartiri debebunt, quæ præſentibus ipſis in locis, vel parum ante aduentum ipſorum contigerit perpetrari. Vt tamen ſi regionum Iuſtitiarij ſint præſentes, cauſas ipſas per eos ſine mora qualibet audiri iubeant, & finiri. Abſentibus autem Iuſtitiarijs, ſi periculum euidens in cognitionis dilatione præuiderint, conſequentes audiant, & diffiniant quęſtiones. Alioquin nõ officialium ordo ſeruetur ad Iuſtiarium primum:

deinde

deinde ad magiſtros Iuſtitiarios , & demum in defectum omnium ad magnam Curiam noſtram volumus proclamari.

Appellationes à ſententijs inferiorum iudicum ad Iuſtitiarios deferri mandat Imperator , nec permittant ipſa extra Regnum de gente vaſſallos ab actoribus defatigari appellatione ad Imperatorẽ interpoſita niſi ipſi condemnatis. h. d. Tapia.

§ Appellationes à ſententijs inferiorum iudicum ad ipſos volumus interponi : & ab ipſorum ſententijs ad noſtram audientiam prouocari . Ex generali etiam commiſſione noſtra ſpecialiter eis facta committimus magiſtris Iuſtitiarijs antedictis , vt nobis circa Imperij noſtri partes extra Regnum agentibus. appellationes à ſententijs Iuſtitiariorum , ſeù quorumlibet inferiorum iudicũ ad noſtram audientiam interiectis,ipſi ſuſcipiant, & prout viderint de iure , decidant. Ita quod nulli noſtrorum fidelium liceat occaſione appellationis ad auditorium noſtrum factæ aduerſarios ſuos extra Regnum expenſis,& laboribus fatigare.Niſi forſitan ſuper crimine læſæ maieſtatis , vel ſuper

ANDRAEAS DE ISERNIA.

C*Apitaneorum* . Gloſſator non habet hunc ordinem in gloſſis ſuis : Sed ego proſequor ordinem libri mei,& hæc conſtitutio eſt de nouis , & plena additionibus.

Et

Et iudices ſolennes. Curia in locis, &c. Hæc eſt quædam noua conſtitutio, quæ incipit, & ſi generalis cura nos aduocet, &c. quæ bis in anno curiam ordinat congregare , exprimens loca,

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

AFflictus hanc conſtitutionẽ, quia longa eſt non ſummat, nos autem, vt clarius pateat, quod in ea dicitur per §§. diuidamus, eamq; gloſarunt optimè idem Afflict. & Foller. qua de re breuiter aliqua annotabimus.

1 T *Capitaneorum*. † Quærit hic Foller. de quibus Capitaneis intelligatur ; & primo dicit poſt Afflict. intelligi de Capitaneis terrarum, vbi non adeſt Iuſtitiarius, ſubdit tamen poſtea loqui de illis, quibus prouinciæ decretæ ſunt ad malefactores perſequendos, quod rectius arbitramur , cum primus intellectus ſit omninò huic conſtitutioni contrarius, ex ijs quæ dicemus in verbo ſequenti.

T *Magiſtrorum Iuſtitiariorum* . Quærunt hic Doctores an hæc conſtitutio loquatur de magiſtro Iuſtitiario,qui præſidet in Magna Curia , vel de Iuſtitiario prouinciali , & vt video Andr. hic tenet loqui de Iuſtitiario prouinciali , non autem de magiſtro Iuſtitiario Magnæ Curiæ , ſed contrarium tenent Afflict. & Foller. mihi tamen adherere opinioni Andreæ viſum eſt ſemper tutius, & in hac præſertim re , cum citra eius eminentem doctrinam, eius antiquitas, quæ facit eum proximiorem Regni conſtitutionibus , facit quoq; peritiorem circa intellectum ipſarum,eo magis quia ſi inſpiciamus ipſius verba non poſſumus niſi de Iuſtitiarijs prouinciarum intelligere, primo dum nominat plures magiſtros Iuſtitiarios cum vnum tantum adeſſe in Regno , nemo neget, & ſic dum dixit in numero plurali de ipſis eſt intelligendum . Secundo dum dixit decretas ſibi prouincias , quæ verba nullam tergiuerſationem patiuntur , nam verbum prouincia iuxta huius Regni ſtylum intelligitur de vna ex duodecim Regni prouincijs. Tertio cõuincitur ex conſtitutione Iuſtitiarij non per calendas ibi *Ciuitates, & loca ſuarum iuriſdictionum continua diſcuſſione perquirunt prouincialium diſpendijs*; nec refragatur, ſi dicat hic appoſitum eſſe nomen magiſtri, quod ſoli Iuſtitiario Magnæ Curiæ competit, nam reſpondetur id eſſe poſitum ad differentiam Iuſtitiariorũ Regionum,prout hac eadem conſtitutione docemur, nam quemadmodum genus predicatur de pluribus ſpeciebus, ita ſpecies de pluribus indiuiduis, & propriè in conſtitutione Iuſtitiarij per prouincias, & Iuſtitiarij non per calendas, & Iuſtitiarij nomen, & normam nõ additur nomen *Magiſtri* . Neque refragantur allegata per Affl. in hac conſtitutione quæ maiorem lucem de hac re non tradit , nam quod in ea de curijs habendis in ſtatutis locis traditur , non deducit neceſſario , vt id fiat per Magiſtrum Iuſtitiarum, cum ſufficiat id fieri per Iuſtitiarium prouinciæ.

2 T *Circuire*. † Ad Præſidem igitur pertinet pacatam habere prouinciam, eamq; malis hominibus purgare iuxta præceptũ Vlpiani in l. congruit ff. de officio Præſid. quod vt facilius atque iuſtius fieri poſſit id non per alios , ſed per ſe ipſum fieri conſtitutio iſta præcepit, quod quam bonum eſſet exclamant hic Afflict. & Foller nec ſcio qua de cauſa id fuerit immutatum, audiui tamen id accidiſſe propter oppreſſiones populorum, quos iſti prouinciarum Præſides defatigabant . Sed bone Deus, cur optimæ prouiſiones ſunt tollendæ propter malos miniſtros , quos ſi vellent Principes inuenire bonos , inuenirent equidem, ſed boni qui par lucri percipiunt ex officiis defatigantur , & tædio affecti rerum publicarum curam relinquunt, ideoq; ſæpe ſæpius Illuſtriſſimorum Viceregum memoriæ tradidi,vt ad viſitandum Regnum prudentes, grauoſq; miniſtros mitterent. vtq; prouinciarum Præſides optimos deligerent ; qui prouincias circumeundo pacatas redderent, quod admonuit Io. Vinc. Anna ſingul. 155.

T *Magnis maleficijs*. Ex hoc tex. colligitur † magnum eſſe 3
malum, quòd committitur à perſonis potentibus,cum & Baronum, & Comitum, & vniuerſitatum delicta magna vocentur,ad quod facit quia quemadmodum † dicitur atrox iniuria, 4
quæ fit officiali, & perſonæ potenti , & quæ fit à multitudine hominum , vt tradit Vlpia. in l. prætor edixit §. quod autem prætor ff. de iniur. quod explicuit Maran. in 6. part. tit. de inquis. num. 65 . ita dicitur magnum delictum , quod ab ipſis cõmittitur Grammat. deciſ. 53 . num. 14.

Ad † quod ponderatur dictum Dauidis pſal. 50. dum ad 5
Deum loquens magnam petit miſericordiam dicens miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam? Nam cũ ab ipſo patratum fuiſſet delictum qui erat Rex , magnũ quippe erat, & magna indigebat miſericordia : quod etiam arguitur ex verbo publicè, nam crimen notorium eſt exceptuatum, & dici poteſt magnum, ad quod faciunt quæ tradit Foller. in prax. verb. item quod fuit notorius delinquens.

T *Perpetratis* Hic tradunt Afflict. & Foller. neceſſarium eſſe,
vt conſtet de iſta qualitate , quæ fundat iuriſdictionem † ſic 6
etiam dicimus in crimine aſſaſſinij, in quo eſt neceſſarium, vt Iudex ad fundandum iuriſdictionem in clerico probet qualitatem. Sed dubium eſt an hæc qualitas debeat plenè probari, & ſic homicidium eſſe commiſſum mediante pecunia , in quo dic ſufficere id probare legitimis argumentis , hoc eſt inditijs indubitatis,nam lex contenta eſt ijs probationibus , quæ poſſunt reperiri in eo delicto, cum igitur huiuſmodi delicta non niſi occultè committantur , recurrimus ad coniecturas , vel argumenta, & in tantum eſt hoc verum, vt ſi non fuerit plenè probata per legitima argumenta hæc qualitas ,poterit torqueri , vt tradit Capyc. deciſ. 155. in fine, & facit quod hic tradit Afflict. num. 50. vbi inquit hoc debere conſtare ſummariè, non enim requiritur ſolemnis probatio , ſed qualibet ſufficit.

T *Præſentibus.* Ad hoc facit etiam lex prætor edixit §. fin. ff. de iniur. ibi, *tempore ſi in ludis , & in conſpectu prætoris* , ita notorij ad quod vide Foller. vbi ſupra.

Digitized by Google

eo crimine,de qno condemnatus vitam, vel membrum amitteret: vel forſitan exularet, aut exilij iudicio ſtatum, aut omnia bona ſna, vel maiorem partem ipſorum, deberet amittere condemnatus, appellationes ad nos contingeret interponi: tunc enim in electione eſſe volumus appellantis, vtrum ad præſentiam noſtram adire voluerit, vel cupierit ipſorum iudicium experiri.

Iuſtitiarius prouinciæ poteſt inquirere cõtra iuſtitiarios, & alios officiales hic nominatos eorumq; defectus ſuppleat. h. d. Tapia.

§ Quærimonias etiam quæ fient contra Iuſtitiarios regionum, Secretos Cameræ, Caſtellanos, Procuratores Demaniorum noſtrorum, & alios officiales audient,& ex officio ſuo ipſorum exceſſus, & negligentias puniant,& interdum defectum eorum,iuxta ſubſcriptam formam,prout expedierit, ſupplere procurent.

Specialiter autem ſi Caſtellanos,vel Procuratores Demaniorum, ſeù animalium noſtrorum, & cuſtodes defenſarum noſtrarũ, inueniunt per fraudem, vel manifeſtam negligentiam malè ſibi commiſſa tractaſſe: ipſos capiant de perſonis, & nobis ſignificent tranſgreſſionem ipſorum, vt inde fieri mandemus, prout noſtro beneplacito reſidebit. Vt tamen Caſtellanos de noſtra conſcientia deſtitutos de caſtris non amoueant ſine cauſa, quorum aliquem,qui ſe ex prædictis cauſis remouere contigerit, per eoſdem remoti delictum, & ſubſtituti nomen nobis ſignificent ſeriatim,vt de ſubſtituto ipſo, aut de ſubſtituendo alio mandatũ de ſcrinio conſcientiæ noſtræ procedat. Induſtriã, ſolicitudinem, & diligentiam Caſtellanorum noſtrorum, quæ in conſeruandis, & medicandis caſtris, & demanijs noſtris habuerint, per ipſos celſitudini noſtræ frequentius volumus intimari, vt quemadmodum iniuſtos, & iniquos pęnis affici, ſic bonos, & iuſtos Imperialibus pręmijs uolumus decorari.

Prohibet magiſtratus munera accipere, & iuſtitiam per gratiã, aut odium detrahentibus pœnam imponit. h. d. Tapia.

§ Prædictis præterea magiſtris Iuſtitiarijs,& Capitaneis noſtris iniunximus, vt ſi inuenerint aliquem officialium noſtrorum per gratiam,aut odiũ manifeſtum, iuſtitiam detraxiſſe: ſeù pecuniam, ioiectas, ſeù canes, aut accipitres, aut aliquid aliud, præter eſculentum, aut poculentum, quod ad plus duobus diebus ſemel in anno tantum, ſibi ſufficiat recepiſſe, vt tamen à litigantibus nihil omninò, nec eſculentum recipiat, ſi de iuriſdictione ſua ab aliquo litigante receperit, cum infamia priuatus officio,per ipſorum bonorum ſuorum infiſcationem mulctetur. Cæterum ſi de alijs

ANDRAEAS DE ISERNIA.

loca, tempus, & modum Curiæ faciendæ, qui & quot intereſſe debent ordines quermoniarum, & coram quibus, & multa vtilia, quæ ſi ſeruarentur, bonum eſſet pro ſubditis, & pro regnante.

Parum ante aduentum ipſorum. Non loquitur de magiſtro Iuſti. præſidente magnæ Curiæ,ſed de alijs diſcurrentibus, vt patet ex litera. Cum magna Curia vbi eſt præſens, de omnibus ipſa cognoſcit, & Iuſtitiarij ſilent. ſupra eo. l.honorem.& dictum eſt io l. ſtatuimus.Si vero magna curia exiſtente Neapoli, delinquat ibi Capuanus, vel contrahat, & recedat, & vadit Capuam,an accuſabitur in magna curia Neapoli de delicto, vel contractu Neapoli in ſua præſentia inito, & commiſſo? Io contractu eſt opinio, ſicut no. ff. de iudi. l.hæres abſens. In delictis ſemper videtur gloſſari,quòd fiat remiſſio, & ſi ibi noo inueniatur, in Auth. vt nul. iud. §. ſi verò. Vnde in delictis ſatis videtur quod ſic, & pro contumacia bannietur. In contractu verò cum illo temperamento,quod c.Rom.

§. con-

§. contrahentes. extra de for comp. pro contumacia in contractu non aſtringit perſonas,vt dicit Inno. ext. eo.cap.licet. & cap. dilecti. Item ſi promittat quis ſoluere io magna curia, compelletur ibi, ſi ibi inueniatur, oon alibi, l. alibi.aliàs, non aliter.ff.de eo.quod cer. lo.l.1. & d.cap. dilecti. per Ion. niſi cnnueniſſet. vt etiam ſi eſſet alibi,conueniretur in magna curia, quia hæc renunciatio videtur valere, per ea quæ not. in gl d. c.dilecti. Item ſi opponatur aote litem conteſt.non contracti in magna curia Vicaria, vel huiuſmodi, non impediet conteſtationem, dicit Inno.in præd.c.Rom.

Appellationes. Loquitur de magiſtris Iuſtitiarijs diſcurreotibus, nam quando ad Principem appellatur, appellatio venit ad magnam curiam, & ſic ad magiſtrum Iuſtitiarium, qui præeſt magnæ curiæ. infra de appel.l. appellationum tempora. nam & aliàs ad magnam curiam † poteſt appellari à quorumcunque ſententijs, omiſſis medijs, ſecundum glo. infra de iud. per imp. cel.prom.l.cum noua. a iudicibus vero Baronũ,

aut

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Et inquantum Afflict. hic notat, quod ſupradiximus in conſtitutione honorem, quod vbi reſidet Magna Curia ſileat iuriſdictio retento intellectu ipſius, cum hæc conſtitutio loquatur de magiſtro iuſtitiario, dic contrarium collegi ex verbis ſequentibus dum in verſ. vt tamen declaratur, quòd ſupradixerat de cognitione criminum io aduentu ipſius iubendo id fieri abſentibus iuſtitiarijs.

Ad id verò quod Andr. hic tradit Capuanum, qui Neap. deliquit, ſi confugerit ad Ciuitatem Capuæ debere per eius gubernatorem remitti; dic id non procedere ex ratione quam Afflict allegat, quia ſemper debet fieri remiſſio ad locum delicti,nam iudices originis,& domicilij poſſe inquirere, etiam iure communi inſpecto contra ſuum vaſſallum delinquentem extra territorium receptiſſimum eſt, vt poſt Couarr. Sacrum Conſilium approbaſſe teſtatur Vincentius de Franch. deciſ.

66.

66.ad quòd etiam faciunt tradita per Follet. io verbo audiantur excuſatores nu.65.ſed alia ratione, † quia ex antiquiſſima 7
obſeruantia receptum eſt delinqueotes hic Neap. per Magnã Curiam cognoſci propter offenſionem, quæ videtur fieri tunc ſereniſſimis Regibus nunc Illuſtriſſimis Protectoribus, quæ ratio impedit remiſſionem ad Barones quantumuis priuilegiatos, vt teſtatur Vinc. de Franchis deciſ.129.

T *Proclamari.* † Hodie tamen hic ordo appellandi non ſer- 8
uatur, ſed poſt interpoſitam appellationem à ſententijs baronum io cauſis ciuilibus, vel ad regias audientias, vel ad magnam Curiam, vel ad Sacrum Conſilium ſolet appellari. In cauſis verò criminalibus, vel ad Regias Audientias, vel ad Magnam Curiam primum,demum verò ad Sacrum Conſilium ſolet appellari.

T *Proclamari.* De hoc diximus ſupra in conſtitutione ſtatuimus

tuimus

Digitized by Google

non litigantibus, qui tamen de iuriſdictione ſua ſint officiales receperit aliquas res accepta Domino reſtituta, in quadruplum fiſco noſtro damnatur. Litigator autem qui iudicem aliquem dando corruperit, vel corrumpere promittendo voluerit, etiam ſi bonam cauſam habebat, in ipſa ſuccumbat. Hoc idem in eiſdem Capitaneis, & magiſtris etiam Iuſtitiarijs, ſi circa prædictam prohibitionem noſtram receperint aliquid, volumus obſeruari. Et vt in talibus quibuſlibet, vel omnibus delinquendi materia ſubtrahatur, edicimus, vt officiales cui in corruptelam ſui promiſſionem fieri contigerit, promittentis nomen, & promiſſionis etiam quantitatem, & modum nobis, vel alicui, per quem ad nos notitia perueniat, præcipimus nunciari.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

aut à Baronibus, aut in terris Demanij, ad quem appelletur, ſi ad Magnam Curiam non appellatur? dicitur pleoè infra de officio magiſtri Ca.l officiorum.

† ADDITIO. *Vide Moder. in capit. Regni, plerunque, nume. 12. cum ſequen. fol. 556.* De Bottis.

Querimonias. Nota, officialis factus de conſcientia, vt ille ſolus deſtruat, qui conſtruxit, hoc eſt quod dicitur. C. ſi aduerſus rem iudicatam. l. 3. ff. de minorib. l. prætor. & l. minor.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

tuimus, quando ſcilicet gradatim ſit appellandum.

T *Deſtegare.* Non enim tenentur vaſſalli quærere dominum extra Regnum.

In hoc §. & in §. antecedenti videtur loqui de magiſtro iuſtitiario prout etiam dicit hic Andr. in verſ. appellationes.

T *Et alij officiales audiunt.* Quia vt diximus ſupra in conſtitutione magiſter Iuſtitiarius Magna Curia cognoſcit de delictis officialium, quod vide ibi.

9 T *Capiant de perſona.* † Hoc fieri tunc debet cum de ipſorum fraude plenè conſtet, non enim debet ſuſpendi ab adminiſtratione officij, niſi plenè contra ipſum conſtet, vt poſt tradita per Vincentium de Franch. deciſ. 8. diximus in conſtit. ſtatuimus in verb. ab adminiſtratione remotus.

10 T *Decorari.* † Hæc vera Iuſtitia eſt, vt Princeps bonos præmijs, malos verò debitis pœnis afficiat, & ò vtinam hoc Principes curarent, quia ſinè dubio optimi viri in Republica ad eam regendam reperirentur, & hoc eſt optimum munimen 11 † *iuſtitia enim* (vt inquit Plato Dionis propinquis epiſt. 7.) *ciuitates ac reliqua omnia ſeruat, iniuſtitia verò peruertit, atque corrumpit.*

T *Gratia.* Diximus ſupra in rub. de offic. in Regno conſtit. officiales non debere vinci amore, aut odio, quod libro 6. de republ. c. 7. & 8. pluribus docuit Siman. & Afflict. hic latè proſequitur.

T *Eſculenta, aut poculenta.* De materia munerum dicemus infra in tit. ne official. mun. recip.

T. *Corrumpere* Quæ ſit pœna iudicis corrupti, quæ vè illum corrumpentis, dicemus in conſtitutione corruptelæ ſub titulo de pœna iudicis, qui mal. Iudic.

Magna Curia Vicaria habet iuriſdictionem in toto Regno cognoſcitque de cauſis titulatorum, & Baronum Regni non obſtantibus exemptionibus à retro Regibus conceſſis, h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 46.

IN primis, cum non humanæ conſtitutioni, ſed diuinæ potius inhærentes, vt in lege diuina ſcriptum nouerimus, Ita magnum iudicabis vt paruum, nec erit apud te exceptio perſonarum, noſtrarum conſtitutionum, & edictorum, & de certa noſtra ſcientia, motuque proprio, & matura noſtri conſilij deliberatione, iubemus, decernimus, volumus, & mandamus, quòd omnes Principes, Duces, Comites, & Barones, & alij ſubditi huius noſtri Regni, cuiuſcunque ſtatus, gradus, conditionis, dignitatis, & præeminẽtiæ fuerint, ac eius vniuerſitates Terrarum, ciuitatum, caſtrorum, & locorum quorumcunque huius Regni noſtri, ac homines ſingulares ipſarum & quoſcunque ſubditos, perſonas, ciuitates, terras, caſtra, & loca præſentibus pro expreſſis & ſpecificè ac ſingulariter declaratis haberi volumus, mandamus, & decernimus, quòd poſſint & valeant conueniri, accuſari, trahi, & euocari à quibuſcunque ipſos, & quemlibet ipſorum & ipſarum conuenire, citare, trahere, & euocare volentibus in prædictis noſtris Magna, & Vicariæ Curijs, & qualibet ipſarum, & etiam quod prædictæ noſtræ Curiæ, & quælibet earum poſſint contra tales pręnominatos procedere ſiue per accuſationem, ſiue per denunciationem, inquiſitionem, & ex officio prout aliàs à iure, & regni conſtitutionibus, & capitulis declaratur, & permittitur, non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs, & indultis prædictis vniuerſitatibus hominibus, & alicui ipſorum, & ipſarum de non trahendi, & conueniendis eiſdem in dictis Curijs conceſſis, ſiue pro claræ memoriæ dominum Regem Carolum II. Et dominam Reginam Margaritam proſſimos parentes, & Dominum Regem Ladiſlaum Reuerendiſs. fratrem noſtrum, ac per noſtram celſitudinem, ſiue per quoſuis alios illuſtres Regni noſtri prædeceſſores cuiuſcunque prætextu, etiam pro ſtatu Reipublicæ, & motu proprio, & conſiderationibus alijs quibuſcunque conceſſis, cum quibuſuis clauſulis derogatorijs, atiam ſi de illis, vel aliqua ipſarũ eſſet hic de verbo ad verbum expreſſa mentio, & notitia facienda, ſeu totus illorum & illarum tenor præſentibus inſerendus. Quæ priuilegia & indulta & ipſorum tenores de dicta certa noſtra ſcientia, & proprio noſtro motu, ac plenitudine noſtræ dominicæ poteſtatis, cum dicti noſtri cõſilij deliberatione totaliter reuocamus ac annullamus, caſſamus, & tollimus, viribuſque & efficacia vacuamus, ac nullius eſſe roboris decernimus,

*ADDITIO. Familiaribus. *Iſtud de iure procedit. vide Pau. de Caſt. in l. de die, § fin. ff. qui ſatiſd. cog. cap. conſtitutus, de fideiuſſ. gl. in c. ſtatutum. § pen. in ver. expenſas, de reſcrip. li. 6. Iaſ. in l. 1. col. 1. ff. ſi quis ius dicen. non obtemper.* De Bot.

vel vigoris: Exceptis dumtaxat familiaribus * noſtris, & commenſalibus domeſticis, & actu ſeruientibus qui in eiſdem Curijs nequeant citari, cogi compelli, aut quomodobet euocari.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

IStum Ritum exornauit optimè Proſper Caranita, deque ipſius materia diximus aliqua in ſuperiori conſtitutione, quæ incipit Magnæ Curiæ noſtræ, & in prima conſtitutione huius tit. quæ incipit ſtatuimus, & hodie ſeruatur, nam ſiue in cauſis ciuilibus, ſiue in criminalibus conueniuntur barones, & magnates Regni in dicta Magna Curiæ Vicariæ: difficultas verò orta fuit reſpectu illorum, qui habent ſeptem officia Regni de qua concluſione, cum adhuc pendeat deciſio facienda in Sac. Conſ. reſpectu Magn. admirati. nihil diximus, ſed ſi ante impreſſionem decidatur, aliqua Deo dante dicemus, & fortaſſe in tit. de offic. Magn. admirat.

CAROLVS II. Cap. 119.

I*tem ſtatuimus, quod magiſtri Iuſtitiarij.* Magiſtri Iuſtitiarij non debent facere mouere accuſationem priuatā per perſonerios, vel officiales eorum contra aliquem. Sed poteſtas benè auditur & recipitur.

Ibi, *procedunt in fine.* No. quòd officiales poſſunt cognoſcere de iniuria facta officialibus ſuis: Sed de iure cōmuni contra eſt, quia vſq; ad lit. conteſt. ff. de off. præſid. l. ſenatus. & l. qui iuriſdictioni. & in caſu iſto ex inquiſitione Iuſtitiarij. P. P.

ITem ſtatuimus, quod magiſtri Iuſtitiarij, & Iuſtitiarij regionum non faciant accuſationem calumnioſè moueri, vel fieri contra aliquos, quos criminoſos dicunt, vel aſſerunt per præſonerios, vel familiares ipſorum; ſed ſi aliquis eos legitimè accuſare, vel iniuriam paſſus, ſi crimen priuatum commiſſum dicatur, vel quilibet alius, qui de iure ad accuſandum admittitur, ſi crimē publicum fuerit, qui non ex ſuaſionibus alicuius, ſed proprio motu ad accuſandum ducatur, accuſationem eius recipiat, & in ea, iuſtitia mediante, procedat.

Iubet Rex, vt Magiſter Iuſtitiarius, ac Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ in Prouincijs hic, ſtatutis anno quolibet reſideant ad vindictam delictorum, tum officialium, tum etiam aliorum, h. d. Tapia.

CAROLVS II. Cap. 184.

I*Nſuper ad fidelium.* Iſtud cap. hodie nō ſeruatur p Iuſtitiarios. Barth. de Capua.

INſuper ad fidelium eorundem ſtatum melius, & vtilius ordinandum, præſenti noſtra in perpetuū valitura conſtitutione ſancimus, quòd magiſter Iuſtitiarius, & iudices Magnæ Curiæ ſex hebdomadarum ſpatio anno quolibet, in qualibet ſubſcriptarum Regni Prouinciarum per nos denuò diſtinctarum, videlicet, in toto Aprutio per ſe: In terra Laboris & Principatus per ſe: In Capitanata, & Baſilicata per ſe: In terra Bari, & terra Ydrunti per ſe, pro iuſtitia miniſtranda moreantur Prouinciam diſcurrendo, ac inquirendo, & corrigendo T Iuſtitiariorum, & cęterorum officialium, ac quorumlibet aliorum exceſſus: Et ſi Iuſtitiarios, vel officiales eoſdem viderint amouendos, id ſtatim nobis, vel locum noſtrum tenenti diſtinguendo particulariter omnia, quę inuenerint, contra illos ſcribere non omittant.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

EX hoc cap. ſumitur argumentum, quod conſtitut. Capitaneorum loquatur de magno Iuſtitiario ſecondum Afflictum, ſed hoc capit. poſſet ponderari in contrarium, quia ſi hæc fuit noua ordinatio non poteſt per iſtam nouam legem dici id fuiſſe ſtatutum in alia, eo magis, quia hic nulla fit mentio de conſtit. prout in pluribus capitulis ſolitum eſt ſaltim in
2 genere. † Hodie verò nec Magna Curia, nec Gubernatores Prouinciarum circundāt Prouincias, ſed tantum Capitaneus Campaneæ proſequendo latrones, & diſrobatores ſtratarum, & licet viſitatio iſta per Mag. Cur. optima ratione ſit ſublata, ego tamen ſemper rogaui Illuſtriſ. Viceréges, vt per Regios Conſiliarios, ſiue Præſidentes Regiæ Cameræ (ſed iſtos prudentiſſimos) Regnum, ac præcipuè partes longinquas viſitarent, vt perterriti officiales baronum, & inferiores Iuſtitiam miniſtrarent, de quo diximus ſupra in conſtit. Capitaneorum. T *Iuſtitiariorum, & cæterorum.* Sicut enim in hoc Regno per conſtit. Capitaneorum, & per Cap. iſtud prouiſum eſt, vt officiales ipſius, tam per Magiſtrum Iuſtitiarium, quàm per Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ viſitarētur, ita peculiari lege ſancitum eſt idem apud Hiſpanos tit. 17. lib. 2. ordinat. quod licèt hodie non ſeruetur, deberet tamen ſeruari, poſſetque id fieri abſque diſpendio, & labore ſi ad gubernandas Prouincias Regij Conſiliarij, & Præſidentes Regiæ Cameræ deſtinarentur, vel ſi vnus, aut alter ex dominis Regiam Cancellariam Regentibus tertio quoque anno Regni viſitationi præficeretur cum aſſiſtentia vnius ex iudicibus Magnæ Curiæ.

Ad delictorum punitionem, quæ grauia ſunt, vt hic exponitur, concedit Rex facultatem Magno Iuſtitiario, vt ad torturam procedatur contra delinquentes, etiam non datis defenſionibus, h. d. Tapia.

REX ROBBERTVS Cap. 272.

*ADDITIO. Sceleratis & reprobis. *Adde quòd iſti ſcelerati ſunt per ciuitatem protrahendi, & demum ſuſpendendi: ita Luc. in l. 1. col. 9. C. de ſer. lib. 12. vide modum probādi, quòd quis ſit famoſus, & publicus latro, per Andr. in c. 1. in ver. publici latrones, de pace tenen.* De Bot.

SI cum ſceleratis & reprobis, * quos notabiliter fama grauat, vel crebra commiſſio criminum dat inſignes latrones, pro eorum tali commiſſione, ſeu meritis non agitur ad vindictam, conſequens erie

Digitized by Google

erit viros tales ex impunitate cognoſcere, & noſtram Rempublicam cum noſtrorum nocumento fidelium grauia T detrimenta ſentire. Sic igitur intellecto, quòd ſicut caſus accidunt, eanſque ſuccedunt, multi de talibus delati, vel capti ad Vicariç Regni noſtri (cui prçſides) Curiam producuntur, & iam aliqui peruenerunt, contra quos tum propter varios in ſuis opinionibus intellectus, iudicum dictç Curiç, tum propter alia, quç per aduocatorum aſtutias ingeruntur prçpendia & anfractus, non proceditur, prout decet, ad condignam & celerem vltionem: Mirari compellimur, & turbari, ſic ipſis deferendo maleficijs, de tam generali eiuſdem Reipublicæ derogatione, quç ſequitur non penſatur, ita quòd dum vni, vel pluribus de huiuſmodi ſceleratis, vt euadant, applauditur, toti vniuerſo quod lçditur derogatur. Verum attento quod ſcribitur, quia viam peccandi aperit, qui cũ poſſit cohibere, permittit, quod nobis non immeritò valeret impingi: Tibi, de cuius fide confidimus, de cuius zelo ad iuſtitiam, & odio ad ſcelera ineſſe ſperamus, de certa noſtra ſcientia, committimus vſque ad noſtrç beneplacitum maieſtatis, vt tu ſolus contra quoſlibet notatos, ſeu denuntiatos, aut infamatos, quòd ſint diſrobatores ſtratarum, aut homicidç, fures, ſeu latrones inſignes, vel aliorum grauaminum labefactos infamia, cum delatione, vel ſinè delatione quacunq; , ad manus tuas quomodolibet venientes occaſione grauiorum criminum generaliter, & ſpecialiter poſſis inquirere, & procedere contra eos, etiam quia in talibus eſt ordo, T ordinẽ non ſeruare, qui nullum iuris ordinem obſeruarunt. Sicut in promptu de criminoſis perſonis, & earum criminibus tibi conſtiterit per aliqua indicia, vocem, ſeu famam publicam,* aut per aliquos teſtes, quos tantum ad tui informationem recipere te volumus, parte non vocata, aut eorũ appellationibus, ſeu defenſionibus non admiſſis, iuxta tuum arbitrium, Deum tamen & iuſtitiam habendo præ oculis. Sic in promptu ad ſciendum de ipſis criminibus veritatem, eorumque complices, & fautores eos prout tibi videbitur ſubijcere valeas quæſtioni, ipſoſque pro exceſſu, & criminum qualitate punias rigorosè, quòd eis cedat ad pœnam, & alij terreantur exemplo, legibus, & conſtitutionibus, ac capitulis quibuſcunque his fortè contrarijs non obſtantibus, quoquo modo. In his enim tibi plenam poteſtatem meri & mixti imperij, ac arbitrium competens duximus concedendum.

* ADDITIO. Famam publicam. *Iſta famoſitas ſufficit ad torturam, And. de Iſern. in c. 1 §. publici latrones, de pace tenen.* Pulucrinus.

Datum Neapoli, Anno Domini 1313. die 18. Iulij vndecimç indictionis, Regnum noſtrorum anno 5.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T DEtrimenta ſentire. *Ciuitates enim,* (vt inquit Plato) lib. de Philoſophia, *tunc optime gubernantur, cum iniuſti dant pœnas,* & Cicero in Vatinium inquit, *vt medici membrum ſæpè putrefactum incidunt, atque in totum eradicant, ne aliam corporis partem labefactare, aut corrumpere poſſit, ſic neceſſe eſt, ſi rempublicam ſaluam eſſe volumus, vt perditiſſimos homines ex vrbe penitus extirpemus, ne corrupto, integro, violatus, caſto labem infringat,* & Vlpianus perbellè in l. congruit, ff. de officio præſidis ait, *congruit bono, & graui præſidi curare, vt pacata, atque quieta Prouincia ſit, quam regit, quod non difficile obtinebit ſi ſollicitè agat, vt malis hominibus Prouincia careat, eoſque conquirat. Nã & ſacrilegos, latrones, plagiarios, fures, conquirere debet, & prout quiſque deliquerit in eum animaduertere, receptatoreſque eorum coercere ſinè quibus latro diutius latere non poteſt.* Ad quod plura etiam grauiſſimorum authorum congerit Siman. lib. 8. de republ. cap. 26. & optimè confert tex c. negligentes 23. q. 2.

T *Ordinem non ſeruare.* Regula eſt, quòd de iure communi non poteſt deueniri ad torturam niſi facta prius litis conteſtatione, ac teſtibus, citata parte, repetitis, vt probat Bart. in l. ſi quis adulterium in princ. ff. de adulter. & l. 1. ff. de quæſtio, immò & requirebatur publicatio proceſſus, vt dicit Barto. in l. vnius, & in l. fin. in fin. eod. tit. & Brun. de tortura pagin. 1. ſed hoc fuit correctum in hoc Regno per capit. iſtud quod gloſauit per optimè Ioan Ant. de Nigris, qui erit videndus.

Sed inquãtũ ipſe plura dicit requiri ad hoc, vt ex proceſſo in-
1 formatiuo poſſit ad torturã procedi, ea tamen omnia non requiri † ad hoc vt ex proceſſu informatiuo poſſit ad torturam procedi, tradit Vincent. de Franchis deciſ. 143. nu. 20. ſed tantum attenditur grauitas delicti, qualitas perſonæ & quod adſint ſufficientia inditia, vt ante ipſum tradit Afflict. deciſ. 391. nu. 10. & ita hodie ſeruamus, tam in Magna Curia, quàm in Sacro Conſilio, vbi tamen quis à decreto torturæ appellat ad Sacrum Conſilium diſcutimus grauitatem delicti, nec non qualitatem perſonæ, ac ſufficientiam inditiorum.

2 Ad id verò, quòd Afflict. hic tradit, † an Princeps tollere valeat defenſiones, vide Vrſillum ad d. deciſ. 391. & Gram. voto 30. quòd autem hic Io. Ant. de Nigris dixit, Proregem poſſe inferre torturam abſque inditijs ex cap. Regni in accuſatis, quòd eſt 147. in fine non admittimus, nam ibi nõ dicitur, quòd procedat abſque inditijs, ſed quod procedat alter, ac poſſunt procedere Iudices.

† Hoc autem, quòd diximus de torquendo reum ex proceſ- 3
ſu informatiuo apud Hiſpanos etiam vſitatum reperi à maioribus iudicibus, vt poſt Auend. in c. 16. prætor nu. 9. lib. 2. refert Azeued. lib. 4. nouæ recollect. tit. 10. lib. 5. nu. 16.

† Hanc eadem cõſuetudinem in Aetruria adeſſe, & in Ci- 4
uitate Lucana in cauſis à Republica delegatis teſtatur Ioſeph Ludouicus concluſio. 38. poſt illationem 96. verſic. etſi Princeps, & in Ciuitate Ferrariæ teſtatur Hyppol. Riminal. conſi. 290 ante num. 1. lib. 3. relati per doctiſſimum Farinac. in praxi crimin. tit. de indit. & tortura. q. 39. num. 30. & vide ibi multa per eum in num. 31. & ius commune in hoc malè ſeruari dicit Boſſius tit. de indicijs ante torturam num. 127. & 128. poſt alios conſulentes.

Hac autem præheminentia vtuntur nunc † Regiæ Audien- 5
tiæ, quæ olim ipſam petebant ab Illuſtriſſimis Viceregibus, eiſque ad ſex menſes concedebatur, nunc autem ſicut ac Magna Curia ea vtuntur, vt dicit Carauita in rit. 259. nume. 10. & præſertim ex antiqua conſuetudine in Prouincia Calabriæ,
† quæ conſuetudo debet attendi, vt in l. fin. & ibi glo. in ver- 6
bo conſuetudine, C. de iniur. & in c. quam grauis de crimine falſi: dicitur enim altera natura & tribuit iuriſdictionem tam voluntariam, quàm neceſſariam, & ordinariam, etiam nõ habenti tex. in l. fin. & ibi glo. C. de emancip. liber. & l. viros, C. de diuerſ. off. lib. 12. Lucas de Penna, qui multa congerit ad propoſitum omnino videndus in l. miſſi opinatores col. 2. C. de exactoribus trib. lib. 11. & Sebaſtian. Vantius de nullit. ex defectu iuriſdictionis num. 4. & latius, ac ſubtilius Petrus Bellug. in ſuo ſpecul. rubr. 23. §. & quia quotidiana, vbi inter alia dicit vltra doctores vnam ſuam conſiderationem ex.

Digitized by Google

l.ſecularis,§.eſt quædam,ff.de extraord.crim.quòd conſuetudo etiam habet poteſtatem in ſanguine hominis.

Item habet locum diſpoſitio iſtius capituli etiam in illis
7 † Iudicibus, qui hanc præheminentiam non habent propter criminis grauitatem, veluti ſi eſſet furtum noctis tempore cõmiſſum magnę quantitatis, vel aſſaſſinium,& ſimilia nam procedi poteſt ex proceſſu informatiuo argum. eorum quæ tradit Bal.in l.quicunque de ſeruis fugit. cum alijs adductis à Franç. Bruno de inditijs 2.par.q.5.num.51.qui firmat, & tenet Iudicem non teneri in ſindicatu ſi propter criminis immanitatem proceſſit ad torturam ex proceſſu informatiuo, & quamuis ipſe hoc affirmet intrepidè quando à reo non ſunt petitæ defenſiones,quo caſu dubitari non poterat,ex quo de iure iudex non tenetur nec neceſſitatur inquiſito non petenti dare defenſiones,& copiam inditiorum,vt probat tex.in l.vnius,§.cognituruum ibi *poſtulante reo*, ff.de quæſt. & firmat Iulius Clarus in ſua praxi.§ fi.quæſt.49.verſ.ſed nunquid, qui allegat Blancum dicentem ita communiter obſeruari in ſua pract. nu 102. & repetit idem Iulius in quæſt.64.tamen Alex. conſi.65.lib.2. indiſtinctè firmat talem Iudicem nullo modo teneri ſiue petantur, ſiue non petantur ab inquiſito defenſiones, & idem etiam indiſtinctè conſulit Gram. conſil. crimin 40. hæc quæſtio fuit ventilata in Regia Audientia Principatus vltra dum ibi eſſem Auditor,non tamen fuit deciſa meo tempore,dicam tamen hic. quæ tunc ad rem hanc collegi.

Quidam enim Capitaneus cuiuſdam terræ illius Prouinciæ proceſſerat ad torturam cuiuſdam inquiſiti ex proceſſu informatiuo non datis defenſionibus, nec impetrata licentia procedendi ex præheminẽtia M.C.V. à Collaterali cõſilio,vt moris eſt, cum eſſet introducta cauſa in Reg. Aud. dubitabatur an tortura illa eſſet valida, in quo pluribus motus rationibus tunc dicebam nullam fuiſſe torturam : ideoque illi confeſſioni ſtandum non eſſe tanquam inualidæ, ac vi tormentorum
8 extortæ. Dicebam primo † à tortura non eſſe incohandum, quòd ſatis apertè iure conſulti ſtatuere in l.1.& l.maritus, ff. de quæſtio.quod quidem. Iul.Clar.quæſt 64.verſ. dixi. intel-
9 ligit, vt abſque inditijs non torqueatur, † Secundo dicebam inditiorum copiam eſſe concedendam reo antequam ad torturam procedatur, vt eſt tex. in l. vnius, § cogniturum, ff.de quæſt. l. 3. §. ſi ad diem, ff.de re milit. Clem. paſtoralis de re iud.cap.1.de cauſ.poſſ.& propriet.dicit Tiber.Decia.in tit..de quæſt.num.40.Hypol.in l.1.num.5.de quæſtio.in l.fin. nu. 14. eod.tit. Alexan.conſil 65. per totum optimè Simancas contra hæreſes tit.65.de tormentis nume.16 poſt Iaſ.conſ.175. Boſſ. tit.de indit.& Alciat. lib. 8. parerg. & vide ad materiam plures authoritates ibi, & Gand.tract.malef.nume.23. expreſsè docet † defenſiones eſſe dandas antequam ad torturam de-
10 ueniatur,licèt Iulius Clar. vt ſupra diximus quæſt. 64. verſ. ſed quod ille, diſtinguat an petantur,& concedendas eſſe affirmat, ſi verò non petantur, procedi poſſe ad torturam, quòd ante ipſum docuit Egid. Boſſ.in tit.de indit.num.74. & ſeq. quamuis in principio teneat dandam eſſe copiam inditionum ante torturam.

Tertio mouebar authoritate Iul.Clar.in praxi quæſt.55.vbi
11 † in confeſſione facta iuris ordine non ſeruato an teneat, diſtinguendo reſpondet aut ſumus in ſpontanea,& tenet, aut in tormentis extorta,& tunc, ſi non extant legitima inditia, & ſeruata non fuerint ſeruanda talis confeſſio eſt ipſo iure nulla,nec poteſt confeſſus ex ea condemnari etiam, quòd in illa perſeueret per glo.in l quæſtionis habenda,ff.de quæſtio.cum ergo legitima indicia dici non poſſint quæ habentur ex dictis teſtium parte non citata receptorum, ſequitur, vt nulla hæc dici debeat confeſſa.

Quarto adducebam Alexan.dictum in conſil.65.col.1.vol.
12 1.quem ſequitur Hyppol.in §.conſtante,nu.26. † defenſiones negari non poſſe cuiuſuis liberi arbitrij prætextu, quia cum ſit de iure naturali tolli non poteſt,vt poſt Felyn.in cap. ex parte lo ſecondo,col.3.de offic.deleg.docet Ioan.Ant.de Nigris in cap.ſi eum ſceleratis, nu.14.

13 Quinto adducebam de † ſtylo huius Regni(qui eſt in omnibus eius curijs) procedi non poſſe ad torturam niſi prius datis defenſionibus, ideoq; nullam eſſe hanc torturam ſicut ſentẽtia lata contra ſtylum nulla eſt,vt tradit Iaſ.in Auth.iubemus, C.de iudit.Guid.Pap.deciſ.292.Carau.Rit.1,nu,26.nã præheminentia Magnæ Curiæ præterquam quòd ipſi tantum eſt cõceſſa,& Regijs Audientijs,non poteſt extendi tanquam odioſa, vt docet Ioan. Antonius de Nigris in cap.ſi eum ſceleratis num.14.

Sextò. Ad fundandam hanc nullitatem adducebam Anto. Gome.var.reſol.tom.3.cap.13.num.25.vbi quærit † an con- 14
feſſio in tortura legitimis inditijs non præcedentibus ſit valida, in quo negatiuè concludit : infert inter alias nullitates, quòd ſi ex qualibet alia cauſa iniuſtè torqueatur ſemper confeſſio ratificata nulla erit.Reſpondit ad id quòd dicitur, quod confeſſio facta ſuper nullo,& inepto libello,& proceſſu eſt valida,vt in l.ſi confeſſus, ff.,de cuſtod. reorum, quod procedit quando nullitas cauſatur ex defectu ſollemnitatis; ſecus ſi iuſtitiæ partis, & perſonæ neque huic reſpon.refragatur glo.in §.ſin inſtit de obligat. in fi. vbi tenet, quòd ſententia lata ſuper inepto libello eſt nulla, quæ intelligitur quando nullitas non poteſt ſaluari,& expelli confeſſione partis.

Septimo adducebam deciſionem in terminis Iacob.Beluiſ. quem ſequitur Nig nume.44. qui voluit † confeſſioni rei, qui 15
ante defenſionẽ quæſtionibus fuit ſubmiſſus ſtandum non eſſe,nullomque robur ac vires confeſſionem habere, & quod iſta confeſſio per torturam extorta non data copia reo, aut eius defenſione recepta nulla ſit, immo reijcienda & e xeludenda tanquam iniqua,& iniuſta nihilque ei noceat, dixit Simanc.contra hæreſes tit.65. de tormentis nume. 64. allegans rationem ; nam quicquid ex iniuria Iudicis manat, iniuſtum eſt,& iniuſta cauſa permanet in effectu, neque ex iniuria ius naſci poteſt,quòd deducit ex gloſ.& Doct. in l. pen. de quæſtio.Alex.conſ.1.lib.7.Brun.de indic.quæſt.5. nec refragatur, quòd Iudex ſit puniendus pro modo damni, & culpa, vt ait
loc.cit. Siman.nu.21. nam (vt diximus †) ex iniuſtitia Iudicis 16
ius naſci non poteſt;neque eſt implicatiuum hoc vt Iudex puniatur,& eius ſententia nulla ſit. Hæc tunc ſcripſi,quæ hic poſui,quando tamen caſus acciderit cogitabimus.

Limita huius cap.diſpoſitionem non habere locũ in † Nea- 17
politanis contra quos procedi non poteſt ex proceſſu informatiuo ſtante gratia Regis Cathol. vt dicemus in cap. Neap. ſequenti.

Et inquantum dicit hic Ioan. Ant.de Nigris num.20. † quod 18
licèt poſſet ex proceſſu informatiuo torqueri, non tamen poſſit repeti tortura, dic, quòd licèt hoc ſit verum, vidi tamen practicari contrarium, & malè, quia, ſi tortura infertur propter inditia, hæc licèt grauia ſint cum probationes receptæ fuerint parte non citata,quòd eſt de iure naturali, vt hic tradit idem Io. Antonius de Nigris, Afflict. & Vrſill. locis citat. hæc prima tortura videtur nimium eneruaſſe inditia,quæ ſinẽ fundamentis ſunt recepta, ideoque nimium reprehendendi ſunt ſeueri iſti Iudices; contra quos inuehit Hyppol. in. ſua praxi. §.expeditæ nume.86.vidi tamen practicari,& hoc non eſt à ſeueritate alienum,quod vna die torquentur inquiſiti, & ſequenti die continuatur tortura,quę potius dicitur continuatio,quàm repetitio,quo facto dari ſolẽt defenſiones, vel habilitantur cum cautione de ſe præſentando nouis ſuperuenientibus inditijs, hæc tamen omnia iuſto iudicantium arbitrio relinquuntur,cum delicta ſint tam grauia, & tam frequentia, vt vix.ord.ſeruari poſſit.

Neapolitani non poſſunt torqueri ex proceſſu informatiuo, h. d. Tapia.

REX CATHOLICVS.

Ex Cap. Neap. 27. Maij 1504. Cap. XXXV.

ITem atteſo in la gran Corte della Vicaria da vn certo tempo in qua ſe è vſurpata certa abuſione ſotto nome de preheminentia, per la quale indifferenter, in le cauſe criminale, per ſolo proceſſo informatiuo ſe è vſurpata certa abuſione ſenza altramente intendere le defenſione de la parte inquiſita, ſe ſole procedere à tortura, la quale coſa è contra ogni giuſtitia,Supplicano che de cetero non ſe poſſa per la detta gran Corte della Vicaria, ò altro Officiale procedere à tortura de alcuno Gentilhomo,citatino, ò habitante in detta Città,niſi eo audito in ſuis defenſionibus, & cõ interuẽto de tutti li Giudici,ò la magiore parte de eſſi. Pla. Illuſtriſſimo Domino Locumtenenti Generali,vt ſeruentur iura,conſtitutiones,& capitula Regni ſublato abuſu dictæ præheminentiæ.

REX CATHOLICVS.

Ex Cap. Neapol. 5. Octobris 1505. Cap. 67.

ITem atteſo in la gran Corte della Vicaria, da vn certo tempo in qua ſe è vſurpata certa abuſione, ſotto nome de preheminentia, per la quale indifferenter in le cauſe criminali, per ſolo proceſſo informatiuo ſenza altramente intendere le defenſioni della parte inquiſita, ſi ſole procedere à tortura, la qual coſa è contra ogni giuſtitia, ſupplicano, che de cetero non ſe poſſa per la detta gran Corte della Vicaria, ò altro Officiale de voſtra Catholica Maeſtà, procedere ad torturam de alcuno gentilhuomo, citatino & habitante di detta Città, niſi eo audito in ſuis defenſionibus, & excepto ſeruata la forma della ragione commune, conſtitutioni, & capituli del Regno, togliendo & penitus abolendo detto abuſo, & quando ſe procedeſſe ad dicta tortura in caſu permiſſo dalle leggie communi, conſtitutioni, & capitoli del Regno, & per la coſa eſſere aſſai proiudiciale, & inretractabile, nō ſe debbia procedere ſenza lo interuento de tutti li Giudici di eſſa Corte, ò della maggiore parte di eſſi. Placet Sereniſſimo Regi, quod ſeruentur iura conſtitutiones, & Capitula Regni ſublato dicto abuſu.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 HOc capitulum eſt hodie in viridi obſeruantia † non enim torquentur niſi præuia diſpenſatione Excellentiſſimi Proregis, fit autem hoc modo quando aliquis Ciuis Neapolitanus inquiritur de aliquo magno delicto, tunc fit relatio in Magna Curia per Commiſſarium cauſæ, & conſtito de inditijs ſufficientibus ad torturam interponitur tale decretum. in cauſa Regij fiſci cum tali de tale inquiſito de furto cum diſcaſſatione intus Ciuitatem, Magna Curia eſt voti extare inditia ſufficientia ad torquendum ſupradictum talem, poſſeque torqueri ex proceſſu informatiuo præuia tamē diſpenſatione Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini Proregis. hoc autem decretum conſignatur ſollicitatori fiſcali, qui illud aſportat ad dominos Regentes à quibus ſi videtur fit ordo pro expeditione literæ diſpenſationis, quæ ſubſcribuntur per omnes dominos Regentes, & per Illuſtriſſimum Viceregem, vidi tamen quandoque ex aliqua cauſa vrgenti procedi ad torturam cum ſola ſubſcriptione duorum ex dominis Regentibus, quod hodie fortaſſe cum ſint quatuor non ſufficeret, poſſent enim eſſe in pari voto, & ſic requireretur ſubſcriptio trium.

Sed dubium circa hoc fit, an cum à decretis Magnæ Curiæ Vicariæ de torquendo appellatur ad Sacrum Conſilium ſi in cauſa alicuius Neapolitani fuerit dictum, quòd torqueatur, & obtenta diſpenſatio, † an Sacrum Conſilium ad relationem Magnæ Curiæ poſſit cognoſcere circa validitatem decreti, tā de qualitate delicti, quàm de inditijs, in quo (vt refert Vinc. de Franchis dec. 143.) Illuſtriſſimus ille, & generis nobilitate, & prudentia in regendis populis Alcalanorum Dux, conuocauit omnes Conſiliarios, qui cum dominis Regentibus decreuerunt Sacri Conſilij partes non eſſe aliquid decernere ſuper qualitate delicti, an ſit tale, pro quo poſſit inferri tortura ex proceſſu informatiuo: ſed tantum cognoſcere ſi extant inditia ſufficientia, vel nè, quia ſuper qualitate delicti fuit cognitum iam per Collaterale Conſilium, & diſpenſatum per Proregem, & ita hodiè vidi ſeruari. 2

Sententia foriudicationis ſeruentur in arca cum duabus clauibus, quarum vnam teneat Regens Mag. Cur. Vic. alteram fiſci patronus. h. d. Tap.

PRAGMAICA VNICA.

De ſent. fornicat.

CAROLVS QVINTVS, &c. Ad euitandum quæ per diuerſas Aduocatorum aſtutias ad differendum executionem iuſtitiæ aduerſus ſententias fuoriudicationum per Magnam Curiam Vicariæ latas obijci conſueuerunt, nè impunitas delictorum leneſcat, Innocentes pariterque releuentur, & iuſtitia ſuum debitum ſortiatur effectum, & calumnijs locus non relinquatur, hac præſenti lege in perpetuum valitura, ſancimus, decernimus, & ordinamus, vt hinc in antea quandocunque contigerit ſententiam foriudicationis pronunciari, ſententia ipſa cum proceſſu, & actis omnibus ex quibus fundata extitit eodē die quo publicata fuerit, vel ſaltem die ſequenti ad plus deponi debeat per Magiſtrum actorum cauſæ in præſentia Magnifici Regentis Magnæ Curiæ vna cum interuentu fiſci patroni, in ſcrineo ſeu caſſia nouiſſime ad id deputata conſeruari in Archiuò eiuſdem Magnæ Curiæ cum duabus clauibus, quarum vna detineri debeat per Magnificum Regentem ipſius, & alia per Magnificum fiſci patronum, qui pro tempore fuerint ad hoc, vt quandocumque dubietas aliqua ſuper ſententia ipſa oriri contigerit, poſſit in promptu de rectitudine, & validitate ſeu nullitate ipſius ſententiæ, proceſſus, & actorum apparere, vt ſic facinoroſi debita pœna plectantur pro delictorum qualitate, & innocentes illæſi præſeruentur. quod ſi ſecus per ipſos Actorum Magiſtros factum fuerit, in pœnam priuationis eorum officiorum contraueniens incurrat, & in aliam noſtro arbitrio reſeruatam.

Dat. in Caſtronouo Neap. die 26. Auguſti 1541.
Don Pedro de Toledo.
Vidit Decolle R. & pro Protonotario.
Vidit Loffredus Regens.
Vidit Martialis Regens.
Martiranus Secretarius. In Cur. 9. fol. 109.
Et vide in Pragm. Magnifici viri. §. Præterea de contumacibus.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAec prag. hodie non ſeruatur, † ſed Procurator fiſcalis habet librum, in quo notantur ſententiæ per commiſſarium cauſæ, quo facto ſententia extenditur per magiſtrum actorum. 1

actorum,& ſubſcribitur per Iudicem M.C.V.quorum vnus,qui eſt Commiſſarius diebus, quibus regitur curia accedit ad Tribunal, quod eſt in ſala Magnæ Curiæ, & ipſe legit ſeotentiam foriudicationis.

Plura de materia foriudicationis tradit Rouit. ad Rub. huius Pragmaticæ,& nos dicemus in tit.de foriudicatis.

Deſtinantur alij duo Iudices in M.C.V. & deſignantur quatuor pro cauſis criminalibus, & duo pro cauſis ciuilibus, & ſint annales,ac mutentur certo tempore hic ſtatuto, h.d.Tapia.

PRAGMATICA I.

De officio M.Iuſtitiarij.

CAROLVS QVINTVS, &c. Notum facere volumus, qualiter pro ſeruitio Cæſ. & Cathol.Maieſtatum celerique exequutione cauſarum omnium dictæ Magnæ Curiæ Vicariæ, & bonæ iuſtitiæ adminiſtratione viſum nobis fuit,quod in dicta Magna Curia vltra quatuor Iudices, pro quolibet anno deputantur, & ordinantur in ipſa Magna Curia, debeant nouiter ad beneplacitum Cæſ.Maieſtatis, & noſtrum, ex nunc in antea deputari, & creari T duo alij Iudices,adeo quod ſint numero ſex Iudices quolibet anno, quorum quidem duo vacare debeant in T cauſis ciuibus & illarum expeditione, & alij quatuor in cauſis criminalibus,tali quidem declaratione. quod ſi quatuor Iudices in deciſione canſarum criminalium grauium fuerint T diſcordes, in illis etiam interueniant, & interuenire debeant duo alij Iudices,& ſimiliter in cauſis cinilibus ſi fuiſſent diſcordes dicti duo Iudices, interueniant in illis, & interuenire debeant dicti alij quatuor Iudices in ipſarum cauſarum ciuilium expeditione,videlicet, vnus,dno,aut tres,aut qnatuor, prout viſum fuerit præfato Magnifico Regenti Vicariam magis conuenire rectæ expeditioni cauſarum, & illarum iuſtæ declarationi, qui Iudices debeant mutari T ſingulis annis,videlicet.Duo in T menſe Maij,duo in menſe Septembris, & duo in menſe Ianuarij, & ita ad vnguem & inuiolabiliter ex nunc in antea Cæſ.& Cathol. Maieſtatum nomine obſeruari volumus,& iubemus,& ſecus non agatur ſub ira Regiæ indignationis,& pœnam ducatorum auri mille cupinnt euitare; in quorum fidem præſentes fieri fecimus Cæſ. & Cathol. Maieſtatum ſigillo impreſſas.Datum in Caſtello nouo Neap.die 22.mẽſis Ianuarij 1534.

Don Pedro de Toledo.
Vidit Decolle Regens.
Vidit Loffredus Regens.

Dominus Vice Rex Locumtenens generalis mãdauit mihi Bernardino Martirano. In Curiæ pri. fol. 54.

CAROL. TAP. REG. CONS. ANNOT.

1 DVo alij Iudices. † Erant enim quatuor, vt hic dicitur, & habetur in conſututione ſtatuimus, ſunt autem hodie decem,vt diximus in dicta conſtitutione, vbi vide.

Iſta pragmatica eſt poſita ſub titulo de Officialibus in Regno noſtro conſtituendis nec curaui, & hic ponere cum ſit locus particularis, vſque facilibus reperiatur.

T *Cauſis ciuilibus.* De hac diſtinctione iuriſdictionis ciuilis, & criminalis diximus ſupra in ritu ſecundo ſub tit. de offic. io Regn. conſtituen.

T *Diſcordes.* Hoc etiam ſeruatur hodie, nam ſi ſunt io paritate,vel diſcordia vocatur vnus ex Iudicibus M.C.V.

T *Singulis annis.* Hoc à multis ooo eſt ſeruatum, † ſed per duos annos exercent officium Iudicis: vidi tamen Illuſtriſſimum Ducem Oſſunæ, qui ſtatim completo anno mutauit vnum ex iudicibus M.C.V. quia minus grauiter ſe gerebat in adminiſtratione officij prædicti; & audiui, Illuſtriſſimum Ducem de Alcalà idem feciſſe cum alio Iudice; Veritas eſt igitur, vt per biennium ſit ſolitum, aliàs qui mutatur non caret aliquali nota. Vidi etiam Illuſtriſ.D.Comitem Mirandę ſolitũ p quatuor annos aliquos Iudices in adminiſtratione relinquere,ſed ni fallor & rectius, & minus graue eſt ſingulis duobus annis eos mutare, eſt enim officium Magnæ Curiæ Vicariæ tanquam lapis qui dicitur Index,vulgo de paragone;qui enim in vtriuſque Magnæ Curiæ Vicariæ officio benè ſe geruat, abſque dubio erunt optimi Conſiliarij; ideoque à Magnis viris accepi, quod & ipſe aliquibus Proregibus tradidi, optimum fore, ſi antequam vel Prouinciarum Auditores, vel Aduocati promouerentur ad Sacrum Conſilium, vel ad Regiam Cameram; exerceant vel vtrumque officium, vel alterum ex eis, & me experientia docuit id multum negotiorum expeditioni conferre: ſicut & multum etiam, atque multum confert ſi ſaltem Auditoris munere in vna ex Regijs Audientijs fungantur.

T *Menſe Maij.* Hoc etiam non ſeruatur, quia mutatio fit quando Proregi videtur, ſed debet haberi ratio, vt non mutentur omnes vno, eodemque tempore; ſed maneat ſemper aliquis ex ijs,qui experientiam habeat tribunalis.

EX PRAGMATICA XXXIX.

De officio M. Iuſtit.

Y Paraque los Iuezes de la gran Corte no eſten mas tiempo en la adminiſtracion de dichos officios delo que eſti proueido por Capitulos del Reyno: Mandamos que a quellos ſe guarden,y conforme à ellos tengan el ſindicado.

Iudices Magna Curia Vicaria congregentur hora 19. Tapia.

IOANNA II. Rit. 12.

ITem quòd de pulſatione campanæ, fienda in decimaoctaua hora in ſancto Laurẽtio,& quòd Iudices, & alij Officiales ipſius Curiæ ſint ſimul congregati in hora vigeſimanona,&c.

Hoc eſt immutatum, vt infra in Prag.ſeq.

Dux de Alcalà mandat ſeruari Pragmaticas à retro Regibus, & Proregibus editas. Tapia.

PRAGMATICA IIII.

De officio M.Iuſtitiarij.

PHILIPPVS Dei gratia Rex, &c. Decet iuſtum Principem,cui iuſtitiæ adminiſtratio, & Regni Regimen eſt commiſſum, pro Dei Optimi Maximi ſeruitio ſubiectorumque commodis, id primum curare, vt ea,quæ à prædeceſſoribus Regibus, & Vice Regibus pro recto iuſtitiæ cultu in vnoquoque Tribunali conſtituta,& ordinata ſunt, quæque ſeruari conueniat, modis omnibus obſeruentur. Deinde ſi quid ex varietate temporum,&

ipſa

ipſa rerum experientia augeri, minui, in totumue tolli, aut nouiter prouideri viſum fuerit oportere, vt ei rei accuratè, & opportunis remedijs conſulatur. Cum itaque nos Catholici, & Sereniſſimi Regis PHILIPPI iuſſu ad huius Siciliæ citra Farum Regni fines nuper ingreſſi recollectis, & mandato noſtro viſis omnibus Pragmaticis, Conſtitutionibus, & prouiſionibus, tum à Rege Ferdinando primo, & inuictiſſimo CAROLO Quinto feliciſſimæ memoriæ, atque huius Regni Viceregibus promulgatis, & pro cultu, & recta adminiſtratione juſtitiæ in Tribunali Magnæ Curiæ Vicarię editis, tum etiam à Regentibus, & Iudicibus eiuſdem Magnę Curię, non ſine magna animi moleſtia audiuerimus quam plures ex prouiſionibus prędictis ex temporum inſtabilitate, perſonarumque mutatione, dum ſeruari deberent, obſeruari deſijſſe, quaſdam vero, vt experientia docuit, vel ſuperfluas, vel diminutas extitiſſe, vt ſic in quandam quaſi confuſionem ſit itum, & quid ſeruari vel non ſeruari deberet à pluribus etiam ignoraretur, pleroſque etiam abuſus ex temporum mutatione, & hominum fortaſſe malitia inſurrexiſſe, quos extirpari, & nouis coerceri prouiſionibus pro bono publico congruit. Volentes huic rei ſalubriter, &, vt par eſt, prouidere, cum ab eodem Tribunali dũ rectè gubernatur, tribuatur vnicuique ius ſuum, proborum quies, reproborum punitio, ac Regni totius tranquillitas oriatur, ex certa noſtra ſcientia, & matura penes nos adſiſtentis Collateralis Conſilij deliberatione, eas omnes renouari iuſſimus, atque in vnum compendium, ſub congruis titulis, & rubricis reduci, & ordinatum reponi, ſuperflua reſecantes, diminuta ſupplentes, & vbi nouo opus fuerit remedio prouidentes, vt paſſim in ſequentibus eſt videre. ſic enim eueniet, vt vſus temporum reuolutione ſublatus, ad priſtinam obſeruantiam reducatur, atque quid ſeruandum ſit omnes agnoſcant, ſublatiſque abuſibus, rectus iuſtitię cultus illęſus, incorruptuſque procedat.

CONSVEVERE Iudices Magnę Curię Vicarię, ob negotiorum multitudinem, mane ac veſperi accedere ad Palatium vbi Curia regitur, ibique pro adminiſtranda iuſtitia pro certo temporis ſpatio permanere. De qua re à Sereniſſimo Rege Ferdinando primo, & ab Illuſtriſs. Don Petro à Toledo plura expedita fuere capitula, & literę, quarum tenores inferius apponentur: Verum quia prędictę prouiſiones loquuntur etiam de Sigillo Iudicum apponendo in prouiſionibus, & quod vnus ex Iudicibus pro tractandis negotijs, permaneat in Sala Palatij cum hodie prouiſiones ſubſcribantur per Iudices, & continuò poſſit haberi aditus ad Iudices cauſarum ciuilium, qui ſeparati ſunt à Iudicibus cauſarum criminalium, non conuenit eas in hoc ſeruari. In ceteris vero, quo ad acceſſum Iudicum, & quo ad tempus, quo ibi manere debeant, inuiolabiliter cuſtodiri iubemus.

Iudices mane congregentur in Palatio Magnæ Curiæ, ſic & veſperi, & Perceptor notet tempus, quo aſſiſtũt, & tres horas de mane, & alias tres de veſperi adſiſtant. h. d. Tapia.

EX PRAGMATICA IIII.

De Officio M. Iuſtitiarij.

§. ITEM che li predetti Giudici della detta gran Corte, habbiano la mattina per tempo, & à bon'hora venire in eſſa gran Corte, & coſi anco dopò mangiare, è tenuta Corte non ſi partano ſubito, ma ſtiano à negotiare in eſſa gran Corte, e la mattina ſiano in Corte à vn'hora di dì, ſi come il Conſiglio, & ciaſcun di loro tenga il ſigillo con l'arme ſue proprie, acciò, quando ſi paſſa alcuna prouiſione, ſi poſſa conoſcere chi l'hà paſſata, & acciò in queſto non ſi commetta il contrario, ſe ordina al Precettore ch'ogni dì debbia fidelmente annotare ſe li detti Giudici oſſeruano il ſopradetto ſeruitio, & per quante hore ogni dì aſſiſtono in Corte.

ITEM per eſpeditione di litiganti, è più celere eſſecutione della Giuſtitia, ordiniamo che del continuo ciaſcun d'eſsi Giudici, & precipuè lo hebdomadario debbia ſtare in Sala, ad eſpedire le occorrenze, e gl'altri Giudici potranno ſtare in Camera à negotiare ſecondo che occorrerà il biſogno.

Don Petri à Toledo Prouiſio in anno 1532.

ITEM perche comple al ſeruitio di Sua Maeſtà, & buona adminiſtratione della Giuſtitia, che li Magnifici Regente, & Giudici di queſta gran Corte del continuo nel dì, & hore ſolite ſtiano, & amminiſtrano Giuſtitia nel Palazzo di queſta grã Corte doue confluiſcono i litiganti, & più commodamente ſi può procedere, vi dicemo, & ordinamo, che da quà auanti tutti Magnifici Regente, e Giudici, debbiano in detti dì, & hore ſtare in detto Palazzo continuamẽte, & oſſeruare l'ordine di Rè Ferrante Primo circa queſto, & ſi debbiano ogni mattina preſentare prima che ſia vn'hora di dì in detto Palazzo.

ITEM che detti Magnifici Regente, & Giudici debbiano ſtare giontamente nella Camera dell'Audientia la mattina, & vacare per tre hore alle facẽde, & cauſe del Regio Fiſco, videlicet: Per due hore intendere, & audire il Magnifico Auocato, & Procurator Fiſcale nelle cauſe fiſcali, & non attẽdere ad altro, & la terza per le cauſe delle parti, & principalmente in dare audientia all'Auocato, & Procurator de' poueri: Verum vno di detti Magnifici Giudici, à chi tocca l'hebdomada, debbia ſtare di continuo fuori in Sala, à eſpedire mandati, citationi, & altre coſe neceſſarie.

ITEM che ſi debbiano ſimilmente oſſeruare, & tenere ſimili ordini nelle tre hore della ſera, che vacano detti Magnifici Regente, & Giudici per la eſpeditione delle cauſe, videlicet. Che due hore ſtiano prima ſecretamente, & attendano à ſpedire le cauſe del Regio Fiſco, & vdire il detto Auocato, & Procurator Fiſcale, & terza hora in dare vdiẽza alle parti, & all'Auocato, e Procurator de poueri, vt ſupra.

EX

CARO-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 L*A mattina per tempo*. † In hac pragmatica non declaratur tempus quo aſſiſtunt, ſed in ſequenti §. quod eſt D. Petri à Toledo ſtatuitur, vt per tres horas de mane, & tot alias de Veſperi maneant cauſarum expeditioni incumbentes; verùm, quia reſpectu hodiernæ practicæ aliquantulum confusè loquitur iſta prag. dicamus, quòd hodie ſeruatur, & in quantum ad acceſſum de mane ad primam horam diei ſeruatur, quod hic dicitur; Item omnes Iudices tam ciuiles, quàm criminales per tres horas vacant in Palatio Magnæ Curiæ criminales in eorum aula, & ciuiles in alia, cauſarum expeditioni operam dantes, neque ſeruatur, quod hic dicitur in §. Item *per expeditione de aſſiſtentia* hebdomadarij in ſala M. C. veſperi autem Iudices criminales redeũt ſingulis diebus, præterquam die Mercurij, quæ eſt deſtinata relationibus faciendis in Collaterali Conſilio, ſic etiam non redeunt quando ſubſequitur feſtiuitas Pentecoſtes Aſſumptionis Beatæ Mariæ, Sancti Ioan. Baptiſtæ. & Sancti Iacobi Apoſtoli, & omnium Sanctorum, Iudices verò cauſarum ciuilium non redeunt, ſed per tres horas domi prouident incidentibus cauſarum, alijſque rebus ſummarijs.

Sed die lunæ redeunt veſperi poſt prandium, vt in Rit. 209. qui ſubſequitur, & die Veneris duo ex Iudicibus ciuilibus redeunt pro regenda Curia in ſala criminali cum aſſiſtentia Regentis Magnæ Curiæ, vel propter eius defectum vnius ex Regijs Conſiliarijs, qui aſſiſtunt in dicta aula cauſarum criminalium, & tandem non omittam, quòd Iudices criminales die Mercurij de mane tractant cauſas foriudicationum; die Iouis tam ciuiles, quàm criminales veniunt ad Sacrum Conſilium ad relationes faciendas, ciuiles in prima hora, criminales in duabus ſequentibus horis: & die Sabbati tam ciuiles, quàm criminales incumbunt viſitationi carceratorum.

EX PRAGMATICA IIII.

De officio M. Iuſtitiarij.

§. CArolus V. Magnifici Regente, & Giudici della gran Corte della Vicaria, Noi, vogliamo, & per la preſente ordiniamo, che ogni di giuridico à vn'hora di dì à nõ mãcare, vi debbiate trouare in detta gran Corte, & in quella medeſma hora ci ſi habbia à trouare il Magnifico Auocato Fiſcale, & attendere all'eſpeditione della giuſtitia per tre hore la mattina. Et la ſera ſe ſarà d'eſtate dopò l'hora di veſpero, ſe è d'inuerno alle vint'hore tornarete, & attenderete per altre tre hore, & che ciaſcuno di ſi debbia dare vn'hora d'audientia al Magnifico T Auocato de' Poueri, & ſi debbiano ancora ordinare alli Maſtridatti, quali hanno d'andare nelle medeſime hore, à talche à vn'hora di giorno voi, e tutti li predetti nella medeſima hora ve ritrouiate in Vicaria, che coſi comple al ſeruitio di detta Maeſtà, e buona amminiſtratione della giuſtitia, & vogliamo che il predetto noſtro ordine voi predetto Magnifico Regente debbiate ad vnguem, & inuiolabiliter far eſequire, che tale è noſtra ferma, è determinata volontà.

Datum in Caſtronouo Neap. 9. Februarij 1534.
Don Pedro de Toledo.
V. Decolle Regens.
V. Loffredus Regens.
Berardinus Martiranus. In Cur. 2.

T *Aduocato de Poueri*. Hoc hodie ſeruatur, & ſolent Iudices cauſas Pauperum prima hora expediri, vt Aduocatus illorum poſſit alijs negotijs vacare.

Curia regitur de veſperi, nec banditur aliquis niſi vocatur per Tubittam. h. d. Tapia.

REG. IOANNA. Rit. 209.

ITem ſeruat ipſa Curia in ſero regi hora veſperorum vel de mane, nec poteſt aliquis condemnari, neque banniri, niſi primò vocetur alta voce per tubittam curiæ, vel alium loco eius in eiuſdem defectu, &c.

Hoc hodie non ſeruatur.

Duo Iudices qualibet hebdomada deſtinentur pro examinandis teſtibus, & illis cauſæ omnes committantur. h. d. Tapia.

REG. IOANNA. Rit. 83.

IN primis, qualibet hebdomada eligantur duo ex iudicibus dictæ curiæ, qui iudices hebdomadarij nuncupentur: & facient audientiam in bancha de omnibus cauſis ciuilibus, & criminalibus, ordinarijs, & extraordinarijs occurrentibus in hebdomada ipſa, & infra. Et omnes cauſas ex eis, quæ committi ſolent, & debent iuxta ritum & obſeruantiam dictæ Magnæ Curiæ, ipſis duobus hebdomadarijs committant, & examinationes teſtium, & alia hebdomada ipſarum cauſarum conſimilium occurrentium ipſis iudicibus, vel hebdomadarijs applicentur.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

IſTe Ritus non ſeruatur, † ſed Regens Magnæ Curiæ Vicariæ committit cauſas omnibus ad libitum, & abſque alio ordin, quod tamen informatione indigeret, ne inter collegas oriatur inuidia committendo cauſas non per æquas portiones, id totùm Regentis arbitrio relinquendo, vt illam cauſam poſſit, cui melius videbitur, committere. 1

Quæ circa vota proferenda, ipſorumque propalatione, cauſarum expeditione, eorumque exequutione ſtatuta ſicut ſeruentur illæſa. h. d. Tapia.

AD PRAGMATICA V.

De officio M. C.

CVmque circa vota, & decreta, quæ pro expeditione cauſarum, per eoſdem Iudices proferuntur, & eorum executione, & propalatione promulgatæ fuerint à Carolo V. Inuictiſſimo Imperatore, Illuſt. Don Raymondo de Cardona, & Illuſt. Don Petro à Toledo Viceregibus, Pragmaticæ, & capitula, decernimus, & iubemus, quod ad vnguem ſeruentur, ſed dum in capitulis Don Petri ſtatuitur quod in votando, interueniat Procurator Fiſci,

ſci, quodque Liber decretorum ponatur in Bancha cum duabus clauibus, quia neutruſſi ipſorum vſu eſt receptum, & Decreta Iudicum, poſtquam ab eis ſubſcripta ſunt, ſtatim partibus intimantur, & omnibus innoteſcunt, propterea in ijs tantum non conuenit obſeruati, ſicut hodie non ſeruantur.

Vota proferantur audito Fiſco, omneſque Iudices ſubſcribant ſe, & diſſentientes in libro particulari vota deſcribant. h.d. Tapia.

EX PRAGMATICA V.

De Officio M. C. V.

§. ITem che detti Magnifici T Regẽte, & Giudici debbiano diſcutere, & votare ſecretamente, & gintamente, & non ſeparatamento l'vno dall'altro, maſſime nelle cauſe criminali, & tangenti il Regio Fiſco, con interuento del Magnifico Auocato, & Procuratore Fiſcale, ſi come è ſolito.

Item perche habbiamo prouiſto, & ordinato, ſi come per la preſente ordiniamo, & comandiamo, che tanto nel votare di dare li tormenti, come in tutte le altre coſe importanti interuengano tutti li Giudici, ò la maggior parte di loro, & ſi voti ſecretamente, & ſi eſequiſca il voto, & parere della maggior parte, & nelli Decreti ſi ſottoſcriuano tutti, ſecondo è determinato, tanto quelli che ci concorreno, & poſſa ciaſcuno poner il ſuo voto à parte nel Libro, come è ſtato ſempre coſtmniato, & che non ſia perſona alcuna, che preſuma quelli riuelare, ſenz'ordine di tutti, & l'eſequire di detti Decreti, ſi faccia per chi ſarà ordinato.

§. Item ſi debbia attendere, & oſſeruare l'ordine ſolito di ſcriuere delli Decreti, & voti giuntamente nel Palazzo della gran Corte della Vicaria, & ſecretamente, & notarſi in Libro, qual Libro ſi debbia tenere in Banco deputato à queſt'effetto, con due chiaui, vna dell'Attuario, che ſcriue, & l'altra del Magnifico Regente, & quelli voti s'habbiano da ſcriuer per quel Maſtrodatto, che fa il meſe.

Caſ. Maiſt. in anno 1539.

MAndamus quoque, quod Decreta de torquẽdo, quæ per Iudices dictæ Magnæ Curiæ, aut aliorum Tribunalium fiunt, per omnes Iudices, vel per maiorem ipſorum partem ſubſcribantur, alias executioni demandari non poſſint, & quod in dictorum executione, duo Iudices ad minus ex his, qui votarunt, interuenire teueantur, & hoc intelligatur, ſi Tribnnali, in quo executio facienda eſt, tot Iudices reperiantur, qui quidem videre debeant, ſi iuxta ordinem Decreti, & iudiciorum mẽſuram, & qualitatem, Decreta ipſa executioni demandantur.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

T 1 REgente. Hoc hodie non ſeruatur, † ſed vnus ex magiſtris actorum cauſarum ciuilium, quolibet menſe habet curam ſcribendi vota ſententiarum, & ea ſubſcribi faciendo ab omnibus iudicibus: ſicuti etiam Actuarius Criminalis habet onus ſcribendi vota Decretorum criminalium, & hoc reſpectu votorum cauſarum criminalium: quo verò ad cauſas ciuiles, magiſter actorum cauſarum ciuilium curam habet ſcribendi vota tam ſententiarum, quàm decretorum.

Liber votorum Magnæ Curia Vicariæ ſeruetur cum duabus clauibus, & tempore, quo Iudices votant nemo aſſiſtat, hoc dicit Tapia,

EX PRAGMATICA XXXIX.

De Officio Magiſter Iuſtitiarij.

§. ITem paraque la giuſtitia ſe adminiſtre con mas ſecreto y autoridad, Mandamos qne no en bargante l'ordenado por el Viſo Rey Don Pedro di Toledo ſi conſerue el Libro di todos los votos que ſe deciden en el Tribunal de la Vicaria con gran ſecreto y vn lugar conneniente, ſerrado dos llaues, vna dellas quales aia da tener y tenga ſiempre el Regente la Vicaria, y la otra vaya per meſes repartida entre los Iueczes, de manera que cadauno la tenga vn mes, y prohibimos y ordenamos que ni el Maſtredatta, nè otra perſona alguna, que non deua eſtar preſente, interuenga al votar y que ſcriptos que ſe han los votos de vna cauſa ſe ayan de leer luego en preſentia de todos los Iueczes, paraque cadauno vea ſi ſe ſciuerſ conforme alo que ſe ha votado.

§. ITem, que cõforme à lo proueido por el Viſo Rey Dõ Pedro de Toledo ſe note de palabra a palabra en el Libro delos votos de los Iueczes el decreto ò ſententia que ſe da por ellos, de manera que no ſe pueda perder, como alguna vez ha conteſcido.

Omnes Officiales Magnæ Cur. Vic. ſtatutis horis conueniant. Tapia.

EX PRAGMATICA VII.

De Officio Magiſtri Iuſtitiarij.

§. ITem, quod omnes Officiales dictæ Magnæ Curiæ in horis conſuetis & debitis, in dicta Magna Cnria reperiantur, & ante horam Curiæ regendæ, iudices conueniant ſimul per horas ad ad negocia expédienda pro conferendis proceſſibus, & negocijs maximè fiſcalibus expediendis.

Taſſatio expenſarum fiat per vnum ex Iudicibus Magnæ Curia Vicariæ. Tapia.

EX PRAGMATICA PREDICTA.

§. ITem, c'hauendoſi da far taſſamento di qual ſi voglia ſorte di ſpeſa di qualnmque cauſa agitata in Vicaria, dette ſpeſe s'habbiano à taſſare per vno delli Giudici di queſta gran Corte, ſenza pagamento alcuno, & non per altri, come alias ab antiquo ſi facea.

Data Fiſco dilatione vota cauſarum criminalium publicentur. h.d. Tapia.

EX PRAGMATICA VII.

De Officio M. Iuſtitiarij.

§. ITẽ, acciò che le cauſe criminali non ſi ritardano, & gli inquiſiti nõ ſe habbiano cõ lungo carcere

carcere à macerare, data dilatione al Fiſco à dire quello, che vorrà contra detti carcerati, li Giudici paſſata detta dilatione, debbiano votare, & votata che ſarà la cauſa, il Regente debbia eſſequire detto voto, poſtpoſta ogni tardità, eccetto quando foſſe cauſa coſi ardua & importante, che foſſe neceſſario conſultarſi con noi.

Iudices per Regnum euntes ad inquirendum contra aliquos nihil recipiant niſi vocauerint ad partium inſtantiam. h.d. Tapia.

§. ITem che il Regente, & Giudici, quando vanno ad inquirere, & proceſſare per lo Regno in alcuno delitto, conſiderato che ſono ſalariati dalla Corte, non poſſano, nè debbiano pigliar coſa alcuna delle giornate che vacaranno ⁊ per loro ſalario, ma ſolo le ſpeſe, eccetto, che per quelli di che vacarãno alle defenſioni delle parti, delle quali ſi pagaranno il giuſto loro ſalario, & iuxta ſolitum & conſuetum.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

PEr loro ſalario. Quod in Pragmatica iſta diſponitur non ſeruatur, nam Iudices aut mittuntur ad inſtantiam fiſci, aut ad partium inſtantiam ſi ad inſtantiam fiſci tunc vltra ſalarium ſtatutum ſingulis annis, habent quoque ſalarium pro expenſis, licet non ad ſufficientiam, exereuerunt enim prætia rerum, & ſalaria adhuc aucta non fuere, aut enim ad inſtantiam partium deſtinantur, & tunc etiam certum habent ſalarium, vt in Pragmatica Comitis Mirandæ, quæ eſt ſecunda à nobis poſita ſub titulo de ſalario Official. & trigeſima. Tapia.

Iudices non expediant mandata de capiendo niſi viſa informatione. h.d. Tapia.

ITem, che neſſuno Giudice di queſta gran Corte habbia ardire, nè preſuma paſſare commiſſione alcuna ⁊ de capiendo, ſe prima per eſſo non è viſta l'informatione pigliata contra di quello, che ſi hà da pigliare, & non ſi debbia ſtare à relatione d'altri, & così à queſto modo neſſuno indebitamente ſarà veſſato.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

DE capiendo. Hoc ſeruatur non ſolum in mandatis quæ per magnam Curiam, † ſed etiam quando per officiales Baronum expediuntur, mandata prædicta, vel contra contumaces, vel contra alios delinquentes, & imploratur bracchium Magnæ Curiæ, non enim Iudices prudentes impartiuntur niſi viſa informatione per illam Curiam capta.

Iudices M.C. non exeant ab hac Ciuitate inconſulto Prorege, idque fiat in cauſis magni momenti, nec aliquid, niſi ſalarium accipiant. h.d. Tapia.

REG. IOANNA II. Rit. vij.

ITem quòd nullus officialis debeat recedere de dicta ciuitate Neapolis, & extra ipſam ciuitatem ſe perſonaliter conferre, nec infra Regnum, ſinè expreſſa licentia Locumtenentis petita & obtenta prius ab eodem Locumtenente, ſeu Magiſtro Iuſtitiario, ſi perſonaliter eo tempore reſideret in prædicta ciuitate Neapolis.

Item quòd in dicta Curia nullus officialis poſſit per ſubſtitutum ſuum ſeruire, ſed debeat perſonaliter ſuum officium exercere.

Iſte Ritus cum ſequenti Pragmatica idem diſponunt. Tapia.

EX PRAGMAICA VII.

De officio Magiſtri Iuſtitiarij,

PHILIPPVS II.

§. ITem, che neſſuno delli Magnifici Giudici di queſta gran Corte, poſſa, nè debbia andar fuori della Città di Napoli, & ſuo diſtretto, in cõmiſſione alcuna per qual ſi voglia cauſa, ſenza ſaputa & ordine noſtro.

Caſ. Maieſtatis in anno 1539.

Item volumus, quod in cauſis leuibus, modicæ importantiæ, Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ, vel aliorum Tribunalium extra Ciuitatem Neapolis, cum ampliſſima facultate, vt aſſolet, non mittantur, ſed tantum in grauibus, magnique ponderis & momenti, in quibus de ordine, & mandato Proregis noſtri, & Conſilij Collateralis mitti debeant, eliganturque ad hoc viri honeſtatis, & bonæ conſcientiæ fama probati. Qui quidem nec ipſi, nec eorum, aut domeſtici, aut miniſtri rem aliam cuiuſcumque generis aut qualitatis, etiam à ſponte offerentibus, niſi ſalarium, quod in eorum commiſſionibus fuerit declaratum, & ea alia, quæ per Regias Pragmaticas permittũtur ⁊ accipere debeãt: delicta vero, nec commutare, nec componere poſſint, & in regreſſu à commiſſionibus dent omnium quæ geſſerint rationem, & computum in Tribunali, à quo miſſi fuerint, ſeruando tamen circa huiuſmodi commiſſarios tranſmittendos, id quod continetur in Capitulis & gratijs, quas in generali Parlamento Menſibus proximè præteritis in Ciuitate Neapolis per Proregem noſtro nomine celebrato dictæ Ciuitati, & Regno ⁊ conceſſimus.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAe diſpoſitiones intelliguntur, vt officiales tam M C. quàm Regiæ Cameræ, & Sacri Cõſilij extra Ciuitatem, & diſtrictum non pernoctent, quod Præſidibus prouintiarum iniunctum erat Romanorum tempore teſte Martiano in l. illud obſeruandum, ff. de offic. præſidis, non tamen prohibentur etiam extra diſtrictum ire, dummodo (vt diximus) non pernoctent, & quo ad officiales Regiarum Audientiarum facit tex. in l. nullus, C. de offic. Rectoris Prouinciæ.

Accipere debeant. Ex hoc tex. habemus magnam adhibendam eſſe curam à Regijs miniſtris non ſolùm, vt ipſi mundis procedant manibus, ſed etiam vt ab eorum familia id ſeruetur. Ideoque † Marc. Cicer. in epiſtola ad Quintum fratrem admonet illum qualiter ſe deberet in officio gerere; quam epiſtolam ab omnibus miniſtris legendam eſſe arbitror, ſicut, & præ oculis habendos titulos de offic. Proconſ. & de officio Præſidis in ff. quod idem nos docuit allegatus Cicero in Verrem actione quarta. *Non nego* (inquit) *ſibi ipſi nullum nummum eſſe numeratum, ſed cum ob tua decreta, ob imperata, obiudicata pecunia dabantur, non erat quærendum cuius manu numerarentur, ſed cuius iniuria cogerentur. Comites illi tui dilecti*

maxim

manus erant tuæ, præfecti, ſcribæ, medici, accenſi. aruſpices, præcones manus erant tuæ, vt quiſque te maximè cognatione, affinitate, neceſſitudine aliqua attingebat. ita maximè manus tua putabatur. Cohors tota illa tua, quæ plus mali Siciliæ dedit, quàm ſi centum cohortes fugitiuorum fuiſſent, tua manus ſinè controuerſia fuit, quicquid ab horum quopiam captum eſt, id non modò tibi datum, ſed tua manu numeratum iudicari neceſſe eſt. Nam ſi hanc defenſionem probabilis, non accepit ipſe, licèt omnia de pecunijs repetundis iudicia tollatis, nemo vnquàm tam reus, tam nocens adducetur, qui iſta defenſione non poſſit vti, hæc illæ, alia vide per Simã. de Repub. lib. 8. c. 5. Hinc eſt, quod prohibebantur Præſides vxores ſecum ducere in Prouinciã, vt tradit Vlpian. in l. obſeruare de offic. Proconſ. Quod verò hic dicitur de muneribus accipiendis, dicemus in tit. ne officiales munera recipiant.

T *Conceſſimus*. Hoc cap. quod antea poſitum erat in fine huius Pragmaticæ nos poſuimus in tit. de Commiſſarijs regijs, nam quod ibi diſpoſitum eſt ad Iudices M.C.V. non pertinet, vt ibi dicitur.

EX PRAGMATICA XXXIX.

De officio M. C. V.

5. TAmbien ordenamos y mandamos, que aſſi en el dar el Iuez dela Vicaria decreto de torquendo al reo, como en que enteruengan dos dellos en la exeqution de los dichos decretos, ſe guarden las Pragmaticas que ſobre eſto diſponen.

Chirurgus addatur Phiſico pro curandis carceratis. hoc dicit Tapia.

PRAGMATICA VIII.

De officio M. Iuſtitiarij.

PHILIPPVS II.

PRo cura pauperum & vulneratorum in carcere Magnæ Curiæ exiſtẽtium, mandamus quod vltra Phyſicum adhibeatur etiam Chirugus, cui aſſignari debeat honeſtum ſalarium, & deputetur aliquis qui curet infirmos, eorumque ſeruitijs vacet, circa cuius rei executionem Regentis, & Indicum conſcientiam oneramus.

Carcerati pro cauſis arduis non habilitentur niſi in banca fiſco audito. h.d. Tapia.

EX PRAGMATICA VIII.

De officio M. Iuſtitiarij.

Don Franciſci Pacechi in anno 1557.

ITem vogliamo, & coſi ordiniamo per la preſente, che nelle cauſe criminali, nelle quali ſi verrà ad imponere pena di morte naturale, ò ciuile, ò abſciſſione di membro, ò di galera, ò di relegatione, non ſi poſſano habilitare gl'inquiſiti che ſaranno citati per queſta gran Corte, nè per il Palazzo, nè per altra parte, tanto à tempo che compareranno gl'inquiſiti, come dopò che ſaranno comparſi, & carcerati, eccetto che in Bãca, & prepoſta la cauſa dell'gabilitatione per lo Commiſſario, che ſarà della cauſa d'auanti delli Magnifici Regenti, & Giudici di queſta gran Corte, & inteſo Magnifico Auocato Fiſcale.

Item vogliamo, & coſi ordiniamo, per la preſente, & comandiamo, che non ſi debbiano habilitare gl'inquiſiti ſotto preteſto d'infirmità, extra carcerem, nelli caſi in quibus viene ad imporſi pena di morte naturale, ò ciuile, ò abſciſſione di mẽbro, ò di galera, ſeu relegatione, ma nelli caſi predetti gl'inquiſiti infermi ſi debbiano curare nell'infermaria à queſto effetto deputata in detta carcere. Per tanto, ve diciamo, & ordiniamo, che procediate che li predetti ordini ſi debbiano ad vnguem oſſeruare, iuſta loro cõtinentia è tenore, ſotto pena di priuatione di officio, & altra à noſtro arbitrio reſeruata.

CAROL. TAP. REG. CONS. ANNOT.

HAec Pragmatica non fuit ſeruata per multos annos, † ſed carcerati infirmi habilitabantur præuia fide medici in eorum domibus per commiſſarium cauſæ, audito tamen fiſci patrono, † hodiè tamen inſtante Laurentio de Franchis acerrimo, ac erudiſſimo cauſarum fiſci patrono introductum eſt, vt huiuſmodi habilitationes non fiant niſi in banca. reſpectu verò habilitationum per palatium, vel in alijs carceribus, præterquàm M.C.V. ſeruatur hæc diſpoſitio. t &

Fides infirmitatis notificetur Fiſco ante habilitationem carcerati pro cauſa fiſcali. h.d. Tapia.

Ex libro bannorum Magnæ Curiæ Vicariæ Ordo Suæ Excellentiæ.

Muy Illuſtre Señor.

HAuiendo viſto S. Excelençia lo que contienẽ los dos incluſos villettes del Señor Abogado Fiſcal Surgẽte Pareçe à sù Excelençia que las fees de los que ſe habilitan ſiendo del fiſco ſe le hayan de intimar antes que ſe habiliten como enfermos reſpecto de los preſos que eſtan por deudas, y deudores del fiſco por penas d'inſtrumentos, y otras coſas de Concelleria à 23. d'Agoſto 1590. muy Illuſtre Señor beſo las manos à V.M. ſu mayor ſeruidor Don Berardino de Barrionueuo Regiſtrata in infern. numero 122. f. 250.

Die 24. Menſis Auguſti 1590. Neapol. præſens ordo fuit notificatus omnibus actorum Magiſtris.

Iudices Magnæ Curiæ die Iouis referant cauſas in Sac. Conſilio. Tapia.

AD PRAGMATICAM X.

De Officio Magiſtri Iuſtitiarij.

PHILIPPVS.

EXtant etiam Capitula Regis Ferdinandi primi, & Illuſt. Don Raymundi de Cardona tenoris ſequentis.

Regis Ferdinandi primi anno 1481.

ITem, quod Iudex hebdomadarius cum opus fuerit ad Sacrũ Cõſilium ſe conferat, & quæ ſunt dicenda referat requiſitis Procuratore, & Aduocato Fiſci qui negotia tueri, & illa defendere diligenter curent.

Don Raymundi de Cardona in anno 1519.

Item, perche le cauſe occorrenti in queſſa predetta Corte, per mancaméto de Giudici non s'impediſcano, ſe ordina, che quando il Sabbato ſe và in Caſtello à referire le cauſe, vno delli Giudici debbia ſtare in Vicaria à negotiare.

Item per eſpeditione delle cauſe, & beneficio de litiganti, & accioche le cauſe non ſiano immortali, s'ordina al Regente, & Giudici, qui pro tempore ſaranno, che debbiano tenere Corte tutti li dì ordinarij, ſecondo l'ordine del Calendario di queſſa gran Corte.

Quæ Capitula cum hodie cauſæ à Regente Iudicibus committantur, & ſinguli Commiſſarij die Iouis ad hoc ſtatuta accedant ad Sacrum Concilium, pro relatione cauſarum, & pariformiter iudices cauſarum criminalium, qui in præſentiarum à iudicibus cauſarum ciuilium ſunt diuiſi, qualibet die Mercurij accedant ad Collaterale Conſilium, pro referendis cauſis, remanentibus in Palatio ſemper pro maiori parte iudicibus cauſarum ciuiliũ, q ſeruari non oportet, vt iam non ſeruantur. quò vero ad Curiam regendam, qualibet die iuridica, cum hoc non expediat, ne iudices in cauſarum expeditione impediantur, iubemus vt regatur Curia per iudices cauſarum ciuilium, ſaltem ter in qualibet hebdomada, vt nunc ſeruatur.

Iudices ciuiles non prouideant ſuper allegatis aduerſus citationes criminales, ſed prouiſionem relinquant Iudicibus criminalibus. b.d. Tapia.

EX PRAGMATICA XIIII.

De officio Magiſtri Iuſtitiarij.

§. ET, quamnis hæc omnia à retro Regibus & Viceregibus prædictis, pro his, quæ eorum temporibus circa iudices occurrunt, pleniſſimè cõſtituta & ordinata ſint, quia tamen curſus temporis, nouitates ſemper inducit, oportet vt nos etiam nouas edamus prouiſiones. Qua propter quum diſtincti ſint hodie iudices cauſarũ criminalium, à iudicibus cauſarum ciuilium, ſtatuimus vt ſi quãdo citationes criminales cauſa pro Tribunali ſedente vocentur, & aliquid allegetur, quod liberam reorum condemnationem impedire videatur, nolumus per iudices cauſarum ciuilium qui curiam regunt terminus concedatur, vel aliquid aliud decernatur, ſed condemnentur vocati, & non ponantur in Libro, donec per iudices cauſarum criminalium qui plenius ſunt de negotio informati, aliter prouideatur: Mandantes Actuarijs & Scribis, vt ſtatim recta curia, vel ad plus die ſequenti id notificent, indicibus cauſarum criminalium, vt prouideri poſſit, ſic enim, & fiſci præiuditium tollitur, quod ſæpius ex prouiſionibus prædictis oriebatur, & partium indemnitati ſubuenitur.

Iudices non retineant in eorum domibus ſcribas. b.d. Tap.

EX DICTA PRAGMATICA XIIII.

§. CVmque iudices non ſolum à malo, ſed à mali ſuſpitione abſtinere debeãt, volumus, & decernimus, vt poſt hac nemo ex iudicibus dictæ Magnæ curiæ (vt paucis ab hinc fieri audiuimus) teneant in eius domibus certos & deputatos Scribas, aut Actuarios cum bãchis vel ſinè, ſed negotia, quæ domi occurrerint, modo vni, modo alteri ex Scribis & Actuarijs iniungant, cum in eorum domibus ex multitudine negotiorum, ſemper copia Actuariorum & Scribarum exiſtat.

EX PRAGMATICA XXXIX.

§. ITẽ por eſcuſar que los Eſcriuanos y Subattarios que eſtan con los Iuezes de la dicha Vicaria non ſean cauſa de algunos exceſſos y ſobornaçiones, prohibimos y mandamos que de à qui adelante ninguno de los dicos Iuezes los puedan tener en ſu caſa.

Iudices non ſubſcribant citationes, niſi benè per ipſos viſa informatione. b.d. Tapia.

EX PRAGMATICA XXXIX.

De officio Magiſtri Iuſtitiarij.

REX PHILIPPVS II.

PEr la Maeſtà del Rè noſtro Signore ci ſono ſtati ſcritti gli infraſcritti capitoli, & ordini per vna ſua lettera della data del primo di Maggio paſſato da Mandrid, quali comanda che ſi debbiano oſſeruare in queſto Tribunale della gran corte della Vicaria.

En lo que tocca al Tribunal de la gran corte entendemos que muchas vezes por maliçia ò negligençia del Maſtredatta ò Iuez, porno ver bien las informaçiones del fiſco, ſe citan para informar la corte algunas perſonas por cauſas criminales liuianas, y ſin ſufficiente probança, ni hauer indiçios para tortura, lo qual es contra lo que eſtà diſpueſto por Pragmaticas, y Ritos dela dicha gran corte, y dello ſi ſigue notabel daño, y por que es razon que eſte ſe eſcuſe en quanto fuere poſſibile, Mandamos que para remedio dellos, ſe oſſeruen las dichas Pragmaticas i Ritos; dando orden, que de a qui adelante ſe tenga muy gran auertençia y conſideraçion, para que la citationes fuera deſſa ciudad de Napoles non ſe hagan ſin cauſa, ſin que primero ſea viſta por el Iuecz, conforme a lo que aſſi miſmo è ſtà diſpueſto por Pragmatica.

Commiſſarius cauſæ legat integrum dictum teſtis. b.d. Tapia.

EX PRAGMATICA XXXIX.

De officio Iuſtitiarij.

§. DE hazer el Commiſſario dela cauſa relacion a bocca delos teſtigos del fiſco y no leer enteramente ſus depoſiçiones aconteſce (ſegun entendemos) por algunas perſonas que haurian de ſer condenadas ſon liberads, y los liberandos condemnados, ò porque eſto es tan contrario como ſe vee a la buena y recta adminiſtracion dela Iuſtiçia, ſtatuimos, y mandamos, que de aqui adelante quando el tal Commiſſario huuiere de azer relaçion de alguna cauſa del, ante de los Iuezes haya de leer enteramente la dichas depoſi-

depoſiçiones, ò tanto, quanto pareſciere a los Iuezes, que baſte para inſtruççion y ſatisfaçion ſuya.

Hæc Pragmatica regulariter non ſeruatur, ſed commiſſarius relationem facit, legis tamen, quod ſibi, vel alicui ex iudicibus Magnæ Curiæ videbitur. Tapia.

Seruetur ordo Magnæ Curiæ circa infirmos excarcerandos. Rouitus.

§. ITem ordenamos y mandamos, que en azer la feè que el Medico ordinario dela Vicaria da dela infermedad de algun preſo que pretende habilitaçion para ſalir fuera delas carceres en qualquiera caſo que ſea ſe guarde, y que aquella ſea cõforme ala orden dela Vicaria del año 1554. que comienzça. Item que el fiſico de la Carcel de baxo dela rubrica de medico y enfermero.

Iubet capita totius Pragmaticæ ſeruari. b. d. Tapia.

§. TAmbien ſtatuimos y mandamos que para que la Corte que ſe tiene cada ſemana en la Vicaria para llamar las citaçiones ſe haga con mas autoridad, orden, y ſilençio, interuengan de ordinario en ella el Regente la Vicaria, y Aduogado, y Procurador fiſcales. T

De ordine in Curia regenda ſeruando diximus ſupra in 1. lib. de cultu Tribunalibus exhibendo, cætera huius Pragmat. capita ſuis ſunt ſituata locis. Tapia

§. ET viſto per noi il tenor delli preſenti ordini della predetta Regia, & Catholica Maeſtà, per eſſecutione di quelli ci è parſo farui la preſente, con la quale ve dicemo & ordiniamo ch'inſpetta per voi la forma, continentia & tenore di detti preinſerti capitoli & ordini, debbiate quelli & quanto in eſſi ſi contiene eſſeguire, oſſeruare, & far oſſeruare dall'Auocato & Procurator fiſcale, Maſtrid'atti, & Scriuani di queſta predetta gran Corte, per quello ſpetta à ciaſcuno d'eſſi per virtù di detti preinſerti capitoli, oſſeruando, & facendo oſſeruare le Pragmatiche, riti, & ordini di queſta predetta gran Corte, quali s'accuſano per li capi predetti, ſandoui dar copia autentica della Pandetta delli deſcritti che ſi eſſigeno per lo Sigillo ſe ci ſerà, & ce nè farete relatione, acciò poſſiano prouedere à quanto eſſa Maeſtà ci comanda: Prouedendo & ordinando, ſi come noi per virtù di queſta ordiniamo al Conſeruator del Sigillo predetto, ch'ogni giorno ordinariamente per tutto il tempo che li Magnifici Giudici ſtanno in queſta gran Corte à reggere & miniſtrar giuſtitia, debbia anco lui reſidere in eſſa, per ſigillare le prouiſioni, che occorreranno ſigillarſi per detto tempo, & vn' hora dapoi, & in quanto tocca alla perſona, che s'hauerà da deputare, p lo pigliare delli depoſiti, ſi deputerà di proſſimo, come Sua Maeſtà comanda, & così l'eſſeguite, & farete eſſeguire, non fandoſi il contrario, per quanto ſe hà cara la gratia, & ſeruitio della prefata Maeſtà, fandone relatione del tutto che s'eſſequirà & oſſeruarà.

Datum Neap. die 25. Iunij 1666.

Don Peraſan.

V. Pignonus Regens. V. Patignus Regens. Lobera pro Secretario. In Cur. viſitationis pri. Dirigitur Magnæ Curiæ.

Officiales Magnæ Curiæ tenentur reuelare crimina, & exceſſus aliorum officialium contra Curiam commiſſos. b. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 4.

§. ITem quòd ſi aliquis officialis dictæ Curiæ ſciuerit aliquem officialem aliqua enormia & minus debitè committere tangentia honorem, & licitum commodum dictæ Curiæ, teneatur ipſe reuelare Locumtenenti, & in caſu quo non reuelaret præter & vltra pœnas inferius annotatas, incidat in pœnam, ac ſi ipſemet talia commiſiſſet & procuraſſet.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HIc ritus hodie regulariter non practicatur, nec illũ credo neceſſariũ, cum ad aures Illuſt. Proregum perueniant, non inquam crimina, ſed cogitationes officialium. Nõ defuere tamen (vt fertur) aliqui Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ, qui ambitionis potiùs, quàm huius ritus cauſa moti, immemores eius quod tradit Carau. hic nu. 8. referunt Proregibus de Regijs Conſiliarijs (quorum ex multis probata eſt integritas, ac doctrina) ſi quid contra eorum votum pronuntiatum fuerit, arbitrantes id iuſtum, id rectũ eſſe quod ſibi videtur, quodque ab ipſis aliquãdo malè fuerit etiam iudicatum detrahere cupientes authoritati Sacri Conſilij, ad quod ipſi peruenire feſtinant, immemores ipſos potius detrahere Regi, eiuſque excellentiſſimis Proregibus, quorum approbationibus ſunt ad hanc dignitatem euecti, poſt multos peractos labores tam in iudicando in Regijs Audientijs, & in Magna Curia, quàm in cauſis patrocinandis, à quorum, & doctrina, & experientia diſcere melius eſſet, quàm illis detrahere. Hæc pauca dixi, vt illos moneam, qui huiuſmodi tentationum ſtimulis commouentur, pluraque dixiſſem ſi ego Philippi Secundi benignitate proponentibus Illuſtriſſimis Comitibus Mirandæ, & Oliuares ad hanc Senatoriam dignitatem (licet indignus) non fuiſſem aſſumptus, quẽadmodum eorum probitatem, integritatem, atque doctrinam quam in dies experior omnibus patefacere ſum coactus, quicquid dicant alij, qui cum eorum religionem, & doctrinam in votando non videant, nouis, atque improprijs verbis tenaciter eorum opinionem (ne dicam paſſiones) ſectantes detrahere conantur. Hos inquam moneo vt in ſpeculo aliàs à nobis edito contra detractores ſuam velint conſpicere faciem. Tapia.

Ad hunc ritum faciunt, quæ dicta ſunt per Andr. in cap. 1. de forma fidelitatis, & c. 1. quibus modis feudum amittatur. b. d. Tap.

IOANNA II. Rit. 5.

ITem quòd omnes officiales pro poſſe teneantur facere omnia, quæ tendunt in honorem, ſtatum, & licitum commodum ipſius curiæ, & officialium eius.

Regens, & alij Officiales Magnæ Curiæ ſemel in hebdomada acta perquirant, & illorum expeditionem perquirant. b. d. Tapia.

IOANNA II. Ad Rit. 10.

ITem quòd Locumtenens, iudices, ærarij, & Magiſtri actorum, aduocatus fiſci, & alij fiſcales, teneantur ſemel ad minus in hebdomada T requi-

rere omnia acta Curiæ & proceſſus, & acta fiſcalia, & dare expeditionem litibus, & mandare fieri executiones ſecundum antiquum ritum & obſeruantiam Curiæ prædictæ

GAAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

T 1 R*Equirere omnia acta.* † Hoc hodiè ſeruatur hoc modo, nam die Sabati quando fit viſita carceratorum legitur liber, in quò ſunt notata nomina ipſorum, & fit prouiſio circa id, quod pro expeditione cauſæ eſt neceſſarium, quæ prouiſiones notantur in libris actuariorum, vt poſtea in alia viſitatione ſciatur quid factum ſit. Viſitantur etiam carcerati die
2 Iouis per dominum † Regentem Mag. Cur. Vic. qua hora Iudices ipſius veniunt ad Sacrum Conſilium ad redēdum ratio-
3 nem decretorum per ipſos interpoſitorum, † ſolet etiam fiſci patronus diebus feſtiuis viſitare in eius domo librum carcerarorum, & à ſcribis omnium ſibi commiſſorum rationem petere, quod relatum eſt mihi feciſſe magnum illum fiſci patronum Panzam, quodque neceſſarium eſſe ſemper iudicaui.

Vnus ex Iudicibus Magnæ Curiæ debet aſſiſtere apud Regentem ipſius, nec inde abſque licentia diſcedere. b. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 15.

ITem quòd vnus ad minus iudicum, & omnes, ſi voluerint, debeant continuè perſonaliter intereſſe in dicta Curia, & ſe coram dicto Locumtenente præſentare de T mane, poſt prandium, & de ſero hora congrua, & abinde non recedere, licentia à dicto Locumtenente non petita.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

LEge * præſenti pietatis officio ſuggerente ſtatuimus, pupillis, viduis, orphanis,pauperibus, ſeu quibuſlibet debilibus, præſertim contra petentes agentibus, aut defendentibus cauſas ſuas,ſeu iura noſtræ Curiæ deferentibus aduocatos,& pugiles (ſi cauſa popoſcerit) de Curia noſtra gratis, & expẽſas alias victui neceſſarias, dum neceſſariam in Curia moram trahunt,nec nõ teſtium producendorũ impendia per Curiæ præſidem largiri debere cẽſemus, nullas ab ipſis propterea ſportulas ab apparitoribus, vel Tabellionibus noſtris omninò, aut pro ſententiarum ſubſcriptionibus aliquid volumus poſtulari.

* L*Ege præſenti poſtulari.* Et ſic nor. quòd pupillus, & vidua ſpecialem indulgẽtiam conſequuntur. C.de falſa moneta.l.1.§. viduas autem.

ADDITIO. *Adde C.de poſtul. l.fin. & ibi Pa.de Caſt.* Superàtius.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

L*Ege præſenti.* Fauetur miſerabilibus perſonis, & eſt de iure communi,in auth.de man.prio. §. ſic quoque io ſi. §. cum ſimil.ibi in glo.

ADDITIO. *Adde,quæ dicentur perſona miſerabiles. in l.1 C.quando Imper.inter pupil.Barto in l.cum aliena. C. de legat. Ludo.Roma in l.ſi conſtante ff.ſolut.matr. Doct.in c ſignificantibus.*

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

CVm hac conſtitutione concordat.l.1.§.ait prætor,ff.de poſtul.l.nec quicquam.§.ſi.de officio proconſul.c.1.extra de offic.iudic.& apud Hiſpanos lib.6.tit.6. par.3.

Per hanc conſtitut. † habemus aduocatum pauperum debere auxilium præſtare viduis, pupillis, pauperibus, & alijs oppreſſis,quòd hodie ooo ſeruatur, vt fieri deberet. eſt enim

Digitized by Google

ANDRAEAS DE ISERNIA.

bus.de offic.deleg. Doct in c.super quibuſdam.de verb.ſignif. Et an tales ſint ſub protectione eccleſiæ? Vide per glo.in cap.licet. de cenſib. Docto.in cap.ex tenore,de foro compet. Docto.in c.nuper,de donat.inter vir.& vxor. Et an miſerabiles perſonæ gaudeant priuilegijs,quibus eccleſ.? Per Iaſ.in auth.quas actiones in 1. notab C. de ſacroſanct.eccleſ.

Sed quid ſi pupillus aut vidua ſint diuites, non videtur in eis habere locum l.iſta Si referas verbum pauperibus', vt non contineat viduas,pupillos,orphanos,& debiles, ad quid ſi nõ indigerent, daret fiſcus? cum mendicantes ſint alendi annonis publicis,ſed non validi,& potentes? C.libe.11.de mendi. vali.in glo.in rubriei.& l.1.Item ſic dicit.§.ſic quoque,quòd ſi non ſunt ſufficientes præbeat eis gratis,& ſic verbum(pauperibus)refertur ad præcedentia.ſcilicet,ad pupillos, viduas,orphanos,& ad ſequentia.vt ad debiles, ſic. ff.de inofficioſo teſtam.l.ſi proponas.§.ſi hæreditatem, vbi verbum, ſcientes, & ad præcedentia,& ad ſequentia refertur. Habebit etiam hæc l.locum in pauperibus,qui non ſunt pupilli, viduæ, orphani, aut debiles, propter iſtos ponitur hæc l. generaliter in omni paupere,nec non in vidua,pupillo,orphano & debili,qui ſunt pauperes. Eccleſiam non expreſſit hic, ſicut in ſuperiori lege. in eccleſijs non fieret hæc arctatio ſi litera non exprimeret, quia materia leg.huius eſt de dandis impendijs his perſonis, ſatis benè dicitur, vt præfertur, quantum ad alia,vt ad habendum forum, C. quando impe. inter pup. vbi habent iſtud pupilli etiam ſi ſunt diuites.dicit Azo in ſum.illius tit.iure Cano. aliter extra de officijs delegat.cap.ſignificantibus, de quo dicetur infra tit.1.ſtatuimus.Rex inclitus Carolus 11.ſtatuit certum officium aduocatorum pauperum hic, vt vidimus in viſu cauſarum', vt adiuuet eccleſiam pupillos, viduas, orphanos, pauperes,& huiuſmodi indigentes, qui habent ſalarium à Curia,& tantum habent ſi ſunt multæ cauſæ,quantum ſi nõ ſunt multæ. Non ponit ſe ad iſtas diſtinctiones.

Lege præſenti. Nota quòd per hanc conſtitutionem gagiari debet Aduocatus pupillorum,viduarum,& miſerabilium perſonarum de ſalario curiæ.& hodie dicitur Aduocatus pauperum Neapoli,qui ſalarium habet à Rege, & de pecunia Regis conſtitutum. Marinus.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Vnus aduocatus pauperum, qui regulariter tantum circa pauperes carceratos prò cauſis criminalibus ſe gerit,nec plus poſſe credo,cum maximum ſit onus; ideoque alio opus eſſet,qui in cauſis ciuilibus pauperibus ſuccurret: accidit enim vt aliquando propter deficientiam aduocati,pauperes,quorum bona ſunt occupata à potentibus, propter eorum impotentiam lites deſerant, ideoque viſum ſemper fuit mihi per optimum quod Madriti à quibuſdam Iuriſperitis fuit ordinatum: congregauerunt ſe nempè plures ex eis in quoddam oratario,ibique ex eis duo deligebantur, qui pauperes iuuarent in eorum litibus per aliquos menſes, quòd tradidit mihi dominus, &
2 collega meus † Alphonſus Areualo Sedeño vir ſumma probitate,& eximia doctrina clarus,quod vt fieret hic, non modò perutile,ſed neceſſarium arbitror, Deumque Opt.Max.rogo,vt in corda noſtrorum iuriſperitorum id velit inſpirare.

T *Gratis*. Sic etiam diſponitur in ritu ſequenti, qui eſt 19. vbi Caranit.quod non tamen verificatur in Aduocato pauperum,qui habet ſalarium à Regia Curia, † ſed in omni Aduo- 3
cato,qui tenetur lege naturali,& etiam diuina pauperibus,qui non habent aliunde patrocinium præſtare gratis, quod poſt Abb.in cap.1. de officio indic. ordinar. tradit Gregor. Lopez in l.16.tit.9.part.3.& poſt Bald.in l.ſi furioſi,C.de nupt.& Dominicus Soto in lib.5.de iuſt.& iur. quæſt.8 art. 1. docuit Didac.Perez in l.5.tit.19 lib.2 ordinat.verſ.6.dubitatur, & Aulla in cap.prætorum cap.7.in prin.num.3. cætera vide per Afflict.hic & Foller.loco citato.

T *Curiæ Præſidem*. Hinc quærit Hieronymus Cuchalon qui addit ad Afflict.in corpore huius conſtitutionis, † cuius 4
ſumptibus debeant ſubminiſtrare expenſæ pauperibus,& concludit quòd ad expenſis curiæ non Iudicis, quòd hic videtur innuere tex.ſed hoc non practicatur hodie, niſi in carceratis quorum acta tenentur gratis facere actuarij, & gratis etiam ſubminiſtratur eis panis à Curia ordine fiſci patroni.

Aduocatus pauperum, & Procurator nihil recipiant pro defenſione cauſarum,ſic in Fiſco patrono de quo ſupra de Aduocat. Fiſci.h.d.Tapia.

IOANNA II. Rit.19.

ITem quòd procurator & aduocatus fiſci, necnon procurator & aduocatus pauperum, nihil recipiant pro defenſione cauſarum fiſci, pupillorum, viduarum, & miſerabilium perſonarum,ipſoſque fiſcum,pupillos,viduas, & miſerabiles perſonas tangentes, ſed pro cauſis huiuſmodi gratis debeant procurare,& aduocare,ac patrocinari, & proinde ſint contenti T gagijs ſuis.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HIc Ritus poſitus eſt etiam ſupra de officio aduocati fiſci, & illum hic etiam volui ſubnectere, quia magis propriũ eſt aduocatum pauperum aliquid accipere, quàm fiſci patronum, propter licentiam, quàm ille habet aduocandi in alijs cauſis,vt in tit.ſeq.hoc officium maxima cum charitate exer-
1 cuit † Ioan Baptiſta de Leonardis, propter quam ad officium Fiſci patroni,& demum Regij Conſiliarij fuit aſſumptus.

T *Gagijs ſuis*. De hoc diximus ſupra conſtitut.proxima, eſt autem hodie ſalarium aduocati pauperum ſeu.200.

Sicuti etiam gaudet prærogatiua, † quia ſedet cum Iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ in vltimo loco, & in Sacro Cõſilio licet non ſedeat,loquitur tamen capite cooperto,quando defendit cauſas pauperum, habet etiam aliam prærogatiuam, quia in Audientijs, quas domi dant Regij Conſiliarij præcedit omnes alios Aduocatos, vt operam nauare poſſit cœteris negotijs pauperum.

Aduo-

Aduocatus pauperum poteſt etiam contra Fiſcum aliorum cauſas defendere.h.d.Tapia.

IOANNA II. Rit.23.

a *Item quod aduocatus pauperũ, &c.* Hunc ritum refert & ſequitur Matth.in rub. de dan. aduocat. pupillorum,& miſerabilium perſonarum. Matt.

ITẽ a quòd aduocatus pauperum * contra Curiam,& contra omnes, & pro omnibus,quos ipſe vult, adnocare poſſit, exeeptis in cauſis eccleſiarum,viduarum,pupillorum, & miſerabilium perſonarum, quibus neceſſariò & gratis aduocare teneatur, & debeat.

* ADDITIO. Item quòd aduocatus pauperum. *Vide Aſſiſt. in conſtit. lege præſenti, in rub.num.11.& ſeq.vbi latè de materia,pro quibus debeat Procurator, Aduocatuſq; pauperum aduocare, & pro quibus non, & etiam quid ſi litigatur coram Iudice eccleſiaſtico,vel coram arb.* De Bot.

Aduocatus pauperum interueniat in ratificationibus, & alijs actis pauperum.h.d.Tapia.

Ex Cap. Neapol. 16. Decembris 1481. Cap. 14.
REX FERDINANDVS I.

ITem che lo Regente, & Capitanio della Città de Napoli ſiano tenuti quando aleuno malfattore haue à ratifieare farci eſſere lo Auocato delli poueri in ſua defenſione,& coſi in ogni atto,doue incorre pena mortis,vel membri abſciſſio. Placet Regiæ Maieſtati.

HOc Cap.tempore quo ego interfui in M.C.Vic.nõ fuit vnqoam practicatum,ſed ſolum reſpectu miorum,quibus datur io curatorem aduocatus, vel procurator pauperum. Tapia.

Procurator pauperum defendat cauſas ſibi decretas.h.d.Rouit.

EX PRAGMAICA XXXIX.
De Officio M.Iuſtitiarij.

ASimiſmo para que de aqui adelante no eſte à diſcreçion del Procurador delos pobres de ayudar à vno por pobre ò nò, mandamos que alque huuiere de patrocinar ſea por decreto de los Iuezes donde la tal cauſa pendiere, y no de otra manera.

Aduocatus,& Procurator pauperum huius Regni admoneant Aduocatum, & Procuratorem pauperum cuiuſque Regiæ Audientiæ de ijs,quæ videbuntur eis neceſſaria pro pauperum defenſione. h.d.Rouitus.

EX PRAGMATICA XLVI.

De officio Magiſtri Iuſtitiarij.

§. ET ordinamo anco alli Magnifiei Auocato, & Procuratore de' poueri della detta gran Corte, che tenghino eſſi ancora intelligenza con li Auocati, & Procuratori de' poueri di dette audienze, perche in le ſopradette eauſe, che ſaranno de' poueri li diano li auertimenti, che li pareranno per defenſione delli poueri predetti,& non ſi faccia il contrario, per qnanto ſi hà cara la gratia,& ſeruitio di Sua Maeſtà.

DE PEDANEIS IVDICIBVS. Rub. xvj.

1 IVdices pedanei dicuntur, quia pedibus ad forum proficiſeuotur l.1.§.item Senatuſconſulto.ff.de poſtul. Tapia.

Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ ſibi ipſis cauſas non cõmittant; ſed alijs iudicibus pedaneis, hoc dicit cum Pragmatica ſequenti. h.d.Tapia.

IOANNA II. Rit.16.

ITem quòd iudices prædicti non audeant,neque poſſint cauſas ciuiles etiam infra libram auri ſibi ipſis committere,ſed eas committere debeant in caſu, quo eſſent committendæ alijs litteratis idoneis liberè,& abſque ſorde.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

ISte Ritus quo ad primam partem beoè ſeruatur, nam Iudiees Magoæ Curiæ ſibi ipſis eauſas non committunt, † ſed
2 Regens ipſius inter illos diſtribuit,quia eum ſint † Iudices or-
3 dioarij io toto Reguo, habeantque iuriſdictionem inſolidum vnuſquiſque procedere poſſet in cauſis,quæ ad ipſos deferuntur, cumq; ex hoc plurima orirentur,& iurgia, & altercationes inter ipſos collegas, necnon negotiorum confuſio, dum alij eorum mole præmereotur, alij verò (vt ità dicam) ieiunarent; introductum fuit, vt Regens inter ipſos cauſas diuideret,& hæc diuiſio potius, quàm commiſſio ex ſuperius dicta ratione appellatur. Quò verò ad ſecundam eius partem attinet,quæ videtur limitatio ad regulam, dic eos committere poſſe cauſas pedaneis iudicibus; & ſic intelligentia iſtius ritus erit,vt Iudiees ſibi ipſis cauſas non committant, poſſunt tamen alijs committere. Tapia.

Iudices pedanei non ſint vltra decem,& approbentur per Mag. Cur.h.d.Tap.

EX PRAGMATICA XII.

De Officio Magiſtri Iuſtitiarij.

§. ITem, che da qui auanti li Giudici Pedanei non poſſano eſſer più di diece,per procedere nelle eauſe minime, & commettibili,& quelli che al preſente vi ſono,& gli altri futuri, non poſſano ne debbiano eſſereitare detto officio di Giudiee

pedaneo, ſenza liceuza del Regente, & che non ſiano prima approbati per detta gran Corte.

Prohibet cauſas committi iudicibus non interueniientibus dum Curia regitur. h. d. Tapia.

EX DICTA PRAGMATICA.

Don Federici à Toledo in anno 1558.

6. ITem vogliamo, & ordinlamo, che non ſi poſſano commettere cauſe alli Giudici pedanei, i quali quando ſi regge la Corte non ſi trouaranno ſedere nei luoghi loro, iuxta l'antiquo ſolito. Et alli detti Giudici pedanei, che veneranno à ſedere, le cauſe ſi debbiano commettere per ordine.

Id hodie non ſeruatur ſed cauſæ abſque allo ordine committuntur ſecundum placita iudicum. Tapia.

Poteſt Magna Curia committere cauſas ciuiles aſcendentes ad ſummam vnciarum ſex, h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 124.

ITem quòd curiæ ipſæ * & quælibet ipſarum poſſint ſi voluerint, committere cauſas pecuniarias ibi mouendas vſque ad ſummã vnciarum ſex de carlenis argenti (& non vltra) alicui literato, qui rite procedat, & deinde ipſi curiæ referat in forma conſueta.

* ADDITIO. Item quòd Curiæ ipſæ. *Vide omnino Bal. in l. ſi idem, §. ſi col. 1 ff. de iuriſdict. omn. iudic. vbi ponit quatuor not. quaſtionis.* De Bott.

Item quòd cauſæ committendæ per curiam non excedant vltra ſummam vnciarum ſex, vt ſupra.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HIc Ritus, vt eius litera docet, arbitrio Iudicis relinquit commiſſionem cauſarum à ſex vncijs infra, neque obſtat quòd litera ritus præcedentis quòd eſt 16. ſecundum ordinem Carauitæ vtatur verbo † debeat, quaſi neceſſitatem impooat

1 cauſas committendi, nam (vt diximus) ille Ritus libertatem tollit ſibi committendi, & hæc iuxta ſummam hic traditam, nam ſiue legatur cum dictione etiam, ſiue ſine ipſa, intelligitur (vt diximus) circa facultatem ſibi ipſis committendi, & hic eſt germanus horum Rituum intellectus.

† Sed an poſſit quis prorogare iuriſdictionem ad iſtos Iudices pedaneos Didac. Peret ad l. 1. tit. 4. lib. 3. ordinat. col. mihi 888. verſ. idem etiam, dicit quòd ſic, quia licèt iſti habeant iuriſdictionem limitatam ad certam ſummam, non tameo habeot ad certas cauſas, ideoque dummodo non excedat illam ſummam, poteſt prorogatio fieri.

Datur forma relationis faciendæ per Iudices pedaneos de proceſſibus ſibi commiſſis. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 126.

ITem obſeruat dicta curia committere cauſas, ſi vult quatuor vnciarum alicui literato, qui ritè procedat, deinde ipſi curiæ referat in ſcriptis id, quod ſibi videtur, & forma relationis eſt: quia facit mentionem de toto proceſſu, & deinde dicit in fine relationis, ſi eſt probata intentio actoris, quòd ſibi videtur mandatum per dictam curiam dicto reo, vt petita per dictum actorem in cauſa prædicta infra terminum duorum dierum aſſignet ipſi actori, & etiam datur maior terminus arbitrio ipſius curiæ.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

1 REfert. Hodie Iudicibus pedaneis paucæ, ne dicam nullæ cauſæ committuntur, & malè, oam iuuenes, qui iuri operam dabant per iſtarum cauſarum medium inſtruebantur, † dum relationes faciebant, votaque conſultiua dabant, quod hodie committi ſolet calculatoribus, & ideo oon poſſum, non ſupplicare Illuſtriſſimum Proregem, domiooſque Regeotes vt huius Rit. obſeruantiam alicui ex ſibi ipſis committant.

Idem quòd in Ritibus præcedentibus diſponitur h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 139.

ITem quòd cauſæ committantur in ordine ſolito per dictam Curiam vſq; ad ſummam vnciarum auri 12. vel infra perſonis idoneis & peritis pro qualibet ipſarum cauſarum, & commiſſarius earundem cauſarum in relatione fienda per eum ponat terminum ad ſoluendum pro qualitate cauſæ, & qualitate perſonarum: dum tamen non excedat terminum quadrimeſtris temporis.

Cauſa modica committuntur vſque ad dationem termini, h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 131.

ITem quòd cauſæ modicæ infra vnciam vnam examinentur per commiſſarium deputatum per Curiam ipſam ſummatim vſque ad dationem termini ad probandum, & de plano audiantur teſtes vtriuſque partis & ſtatim fiat relatio.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

1 TErmini. Iſte Ritus hodie non ſeruatur quoad commiſſioneni, neque quoad termini dationem, quoad tamen attinet ad terminum, ſecus verò quoad ſummariam capiendam informationem, nam dicitur, quòd capiatur ſummaria informatio, & teſtes habeantur pro citatis.

Cauſa criminalis, in qua venit imponenda pœna pecuniaria committi debet. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 138.

ITem quòd quando occurrit aliqua cauſa in qua præceſſit citatio criminalis de aliqua re, in qua verſaretur commodum pecuniarium vſq; ad ſummam vnciarum trium ſeu quatuor, quòd ſit in arbitrio iudicum, vbi videbitur eis expedire, & committere cauſam ipſam cuilibet quamtuncunque pars contradixerit.

Iſte Ritus hodie non ſeruatur, quod cauſæ criminales non committuntur. Tapia.

DE OFFICIO PERCEPTORIS MAG. CVR. VIC. Rub. xvij.

DE hac materia diximus ſupra tit. de officio quæſtoris generalis. Tapia.

Notarij Cameræ,ſiue perceptor M.C.V.(quod idem eſt officium in Mag.Cur.) non ponant in libro reſiduam pecuniam eos accepturos,quam acceperunt ſub pœna hic poſita. h.d.Tapia.

REX CAROL. I. Cap. 54.

I*Tem caueant notarij*. Vide ad hoc cap.in titulo de accuſ. P. P.

ITem caueant notarij Cameræ, quod in quaternis rationum Iuſtitiarij, quos Curiæ, ſeu ſucceſſoribus aſſignabunt,non ponant in reſiduo pecuniam,vel aliquid aliud,quod ipſi Inſtitiarij,vel alij de mandato eorum,ab vniuerſitatibus, vel ſingularibus perſonis ſoluentibus receperunt. Et ſi contra fecerint,capite puniantur.

Iſtud Capit.ſeruatur hodie tàm apud iſtos Magiſtros Cameræ Regiarum audientiarum, quàm etiam apud Perceptores Mag.Cur.vt tradit Carau. io Rit.45. Tapia.

Perceptor Mag.Cur.tenetur conficere librum prouentuum, nec non omnium actorum,de quibus poſſet curia pecuniam percipere. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit.45.

ITem quòd ærarius teneatur facere quaternum prouentuum lucidum, & diſtinctum in debita forma: nec non de omnibus actis,de quibus poſſet commodum prouenire Curiæ prælibatæ.

Perceptor Mag.Cur.non recipiat depoſitum.h.d.Tapia.

PRAGMATICA XXXIX.

De Officio Magiſtri Iuſtitiarij.

§. POrque la eſperiençia mueſtra que es de inconueniente que el Pereeptor delos pronétos de nueſtra Regia gran Corte dela Vicaria ſea depoſitario proucreis que de aqui adelante el,ni ſus ſubceſſores non puedan tener los dicho depoſitos,y para ello nombrareis otra perſona,que ſea dela integridad,y ſufficiençia que ſe requiere, la qual aya de dar liſta delos dichos depoſitos de quatro en quatro mes, y ſele tormarà la cuenta dellos.

Hæc Pragmatica hodie ſeruatur,& tempore quo ego exercui officium Fiſci patroni feci illam ſeruari. Tapia.

Pœnæ pecuniaria veniant in poſſe perceptorum prouentuum. h.d.Rouitus.

PRAGMATICA XIIII.

De officio Quæſtor.General.

CAROLVS V.

ET quia ad hoc inſtituti ſunt in Magna Curia Vicariæ,& in Regni Prouincijs, Perceptores prouentuum,& Magiſtri Cameræ,vt in eorum poſſe pœnæ pecuniariæ peruenire debeant,eorumque rationem reddere teneantur, leccirco mandamus, quod neque Regens, neque aliquis ex Iudicibus dictæ Magnæ Curiæ, nulluſque ex Gubernatoribus,& Auditoribus Prouincialibus,vel ex alijs officialibus pœnam vllam pecuniariam,aut compoſitionem legitimè factam audeat in ſui poſſe accipere ſeu retinere,ſed illam tradat ſeu accipi faciat à dictis Perceptoribus, & Magiſtris Cameræ, ad quos dictarum pœnarum, & compoſitionum receptio, & conſeruatio ſpectat, ſub pœna tam dictis recipientibus illas duplicatè reſtituendi, quam ſoluentibus, alijſque antedictis illas penitus admittendi.

Fiat liber per Perceptorem compoſitionum faciendarum, & in calce ſubſcribant ſe Iudices,& Fiſcalis,& facta non moderentur. h.d.Rouitus.

EX PRAGMATICA XI.

De officio Magiſtri Iuſtitiarij.

§. ITem vogliamo, che il Perceptore di detta gran Corte,debbia tenere vn Libro ordinario, nel quale debbia hauere tutte le compoſitioni che ſi faranno del modo predetto, & la ſpecificatione delli delitti delle perſone che ſi compongono,& le quantità che ſi componeranno, e fatte che ſaranno dette compoſitioni volta per volta, in piè di quelle vogliamo che ſi ſottoſeriuano li Magnifici Regente,& Giudici,& Aduocato Fiſcale nel medeſimo Libro.

Perceptor prouentuum ſingulis menſibus in Regia Camera det computa.h.d.Rouitus.

PRAGMATICA XXX.

De officio Magiſtri Iuſtitiarij.

PHILIPPVS II.

QVoniam ad hoc deputatus eſt Perceptor in Magna Curia, vt omnis peculiariter quæ ex prouentibus peruenit per eum cum Regia Curia accipiatur,omneſque compoſitiones cum eius, & Credenzerij interuentu efficiantur,ſtatuimus, atque iubemus,vt ordinationes ſuper hoc ab Illuſtr. Retro Viceregibus conſtitutæ ad vnguem ſeruentur: Aduertendum tamen duximus, quod cũ Illuſtriſs.Don Bernardinus Villamari,& Don Raymũdus de Cardona in dictis prouiſionibus diſpoſuerint, quod in computo per Perceptorem dando, quolibet menſe in Regia Camera detur liſta omnium banditorum,& pęnarum accuſatarum,& ſingulis diebus Sabbati exhibere teneantur Quinternum lucidum omnium prouentuum Regio Theſau

rario

Digitized by Google

rario generali, quia huc vſque receptum non eſt, nec videtur ſeruitio Regio expedire, volumus vt computa dicti Perceptoris præſententur in Regia Camera cum liſtis Commiſſariorum, & cautelis omnibus quolibet anno, vt hucuſque ſeruatum eſt, verum prædictus Perceptor in fine cuiuſlibet hebdomadæ conſignet, & conſignare debeat nobis liſtam particularem omnium, & quorumcumque prouentuum in dicta hebdomada factorum, cum particulari annotatione perſonarum, quæ componuntur, delictorum, & cauſarum, pro quibus fit prædicta compoſitio, quæ liſta ſit etiam firmata manu dicti Perceptoris, & Credenzerij, mandantes etiam dictis Perceptori, & Credenzerio, vt obſeruare habeant omnes prouiſiones, quatenus ipſos tangunt, poſitas ſub titulo de cōpoſitionibus.

Solus Perceptor percipiat prouentus, & non alius, h.d. Rouitus.

Don Bernardi Villamari in anno 1515.

Rex Aragonum, vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem, &c.

§. PErche altra volta è ſtato pronisto per li paſſati Rè, & dato ordine al Percettore delli prouenti di queſſa gran Corte della Vicaria, che tutti li prouenti doueſſero peruenire in ſuo potere, & non d'altro, e che neſſuno de gli altri officiali di detta gran Corte ſotto qual ſi voglia colore, & cauſa, poſſa nè debbia toccare di detti prouenti, ſi come ampiamente ſe mostra nelle lettere della fel. mem. di Rè Ferrāte Primo, directe à Pirro Pagano allhora Percettore, eſpedite nel Caſtello nouo à 10. di Marzo 1477. quali ſono regiſtrate nelli Libri di queſſa gran Corte, & ſecondo ſemo informati, non ſi oſſerua il tenore di dette lettere, perche detto Percettore ſolo habbia da percipere, & adminiſtrare detti prouenti, & darne chiaro, & lucido computo nella Regia Camera della Summaria: Per queſto per la preſente vi diciamo, & comandiamo, che da qui auanti debbiate oſſeruare, & fare oſſeruare da tutti gli altri à chi ſpetta con effetto il tenore di dette lettere, & che detto Percettore ſolo con l'interuento del Regio Credenziero, & non altri, percepta detti prouenti, & altro officiale directe vel indirecte, non ſe impacci nel riceuere di detti danari di detti prouenti, perciò che tale è noſtra intentione, & volere, che coſì s'eſſeguiſca, & coſì per la preſente ordiniamo, & comandiamo à tutti officiali di detta gran Corte, che ciaſcun di loro debbia oſſeruare inuiolabilmente detto ordine, & tutti gl'infraſcritti ordini per eſecutione della giuſtitia, & conſeruatione delle ragioni della Regia Corte.

Interueniat Perceptor in compoſitionibus h.d. Rouitus.

§. ITem vogliamo, & ordiniamo, che in tutte le compoſitioni, che ſi faranno in queſſa gran Corte, ci facciate interuenire il Percettore predetto, & il Credenziero, & ſubito ſi habbia per detto Percettore da annotare nel Libro ligato, & non in foglio, & facendoſi altramente non vaglia, oltre le pene predette.

Item, vogliamo, & ordinamo, che detto Percettore con ogni diligentia poſſibile, debbia ſollicitare la eſſattione delle compoſitioni, & eſſecutioni contra contumaci, banditi, condennati, & accuſati alle pene.

Detur liſta fiſco de prouentibus habitis in dies per Perceptorem liſta accuſatorum & contumacium. h.d. Rouitus.

§. ITem vogliamo, ordiniamo, & comandiamo che il Percettore predetto ogni dì debbia dare particular liſta di tutte compoſitioni, & prouenti che ſi faranno all'Auocato fiſcale, & Procuratore.

Item vogliamo, & così ordiniamo, che detto Percettore di per dì che occorreno in detta Corte, farſi contumaci, banditi, & condennati, & che ſi accuſano pene d'obliganze, ne debbia pigliare copia, & tutte annotarle nel Libro ſopra ciò ordinato, & ogni ſettimana di tutti debbia dare liſta all'Auocato, ò Procuratore fiſcale.

Item vogliamo, & ordiniamo, che il Percettore delli prouenti di queſſa gran Corte ſia tenuto, & debbia nelli computi che dona alla Regia Corte dare particulare annotamento di tutti banditi, condennati, & pene accuſate, & di tutti delitti commeſſi.

Perceptor reddat computum, & det liſtam prouentuum Theſaurario. h.d. Rouitus.

Don Raymund. de Cardona in anno 1516.

§. ITē volumus, ſtatuimus, & ordinamus, quod compoſitiones Magnæ Curiæ Vicariæ fiant per Regentem, & Indices ipſius Magnæ Curiæ, vel ſaltem per Regentem, & dnos ipſorum Iudicum, & per Aduocatum, & Procuratorem fiſci, & per Perceptorem prædictarum compoſitionum in vno tātum die hebdomadæ, & non per alias perſonas, nec alijs diebus, & quòd omni die Sabbati, dictus Perceptor teneatur præſentare, & exhibere liſtam, & quinternum lucidum Regenti Regiam Theſaurariam generalem de omnibus prouentibus, & cōcompoſitionibus dictæ Magnæ Curiæ, & reddere rationem de ipſis ſemel quolibet menſe in Regia Camera Summariæ, ſub pœna priuationis officij.

Item che oltre li condennati, & pene accuſate, l'altre compoſitioni che occorreranno in detta gran Corte, ſe debbiano fare eſſequire per l'ordine detto per la Regia Pragmatica, & che nel negociare, & concludere di tutte dette compoſitioni, includendoci etiam li condennati, & pene accuſate, acciò che vadano ſecondo l'ordine, & antico ſtile, ci habbia da interuenire eſſo Percettore, acciò che per eſſo ſi poſſa di tutto fare particolar notamento, & ſollicitare l'eſſecutioni di quelli.

Item acciò che il Regio fiſco non ſia frandato, ma con ogni ſuo debito ordine trattato, ordiniamo che non ſia perſona alcuna che ardiſca, nè prema pigliare liſte di condennati, nè di pene accuſate da gli Libri, che ſi faranno per lo Maſtrod'atti, & Percettore, ma che dette liſte ſi debbiano fare per detti Maſtrid'atti à requeſta del Percettore, & quelle fatte conſignare in potere di

detto

detto Percettore, acciò che eſſo le poſſa comprobare nel Libro ſuo, quale Percettore ſia tenuto, & debbia ciaſcun di fare particulare notamento in vn Libro di tutti li banditi, contumaci, & pene accuſate, ſotto pena di pagare ciaſcuna fiata che ſi contraueniſſe la pena duplicata di dette pene, & dette liſte conſignare in potere di detti Commiſſarij deputati, & alliſtati, che vadano ad eſſequire; & il Procuratore fiſcale con ogni diligentia, & attentione (qualibet hebdomada) debbia inquirere ſì nelle coſe prenette, ſì per lo Percettore come per altri ſia commeſſo difetto ò negligentia alcuna.

Item ritornato che ſarà il Commiſſario, e poſto c'haurà conto ſtatim debbia reſtituire in potere del Perceptore tanto la ſua commiſſione, quanto la liſta, & annotamento che gli è ſtato dato ſi de contumaci, come delle pene accuſate, e quando và altro Commiſſario per quel medeſimo camino, il detto Percettore li debbia dar quelle medeſime prouiſioni e liſte, acciò che ſe il primo Commiſſario haueſſe commeſſo alcuna fraude, ò barattaria, ſi poſſa facilmente ſapere e ſopire.

Don Petri à Toledo in anno 1532.

ITem, che il Percettore con interuento del Credenziero predetto, debbia ſubito fare annotamento di dette contumacie, e bandi, annotationi di beni, & ſubito con diligentia mandare ad eſſequire contra detti delinquenti, con la terza parte de' beni mobili, & *elapſo anno* inuiare à pigliare tutti detti beni, iuſta la forma della Conſtitutione del Regno, & non faccia il contrario, ſotto pena del ſuo non eſatto, & eſeqnito.

Quòd dicitur in hoc capitulo. *Et ſubito con diligentia mandare ad eſſequire, &c.* Mandamus intelligi quamprimum per magnam Curiam Vicariæ expediuntur Commiſſarij pro contumacijs prædictis, ſi bona prædicta ſint extra Ciuitatem Neap.

Don

Don Federici à Toledo in anno 1558.

IN primis vogliamo & ordiniamo, che tutte le compoſitioni di danari, quali ſi faranno in queſſa gran Corte, tanto quelle che ſi faranno per ordine & licentia noſtra, quanto quelle che ſi poſſono fare per queſta gran Corte ſenza noſtra licentia, referuata la forma della Regia Pragmatica, ſi debbiano fare in Banca per il Regente & Giudici di detta gran Corte, con interuento dell'Auocato fiſcale.

Item vogliamo & ordiniamo, che il Percettore di detta gran Corte habbia da tenere vn Libro ordinario, nel quale habbia da ſcriuere tutte le compoſitioni che ſi faranno nel modo predetto, & la ſpecificatione delli delitti delle perſone che ſi compongono, & le quantità che ſi componeranno, & fatte che ſaranno dette compoſitioni, volta per volta, in piedi di quelle vogliamo che ſi ſcriuano per il Regente, & Giudici, & Auocato fiſcale nel medeſimo Libro.

Item vogliamo & ordiniamo che poi che ſaranno fatte le compoſitioni predette nel modo predetto, non ſi poſſano moderare, ſenza noſtro eſpreſſo ordine & licenza.

EX PRAGMATICA XXXIX.

De officio M.Iuſtit.ſeu M.C.V.

§. POrque la eſperientia mueſtra que es de inconueniente que el Perceptor delos prouetos de nueſtra Regia gran Corte dela Vicaria ſea depoſitario proucreis que de aqui adelante el ni ſus ſucceſſores, no puedan tener los dichos depoſitos, y para ello nombrareis otra perſona que ſea dela integridad y ſufficiençia que ſe requiere, la qual aya de dar liſta delos dichos depoſitos de quatro en quatro mes, y ſele tornarà la cuenta dellos.

DE ACTVARIIS MAG. CVR. VIC. Rubr. xviij.

Actuariorum, & ſubactuariorum numerus octauum non excedat, h. d. Rouitus.

PRAGMATICA PRIMA.

De Actuar. & Scribis.

PHILIPPVS II.

NVmerum Magiſtrorum actorum alias in magna Curia diffinitum cum Subactuarijs adeo multiplicaſſe nobis relatum eſt, vt propter eorum multitudinem (vt aſſolet) eorum officio, confuſio ſæpe generetur, & in magna curia, in qua propter tribunalis dignitatem, cuncta magis ordinatè procedere conuenit, quàm in ceteris tribunalibus, per contrarium confuſè & nullo ordine proceditur. Cui rei opportunè prouidere volentes, ſtatuimus certum, & diffinitum numerum terminantes, vt in eadem magna curia T octo tantum Magiſtri actorum, & ſubactarij ſint probi, & legales, experti, & boni ſcriptores, à nobis, ſeu ſacro noſtro Concilio approbati, qui per ſe, & non per T ſubſtitutum ſeruiant: librosque proceſſuum, & actorum ſecundum ordinem conſtitutionis noſtræ, ſuper proceſſibus conficiendis, & Iudici præſtandis nuper editæ per omnia conficiant, ſub pœnis in dicta conſtitutione contentis.

CARO-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T 1 O*Cto tantum.* † Die hodie auctum eſſe numerum actuariorum ciuilium in M.C.Vic. vſque ad decimum quartum, ſubactuariorum verò vſque ad vigeſimum, & officium iſtorum hodie ſpectat ad Illuſtriſſimum Proregem, qui quando aliquid vacat, ſolitus eſt illud alicui idoneo vendere, & prætium ſibi applicatur.

T *Per ſubſtitutum.* Hodie id non ſeruatur, quia ſolent iſti magiſtri actorum per ſubſtitutum idoneum, & approbatum ſeruire.

Duo in criminalibus deſtinantur ſcribæ approbatione præmiſſa per Sac.Conſ. Rouit.

PRAGMATICA II.

De actuar. & ſcrib.

PHILIPPVS II.

VOlumus in criminalibus, T ſcribas duos, probos, bonoſque ſcriptores à noſtro Sacro Cõſilio examinatos deputari, qui eorum officium fideliter exercere iurêt, & exerceant ad pœnam decem vnciarum exigendam a tali ſcriba, qui non examinatus, & non approbatus officium exercuerit, & ſimilem pœnam Regenti iniungendam, qui eum taliter ad dictum officium exercendum admiſerit.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

T 1 S*Cribas duos.* Iſti ſcribæ in criminalibus, qui † hodie magiſtri actorum cauſarum criminalium dicuntur, alias fuerunt aucti vſque ad octauum numerum, vt in Pragmatica ſequenti, nunc nouem magiſtri actorum ſunt, & quilibet habet ſub ſe ſeptem, vel plures ſcribas ordinarios, qui eliguntur præcedente examine per Iudices ipſius Mag. Cur. & per Regentem cum interuentu Regij Fiſci, vt in ſubſequenti Pragmat. diſponitur.

Quinque ſint ſcribæ Fiſcales ordinarij, & non vltra, qui valeant informationes capere de delictis in eorum præſentia patratis. h.d.Tapia.

EX PRAGMATICA XXI.

De officio Magiſtri Iuſtitiarij.

PRopter multitudinem cauſarum reductus eſt numerus ſcribarum ad quinque ordinarios tantum in qualibet Banca, vt in titulo de ſcribis etiam decreuimus, & ita obſeruari mandamus. Quantum vero attinet ad capiendas informationes, data prius notitia Regenti, & Iudicibus Magnæ Curiæ, eum caſum excipimus quando in ipſo delicto aliquis ex dictis ſcribis adeſſet, vt tunc ſine alia mora informationem capere poſſit.

Hic numerus eſt hodie auctus, vt in ſequent. Pragm. Tapia.

Octo ſint actuarij criminales ſinguli, tres idoneos, & approbatos ſcibas habentes. h.d. Tapia.

PRAGMATICA VII.

De actuar. & ſcrib.

CAROLVS V.

ITem mandamus, ne actuarij criminales Magnę Curiæ Vicariæ ſint in numero plures octo, ſecundum diſpoſitionem Regiæ Pragmaticæ, & ſi plures in præſentiarum reperiuntur, aliquibus in poſterum decedẽtibus ad numerum præfatum reducantur. Quorum octo actuariorum, quilibet habeat non plures trium ſcribarum, qui per Regentem, & Iudices ipſius Magnæ Curiæ, cum interuentu Regij Fiſci patroni examinentur, & de ipſorum habilitate, fama, & moribus informatio capiatur. quibus non ſeruatis ſi in dictis bancis intereſſe reperti fuerint, illico remoueantur, nec vlterius ad ſeruiendum in eiſdem admitti poſſint.

Quilibet actuarius hodie ſeptem, vel plures habeat ſub ſe ſcribas ordinarios, vt diximus ſupra prag. 2. Tapia.

In cauſis coniunctorum actuarij vſque ad quartum gradum non interueniant. h.d. Rouitus.

PRAGMATICA III.

De actuarijs, & ſcrib.

PHILIPPVS II.

ET ſtatuimus, quod nullus magiſter actorum poſſit interuenire in cauſis, in quibus pater vel alia coniuncta perſona per conſanguinitatem vel affinitatem vſque ad quartum gradum de iure ciuili T interueniret, vt procurator, vel aduocatus; & quicunq; contrafecerit officio priuetur.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

T 1 I*Nterueniret.* † Extende, vt poſſint etiam alijs ex cauſis tamquam ſuſpecti recuſari ſecundum Luc. de Pen. in l.hac parte num.7.C.de proxim.facr.ſcrin.lib.12.tex. in §. vt quod ſæpe auth.de trien.& ſemiſſ. & poteſt ex eiſdem cauſis recuſari, ex quibus aſſeſſor, ſiue conſultor, vt declarat Affict. in conſtitut. Iuſtitiarij per Prouincias num.4. quem adducit Aníbal.Troys.in comment.ad Prag.1.eod.tit.nu.5.

Octo ſunt actuarij criminales, & tres ſcribæ pro qualibet banca. h.d. Rouitus.

EX PRAGMATICA XXI.

De officio Magiſtri Iuſtitiarij.

§. ITem mandamus, ne actuarij criminales Magnæ Curiæ Vicariæ ſint in numero plures octo, ſecundum diſpoſitionem Regiæ Pragmaticæ. Et ſi plures in præſentiarum reperiuntur, aliquibus in poſterum decedentibus, ad numerum præfatum reducantur, quorum octo actuariorum quilibet habere debeat non plures trium ſcribarum, qui per Regentem & Iudices ipſius Magnæ Curiæ, cum

cum interuentu Regij Fiſci Patroni examinentur & de ipſorum habilitate,forma,& moribus informatio capiatur , quibus non ſeruatis , ſi in dictis bancis intereſſe reperti fuerint , illico remoueantur, nec viterius ad ſcribendum in eiſdem admitti debeant.

Actorum magiſtri ius ſigilli non exigant,proceſſus, & ſcripturas inter ſe diuidant. Publicus Archiuius pro libris bannitorum , & obligationum conſeruandis deſignatur; Et de rebus Fiſcum tangentibus in dies notitiam ipſius patrono , vel Regenti dent.b.d. Tapia.

PRAGMATICA IIII.

De Actuar. & ſcribis.

REX FERDINANDVS. I.

VT res humanæ, & maximè quæ R.P. concernunt intereſſe , ac publici officij exercitium,perpetuo curſu durare poſſint,modo quidem certo,ac recto ordine agere eas,& exequi oportet, & ideo ſummopere Principibus aduertendum , vt hi,quibus officia commiſſa ſunt,nihil præter ius ac honeſtum , & rationabile tempore ipſorum Principum ſacra inſtituta,& ordinationes tranſgredi , aut peruertere auſu temerario præſumant, ſed ſuo quiſque exercitio , commodo , & lucro contentus ſit,ne,dum rei alienæ ſtudeat, omnẽ ordinem peruertat, quia rarò ſinè ſummo incommodo , & rerum iactura accidere ſolet . Et quoniam ad aures noſtras peruenit,quod in Magna Curia Vicariæ in præſentiarum inter actorum Magiſtros in ipſorum officijs agendis,nullus ordo ſeruatur, ſed alijs tẽporibus retro elapſis bonus ſeruabatur , quia aliqui ex dictis actorum Magiſtris,qui ſi totum exercitium , & conſequenter omne lucrum ſibi retinere,& occupare,ac exquiſitis coloribus habere procurauerunt : alij verò abſque exercitio , & lucro pati videntur, ex quo alijs dignius officium habere quodammodo iniuſtum eſt , quod minimè verũ eſt , quia omnia dictorum Magiſtrorum officia indifferenter æqualia ſunt, neque vnus ex ipſis actorum Magiſtris maior in gradu,& dignior eſt, T niſi in quantum virtutibus, ætate,ſufficientia,& moribus alios præcedit , ideo æqualiter labores, & lucra diuidi debent. Volentes igitur cauſas omnes ipſius inordinati modi inter ipſos actorum Magiſtros ſecare,amputare,atque remouere , quodque vt negotia,tam noſtram curiãm,quàm partes priuatas quaſcumq; tangentia, quæ in Magnæ & Vicarię Curijs tractantur,& de cętero tractabuntur, benè, rectèque ſinè fraude exerceantur , quodque actorum Magiſtri ipſarum Curiarum (vt decet) officium eis commiſſum gubernent, & exerceant, & vnuſquiſque lucrum, atque laborem æqualiter ſentiat : Noſtræ Pragmaticæ ſanctione cunctis futuris temporibus valitura , atque inuiolabiliter obſeruanda, de certa noſtra ſcientia,deliberatè & conſultò volumus , decernimus , ſtatuimus, ſancimus,& prouidemus , quod nullus actorum Magiſter Magnæ Curiæ Vicariæ per ſe, ſeu eorum domeſticos,ſeu familiares pro euitandis pręiudicijs, fraudibus,& damnis, quæ noſtræ Curiæ,ac Reipublicæ huius noſtri Regni, & alias fortaſſe ſequi poſſit , ſeu valeat T tenere ſigilla ipſarum curiarum , neque ius ipſorum ſigillorum , ſeu alicuius eorum exigere,petere , ſeu recipere . Item quod proceſſus agitandi in ipſis curijs,poſtquam concluſi fuerint, ſiuè facta in eis fuerit concluſio,& ſcripta per ſubactarios,qui in illis interuenerint,ſtatim facta, & continuata concluſione per ipſos ſubactarios debeant in manibus Iudicis hebdomadarij aſſignari,per eum ſeriatim inter ipſos actorum magiſtros T diuidendi . Volumus etiam,iubemus, atque ſancimus quod omnes,& quæcumque ſcripturæ præſentandæ in banca, ac per ipſam curiam faciendæ, & prouidendæ, puta vt ſunt literæ *Regiæ*, ſupplicationes , petitiones, decreta auctentica,literæ , de ponendo aliquem in poſſeſſione ex primo & ſecundo decreto,ac conſeruatoriæ , & alia quæuis ad actorum Magiſtrorum officia ſpectantia , diuidantur & diuidi per ordinem debitum debeãt inter ipſos actorum Magiſtros , nec aliquis ex his actorum Magiſtris debeat,nec audeat huiuſmodi ſcripturas,& acta à partibus,ſeu à Procuratoribus extra bancam aliquo modo,ratione,ſiue cauſa recipere ſub pœna ſuſpenſionis eius officij , & alia noſtro arbitrio reſeruata , & ſic eo modo ſeruetur contra partem , & eorum Procuratorem ſi contra per ipſos factum fuerit,ſeù attentatum : quo caſu ſtatim ab eorum officijs priuatos nunc pro tunc eſſe cenſemus : T Præterea volumus atque iubemus,quod tam libri bannitorum,quàm obligationum,& aliorum actorum dictæ curiæ facti iam , & de cętero faciendi ſiuè componendi,reponi & conſeruari debeant in vno loco communi in dicta Magna Curia, ita quod vnuſquiſque ex actorum Magiſtris poſſit illos cum opus fuerit capere,& habere,& in eis acta conſcribere , & alia concurrentia pro vt expediens fuerit agere. T Inſuper volumus, atque mãdamus,quod de omnibus,& ſingulis proceſſibus,& ſcripturis in Archiuo ipſius Curiæ exiſtentibus per ipſos actorum Magiſtros debitum , inuentarium fiat , & deinde reponi debeat quolibet trimeſtre,& cum aliqui proceſſus,ſiue ſcripturæ perquirendi fuerint,ſiue requirendæ,illos & eos perquirere debeant illi duo actorum Magiſtri qui eos tunc claues ipſas cuſtodiunt,ſeu conſeruabũt . Verum omne lucrum inde perueniendum æqualiter inter omnes actorum Magiſtros diuidi debeat & diuidatur . T Rurſus volumus,atque iubemus , quod dicti actorum Magiſtri teneantur,& debeant conficere quinternum de omnibus,& ſingulis actis occurrentibus intereſſe curiæ tangentibus,& omni die de ſero,quæ occurrerint Regenti ipſius curiæ, ſeu Aduocato Fiſci notificare , ne fiſcalia negotia in longum protrahantur,nec ſubtrahantur , & defraudentur , atque occupentur : ita quod menſe quolibet ordinetur vnus ex dictis actorum Magiſtris , qui recepturus ſit proceſſus appellationum in dicta Curia præſentandos,illos inter ipſos actorum Magiſtros ſeriatim diſtributurus , ita quod vnuſquiſque per ordinem proceſſum ſuum habeat. Cęterum quia iam alias per capitula huic noſtræ Ciuitati Neapolis conceſſa ſuper hoc prouiſum eſt,Volumus pro obſeruatione eorumdem capitulorum , decernimus, atque iubemus , quod nullus

actorum

actorum Magiſter deinde officium ipſum in dictis curijs exercere valeat ſiue poſſit. Et quoniam ea, quæ ſuperius declarauimus, mente incommutabili, decernimus, ſtatuimus, & ordinamus obſeruari, ac inconcuſsè teneri per actorum Magiſtros dictæ Magnæ Curiæ Vicariæ, Procuratores, & alios preſentes, & ſucceſſiuè futuros ſub pœna eorum officiorum priuationis, & alia inſuper noſtro arbitrio reſeruata. Volumus ea propter Illuſtriſſimo, & chariſſimo Alphonſo de Aragonia Duci Calabriæ filio primogenito, & Locumtenenti noſtro generali hunc noſtrum declarare intentum. Mandantes Magiſtro Iuſtitiario Regni noſtri huius Siciliæ, eius Locumtenenti, & Regenti Magnæ Curiæ Vicariæ, ac Iudicibus eiuſdem Curiæ, ceteriſque officialibus ad quos ſpectat, Aduocato inſuper & Procuratori fiſcalibus noſtris, quatenus obſeruata ad vnguem forma noſtræ huius Pragmaticæ ſanctionis, & ſtatuti, illa & omnia in ea contenta, iuxta eius ſeriem, & tenorem per dictos actorum Magiſtros, Procuratores, & alios ſupradictos qui ſunt, & pro tempore fuerint, teneri, & obſeruari facere atque mandare, ipſe Aduocatus & Procurator fiſcalis circa obſeruantiam omnium & ſingulorum prædictorum iure præſtet officium, tam circa exequutionem pœnarum illorum qui in eas inciderint, & contra per nos ordinata fecerint, qui alias inſtantiam faciant opportunam, & contrarium nō faciant ſeu fieri patiantur, ſi dictus Illuſtriſſimus Dux primogenitus noſter, & Locumtenens generalis nobis complacere optat, ceteri officiales noſtri prædicti, pro quanto gratiam noſtram charam habent, iramque & indignationem noſtram, ac pœnas prædictas, & pœnam ducatorum mille de auro, cui ſuo caſu prompta non deerit exequutio, cupiunt non ſubire. In cuius rei teſtimonium præſentes fieri iuſſimus, magno Maieſtatis noſtræ pēdente ſigillo munitas. Datum in Caſtello nouo Neapolis, per magnificum virum Lucam Tozzolum Romanum Locumtenentem, Fundorum Comitis, Logoth. & Prothonot. Die 27. Martij 1469. Rex Ferdinandus. Paſchaſius Garlon. Dominus Rex mandauit mihi Antonio de Petrutijs.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T *Niſi inquantum virtutibus.* Nota quòd quis alios præcedere dicitur virtute, ætate, & probis moribus ad quod faciunt tex. in cap. nos qui, & cap. illud 40. diſtinc. & not. per Bal. in cap. penul. in fi. de probat. & per Salyc. in l. prouidendum, C. de poſtul. & faciunt latè adducta per Tiraq in tract. de nobilit. c. 4. nu. 15. & 16.

T *Tenere ſigilla.* Hodie adeſt officium ſeparatum in M.C.V. per quod exigitur ius ſigilli.

T *Diuidendi.* Hæc diuiſio cauſarum inter actorum Magiſtros hodie non fit, ſed quilibet actuarius agitat proceſſus ſuos.

T *Præterea volumus.* Id hodie ſeruatur quo ad librum bannitorum, & obligarionum.

T *Inſuper volumus.* Quilibet actorum Magiſter ſeruat hodie proceſſus ſuos.

Rurſus volumus. Id non ſeruatur.

Proceſſus, & ſcriptura conſeruentur in Archiuio communi. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 26.

Item quòd debeant dicti magiſtri actorum, & teneantur ponere omnes ſcripturas, & proceſſus in dicta curia, & in ipſa curia tenere, & conſeruare in dicto caſſono communi, vt ſupra, ad hoc vt abſentia alicuius ipſorum partibus, quæ tanguntur, & copia ipſorum actorum quærentium, & volentium præiudicare non habeat, & propter alias iuſtas, & rationabiles cauſas.

Id non ſeruatur, vt dictum eſt in præcedenti Pragm. Tapia.

Magiſtri actorum nihil pro actis ſcribendis recipiant, quibuſdam tamen exceptis. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 25.

Item *quòd Magiſtri actorum nihil in pecunia, ſeu alijs rebus recipere audeant à quocunq; pro actis ſcribēdis, & faciendis in dicta curia: excepto pro copia ſcripturarum, & exceptis fideiuſſionibus, comparitionibus, litteris, & ſcripturis ſententiarum, necnon caſſaturis, præſentationib. litterarū, & tunc ſi, & prout iura volunt, & permittunt, & extitit laudabiliter obſeruatū, vt ſup.

* *Item quòd magiſtri actorum, &c.* Hunc Ritum, dum loquitur de ſcripturis ſententiarum, refert, & ſequitur Matth. in conſtit. pro ſcripturis, in verſ. ſed iuxta hoc quæro, &c. M.

Inferius ſubnectitur pandetta, quæ hodie ſeruatur. Tapia.

IOANNA II. Rit. 307.

Item quòd pro præſentatione inſtrumenti, & prima citatione, quæ fit ſuper tenore inſtrumenti, nihil exigatur nec recipiatur, ſed pro interlocutoria ſoluantur grana decem.

Pro ſcripturis ſententiarum nihil exigatur, pro copijs vero aliarum ſcripturarum iuxta taxam hic poſitam.h.d.Tapia.

IOANNA II. Rit. 311.

* ADDITIO. Item pro copijs proceſſuũ. *Vide contra ſcribat, Parid.de ſindic. c.iudex ex officio, colum.2.in fine.* De Bottis.

ITem quòd actorum notarij nihil exigere debeant pro ſcripturis ſententiarum. Item pro copijs proceſſuum, * & aliarum ſcripturarum recipiendarum ex actis curiæ ſoluatnr tarenus vnus auri, videlicet pro ſingulis chartis octo, & quòd quælibet facies dictarum chartarum contineat virgulos vigintiquinque, & quòd quilibet virgulus decem contineat partes.

CAROL. TAP. REG. CONS. ANNOT.

T PRo *ſcripturis ſententiarum.* Idem etiam diſponitur per cap.Regni 122. item ſtatuimus quod ſiue, quod eſt in tit. de ſententijs.

Nihil pro ſcriptura, & publicatione ſententiarum exigatur iuxta diſpoſitionem praecedentis Ritus, & cap.122.h.d.Tapia.

PRAGMATICA XXV.

De officio Sac.Conſ.

REX FERDINANDVS I.

MAgnæ Ritum Curiæ Vicariæ, ac Regni capitulum, diſponens, quod Actorum Magiſtri pro ſententiarum in ſcriptis, lectura, ac publicatione nihil exigant, ſeruari volumus, & contrafacientes, qnod à partibus acceperint, reſtitutio in duplum noſtro Fiſco applicandam damnari.

Extorſionibus remotis tam ab officialibus, quàm ab actuarijs certa taxatur quantitas ſolutionis facienda à litigantibus, hoc dicto Ritu.

AD PRAGMATICAM V.

De Actuarijs, & ſcribis.

REX FERDINANDVS I.

SVſcepti à Deo regiminis, nos cura ſollicitat, vt vtilitatibus ſubiectorũ, nunc nouorum editione iurium, nunc antiquorum innouatione ſolicitè pronidere curemus: Quia dum eorum excutimus onera, dum ſcandala remouemus nos in eorum qniete quieſcimus. Cum igitur antiquis legibus, mandatiſque Principum cautum ſit, quod ſi quando contingat Prouinciarum Iudices, & Officiales eorum, circuire Prouinciam, vel de ciuitate ad ciuitatem venire, neque expenſis, neque alio diſpendio debeant grauare ſubiectos, ſed ex deputatis ſibi à Fiſco annonis, ſiue ſtipendijs expenſas facere, neque verò conſuetudines innouare, aut qnærere, qnas fortè aliqui prædictorum iudicum in proprinm lucrum iniuſtè adiuerint. Mali enim admittentur, malæqne conſuetudines, neque ex longo tempore, neque ex longa conſuetudine comminuantur: Indeque Regni hnins capitulis per retro Reges prædeceſſores noſtros ſtatutum fuit, quod Iuſtitiarij, Iudices, & actorum Notarij, Camerarij, ſtipendiarij, & alij familiares, & eorum officiales, ab vniuerſitatibus terrarum nihil recipiant in pecunia, pretijs, ſeu alijs quibuſcunque rebus, etiam eſculenta, nec poculenta: felicisqne memoriæ Alphonſus Rex genitor noſter colendiſſimus in generali parlamento Neapolis celebrato, ſubſtulit propterea, & prorſus ceſſare ſtatuit prandia, & iura prandiorum, quæ iuſtitiarij officiales alijs ſibi per Vniuerſitates terrarum pręſtari faciebant: eiſdemque legibus, & mandatis Principum ſimiliter ſtatutum fuit, Prouinciarum Iudices, eorumque officiales de ciuitate ad ciuitatem venientes, minimè angarijs grauare ſubiectos: nã & officiales, qui tributa præſtant imperialibus, antiquiſque ll.ad operas aliquas non tenentur, nec aliquod angarium, vel per angarium officialibus præſtare, vel exhibere, ſimiliterque prædeceſſorum noſtrorum Regum huius capitulis mandatur iuſtitiarijs, quod pro ſuis, vel alienorum de familia ſua arneſijs deſcrendis, vel equitaturis, eorũ equitaturas non auferant, vel auferri patiantur, & ſi fortè aliquando equitatura aliqua ſit ſibi, vel eis neceſſaria, eã conducãt, vel cõduci faciant pro ſnis & ſuorum ſeruitijs, ſoluto prius loghero conſueto.

Nec non eiſdem capitulis prouiſum fuit, quod iuſtitiarij, vel alij pro parte ipſorum nihil recipiant pro ſigillo cuiuſcunque literæ ſigillandæ per eos. Et ſi quando literæ Regiæ ſibi diriguntur pro vtilitate Principum, ſiuè de aſſicuratione vaſſallorum, exequutionibus ſententiarum, ſeu alijs quibuſcunque de cauſis, mandatum regium celeriter exequantur. Nec recipiant aliquid pro litteris ſigillandis; & ſi contrafecerint, reſtituant illicò illi à quo receperunt rem captam cum damno, & quatruplum curiæ: & propter hoc iuſtitiarij, & alij officiales cuſtodiant ſigilla ſua ſecum, vt propter hoc ſe excuſare non poſſint. Inſuper capitulis Regni prędicti ſtatutum fuit, qnod victores, ſententias redimere non cogantur, nec aliquid nomine compoſitionis pro parte curiæ, nec pro ſubſcriptionibus, ſeu ſcripturis ſententiarum, à Iuſtitiarijs, Iudicibus, ſeu actorum Notarijs exigatur; cũ iuſtitia vendi non debeat, tales ſui ſalarij debent eſſe contenti. Nos hæc omnia & ſingula propterea innouantes & omnem vetuſtatem in his officialium antea iam deperditam, ſiuè diminutam reparantes, tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, & cum noſtri Concilij matura deliberatione, ſtatuimus, mandamus, atq; iubemus, pręmiſſa omnia & ſingula huiuſmodi.ll.mandatiſque Principum, Regnique capitulis, vt pręmittitur, ſtatuta, decreta, atque diſpoſita perpetuò, & inuiolabiliter vbique in dicto noſtro Regno, eiuſque Prouincijs, ciuitatibus, terris & locis per noſtros Vicereges, Gubernatores, Iuſtitiarios, Capitaneos,

CVm hac lege concordat l. 25. tit. 9. par. 2. Hæc conſtitutio hodiè ſeruatur, ſed in cauſis appellationum tantum cum (vt diximus) in conſtitutione ea, quæ ad ſpeciale decus ſupra tit. de offic. in Reg. conſtit. Rex Alphonſus Primus conceſſerit Baronibus merum, & mixtum Imperium, & ſic omnis à Iuſtitiario in primis cauſis exceptis † tamen criminibus læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ, falſæ monetæ, & circa diſrobatores ſtratarum datur præuentio virtute Pragm. Carol. V. 1

Digitized by Google

offi. præ. illicitas, §. qui vniuerſas. Item de magnis furtis, quod eſt vltra 20. auguſtales: etiam ſi ciuiliter agatur, & ſi modicum ſit, poteſt coram eo agi criminaliter. Item de ciuilibus cauſis, in defectu Baiulorum, vel Camerariorum, concord. extra de offic. iud. ord. cap. 1. Item ſi dominus noluit facere iuſtitiam de vaſſallo ſuo in ciuili cauſa, quia tūc præſes cognoſcere poterit. Defectus autem eſſe videtur, ſi duo mēſes in negligentia ſunt elapſi. Item non cognoſcit de cauſis feudalibus, nec de caſtris, quia de illis in Magna Curia cognoſcitur. De iure communi maius erat præſidis officium, quia de omnibus, & ciuilibus, & criminalibus cognoſcebat. ff. de offi. præ. l. omnia.

ipſorum cognitionem pertineant prædeceſſorum noſtrorū aſſiſijs comprehenſa, apertius diffinimus, a Latrocinia ſcilicet, magna furta, fracturæ domorum, b inſultus c excogitati, incendia, inciſiones arborum fructiferarum, d & vitium e vis mulieribus illata, duella, crimina maieſta- tis,

tis, e arma molita, f defenſæ impoſitæ, & contemptæ ab alijs, vel pro alijs ab eiſdem: & generaliter omnia de quibus conuicti pœnam ſui corporis, vel mutilationem membrorum ſuſtinere deberent. Magnum autem furtum accipimus vltra viginti auguſtales, etiam ſi ciuiliter de furto ipſo

a *Latrocinia.* Licet quædam enumerentur hic, quæ videntur ad Iuſtitiarium pertinere: intelligas tamen hic poſita eſſe cauſa exempli. Idem eſt enim in omnibus alijs quæſtionibus criminalibus, & hoc iure vtimur. Multa enim pertinent ad cognitionem Iuſtitiariorum, quæ hic non numerantur, vt ſupra de rap. l. 1. & de illicitnor. armo l. 1. & l. Caſtellanos. & infra l. prox. ibi, vel de alio magno, &c. & infra de ſi. inſtr. cum noua. infra de offic. aduo. l. 1. inf. de pœ. quæ in crimi. ca. l. cordi. infra, de iure Lombar. l. 1. Item quod omnes quæſtiones criminales pertineant ad Iuſtitiarium, probatur à partibus ſufficienter enumeratis, & remotis. Lex enim dicit officialium alios eſſe præpoſitos ciuilibus quæſtionibus alios accuſationibus criminalibus, vt ſupra, de obſer. iuſt. l. 1. Qui autem ſit officialis, vide infra tit. prox. l. vlt. Sed ad Baiulos non pertinent crimina, vt ſup. de offi. Baiu. l. locorum. nec ad magiſtrum Camerarium. vt ſupra de offic. Camer. l. officiorum. nec ad Magiſtrum Iuſtitiarium, vt infra eo. magnæ. Ergo pertinent ad Iuſtitiar. vel remanebunt impunita delicta.

b *Inſultus.* Inſultus probabitur, † & quòd excogitatus fuerit præſumetur. ea enim quæ in animo, vel cogitatione conſiſtunt, non probantur, quia probari non poſſunt: ſed per extrinſeca præſumuntur, vt inſtit. de rerum diui. §. pauonum, & C. de iu. deliber. cum debitum. & ff. ad l. Rod. de iac. qui leuandus, & C. de teſta. l. non codicillum. ff. de acquir. poſſeſſ. l. pen. §. ipſos.

† ADDITIO. *Vide Soc. in reg. 161.* De Bottis.

Item dicitur cogitationis pœna nemo patitur: quia ſi ſteterit quis in finibus ſolius cogitationis, nullo caſu punitur. ff. de pœn. l. cogitationis. Vbi autem vltra progreditur, ex ipſo facto quod continet delictum, præſumitur animus delinquendi. Item ex ipſo facto quod eſt iniurioſum præſumitur animus iniuriandi, niſi contra probetur, vt C. ad l. Corn. de Sica. l. 1. & C. de iniur. ſi non conuicij. Si quæris, ad quid ponitur, excogitati, ſi ſemper præſumitur excogitatus? Reſponde, quia ſicut ipſo facto præſumitur animus, ita per probationem contrarij facti poterit apparere, quòd non ex animo delinquendi, vt ita vel nullo modo, vel minus, ſeu leuius punitur. Nullo modo, maximè ſi caſu, vt in venando committatur delictum. Vel impetu, vt per furorem fortè, vel ebrietatem, vt ad l. Pompe. de par. l. pen. de offic. præ. ſ diuus. & de pœnis, reſpiciendum. §. vlt. & de re mil. omne. §. qui vulnere. Leuius punitur, vt cum laſciuia, vel malo exemplo committitur, vt ad l. Corn. de Sicar. l. 4. § ſed ex. & l. 5. §. 1. ff. de pœn. abſentem. §. vlt. l. reſpiciendum. §. fin. & l. ſi quis alijs. §. qui ambo. Et in his omnibus incumbit onus probandi reo qui excipit, vt ff. de except. l. agere, & C. de prob. vt creditor. ff. de proba. l. in exceptionibus & in Lombar. de homi. li. ho. l. de homicidio. Sed ego quæro, nūquid debet poni in libello, excogitati? Reſponde ſic: aliter enim probari non poſſet animus nec præſumi. id enim præſumitur quod ponitur, vel allegatur, vt ff. de proba. l. 1. & l. in exceptione. §. cum quis. ff. de procur. l. quæ omnia. ibi, planè ſi dicat. ſic enim ibi dicitur, ſi dicat, & probauerit. G.

† ADDITIO. *No. glo. quòd vbi aliquid præſumitur à lege, intelligitur, ſi illud præſumptum allegetur, pro quo facit: nam licèt in dubio præſumatur bona fides, eſt verum, vbi fuerit allegata vt cumulat Iaſ. in l. non bo. C. vnde legi. tamen conſequentiam hanc gl. facit. nam ea, quæ præſumuntur, licet verè non ponantur, ſiſtit tamen poſita intelliguntur, l. omnes §. Lucius, & quod ibi not. ff. ſi quid in frau. credit.* De Bottis.

c *Excogitati.* Aliàs, excogitati.

d *Et vitium.* Aliàs & vinearum, quod intelligas cauſa tollendæ dubitationis dictum, quod ius commune non lædit, vt ff. manda. l. qui mutuam. vitis enim ſignificatione arbores continentur, vt ff. arbor. fur. cæſa l. vites.

e *Arma molita.* Siue agatur ex eis ad pecuniariam pœnam, vt ſupra de illicit. porta. ar. l. 1. ſiuè ad amiſſionem manus, vt in tit. prædicto, ſi quis aliquem, amiſſionem vitæ, vt ſupra tit. prox. l. terminum vitæ.

ADDITIO. *Adde quid contineatur appellatione armorum? vide glo. in clemen. ne in agro, de ſtat. mon. & l. armorum. ff. de verborum ſignif. glo. in Auth. de armis. in § nunc autem.* Superantius.

f *Defenſæ impoſitæ.* Aliàs eſt, & contemptæ.

a Minori-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

ADDITIO. *Adde an computetur inter crimina. adde glo. in l. de crimine. C. de accuſa. & per Bal. in l. nunquam plura. ff. de priuatis delictis.*

Cognitionem. Etiam ciuilium in defectu. Habet ergo Iuſtitiarius iuriſdictionem in ciuili implicitam, id eſt non exercitium iuriſdictionis: ſed in iuriſdictionem. & ſic videtur, quòd poſſit eam committere antequam Baiulus, & Secretus erant negligentes. extra de reſcrip. c. paſtoralis in fi. Corrigitur enim hodiè quod dicitur, ff. de offic. Proconſ. l. 3. §. fin. per Auth. de colla. §. ad hoc. Hæc ergo iuriſdictio in Iuſtitiarium videtur, quòd poſſit extendi per conſenſum expreſſum, & tacitum partium, & ſicut in ſimili dictum eſt de Magiſtro Iuſtitiario, ſupra

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

vol. V. quæ eſt 5. in tit. vbi de cri. agi oport. quā nos ſituauimus ſub tit. vbi de crim. agi oport. & de remiſ. cauſ. ex qua infertur ad id, quod Afflict. hic quærit, & nu. 21 † an partes poſſint prorogare iuriſdictionem Gubernatoris Prouinciæ, in quo dicimus tàm in cauſa ciuili, quàm in cauſa criminali non poſſe vaſſallos iuriſdictionem prorogare, nam Baroni remiſſionem petenti in prima inſtantia datur ſtatim remiſſio, & in tantum eſt hoc verum, vt etiam Baro poſſit prohibere ne ſubditi adeant

[illegible] Quid de minimo? Dic vt not. ſupra de officio Baiu. l. locorum Baiulia.

* ADDITIO. *Limita hunc tex. non procedere, quando mulier vel alia miſerabilis perſona vellent trahere aduerſarios cor. ſ. Iuſtitiarijs, vt [illegible] Regni, quia nulla [illegible] Scribitur [illegible] ſol. 52.* De Bottis.

* ADDITIO. *Ex verbis huius conſtitut. colligitur quod cauſa debet eſſe in terminis, in quibus poſſit diffiniri, aliàs lapſus duorum menſium non nocet, vide Dec. in conſ. 550 col. 2.* De Bot.

a *Commiſſæ fuerint.* Id eſt, remiſſæ. Iuſtitiarius enim cauſas ciuiles committere non poteſt; cùm ad iuriſdictionem ſuam non pertineant, vt C. qui pro ſua iuriſdi. l. 1. nec propriè dicitur commiſſio, inſpecta perſona eius, cui committitur; ſi id quod mandatur eſt de iuriſdictione ſua, ſed potius remiſſio: vt in Authent. de man. Princip. §. ſit tibi quoque, & non peri[illegible]. & C. ad leg. Corn. de fal. l. ſi lex. & vt diffe. iudi. ff. reſpon. & §. ſi quis verò. & hæc eſt ratio, quare admittebatur proclamatio contra Baiulos, quia quæſtiones pertinebant ad eos. Si enim cognoſcere non poſſent, nec eſſet iuſta proclamatio contra eos, vt C. de ann. excep. l. 1. §. vlt. & quòd quando mandantur alicui cauſæ quæ ſunt de iuriſdictione illius, cui mandantur, dicantur remitti, probatur ſuperius de illis, not. ar. l. iuriſgentium. ibi, ſtatuimus &c. & quòd tunc dicatur commiſſio, quando committitur alicui quod non eſt de iuriſdictione illius, cui committitur, probatur, ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. l. & ſi prætor. & adde quod no. ff. de offic præſidis. l. ſæpe. & l. ſequen.

b *In defectu.* Id eſt de omnibus iſtis iuſtitiarius [illegible], non alius, vt hic, & arg. C. de accuſ. l. ſi quis ſe. & ſi [illegible] fortè ſuperior ad hoc, vt cognoſcat de iſtis, ad Iuſtitiarium remittitur, vt in Auth. de man. Prin. §. ſit tibi. Cum verò minor eſt negligẽs poteſt cognoſcere maior, vt hic & in Auth. de eccleſ. tit. §. ſi autem. quod eſt collat. 9.

ipſo agatur, vt tamen etiam de quãtitate a minori etiam Iuſticiario ad corporalem pœnam criminaliter poſſit accuſatio intentari. Cognitionem * ciuilium etiam cauſarum, b in defectu etiam c Camerariorum, d & Baiulorum, ad officium ſuum pertinere cognoſcat. Defectus * verò in Camerarijs, & Baiulis tunc eſſe videtur, videlicet cũ poſt duos menſes, * à die proclamationis ad ipſos factæ cauſæ eis à ſuperiori e commiſſæ fuerint, nec conquerentibus in rationibus ſuis ſatisfaciunt, vt tenentur & debent, niſi inſtructionis deſideratæ neceſſitas terminum exigat f largiorem. Eadem per omnia obſeruanda in dominis, de quibus conſtiterit * infra prædictum tempus ad requiſitionem ſuperio-

c *In defectu Camerariorum.* Quando quæſtio mouetur coram ipſis in caſibus qui ponuntur. ſupra de offi. ma. ca. l. officialis.

d *Et Baiulorum.* Quando agitur coram eis, & no. quòd hæc dictio copulatiua, & indicat defectum Camerariorum debere concurrere cum defectu Baiulorum, ad hoc, vt defectus Baiulorum pertineat ad Iuſtitiarium. ſi enim defectus eſſet in Baiulis tantum, tunc pertineret ad Camerarium, ſeu magiſtros Camerarios, vt de offi. ma. Ca. l. officiorum. Si verò Camerarius, vel magiſter Camerarius deficiat in ſupplendo defectum Baiulorum, tunc pertinet ad Iuſtitiarium, vt hic, ſimile habes in clerico, & epiſcopo, & Iudice ſeculari, vt in Auth. collat. 9. de ſanct. epiſc. §. ſi quis autem pro pecuniaria. & de man. Prin. § ſi tibi quoque. & vt diff. iudi. §. ſi quis vero.

ADDITIO. *Vide Parid. de Puteo in tract. ſyndic. c. quiliter, char. 10. & e R. Ro. quorundam. & addita per nos ſupra ad conſtitutionem ſtatuimus.* Ceſ.

* ADDITIO. *De materia comminationum, vide Modern. in in cap. Regni grauaminis, nu. 56.* De Bottis.

f *Largiorem.* Aliàs, longiorem.

ADDITIO. *In dominis. Quando dominus vel officialis requiſitus non facit iuſtitiam, quid poſſit fieri contra eos? vide Parid. de Put. in tract. ſind. cap. an ſi Rex. char. 17. litera A.* Cæſar.

* ADDITIO. *Not. verbum conſtiterit. nam videtur, quòd non debeat ſtatim, elapſis duobus menſibus auocari cauſa: ſed ſi conſtiterit ſtetiſſe per Iudicem verbum. n. conſtiterit, denotat conclusionem in cauſa, c. ſignificauerunt, de teſtib. vbi not. Io. Andr. in addit. magna ad Spec. in tit. de poſſ. ff. & petitor.* De Bottis.

* AD-

a De

ANDRAEAS DE ISERNIA.

pra de Magiſtro Iuſtitiario. l. ſtatuimus. Vt ſi duo litigarent coram Iuſtitiario de re ciuili, nõ errantes in facto, antequam Baiulus & Secretus eſſent in defectu, & non opponatur ante conteſtatam, prorogatur enim hæc iuriſdictio tuplicitè, quia habet iuriſdictionem, & non exercitium, vt dictum eſt, & ſi poterit committi, prædicto modo, poterit etiam prorogari. ¶ Item no. quòd non cauetur, quòd Iuſtitiarius cognoſcat de cauſis viduarum, pupillorum, & eccleſiarum: ſed vtuntur, per ea quæ dicta ſunt in d. l. ſtatuimus. & per titulum. C. quando Imperat. l. 1. curia enim Iuſtitiæ Principis eſt: nam omnia noſtra facimus quibus noſtram impartimur auctoritatem, C. de vete. iu. enu. l. 1. §. cumque.

De feudis. Et ſic certis perſonis feudi cognitio demandatur, ſic infra de prohibitio. feud. alie. l. conſtitutionem. ¶ De quaternatis die (vt diximus) in tit. de cõtrou. feud. apud pa. termi. c. 1. Et intelligas, quòd Magiſter Iuſtitiarius, & Iuſtitiarius cognoſcunt de feudis prædictis, ſiue ſit quæſtio inter duos vaſſallos, ſiue inter dominum & vaſſallum; cum conſtitutiones iſtæ indiſtin-ctè loquantur: & ſic indiſtinctè de quolibet feudi litigio intelligentur, arg. ff. de leg. præſtan. l. 1. §. generaliter. & ſic corrigent communia iura dicentia, quòd ſi ſit quæſtio inter duos vaſſallos, cognoſcit dominus feudi. ſi inter dominum & vaſſallum pares curiæ, in tit. de prohib. alie. feu. l. Imperialem. §. præterea, extra de iudic. c. cæterum, & c. nouit. de fo. compet. verum. ¶ De paribus curiæ habetur, & dicetur infra l. 3. in tit. ſi vaſſal. pro do. fideiuſſ. nomi. l. ſi vaſſallus. vbi per exguardum ſit diſcuſſio. ¶ Item videtur, quòd ſecundum iſtas conſtit. dominus non ſit ordinarius vaſſallorum ſuorum. Verum eſt in feudo, ſiue ſit quaternatum, ſiue non. Sed in perſonali actione, & reali non feudali ſic, vt patet infra de dilationibus. l. 1. ibi, vt tamen in cauſis, quæ coram Baiulis, & locorum dominis aguntur &c. & infra qualiter in cauſa homa. l. probationum. & per ſuperiorem verſ. eodem modo per omnia &c. de quo die plenè, vt diximus in dicta l. Imperialem. §. præterea. ¶ Item dicit glo. quòd Caſtra ſunt feuda eo ipſo, quòd Caſtra ſunt. Immò habentur loco quaternatorum feudorum:

† quia

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

adeant Regia tribunalia, vt tradit Foller. in praxi criminali in verſ. audiantur excuſatores num. 162. quod etiam hodiè ſeruatur, & expediuntur per Collaterale Conſilium prouiſiones comminatoriæ vaſſallis; nè Barones defatigentur in petendo remiſſiones; Hoc tamen fallit, quando Baro conſentiret huiuſmodi prorogationi tacitè, vel expreſſè, vt tradit Afflict. deciſ. 155. quam limitationem docuit me dominus genitor meus in additione ad Maran. de iudicio ordinario, & prorogato diſtinct. 12.

a *De feudis non quaternatis.* Propter id, quod ſtatim ſequitur de Caſtris, & Baronijs, de quibus cognoſcit Magiſter Iuſtitiarius. De feudis enim non quaternatis per nouam conſtit. præſidens Iuſtit. cognoſcunt vſque ad ſententiam, vt in noua conſtit. Præſides Prouinciarum, quæ eſt infra. De feudis etiam quæ Curia noſtra tenet, vt infra eod. l. Præſides. niſi deſtitutio ſit facta de Principis mãdato, vt ibidem.

b *Ipſi cognoſcant* Cõcord. infra qualiter iuſtitut. ſe ger. deb. l. 1. in fi.

c *Præter quæſtiones de caſtris*. Per iſtam exceptionem, præter quæſtiones de caſtris, &c. probatur, quòd caſtra ſunt feuda, † eo ipſo, quod caſtra ſunt, cum ſupra de feudis dixerit, vt arg. ad hoc. ff. de leg. 1. l. Titiæ.

perioris, vel mandatum noſtrum, hominibus nolle facere iuſtitiæ complementum. ¶ De a feudis etiam, & rebus feudalibus b ipſi cognoſcant: c præter quæſtiones de Caſtris, & Baronijs, & magnis feudis, d quæ in quaternionibus dohanæ noſtræ ſcripta ſunt, quæ omnia ſingulariter cognitioni noſtræ Curiæ reſeruamus.

† ADDITIO. *Caſtrum, ergo feudum, non intelligas de fortellitie, ſed de caſtro, ſiue terra habitata. ita Pariſ. de reinteg. feud. cap. 12. in fine, vbi quis effectus reſultet.* De Bottis.

d *Quæ in quaternionibus.* Excipere videtur de rebus iſtorum feudorum quaternatorum, † ex eo, quod ſupra de rebus fecerat mentionem, & ſic tam de feudis quaternatis, quàm quota parte ipſorum, quàm etiam rebus ipſorum cognoſcit Magiſter Iuſtitiarius, vt ſup. tit. 1. l. ...

† ADDITIO. *Facit differentiam inter quaternata quoquomodo feudi, & res particulares, cuius ſit effectus, vide Parid. in d. tract. reinteg. feud. car. 14. cap. 18.* De Bottis.

† AD-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

† quia vtrioſque cognitio, ſcilicet, tam Caſtri, quàm magni feudi quaternati eidem Magiſtro Iuſtitiario pertinet, vt littera dicit.

† ADDITIO. *Feuda quaternata quæ ſint. Fret. fol. 138 nu. 1. & fol. 42 num 43 ponit rationem, quare caſtrum feuda quaternata vocantur.* De Bottis.

¶ Sed quid in eccleſia, ſi habet Caſtrum, an dicatur feudum, & ſic eo ipſo feudum Regis, cum omnia quæ ſunt in Regno præſumuntur Regis, ſicut omnia quæ ſunt in diœceſi, præſumuntur eſſe de iuriſdictione epiſcopi, vt in c. cum venerabilis, de religio. domi. 16. q. 1. §. omnes baſilicæ, ſecundum Hoſtien. & diximus in tit. qualiter vaſſal iu, de. ſi cap. 1. Poteſt acquiri feudum eccleſiæ ex munificentia Principis, & tunc eſt planum, ſi dicat, donamus tale Caſtrum in feudum tali eccleſiæ: poteſt enim feudum haberi ab eccleſia, vt à quolibet alio, vt in prima rubr. libri feudorum, §. fi. & in tit. de natura feudi. c. 1. Item etiam ſi præſtitiſſet ſeruitium, ſicut de feudo per tantum tempus quo eſſet præſcriptum per 40. annos. In laico per 30. in tit. ſi de feu. controuer. fuer. c ſi qui per 30. his enim caſibus eſſet feudum. Sed ſi eccleſia tenet & tenuit caſtrum liberè, nihil inde redditus præſtando: Si non probaret Curiæ Regis eſſe feudum, liberum cenſebitur, ſicut aliæ res eccleſiæ quæ non ſunt in iuriſdictione Regis, eo ipſo, quòd ſunt in Regno ipſius, vt dictum eſt in d. l. 1. hæc autem conſtitutio ſi expreſsè diceret, quòd omnia Caſtra ſint feuda, non intelligeretur de Caſtris eccleſiæ, quia non poteſt rebus eccleſiæ temporalis Princeps imponere legem: Imò ſi eſſent contra eccleſiam, eſſent caſſa & irrita, quæ ſi non eſſent pro eccleſia, non acceptarent iura canonica, vt Princeps ſecularis de rebus eccleſiæ ſe intromittat, vt in c. dudum. de reb. eccl. alie. vel non alic. lib. 6.

IVſtitiarij nomen. In tex. Inſultus. Quæro quis dicatur inſultus excogitatus? dic vt not. per And. in cap. 1. §. ſimiliter. quib. mod. feud. amitt. vbi allegat hanc conſtitutionem. Ex eo, quòd inſultus excogitatus connumeratur inter magna & atrocia delicta & crimina: dicunt quidam, quòd ſi vnus ſolus armatus aggrediatur aliquem, quòd poſſit accuſari lege Iulia de vi pub. vt no. in conſtit. aſperitatem. P. de Mon.

In tex. pœnam. No. hic, quòd fortè alibi non inuenitur, quod pro inſultu excogitato imponitur pœna corporalis. Intellige ſi interuenerit percuſſio. & ad hoc allegatur iſta conſtitutio, vt ſupra de defen. impo. Conſt. ſi quis in poſterum. in glo. ſed quid factus eſt inſultus &c. ſed qua pœna tenetur, qui inſultum excogitatum tantum ſine percuſſione fecerit? & videtur, quòd arbitrio Iudicis, ff. de pœn. l. hodie. & l. ſanctio legum. & de extrac. l. 1. & expreſſius de mand. Princ. §. deinde competens. & ibi no. Sed dici poſſet, imò videtur quòd imponatur pœna quinque librarum auri Iudici applicanda, & quinque parti, vt patet expreſſe in cap. 1. §. ſi quis alium. & ibi And. in ver. manus, de pace tenenda. & §. ſi quis aliquem & §. ſi verò temerarius. & ſi non poteſt ſoluere, debet fuſtigari, & extra patriam expelli per quinquaginta miliaria, & per quinquennium, vt eo tit. in conſtitutione, ſuper alia quod ſibi. §. quòd verò inopia. & ibi plene. P. de Montef.

Vide ſupra prædictas glo. & not in conſtitutione Regni, aſperitatem. & conſtitut. ſi quis aliquem. & vide Andr. in c. 1. §. porro. quæ ſit prima cauſa benefic. amitt & Lucam de Penna in cap. Regni, qui cum Roncha. & tenenda eſt opinio Lucæ in loco prædicto, pro quo facit, quia hoc caſu admittitur procurator, vt concludit And. de Capua, Alias Bart. in l. 1. C. ad legem Corneliam de Sicarijs.

Iuſti-

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Secundo limita non procedere in cauſis criminalibus, nam ſi vaſſallus alicuius Baronis delinquat in territorio alterius, licet dominus territorij poſſit cognoſcere tantum de delictis factis à ſuis vaſſallis, poterit nihilominus in illum externum cognoſcere, & ratio eſt, quia hoc caſu, iſta prorogatio à lege eſt conceſſa Foller. in d. praxi, & d. ver. nume. 56. quando autem dicatur actorem, vel reum prorogaſſe iuriſdictionem perbellè habes per Menoch. tract. de præſumpt. quæſt. 19.

Iuſtitiarij non impediant baiulos in eorum officio ex quo ſeparatam habent iuriſdictionem. h. d. Tapia.

IMPERATOR FEDERICVS.

IVſtitiarij de cœtero non compellant ſibi continuè Baiulos locorum aſſiſtere, cum diſcreta ſint eorum officia, nec vnius exercitium debeat per alium impediri.

Iuſti-

Iuſtitiarii in ingreſſu officii mandent Baronibus nè merum, & mixtum Imperium exerceant, nec in criminalibus ſe intromittant. h. d. Tapia.

REGINA IOANNA. Cap. 284.

ITem quòd Iuſtitiarij in principio ſuorum officiorum mandent Comitibus, & Baronibus dicti

ďi Regni, quòd ipſi non debeant exercere merum & mixtum Imperium in terris ipſorum, neque pro criminibus, & delictis, quorum punitio ſpectat ad Curiam Reginalem aliquas compoſitiones facere, neque eorum vaſſallos mulctare, & ab eis aliquas pœnas exigere in maiori quantitate, quàm eis permittatur à iure, & per conſtitutiones, & capitula Regni. Et ſi infra tempora officiorum ipſorum Iuſtitiarij ipſi ſenſerint, & ad eorumque notitiam quoquomodo peruenerit, quod contra factum fuerit in præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum, ſtatim teneantur, & debeant ſingulis vicibus ſignificare D. Reginæ prædictæ.

HOc capitulum hodie ſeruit deuento, quia ferè omnes Barones habent merum, & mixtum Imperium. Tapia.

Iuſtitiarius Prouinciæ poteſt cognoſcere de cauſis pupillorum, viduarum, eccleſiarum, & aliarum miſerabilium perſonarū. h.d. Tapia.

REX ROBERTVS. Cap. 205.

*QVia nulla legis ſanctio quantumcunque lata, perpenſo conſilio, ad humanę naturæ varietatem ſufficit, ſeù terminationem lucidam eius nodoſæ ambiguitatis attingat, eo quòd nihil adeò certum clarumq; ſtatuitur, quin per dubitationem ſolicitam in dubium vertatur in emergentibus omnibus, vbi nodus ſe dubitationis ingereret, vel anfractus, neceſſaria eſt ſuperioris prę̨ſidentis authoritas, vt per declarationes opportunum iudicium tollat, ambiguitatis auferat, altercationes diminuat, & obſcura ſuccidat. Sanè diebus proximis aſtuta non minus, quàm ſollicita quorumdam excitatio reuocauit in dubium. Si eccleſiæ, eccleſiaſticæve perſonæ, *pupilli, viduæ, & miſerabiles aliæ pſonæ poſſunt in ciuilib. cauſis corā Iuſtitiario regionis aduerſarios trahere ſpeciali priuilegio permittente, ex eo præcipuè, quòd Regni conſtitutio Iuſtitiarijs de ciuilibus cognitionem generaliter interdicit. Nos igitur habito ſuper hoc plurium ſapientium examinato conſilio: quia concorditer, & determinatè comperimus Iuſtitiarios de cauſis ipſis cognouiſſe, & ſic ſine contradictione aliqua obtētum fore diutius, & diurnis temporibus obſeruatum, ex obtentione, & obſeruatione protracta, alijs etiam rationibus non omiſſis declarando decernimus, & interpretando conſtitutionis prædictæ tenorem expreſſius iudicamus: Iuſtitiarios regionum de priuatis cauſis ciuilibus præſatarum perſonarum, ſpeciali priuilegio permittente, poſſe cognoſcere, cuius declarationis, & interpretationis efficaciam tam in futuris, quàm in pendentibus negocijs locum præcipimus obtinere.

Volumus igitur, & deuotioni tuæ perpetuò decernendo iubemus, vt prædictarum noſtrarum declarationis, & interpretationis decretum, & iudicationis ſeriem, in quantum ad veſtrum ſpectat officium, vel ſpectabit in poſterum, ſeruetis tenaciter, & ſinè tranſgreſsionis iniuria inuiolabiliter teneatis. Vt autem nullus veſtrum, qui pro tempore fuerit in hoc offic. ignorantiæ cauſam valeat allegare, mandando ſubiungimus, quòd quilibet tempore depoſitionis officij prædictam declarationis, & interpretationis ſeriem vnus aſsignet alteri in pendanti.

QVia nulla legis ſanctio. Eccleſia, eccleſiaſticæ pſonæ, pupilli, viduæ, & miſerabiles, poſſunt aduerſarios ſuos in cauſis ciuilibus coram Iuſtitiario regionis conuenire, non obſtante conſtitutione in contrarium afferente.

*ADDITIO. Robertus primogenitus, &c. *Vide Andr. in conſtitut. ſtatuimus, Capyc. decis. 160. & Afflict. 257.*

Quod ponitur in hoc c. concordat cum c. ſignificantib. ext. de offi. & poteſt iud. deleg. vbi per Innoc. ponitur, & maximè dicit, quòd viduæ, & aliæ perſonæ miſerabiles poſſunt alios trahere ad curiam Imperatoris. vide ibi. De Bottis.

*ADDITIO Eccleſiaſticæve perſonæ. *Not. quod eccleſiaſtica perſonæ poſſunt alienum coram Iuſtitiario regionis pro ciuilibus cauſis cōuenire, hoc eſt verum, quando ageretur pro re eccleſiaſtica: nam ſi pro rebus proprijs, & patrimonialibus non habent hoc priuilegium, vt not. Andr. in conſtit. ſtatuimus, in princ. de offi. magiſt. Iuſtit. & Spec. in tit. de cler. coniug. & videtur caſus, C. de epiſc. & cler. l. de his. Ego dico, quod habet locum etiam in bonis clericorum: nam bona clericorum gaudent eodem priuilegio, ſicut bona eccleſiarum, ergo eodem iure cenſetur, 12. quæſt. 2. cap. eccleſiarum ſeruos. & vide ibi glo. quæ incipit, quas habet, &c. & 16. q. 1. cap. ſimiliter. Sed an hodiè habeat locum hoc cap. in Capitaneo. & videtur quòd non, quia hic fit mentio de Iuſtitiario, ergo prohibetur de Capitaneo, l. cum prætor. de iudic. & ſi voluiſſet, expreſſiſſet legislator. l. vnica §. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. tollen. tamen Capitanei faciunt contra. Et poteſt comprobari per glo. in ver. hoc ſoluit tertiam. in l. fin. C. de longi temp. præſcr. vbi dicitur, quòd vnaquæque prouincia ſua habet regimina, & Capitaneus habetur loco præſidis. & pro hoc facit, quòd licèt in conſtitut. fidelium noſtrorum, dicatur, quòd Iuſtitiarius cognoſcit defenſa, tamen hodie etiam Capitaneus cognoſcit.* De Bottis.

Ibi, *regionis*. Sed nunquid coram quocunq; alio Iudice? dic quod ſic, vt in conſtit. Iuſtitiarij cultores, de cauſa primi cogni. quæ non corrigitur per iſtud cap. ¶ No. iſtud c. ad conſti. Regni, quæ incipit, Iuſtitiarij nomen, & normam, circa mediū. vbi in ciuilib. cognoſcere poteſt Iuſtitiarius, & in quibus caſibus hic habetur, vide pro hoc, & alijs priuilegijs iſtarū, tam in agendo, quàm in defendendo, conſti. ſtatuimus. & ibi Andr. de Iſern. ¶ Eccleſiæ, eccleſiaſticæ perſonæ, pupilli, viduæ, poſsūt eorum aduerſarios cōuenire, non obſtante conſtitut. in contrarium aſſerente. ¶ Vide etiam aliud c. Reg. quod incipit, Rob. primogen. nobili viro Ermengano de Sabrano. ver. itē habebis ſub cura, & protectione eccleſias, viduas, &c. Item adde quòd de hoc extat Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, incipiens, item clericus, pupillus, ſub rubr. quòd priuilegiati trahunt aduerſarios in dicta Curia. eſt alius Ritus, qui incipit. Item, quòd clericus, qui præcedit proximum Ritum. ¶ Et intellige, quòd eccleſiaſtica perſona poteſt conuenire laicum coram Iuſtitiario: quando agit pro re eccleſiæ, ſecus ſi pro re ſui patrimonij, quia hoc priuilegium non habet, ita dom. Andr. de Iſern. in conſtitut. ſtatuimus, & videtur caſus in d. l. de his. C. de epiſcop. & cler. Sed contrarium videtur in cap. eccl. ſeruo. 12. q. 2. & quæ dicantur perſonæ miſerabiles? vide Azo. in Summa, quando Imperat. inter pupil. & vid. Pet. Pic.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

PEr conſtitutionem Regni ſtatuimus determinatum erat Magiſtros Iuſtitiarios cognoſcere de cauſis huiuſmodi miſerabilium perſonarum,& per conſtitutioem nomen,& normam ſupra in verſ. eognitionem decretum erat, vt Iuſtitiarius Prouinciæ de cauſis eiuilibus oon oiſi in defectum baiulorum eognoſceret,eumque ioeommodum ex hoc ſeotirent huiuſmodi miſerabiles perſonæ, piiſſimus Rex Robertus remedium huic malo adhibere curauit per hoc capitulum,quod facultatem tribuit † Iuſtitiarijs de huiuſmodi eauſis eognoſcendis, idque optima ratione, nam cum ſiot Iudices Imperiales corã illis huiuſmodi perſonarũ iuditium debet expediri,& hoc hodiè ſeruamus in Sae.Conſ. non eoim admittimus, vt alij Iudiees quam Sac.Conſ. Magna Curia, & Regiæ Audieotiæ de huiuſmodi perſonarum cauſis cogooſcat.

Ad regendas Prouincias prohibentur eligi Prouinciales, vel qui maiorem partem bonorum inibi habet, aut in ea matrimonia contraxerint, idem de aſſeſſoribus, & actorum magiſtris ſtatuitur. h.d.Tapia.

IMP. FEDERICVS.

IVſtitiarij per Prouincias ſtatuantur, qui non ſint de Prouincijs, quas ſibi munificẽtia noſtra decreuerit oriundi, nee in eis habeant in colatum: nec maiorem fortunarum ſuarum partem ſtatuerint, (vt aſſolet) iu eiſdem: nee ibidem per ſe, aut filios ſuos, prẹſertim acceptis in dotem rebus immobilibus contraxerint parentelas. Aſſeſſores, etiã, & actorũ notarios * de decretis ſibi Prouincijs oriundos, vel qui in prædicta cauſa fuerint, eiſdem ſaluberrima prouiſione negamus.

Gubernatores Prouinciarũm prohibentur famuloe prouinciales aſſumere poſt officium ſuſceptum; ante verò aſſumptos, nec pro, nec contra Iuſtitiam miniſtrare, de commiſſis ante, ſecus verò de iniurijs eis durante officio illatis. h.d. Tapia.

§. Et illud adijcimus, vt poſt aſſumptum officium, originarios, ſiuè municipes, in deſtinatis ſibi prouincijs in familia non aſſumant, nec ante magiſtratum ſuſeeptũ aſſumptis de criminibus, & offenſis a contra eum ante ſuum officium perpetratis iuſtitiã audeant miniſtrare: nec aduerſarios eorundem ad quærelam ipſorum coram ſua præſentia venire compellant. Nullo per hoc præiudieio familiaribus ſuis conqueri, vel accuſare volentibus in cauſis, quarum cognitio præſenti noſtra conſtitutione differtur, in poſterum generando. De criminibus * autem, violentijs, & iniurijs illis poſt aſſumptum offieium illatis: de quibus ad eos cognitio pertinet, eis, ſicut omnibus de iuriſdictione ſua, iuſtitiam miniſtrare procurent.

Gubernatoribus prouiaciarum coaceditur cognitio de feudis non quaternatis h.d.Tapia.

§. Deinde generaliter prohibemus, vt in ciuilibus cauſis præterquam de feudis b non quaternatis, ſen parte feudorum ipſorum nec principaliter, nec per appellationem officium ſuum aliquatenus interponant.

* ADDITIONES. *Actorum Magiſtri non poſſunt eſſe eadem Prouincia. Adde Guliel. Benedictum in cap. Raynutius. in ver. & vxorem. 5. deciſ. num. 489. An autem ſubſtituti ab eis poſſint eſſe de eadem Prouincia. Bald. in l. parabolani, C. de epiſcop. & cler. dicit, quòd non. Sequitur Aſſlict. in conſtitut. Magiſtri Camerarij. nu. 10. quod no. contra Capitaneos, qui relinquunt Locumtenentes de eadem Prouincia Et pro hac opin. Bal. fuit deciſum in Sacro Regio Conſilio referente Magnifico Ioanne Andrea de Curtis, die 16 Decẽbris 1560. in cauſa vniuerſitatis Carinola cum Illuſtriſ. Principe Hoſtilians. Magiſter actorum eſt Ioan. Petrus de Iubeao.* De Bottis.

¶ *De Magiſtro actorum, an poſſit eſſe de eadem patria, vide dominum Vincentium de Franchis, deciſ. 98 tamen quando eſſent parua caſtra, in quibus non eſſet copia exterorum, quòd admittantur ciues, argumentum eſt, quod dicitur de Locumtenente per Bal. in l. certa forma, C. de iure fiſci, lib. 10. & ita ſeruatur.* Fab. Iordaous.

a ADDITIO. *Hac cõſtitutio diſtinguit l. Senatus, ff. de offic. præſid. dum ibi dicitur, quòd de furtis, & iniurijs commiſſis in perſonam ſuorum familiarium non poteſt cognoſcere, nec iuſtitiam miniſtrare: nam illud eſt verum de commiſſis ante officium, ſecus de commiſſis poſt, vt hic dicitur, & vide Alber. de Roſate in d. l. Senatus, vbi amplè locutus eſt.* De Bottis

* ADDITIO. *Vide Scribentes in c. Regni, Item ſtatuimus, quòd Magiſtri. fol. 215.* De Bottis.

b ADDITIO. *Hic notatur feudum non quaternatum, & ſic paruum, & pars feudi parui. vide Parid. de puteo in tractat. feud. cap. 58. car. 14.* De Bot.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

I*Vſtitiarij per Prouincias.* Bona eſt hæc conſtitutio, licet noua, ſed malè ſeruatur. Et continet quatuor dicta. Primò dicitur, quod Iuſtitiarij, Iudices, & actorum notarij non ſtatuantur io Prouincijs, vnde ſunt oriundi, vel vnde habeant incolatum, vt ff. ex quib. cau. maior. l. hi qui. & l. ſi eui. & de aſſeſſ. l. 3. & C. eo. l. in conſiliarijs. Nec poſſunt contrahere parentelas

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

CVm hac conſtitut. concordat. l. fin. C. de crimin. ſacrileg.

Itam tamen amplia procedere etiam in apparitionibus, ſecundo in eo qui larem eollocauit, tertio in illo qui idem offieium exercuit ex tex. in l. 3. C. de diuerſ off. & apparit. lib. 12.

Hanc concluſionem, quod officiales non poſſint in Prouincia

ANDRAEAS DE ISERNIA, ET ALII.

telas de ſe aut filijs, accipiendo res immobiles in dotem, Sicut prohibetur in tutore. C. de interdict. mat. per totum. & in rubr.

Et illud. Iſtud eſt ſecundum dictum, quòd non poſſunt prædicti accipere in familiares aliquos de Prouincijs, quas regũt: & ſi ante officium aſſumpſiſſent, non poſſunt cognoſcere de offenſis familiaribus ipſis illatis ante ſuſceptum officium: non tamen præiudicatur ipſis offenſis quin poſſint poſtmodum conuenire, ff. de offic præſid. l. ſenatus, nec expirabit eorum querela propterea ff. de iudi. l. 2. §. in omnibus.

De criminibus. Iſtud eſt tertiũ dictum eſt de offenſis illatis, poſtquam fuerint in officio, familiaribus prædictis, facient iuſtitiam, ſi ad eos cognitio pertinet in ciuilibus. Vel ſicut dicit glo. iuris ciuilis, ff. de iuriſd. omn. iud. l. qui iuriſdictioni. & de iudi. l. in priuatis.

Deinde. Iſtud eſt vltimum dictum, quòd in ciuilibus cauſis non cognoſceot, nec principaliterj, nec incidenter, niſi eſſent in defectu Baiuli, & ſecreti, vt ſupra eo. l. 1. nec per appellationem in terris, ſcilicet Demanij, vbi à Baiulo appellatur ad Camerarium ſeù Secretum, à Secreto Camerario ad Magiſt. Iuſtit. infra de off. mag. Came. l. officiorum, in fine. Sed in terris Baronum appellatur ad Iuſtitiarium infra de ſol. inſtru. cum noua. in fi. quod dic, vt d. l. officiorum.

IVſtitiarij per Prouincias. In verſic. non quaternatis. Ex hoc mouentur quidam, quòd Iuſtitiarius non poteſt cognoſcere de cauſis ciuilibus, eccleſiarum, pupillorum, viduarum, & aliarum miſerabilium perſonarum, ex priuilegio eis indulto, C. quando Imper. inter pup. & vid. l. 1. quia Iuſtitiarius non poteſt cognoſcere de ciuilibus: de plano concedendum eſſet, ſi perpetuò hoc verum eſſet. Quia Iudex habens cognitionem cauſarum criminalium, de ciuilibus tantùm cognoſcere non poteſt, vt ff. de iudi. l. ſolemus, §. latrunculator. in fi. niſi ratione connexitatis, vel incidentiæ, argum. ff. finium regund. l. 4. §. ſi dicatur, ff. de concuſſionib. l. 1. At Iuſtitiarius cognoſcit de ciuilibus quæſtionibus in defectum Baiulorum, vt ſupra in conſtitutione, Iuſtitiarij nomen, & normam, & in defectum dominorum, non facientium iuſtitiam vaſſallis, vt ibidem dicitur. Cognoſcit etiam in ciuilibus de Comitibus, Baronibus, & cæteris militaribus viris, vt ſupra in conſtitutione, vt vniuerſis. Item cognoſcit de feudis non quaternatis, & parte ipſorum, vt hic. Ergo ex priuilegio Iuſtitiarius poterit adiri, argu. C. de epiſcop. & cler. l. iubemus. §. prætereà. & de iuriſd. omn. iud. l. 1. Aliàs ſi nulla ratione poſſet cognoſcere Iuſtitiarius de ciuilibus, nullo modo diceremus Iuſtitiarium poſſe cognoſcere de ipſis, quantumcunque ex priuilegio adiretur, argum. dictæ l. iubemus, §. prætereà, quæ ad ſanum intellectum facit pro vtraque parte, & C. de iuriſdict. omn. iudic. l. priuatorum. niſi incidenter cognoſceret, vt ſupra dictum eſt. Sed ſublata omni dubitatione obtentum eſt per approbatam conſuetudinem ſine contradictione, quòd Iuſtitiarius ex vigore dictorum priuilegiorum cognoſcat de ciuilibus. Et ad maiorem cautelam, dum per aliquorum aſtutiam de hoc eſſet dubitatum, determinatum eſt per totum conſilium Regni tunc Neapoli Præſidens, & alios multos ſapientes, quòd ſic debeat obſeruari. Et ita ſcriptum fuit Magiſtro Iuſtitiario, & omnibus Iuſtitiarijs præſentibus, & futuris per literas ſigillatas ſigillo Vicariæ Regni Siciliæ; quòd in omnibus cauſis, ſeu litibus tam futuris, quàm pendentibus ſic incommutabiliter in quantum ad vniuſcuiuſque officium pertinet, debeant obſeruare: & de hoc eſt capitulum Regis Roberti, quia nulla legis ſanctio. Barthol. de Capua.

In tex. Aſſeſſores. Nota quem non debere eſſe aſſeſſorem in ſua Prouincia. & dic de hoc, vt not. ff. de aſſeſſorib. l. ſi eadem Prouincia. Sed an officialis poſſit aſſumere aliquem aſſeſſorem de ſua Prouincia ſine ſpeciali mandato, vt hodiè fit in multis partibus, & ſpecialiter in Calabria? dic quòd non, arg. ff. de ritu nup. l. quacunque. in princ. & argum. de ver. ſign. c. Abbate, circa fin. Petrus de Monteforte.

Item dicas, quòd non poteſt aſſeſſor, ſicut nec capitaneus, alium ſubſtituere, vt in c. Regni, Item quòd præfati officiales, Iuſtitiarij, videlicet Capitanei, Iudices, & aſſeſſores. Et no. in l. parabolani. §. ſi quis autem, de epiſc. & cler. Bar. Vinciguerra.

In §. de criminibus. Nota ergo, quòd officialis poteſt cognoſcere de iniuria illata familiaribus ſuis tempore officij. Sed not. quòd per hanc conſtitutionem diſtinguitur l. Senatus, ff. de offic. præſid. cum ſimilibus. nam in eis indiſtinctè dicitur, quòd præſes prouinciæ de iniurijs, & furtis in perſonas familiarium, nullo modo poteſt cognoſcere, nec iuſtitiam miniſtrare. Nam per hanc conſtitutionem diſtinguitur: Siquidem illud eſt verum de commiſſis ante officium aſſumptum. De iniurijs autem, vel violentijs in perſonas ſuorum familiarium commiſſis poſt aſſumptum officium poteſt Iuſtitiarius cognoſcere, & iuſtitiam miniſtrare, vt hic apertè dicitur.

In tex. Pertinet. Idem eſt, ſi eſt manifeſta iniuria: nam ipſe idem cognoſcit, vt no. per Innoc. in c. ex parte.

In tex. Procurent. De iure communi eſt contrarium, vt ff. de iuriſdict. omn. iud. l. qui iuriſdictioni. Petrus de Monteforte.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

cia in qua nati ſunt officium exercere ampliat, atque limitat Aloyſius de Leo accuratus, atque laborioſus Iuſtiniani Codicis legum interpres ad d. l. fin. C. de crimin. ſacril. poſt. Salyc. ibi, vbi meminit Afflict. in conſtitut. Magiſtri Camerarij nu. 9. & 10. quod hodie ſeruamus in Regijs Tribunalibus non ſolùm in † Iuſtitiarijs Prouincialibus, ſed etiã in Gubernatoribus, Iudicibus, & Actuarijs terrarum & locorum huius Regni, quod tamen limitatur in Locumtenentibus iſtorum
1 Gubernatorum, qui, vt plurimum ſunt eiuſdem terræ, vel quia conſuetudine eſt introductum, vt Magiſtri Iurati in abſentiam Capitaneorum exerceant, vel quia ab ipſis Capitaneis committuntur per aliquos paucos dies; quod etiam tradit Afflict. in dicta conſtitut. Magiſtri Camerarij nume. 10. poſt Bald. in l. certa forma, C. de iure fiſci lib. 10. & paſſim ſeruatur, Cætera vide hic per Afflict. qui benè gloſauit hanc conſtitutionem.

Ad §. & illud adijcimus.

T Hoc dictum hodiè non ſeruatur, benè tamen verum eſt, quod cum adſint in prouincijs Auditores, ipſique cauſas iudicent nulla reſpectu Gubernatoris Prouincialis ſuſpitio eſſe poteſt.

Ad §. deinde generaliter.

T Cum hac conſtitutione concordat ſequens conſtitutio Præſides.

Hoc ꝙ dicitur in hac conſtitutione hodie non ſeruatur, vt
diximus in conſtitutione Magnæ Curiæ, Regia tamen † Au- 2
dientia Hydrunti poteſt cognoſcere de feudis quaternatis, vt tradit Marin. Frecc. de ſubfeud. lib. 3. de different. inter feud. quat. & de tab. differentia quarta, hanc etiam poteſtatem ha-
bet vigore eius priuilegiorum Illuſtriſſimus Biſiniani † Prin- 3
ceps ad quem fuit remiſſa cauſa poſt ſententiam interpoſitam per Sacrum Conſ. ſuper quo fuit magna controuerſia.

Idem

Idem dicitur, quod in §. praecedenti. h. d. Tapia.

IMPERATOR FEDERICVS.

* ADDITIO. *Not. qualiter procedatur, in quæſtionib. rerum, quas Curia tenet. Similiter eſt in Magiſtris Camerarijs vt infra de quæſi. inter fiſc. l. quoties, & no. quòd non poteſt procedi conſcientia regia inconſulta, vt ſupra in conſtitut. hac lege.* De Bottis.

PRæſides * prouinciarum de feudis non quaternatis, & rebus feudalibus, quæ à Curia noſtra tenent, niſi deſtitutiones nobis ſpecialiter mandantibus factæ ſint, ſuo iure eognoſeant inſtituto Procuratore pro parte Curiæ noſtræ præſentibus fiſei patrono, ae procuratore rerum Curiæ noſtræ, qui in Prouineia commorantur, & & ipſas vſque ad calculum ſententiæ diffinitiuæ perdueant: deinde eauſas inſtructas dato parti petitoris peremptorio termino ad noſtram Curiam tranſmiſſuri.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

PRaſides prouinciarum *Cognoſcit Iuſtit. de feudis non quaternatis, & rebus feudalibus feudorum non quaternatorum, quæ tenet Curia, ſicut ſi teneret priuatus, ſupra eo. l. 1. in fi. excipitur quando deſtitutio facta eſſet de mandato Principis, tunc Princeps ſpecialiter mandabit ſibi cognoſci. ſic ſupra tit. 1 l Magiſter Iuſtitiarius iniurias, vt ibi dictum eſt. Et quando cognoſcet Iuſtit. de prædictis feudis, & rebus feudalibus, quæ Curia tenet, ipſe faciet procuratorem pro parte Curiæ & erit præſens Aduocatus fiſci, & Magiſter Procurat. illius prouinciæ: & cauſam deducet vſque ad ſententiam, quam non dabit Iuſtit. ſed mittit totam cauſam inſtructam ad Regiam Curiam, vt ipſe Princeps prouideat quomodo, & per quem diffiniatur, ſic ſupra tit. 1. l. cauſas. No. quòd Iuſti. facit procuratorem Curiæ in cauſa ipſius, quæ mouetur contra Curiam coram eo, ſic infra de reſtit. mino. l. beneficium, de iure Romano ex iuſſione Principis cauſa mouetur. C. de qua. præſcr. l. fin ¶ Nunquid ſi alius tenet huiuſmodi feuda, & res quæ dicuntur ad Regiam Curiam pertinere, poſſit Iuſtit. procuratorem facere, qui agat exinde coram eo? Videtur quòd ſic: quia ſi poteſt quando contra fiſcum moueatur cauſa, eadem ratione, vel maiori quando pro fiſco. nam ſi prouidet in vnum caſum, prouidet in ſimili, ff. de condit. ob cauſam. l. ſi extraneus, & de poſtu. hær. inſtit. l. fi. & ſup. eo. l. 1. in fi. Simpliciter enim ibi dicit Iuſtit. cognoſcere de talibus, & non diſtinguit in agendo, vel conueniendo. Conſultius tamen faceret, ſi procuratori, vel fiſci patrono in Magna Curia exiſtentibus ſignificet, & informet eos de iure Curiæ, quod Curia habet in huiuſmodi rebus, & ipſe Iuſtit. non intromittat ſe nam regulariter cauſæ fiſcales habent certum Iudicem, ſiue in agendo, ſiue in conueniendo, vt C. vbi cau. fiſc. l. ad fiſcum. in gl. Sed hæc conſtitutio in huiuſmodi prædictis rebus fecit Iudicem Iuſti. quando contra fiſcum agitur. in alijs, videlicet, quando fiſcus agit, remanet ius commune, pro quo eſt, ff. de iudi. l. cum prætor. in princ. arg. quòd ſi clericus agat contra epiſcopum, cognoſcit Archiepiſcopus. Non idem econtra ſi Epiſcopus contra clericum agat. not. Ioan. 9. q 3. conqueſtus. in glo. Sed tunc quando fiſcus petit cognoſcit & inquirit Magiſter Procur. infra de offic. Mag. Procur. l. 1. diſtincta enim ſunt officia aduo. Item in caſu huiuſmodi conſtitutionis numquid Iuſtit. poſſit abſoluere Curiam, quando non eſſet probatum per actorem, & non remittere cauſam inſtructam ad Magnam Curiam? Videtur quòd non, quia ſpecialiter dicit eum cognoſcere vſque ad ſententiam. Vnde ſententiando ademit ſibi poteſtatem: & ſic cum non poſſit condemnare, non poterit abſoluere, ff. de reg. iur. l. nemo. ita intelligitur quando in genere nullam habet iuriſdictionem. Secus ſi iuriſdictionem habeat puta in cognoſcendo, ſed non in condemnando: quia tunc poteſt abſoluere, C. vbi ſent. vel clar. l. quoties, §. adeo. Idcirco ſatis videtur, quòd ſic: arg. C. de proc. l. non eo minus, & quod no. gl. ff de iure fiſci l. 3. §. diuus. Eſt enim inductum in fauore fiſci, vt cauſam inſtructam tranſmittat ad Curiam, ad hoc vt ſapientes, qui ſunt in Curia coram Principe, attentè proſpiciant, ne Curia offendat iniuſtè in ſententia proferenda. hoc ergo in læſionem Curiæ retorqueri non debet, vt C. de leg. l. quod fauore.

Gubernatores Prouinciarum ſua iuriſdictionis loca percurrant, eaque à latronibus, atque alijs publicis delinquentibus purgent eos in locis vbi delinquerint puniendo. h. d. Tapia.

IMPERATOR FEDERICVS.

* *Iuſtitiarij non per calendas. Flagrantia.* No. notoria delicta ſine accuſatore, & denunciatore puniri, vt C. de accuſatio. ea quidem.

* ADDITIO. *Vide c. Regni, hac edictali, & ibi Srib. fol. 83.* De Bot.

IVſtitiarij ᵃ non per calendas, (vt aſſolēt hactenus) ſed continuè Curias per ſe, vel per alios Iudices ſuos, quibus nil aliud, quam Audientia quæſtionum debebit eommitti, regere debeant, eauſas audiant, & deeidant. Ciuitates, * & loca ſuarum continua diſeurſione perquirant: Prouineialium diſpendijs ipſis ad remota loca propter iuſtitiam non

ANDRAEAS DE ISERNIA.

IVſtitiarij non per calendas. Hæc conſtitutio quatuor habet dicta. Primum, quòd Iuſtitiarij omni tempore debeant facere iuſtitiam: quia beati, qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore, vt in Longobar. de ferijs. l. 2.

Ciuita-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HAec conſtitutio hodiè non ſeruatur, quia Gubernatores Prouinciarum hac occaſione populos nimis grauabant, deberet tamen ſeruari, & ſic non eſſet neceſſarium Commiſſarios, quos Campaneæ vocant, ad extirpandos latrones, viarumque

non vocando, quantò ſalubriter poterunt parcituri: Flagrantia maleficia non vlterius protrahant, ſed ipſa in locis, in quibus ea perpetrata repererint, punientes maleficos, vt puta, famoſos latrones, & fures, qui maleficia ſua nulla nequeunt tergiuerſatione celare. Publicorum itinerum aggreſſores, ſeu quoſlibet recentes, & publicos homicidas, per nemora forſitan fugitiuos, vel aliter latitantes ob conſcientiam criminum patratorum, per ſe, interdum per alios expenſa etiam, ſi viderint expedire, de Curiæ noſtræ pecunia, diligentiſſimè perquiſitos, nullis dilationibus, ſeu accuſationum ſolennitatibus expectatis, ſi deferentes, vel accuſantes defuerint, de Prouincia pœna legitimæ ſeueritatis extirpent: nec præſumptioni temerariæ per nos, noſtrorumque officialium, credatur attribui id, quod officij ſui debito, ad plenitudinem ſuæ fragilitatis adiunxerit.

per

ANDRAEAS DE ISERNIA.

Ciuitates. Secundum dictum, quod non debet trahere ſubditos ad loca remota, cauendo diſpendijs ſubiectorum, & hoc malè ſeruant officiales: maximè quando volunt compoſitionem ab vniuerſitatibus de inquiſitionibus generalibus, vt infra l. proxima, in fi. Sic etiam ſtatuitur in c. in planicie Sancti Martini, quod in eis vicinis, non in remotis committantur ſeruitia Curiæ.

ADDITIO. *Vide c. Regni, Promiſſa iuris ſanctio.* Cæſar.

Flagrantia. Tertium dictum. Hic nota quid eſt maleficium flagrans: † quia eſt id, quod de recenti commiſſum eſt, quod quidem durius punitur, ff. de pœn. l. diuturno. Et talis maleficij poteſt apparere patrator, & non apparere: ſed captus in flagranti eſt, qui in ipſo actu deprehenditur. C. de epiſcop. & cler. l. raptores, & de defen. ciui. defenſores. Vel antequam perueniret ad locum prædeſtinatum, ſicut fur manifeſtus, ff. de furtis. l. 3. Aut latitans non per magnum interuallum inuentus, nullo actu extraneo medio. ff. de adul. quod ait. §. fin. Et à quocunque poteſt capi in flagranti, vt d. l. 3. de furtis, vbi non refert deprehendatur à domino rei furtiuæ, vel ab alio quocunque.

† ADDITIO. *Vide Moder. in cap. Regni, quod l decretum, nu. 20. ſu. 95. & ibi quæ dicuntur delicta notoria, & qualiter fiat proceſſus.* De Bottis.

Multò fortius per illos, qui attinent læſo, putà per tutores, curatores, vel parentes, d. l. raptores, & de rapt. virg. l. 1. Dummodo capiens ducat captum ad Iudicem puniendum, d. l. defenſores, quæ dicit oblatos ſibi reos deprehenſos in latrocinio: non dicit à quo, nec nos diſtinguimus: de offic. præſid. l. 3. Nam non refert per quem fiat, dummodo benè fiat. Alij non capiuntur ſine licentia Iudicis. C. de exhiben. reis niſi Ingiens. dicit ibi glo. multò plus, ſi in flagranti, non debet expectare, vt ſe per fugam abſentet. ff. de iud. l. ſi longius, & ne fuga eius fiat inſtructio. ff. de reg. iur. l. fin. Non tamen cogitur quis capere, † ſi non ſit officialis, huiuſmodi delinquentes, per ea quæ not. ff. de reg. iur. culpa. niſi eſſent proditores, per conſtitutionem Regis Caroli Primi, vt diximus infra de forindic. l. pœnam. in fi.

† ADDITIO. *Vide Moder. in c. Regni ſubditorum. nu. 137. cum ſeq.* De Bottis.

Sed licet, vt dictum eſt, ſi velit: quia etiam clericum in flagranti poteſt capere, & ducere ad Iudicem, extra de ſent. excommun. cap. vt famæ. nam quod ibi exigitur de mandato prælati, intellige in non notorio, vt in glo. & de iudic. c. cùm non ab homine. Vel ſi caperet, non vt ad Iudicem ducat, ſed per detentionem facit crimen notorium, vt d. glo.

ADDITIO. *Adde Pet. de Ancha. in regulâ, ea quæ. de reg. iur. lib. 6. Abb. in c. cùm non ab homine, de iud. Doct. in cap. ſi quis diaconus, in vlt. colum. 50. diſt. Bal. inſtit. in §. furtorum, de oblig. quæ ex delict.*

Non

Non peccat, qui iudicum oculis hoſtem communis ſalutis oſtendit. C de mathematic. quicunque. ¶ Qualis autem proceſſus fiat contra captum in flagranti, diximus infrà de his qui fide. da. poſſunt, aut non. l. humanitate. ¶ Conuicti dicuntur, qui non poſſunt negare crimen. C. de pœn. qui ſententiam, & qui commiſſa nulla poſſunt tergiuerſatione celare, vt hic, & extra de verb. ſign. cùm olim, in fi. 2. q. 1. c. de manifeſta. ¶ Item nota quòd maleficos debent perquirere per ſe, & per alios, vt capiant eos ad expenſas Curiæ: quia cùm publica vtilitas verſetur in puniendo maleficos. C. de pœn. l. ſi operis, ff. de publ. l. licitatio. §. quod illicitè. vbicunque publica vtilitas eſt, fiſcus ſoluit pecuniam, C. pro quib. ca. ſerui. lib. accip. l. 2. ff. ad Syllan. l. lege Cornelia. §. ſi. quemadmod. ſerui. amit. l. ſi locus, §. 1. de adult. ſi poſtulauerit, §. iuſſit lex. cùm concord. Non intelligas, quòd perquirat, & inquirat de maleficijs per alium, ſed per ſe ſolum: quia cum ſit meri Imperij, non poteſt demandari, vt dicitur infrà in l. ei qui. & l. inquiſitiones, & patet in Auth. de coll. §. iubemus. ¶ Item nota, quòd vbi accuſator eſt, non fiet inquiſitio, ſed tunc demum in prædictis maleficijs inquiritur, quando non eſt qui deferat, vel accuſet. Nam non indiſtinctè inquiritur ſpecialiter de criminibus, vt d. l. ei qui. facit ad principium huius tertij dicti. ff. de pœn. l. capitalium. §. famoſos, & ibi omnes Doct. Antiquos & Modernos, qui iſtam materiam adeò latè examinant, vt nihil amplius addi poſſit.

Nec præſumptioni. Vltimum dictum, quòd ſi Iuſtitiarij & officiales ex debito ſui officij audiant ſecundum iuſtitiam ad punitionem malorum, attribuetur ei per Principem ad laudem, non ad temeritatem, vel præſumptionem: authoritatem quidem dignitatis debent augere ingenio ſuo, ff. de offic. præſid. l. obſeruandum.

I*uſtitiarij non per calendas* Nota, quòd quicunque officialis, ſiue Iuſtitiarius, vt hic, ſiue capitaneus, ſiue quicunque alius, non poteſt committere aſſeſſori ſuo, ſiue actorum notario regere Curiam, cauſas audire, examinare, decidere, nec ſolam cauſarum deciſionem, & examinationem vel regere Curiam, poſſet ei committere, vt patet hic, & infra. l. proxi. in princ. Verum eſt tamen, quòd Audientiam quæſtionum ſolam officialis poteſt committere ſuo aſſeſſori, vt hic patet expreſſè. & hic eſt verus intellectus: licet in contrarium poſſet dici, quòd Iudex ſiue aſſeſſor poſſit cauſas examinare, Curiam regere, ac cauſam decidere ipſe ſolus, vt hic videtur innui propter dictionem diſiunctiuam, vel, quæ hic ponitur. Sed primus intellectus eſt verior, & diſiunctiua hic poſita, pro coniunctiua ponitur, vt l. ſæpe, de verb. ſign. Item hæc conſtitutio videtur innuere, quòd Iuſtitiarius per ſeipſum poſſit Curiam regere, cauſas audire, & decidere ſine aſſeſſore, & notario: ad quod facit. l. prox. in princip. ſed non eſt verum. Pet. de Monteſ.

Nota

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

rumque graſſatores deſtinare cum experientia me docuerit dum Auditoris munere in vtraque Prouincia Principatus Citra, & Vltra functus ſum hoc facilius, atque commodius ab ipſis Gubernatoribus, & Auditoribus fieri poſſe, ideoque quoad poſſum ſupplex exoro Excellentiſſimos Proreges, vt viros optimos † Iuſtitiæ zelatores, diuites, & honoris, ac gloriæ amato-

ipſis

amato-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

Nota conſtitutionem iſtam Iuſtitiarijs regionum dare licentiam, iudicibus ſuis poſſe cauſarum Audientiam committere. Sed huic conſtit. derogatum eſt per duo cap. Regni nouiſſimè edita, quæ prohibent Iuſtitiarios aliqua crimina committere. Et quòd in cognitionibus cauſarum omnium de conſilio iudicum procedant ad tormenta, & cognitionem, quamuis Magna Curia, & eiuſdem Curiæ Iudices multa modica cauſarum ciuilium, & criminalium expediant ſine Magiſtro Iuſtitiario. Quæ cap. poſita ſunt poſt capitulum illud, poſt corruptionis amara diſcrimina. & vide quòd not. And. de Iſern. in conſtit. pecuniarij. Pet. de Montef.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

amatores ad Prouintias regendas mittant, cum inde, & quietem populorum, & amorem erga Regem debeant ſperare.

Multa ad huius conſtitutionis materiam eſſent dicenda pro extirpatione ſcilicet foraſcitorum de quo libellum Italico idiomate compoſitum typis aliquando tradere non deſpero, videnda ſunt etiam multa, quæ tradidit Io. Grandis in tract. de Bello exulum, quòd eſt multum neceſſarius Auditoribus Prouinciarum.

Iuſtitiarij per Prouincias diſcurrendo non vltra tres dies vel quatuor permaneant niſi maxima neceſſitas vrgeat. b. d. Tapia.

Ex Cap. 55. hae edictali.

§. ET quia Iuſtitiarij in a pinguioribus, & melioribus ciuitatibus, ſeu locis Prouinciarum ſuarum, ſic ſuæ ſtationis nidum, ſiue locum firmare dicuntur, quòd eis per alia loca Prouinciarum ipſarum ad purgandum ipſas b à malis hominibus diſcurrere non curantibus maleſactorum creſcit malitia, impunè committuntur exceſſus, & iuſtitia non ſeruatur. Nos, qui ſubditis noſtris, pacis, & iuſtitiæ copiam miniſtrare cupimus affluenter, opportunum in hac parte conſilium adhibere volẽtes: Vnicuique, & ſingulis Iuſtitiarijs Regni noſtri firmiter inhibemus, c ne in aliquibus ciuitatibus ſiue locis alijs Prouinciarum ſuarũ vltra tres dies, vel quatuor ad plus, niſi euidens neceſſitas, vel vtilitas expoſcerit, præſumat moram protrahere, ſed per Prouincias ſuas vbique diſcurrat, illaſq; expurget hominibus malis, officij ſui debitum in executione iuſtitiæ viriliter, & fideliter exequendo.

a Io ver. *& quia Iuſtitiarij &c.* Iuſtitiarij debet diſcurrere per Prouinciam, & non ſtare firmi in vno loco, idẽ vult tex. in conſtit. capitaneorum, in princ. & ibi not. Matt. in 1. not. ſecus autem eſt de iure communi, nam non debet Iudex ſine cauſa circumire Prouinciam, tex. eſt not. in Authen. vt null. iud. in princ. ver. nulli. ver. liceat ciuili, aut militari Iudici, & not. Matt. in loco prealleg.

b Ibi, *malis h minib.* Nut. quòd officiales debent purgare Prouinciam malis hominibus facit etiam conſtitut. Regni quæ incipit, pacis cultum vnicuique, iſte §. declarat, §. ciuitatem, &. loca. conſtituit. Iuſtitiarij non per calenda Item dicit iſtud capit. quòd nullus per tres dies, vel quatuor ad plus, niſi euidens neceſſitas, & vtilitas expoſcat, præſumat moram protrahere, ſed per Prouincias ſuas vbiq; diſcurrat, illaſque purget malis hominibus, & officij ſui debitum in executione Iuſtitiæ viriliter, & fideliter exæquatur. Barth. de Capua.

c In ver. *ne in aliquibus ciuitatibus, &c.* Hoc cap. refert & ſequitur Luc. de Penna in l. 1. in 2. col. C. de cond't. in pub. hor. li. 10 vbi pub. & plenè loquitur, ſubdens quod male ſeruãt hodie Iuſtitiarij, vt delectabilius agant, & commodius viuãt, poſtea ſubdit, quòd ſalubris eſt iſta conſtit. cum alia de maod. principẽ vt regula S. Benedicti, non niſi ad occupationem, ſeu damna chartarum relictæ ſunt. ita Lucas quem omnino vide. V. N. A.

Iuſtitiarius Prouinciam ſuam diſcurrat eccleſijs, pupillis, & alijs ſuccurrat, & delinquentes puniat. b. d. Tapia.

CAROLVS I. Cap. 42.

QVod decretam tibi Prouinciam frequenter in continua diſcurſione perquirentes, Deum & beneplaciti noſtri votum habendo præ oculis, vniuerſis & ſingulis iuriſdictione tua, potiſſimè eccleſijs, & perſonis miſerabilibus ſine fraude iuſtitiam miniſtrare, pupillis, orphanis, & T viduis, & Pronincialiũ diſpendijs, ipſos ad remota loca pro iuſtitia non vocando, nec trahendo, poſt Curiam per te quantum poteris cùm ſalubritate procures. Expediendo quam cito poteris conquerentes T infra terminum ſacris conſtitutionibus comprehenſam. T Item quod maleſactores omnes ad hoc, quòd exceſſus, vel maleficia in Prouincia tibi decreta nulla commiſſa tranſeant impunita, iuxta criminum, & exceſſuum qualitatem purè intendas. Specialiter autem T flagrantia maleficia in longum non protrahas, ſed ipſa in locis, in quibus perpetrata reperies, ſtudeas ſine dilatione punire.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

VIde ad hoc quæ dicta ſunt ſupra in conſtit. Iuſtitiarij non per calendas, & aliqua in conſtit. Capitaneorum.

Viduis. Vide quæ dicta ſunt in conſtit. ſtatuimus.

Fragrantia. Vide Foller. in praxi crimin. verſ. item quod fuit captus in fragaoti crimine, vbi qualiter procedatur contra captum infraganti.

Iuſti-

Digitized by Google

*Iuſtitiarii poſſunt eorum officia * exercere etiam in terris Baronis. h.d.Tapia.*

REGINA IOANNA. Cap.281.

ITem quia, ſicut habetur per capitula Regni, Iuſtitiarij tenentur diſcurrere Prouincias, & per ſingula loca circuire illas ad purgandum illas malis hominibus, & pro iuſtitia ſingulis miniſtranda. Et vt Iuſtitiarij non habeant occaſionem Terras, & loca demanij, & eccleſiarum, prout conſueuerunt, modernis temporibus durioribus extorſionibus, & oneribus aggrauandi: Prouidet Domina tam pro honore ſuo, quàm pro debito iuſtitiæ cum effectu, quòd Iuſtitiarij, & officiales cum eis deputati poſſint diſcurrere Prouincias, & perambulare, ſtare, & commorari per Terras, & in Terris Comitum, & Baronum, aliorumque magnatum ad iuſtitiam miniſtrandam in illis, prout tempore claræ memoriæ Domini Regis Roberti extitit hactenus obſeruatum. Et quod poſſint in illis eorum officium exercere, ſicut in Terris demanij, & eccleſiarum, ſalua iuriſdictione * cauſarum ciuilium, & alijs: quæ eiſdem Comitibus, Baronibus, eorumque officialibus competere dignoſcuntur.

* ADDITIO. Iuriſdictione. *Iuſtitiarius poteſt iuſtitiam miniſtrare in terris Baronum, ſalua iuriſdictione eorum. vide ſup. in c. vt exercitium. vide q. taſtam per Luc. in l. prædia. col. 32. verſ. tertiò quaritur. C. de loca. præd. ciuil. lib. 11. & quæ poſuit Curt. Iun. in conſil. 2.* De Bottis.

AD materiam huius cap. vide quod diximus in conſtitutione ea quæ ad ſpeciale decus. Tapia.

Idem ſtatuitur quod in præcedenti capitulo h.d.Tapia.

REX ROBERTVS. Cap.245.

VT exercitium per te in ea, in qua præes Prouincia, reddendæ iuſtitiæ obſtantis impedimenti diſpendium, ex cauſa contingente, non ſentiat: & alicuius protractionis incommoda præiudicialiter non incurrat. præſentium tibi tenore concedimus: vt ſi quando te dictam ambulando Prouinciam tuæ iuriſdictioni commiſſam, ad terras, & loca, in quibus Iuſtitiarij, & Capitanei per noſtram Regalem Curiam ſunt ſtatuti, & terras etiam Sanctæ Reginæ conſortis noſtræ chariſſimæ, ac Duciſſæ filiæ noſtræ, fratrumque noſtrorum declinare contigerit, non obſtante quòd tuæ iuriſdictioni non ſubſunt, Curiam ordinare, & regere valeas, & in ſingulis tuæ iuriſdictioni ſubiectis miniſtrare iuſtitiam, prout ad tuum officium dignoſcitur pertinere: dummodo præſens noſtra conceſſio non trahatur ad protractionis indebitæ vexationes illicitas ſubiectorum. Data Neapoli,

Prouinciarum Præſides inquiſitiones generales facientes nihil pro compoſitione recipiant, ſed ſecundum iura cauſas decidant, nec alios in inquiſitione notatos poſt ſe trahant. h.d.Tapia.

REX CAROLVS I. Cap.16.

ITem quòd prædicti Iuſtitiarij occaſione generalium inquiſitionum, quas per ſe, cum iudicibus, & actorum notarijs faciunt ſemel in anno; nihil ab vniuerſitatibus, vel ſingularibus perſonis recipiant pro compoſitione, ſed ſecundum merita probatorum ex inquiſitione ipſa ad condemnationem, vel abſolutionem, ſicut fuerit de iure procedant; data copia probatorum, & admiſſis defenſionibus illorum, qui per inquiſitionem tanguntur, & eaſdem inquiſitiones in terris, in quibus inquiri debet, faciant, & non extrà; nec alios, qui in ipſa inquiſitione notati ſunt poſt ſe trahant, vt hactenus propter extorſionem malefieri conſueuit. Et ſi contra factum fuerit, proceſſus non valeat ipſo iure; & emendari faciant damna paſſis, & tam ipſi, quàm Iudices, actorum notarij pro noſtræ voluntatis arbitrio corporaliter puniantur.

CAROL. TAP. REG. CONS. ANNOT.

HOc capitulum reſpectu generalium inquiſitionum hodie non ſeruatur cum ſint ſublatæ, vt inquit hic Io. Ant. de Nigris, licet reſpectu aliquorum Auditorum, ordine tamen Illuſtriſſimi D. Franciſci de Caſtro fuerit contra ipſos proceſſum per inquiſitionem generalem de quo fuit valde dubitatum cum fuiſſet proceſſum poſt præſtitum ſindicatum, de quo Deo dante dicemus in tit. de ſind. official.

Gubernatores Prouinciarum reſideant in locis ſolitis. hoc dicit Tapia.

Ex Cap. Neap. 22. Martij Anno 1536. Cap. 1.

IN primis ſupplicano voſtra Maeſtà Ceſa. che ſi degni ordinare alli Gouernatori delle Prouincie debbiano fare reſidentia in gli lochi ordinarij, & ſolieti ſenza dare granezza alli ſudditi, & eſequire contra malfattori alle ſpeſe della Corte, & non à commandamenti de popoli, con iattura delli poueri ſudditi. Quantum ad primum placet: Quantum verò ad alia ſeruetur conſtitutio Regni, &c.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

OPtima fuit hæc ſupplicatio ne populi propter circuitum Gubernatorum Prouincialium grauarentur, diximus tamen ſupra in conſtitutione Iuſtitiarij non per calendas neceſſarium fore, vt Gubernatores Prouinciarum aliquando Prouincias viſitarent ad ſubleuandum oppreſſos tum ab officialibus, tum etiam à Baronibus, vt tamen & hæc prouiſio, & illa ſtare poſſet neceſſarium eſſet viros optimos illis regendis deſtinare.

Officia-

* *Officiales Prouinciales tranſeuntes per Prouincias nihil ab vniuerſitatibus recipiant, h. d. Tapia.*

PRAGMATICA I.

De Officio Iuſticiarij.

CAROLVS V.

ESſendo la volontà della prefata Maeſtà, che le Città, Terre, & lunghi del preſente Regno, tanto Demaniali, come de Baroni, & li ſudditi di detta Maeſtà, ſiano releuati d'ogni indebita oppreſſione, s'ordina per queſto, & comanda, che li Gouernatori, & Auditori delle Prouincie, & altri Officiali, ò Commiſſarij, tanto delle Prouinciali Audientie, come di qualſiuoglia Tribunale non habbiano d'hauere nè dimandare alle Terre, per doue paſſaranno, ò ſtaranno per coſa alcuna le ſpeſe nè per vn dì, nè per vna ſera, quando vanno per lo detto Regno, per le Città, Terre, & luoghi predetti, tanto do Demanio, come de Baroni, & che le Terre non li poſſano dare dette ſpeſe; & quello che contrauenerà tanto dette Terre, come detti Officiali, ogni volta caſcarà alla pena di mille ducati, & altra à noſtro arbitrio reſeruata eſigenda, & eſequenda ſenza remiſſione alcuna.

Datum in Caſtello nouo Neapol. die 31. Menſis Octobris 1532.

Don Pedro de Toledo.

V. Decolle Regens. V. Loffredus Regens.
Berardinus Martiranus Secretarius.

CA-

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAec Prag. malè fuit ſeruata, quotieſcunque enim accidit Auditores Prouinciarum ad inſtantiam Curiæ per Prouinciam ambulare fuerunt hoſpitio accepti apud aliquem ciuem, qui ſubminiſtrauit domum, cubile, ignem, candelas, & ſtabulum, impoſſibile enim eſt in aliquibus terris aliter fieri, præſertim tràſeundo propter incommoditatem hoſpitiorum, aliorumque rerum, quæ ad id ſunt neceſſaria, neque ex hoc grauantur Prouinciales cum id moderatè fit.

Iuſtitiarii inquiſitiones ſuper criminalibus non committant, alia verò officia idoneis non ſuis familiaribus commendent. hoc dicit Tapia.

REX CAROLVS I. Cap. 36.

ITem Iuſtitiarij inquiſitiones ſuper criminalibus T non committant. Alia verò officia, quæ committi poſſunt, committant fidelibus, & idoneis perſonis de Prouincia eis decreta, qui non ſunt de familiaribus, vel ſtipendiarijs ſecum morantibus ita quòd nihil recipiant pro commiſſione ipſorum officiorum, nec eis committant, qui prece, vel pretio impetrant. Et ſi contra fecerint, ad pœnam mediæ libræ auri pro qualibet vice noſtræ Curiæ teneantur, & id, quod turpiter ſoluitur, deferatur in fiſcum.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

T. NOn committant. Hoc hodie non ſeruatur, vt dicemus in conſtitutione in pecuniarijs ſicuti etiam non ſeruatur quòd in familiaribus hic dicitur.

Iuſtitiarij non procedant contra illos, quorum cauſæ ab eorum prædeceſſoribus fuerunt deciſa. h. d. Tapia.

REX CAROLVS I. Cap. 40.

a ITem ſi quæ * vniuerſitates, vel ſingulares perſonæ coram ipſis Iuſtitiarijs de quacunque re, vel lite trahantur in cauſam oſtendant, & de re, vel lite ipſa prædeceſſorum ſuorum ſententias ritè latas, ſecundum Regni conſtitutiones, & conſuetudines approbatas, nullo exacto, vel recepto ab eis, liberent eos quàm citius poterint ſine malitia, fraude, vel mora, ſcilicet, bono modo vt ſi contra fecerint, reſtituto damno primitus parti læſæ, in quadruplum æſtimationis dicti damni noſtræ Curiæ teneantur.

a ITem ſi quæ vniuerſitates. Not quod poſt cõſtitutionem eſt iudicãdum ſecundum conſuetudinem approbatam, concordat tex. cum cõſtitutione, quæ incipit, Iudex. & in conſtit. puritatem, primo lib. B. de Ca.

* ADDITIO. Item ſi quæ vniuerſitates. *Officialis debet liberare iniuſtè conuentum. vide cap bis coram ibi not. de accuſ. & Innoc. in c. quamuis. de re iud.* De Bottis.

Not. pro habentibus ſententias pro homicidio ab vno officiali, & præſentantur coram alio, quòd alius debet eas ſeruare, ſi iuſtè, & rectè ſint latæ, aliàs non. ¶ Sed pone, quòd contra aliquem actum eſt ex officio, & abſolutus eſt, vtrum poſſit pro eo crimine ordinariè accuſari: allegatur quòd non. l. licet gratis. ff. nau. caup. ſtabul. in fine. & not. extra, de purgat. cano. capit. cum dilectus. per Innocent. per Dyn. extra, de reg. iur. in c. actum legitimè.

Sed quæro, aliquis accuſauit aliquem de aliquo crimine, & non potuit probare, vel probauit, & teſtes ſunt reprobati nunquid Iudex poſſit inquirere? reſpondeo, ſic: allego pro caſu l. 2. C. de abolitio. & argum. l. medicos. ff. de varijs, & extraord. cog. & facit l in rebus. §. fin. ff. commo. ¶ Item nunquid poſſit quis de eodem crimine coram diuerſis iudicibus accuſari? Reſpondeo ſic, vt extra de hær. cap. per tit. lib. 6. & hoc eſt verum ante latam ſententiam, vt ibi not. per Io. And. Sed eſt ſpeciale in crimine hæreſis, ſecus in alijs criminibus. Pet. de Monteforte.

ADDITIO. *Gloſ. in quibus. Nam in ipſis locis debet inquiri primo. Reg. anno 17. cap. Item quòd prædicti Iuſtitiarij. Et ſimile reſcriptum eſt in conſtitut. Regni, Iuſtitiarij non per Calendas, in lib. 1. in tit. de off. Iuſtit.*

Iuſtitiarii

Iuſtitiarii debitæ exequutioni demandent litteras Regias, nec pro literis ſigillandis aliquid exigant. h.d.Tapia.

REX CAROLVS I. Cap. 41.

ITem quando literæ noſtræ diriguntur Iuſtitiario pro vtilitate priuatorum, ſiue de matrimonij, monijs, aſſecuratione vaſsallorum, executionibus ſententiarum, ſeu alijs quibuſcunque de cauſis, Iuſtitiarij mandatum noſtrum celeriter T exequantur, nec recipiant aliquid pro literis ſigillandis. Et ſi contra fieret, pœna ſuperius in capitulo de ſigillandis literis contenta teneantur.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 EXequantur. † Subditi enim tenentur obedire præpoſitis ſuis, & hæc obedientia debet eſſe prompta, vt latius diximus iu Authen. ingreſſi in verb. ſe, C. de ſacroſanct. Eccleſ. hac tanteo celeritate in exequendis maodatis Principum vti nno debet Iudex, quando Princeps iubet, vt aliquis vltra modum à legibus permiſſum puniatur, ſed per triginta dies expectare debet, vt infra illos Principẽ iratum poſſit præcibus, vel rationibus à ſeneritate pœnæ abducere, quod Imperiali lege ſtatutum eſt in l. ſi vendicari C. de pœnis, quam legem Beati Ambroſij conſilio edidiſſe Theodoſium teſtatur Illuſtriſs. Baron. Annal. tom 4 anno 390. fol. 619. ſic etiam quando reſcriptum eſt ſubrectitium, vel ratinoabilis adeſt cauſa quare obedire oon debet, vt habetur in c. ſi quando de reſcript.

Iuſtitiarij neminem capiant, nec actum iuditiarium exerceant abſque conſilio Iudicis, quibus contrarium facientibus licet reſiſtere. h.d.Tapia.

REGINA IOANNA I. Cap. 280.

ITem quòd prædicti Iuſtitiarij, & Capitanei nullum audeant capere, neque capi mandent, ſeu faciant de perſona, niſi conſilio Iudicis, & aſſeſſoris ſibi per Curiam dati, neque etiam aliquem actum iudiciarium exercere attentent abſque conſilio Iudicis, & aſſeſſoris, & ſui in præſentia actorũ notarij ſibi per Curiam dati, prout ad vnumquẽque ipſorum ſpectat. Et vbi Iuſtitiarij, & Capitanei prædicti hæc non ſeruauerint, Iudices teneantur reſiſtere eiſdem, & ſi eis reſiſtentibus nihilominus Iuſtitiarij, & Capitanei contrafacient, ipſi Iudices teneãtur ſignificare T hæc dominæ Reginæ: & vltimò ad præſentiam eius perſonaliter ſe conferre.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HOc capitulum malè ſeruatur tam à Gubernatoribus Prouincialibus, quàm etiam, & multò minus ab iſtis Gubernatoribus terrarum, pro quibus in ſpecie factum fuit, deberet tamẽ ſeruari ſicuti etiam e toro Excellentiſs. Proreges, & Collaterale Conſilium, vt maiorem adhibere dignentur fidem Prouinciarum Auditoribus, & Iudicibus terrarum iuxta vltimam huius capituli partem.

Iuſtitiarii ad tormenta, & condemnationes abſque conſilio Iudicum non procedant h.d.Tapia.

REX CAROLVS I. Cap. 45.

ITem quòd in cognitionibus omnium cauſarum tam criminalium, quàm ciuilium ad condemnationes, & tormenta ſinè conſilio Iudicum datorum eis per Curiam non procedant, & ſi contra fecerint noſtro arbitrio puniantur.

ITem quòd in cognitionibus. Iſtud capit. declarat conſtit. Iuſtitiarij non per cap. & infra imponitur pœna contra Iuſtitiarium procedentem ad tormenta ſine conſilio Iudicis, in cap. ſi iuſtè quis, & in cap. in accuſat. §. fin. & dom. Andr. in conſtitut. Regni ſi damna. 4. colum. vbi pouitur pæoa quæ imponitur contra Iudicem tormentantem, quem non debet, quia tenetur pœna legis Iuliæ de vi publ. vt ibi per eum. Quæro, nunquid Iuſtitiarius, vel Capitaneus teneatur ſtare conſilio Iudicis ſui, & aſſeſſoris? & primò videtur ꝙ non, quia conſilium non eſt obligatorium, vt ff. mand. l. 2. in fi. contrarium videtur verum, vt hic innuit. & C. de legib. l. humanum. io §. Item alia ratione, quia aſſeſſores dantur officialibus, ſeu Iuſtitiarijs, vt eis conſilium dent: ideo dicuntur conſiliarij, vt C. de aſſeſſor. l. conſiliarios. Guido de Suza. dicebat, quod omnino habet ſtare conſilio aſſeſſoris. Inde eſt, quòd ſi malè facit iudicium, vel malè ferat ſeotentiam conſilio aſſeſſoris, plus puoitur aſſeſſor quàm Iuſtitiarius, vt ff. quod quiſque iur. l. hoc edicto. & ff. de adminiſtrat. tutor. l. me & Titium. §. 1. & 2. & l. quidam decedens. eod. titul. dom. Fran. de Scru. diſtinguit, aut iſte aſſeſſor à Principe fuit datus, aut ab alio. ſi à Principe, omnino debet eius Iuſtitiarius ſtare ſuo conſilio, de offic. præfec. prætor. l. 1. extra de offic. delega. cap. cum in iure peritus, ff. de appel. l. ſi expreſſim C. de pæn. iud. qui malè iud. auth. nouo iure. aut ab alio, & tunc approbatur opinio dicentium ſe credere non ſtare debere. Barth. de Cap..

ADDITIO. *Hoc cap. allegat, & ſequitur Luc. de Pen. in l. omnes, in penult. colum. ver in Regno autem &c. C. de decur. lib. 12. vide eum, quia pulchrè loquitur, & ibi etiam ponit formam qualiter pronuntiatur in Magna Curia Vicaria, vide ibi omnino.*

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HOc cap. eſt in viridi obſeruantia, & quod hic dicitur ad materiam torturæ per Io. Ant. de Nigris dicemus in cap. tormenta, & vide quæ circa id ſcripſit Carauit. Rit. 53. nume. 2.

Prohibentur expediri per Regiam Audientiam litera executoriales pro exequendis literis, vel per ſuam Excellentiam, vel alia Tribunalia expeditis. h. d. Tapia.

PRAGMATICA II.

De officio Iuſtitiarij.

CAROLVS &c.

PErche par coſa ſouerchia, che quelle perſone, che portano eſecutoriali noſtri, ò d'altri Tribunali maggiori di Napoli, ſiano tenuti pigliare eſecutorij da queſta Regia Audientia, sì per queſto, come per releuare li Regij ſudditi da ſpeſe ſouerchie, vi dicemo, & ordiniamo, che d'hora auãti debbiate far bando publico per tutte queſte Prouincie à voi decrete, che ogn'uno debbia, & poſſa quelle eſſequire, iuſta lor continentia, ſenz'altra eſſecutoria di queſta Audientia, che tale è noſtra volontá, & intentione, & non ſi faccia il contrario, per quanto s'hà cara la gratia di detta Maeſtà, & à pena di due millia ducati.

Datum in Caſtro nouo Neap. die 26. Menſis Auguſti 1533.

Don Pedro de Toledo.

V. Decolle Regens. V. Loffredus Regens.

V. Figueroa Regens. Berardinus Martiranus Secretarius. Dirigitur Audientiæ terræ Hydrunti, & terræ Bari, & in ſimili forma omnibus alijs Regijs Audientijs Prouinciarum Regni. In Cur. 2. fol. 114.

Iure ſigillorum nihil vltra exigatur quàm carolenus vnus, & memorialia non ſigillentur. h. d. Rouitus.

EX PRAGMATICA IIII.

De Officio Iuſtitiarij.

§. ITem ſub eadem pœna ſtatuimus, & mandamus, quod iura Sigilli Regij, quæ prout intelleximus, exiguntur per Gubernatores Prouinciarum, vel pro alio ordine, ſeu permiſſione eorum, non poſſint de cetero exigi, niſi prout exigebantur, & in caſibus quibus exigebantur tempore Regis Catholici immortalis memoriæ, & quod ſolutio pro quolibet ſigillo non poſſit excedere ſummam vnius caroleni argenti, etiam ſi eſſent ſuper prouiſione indultus, ſiue etiam remiſſionis alicuius pœnæ corporalis ad pœnam quadrupli, & quod memorialia quæ expediuntur in dictis audientijs non ſigillentur, ſed loco ſigilli ſignentur manu ſaltem vnius ex Auditoribus, vt ſignantur memorialia, quæ expediuntur in Conſilio Collaterali, manu Regentis Regiam Cancellariam, abſque aliqua ſolutione pro dicta firma.

Compoſitiones non fiant niſi moderatè, & non reſeruentur aliæ facienda. h. d. Rouitus.

§. ITem quod per Regias Audientias, & Capitaneos Regios, compoſitiones non poſſint fieri, niſi ſub certa, & moderata quantitate, ita vt non reſeruetur moderatio poſt modum facienda per Gubernatores, nec per eaſdem Regias Audientias, vel per Regios Capitaneos, nec aliqua remiſſio fieri, niſi de noſtro ſpeciali mandato in ſcriptis emanando.

Non exigatur pro excarceratione carceratorum niſi vt ſeruetur in Magna Curia. h. d. Rouitus.

§. ITem, quod pro excarceratione carceratorum nihil debeat ſolui palam, vel occultè, niſi prout ſoluebatur tempore Catholicæ Maieſtatis, & ſoluitur in Magna Curia Vicariæ, etiam quod dicti carcerati per plures dies, & menſes extiterint in carceribus, omni concuſſione ceſſante.

Officiales Regiæ Audientiæ equitando per Prouincias, nec equos, nec victum capiant, niſi ſoluto pretio. h. d. Tapia.

§. ITem quod prædicti officiales, tam morando, quàm equitando per Prouincias, non poſſint recipere expenſas victuum, nec poſſint capere beſtias, neque ad equitandum, vel portandum victualia, ſeu alia onera, niſi ſoluto competenti ſalario, & quod dictæ beſtiæ ſint ad dictum vſum deſtinatæ, & ſolitæ locari.

Non deſtinetur Commiſſarius pro examinandis teſtibus per Prouincias, niſi neceſſitate vrgēte & eo caſu ſit doctor. h. d. Rouit.

§. ITem quod quando per Regias Audientias in cauſis, quæ in eis vertuntur, mandabunt magiſtrum actorum, vel actuarium cauſæ ad examinandos teſtes partium, non debeant mittere alium commiſſarium cum dicto actorum magiſtro vel actuario, ne partes ſuper his grauentur expenſis, niſi videretur dictis Regijs Audientijs ex aliqua legitima, & iuſtiſſima cauſa, quod deberent deſtinare alium cum dicto examinatore, & in dicto caſu non poſſint mittere, niſi Doctorem, & tunc cum illa minori expenſa quæ fieri poterit.

Per hanc Pragmaticam alia non intelliguntur ſublata. h. d. Tapia.

§. ET quia per præſentem Pragmaticam non eſt intentionis noſtræ in aliquo Pragmaticas Retro Regum, nec Cæſareæ Maieſtatis tollere, ſeu corrigere, ſed obuiare fraudibus, & contrauentionibus factis dictis Regijs Pragmaticis, & adiungere maiores pœnas aduerſum contrafacientes ex varijs cauſis, & coloribus exquiſitis in illarum fraudem, quas mandamus inuiolabiliter exigi à contrafacientibus, & pro temporibus nobis beneuiſis, cum diligentia capi informationem ſuper obſeruatione dictarum Pragmaticarũ, qua informatione habita, & conſtito de inobſeruantia, & ruptura dictarum Regiarum Pragmaticarum, & præſentis noſtræ Pragmaticæ; prouidebitur de rigoroſa executione pœnæ, nullo habito reſpectu perſonarum; & vt nemini cauſetur ignorantia huiuſmodi noſtræ Pragmaticæ, eam publicari in locis ſolitis, & conſuetis vniuſcuiuſque Prouinciæ, mandamus, & quod affigantur in

Curijs,

Digitized by Google

Curijs, ſeu Tribunalibus vbi ius redditur, & Audientiæ celebrantur.

Datum in ciuitate Puteolorum, die 19. menſis Martij 1547.

Don Pedro de Toledo.

V. Decolle Regens, & Viceprotonotarius.

V. Loffredus Regens. V. Martialis Regens.

Dominus Vicerex Locumtenens generalis mandauit mihi Berardino Martirano. In Cur. 13. fol, 278.

Diſcrepantibus Auditoribus in voto certior reddatur Illuſtriſ. Prorex, vt prouideri poſſit. h. d. Tapia.

PRAGMATICA V.

De officio Iuſtitiarij.

CAROLVS V.

HAuemo inteſo che molte volte accade che li Magnifici Auditori di queſte Prouincie ſono di T contrario voto l'vno dall'altro in alcune cauſe criminali, & il Magnifico Gouernatore ſuol pigliare il voto di quel, che più l'aggrada, per lo che n'hà parſo farui la preſente, per la quale ve dicemo, & ordiniamo, che da quì ananti quando accaderà alcun caſo doue viene tortura, ò altri caſi di ſimile importanza, non debbiate procedere alla determinatione di quello naſcendoci detta diſcrepanza, ma debbiate auiſare, & dare particulare auiſo del caſo, perche vi ordinaremo quello s'haurà da eſſequire. Et coſi eſſequirete, che tale è noſtra volontà, & non altramente, per quanto hauete cara la gratia, & ſeruitio della Maeſtà Ceſarea.

Datum in Palatio prope Caſtrum nouum Neap. die 13. Octobris 1554.

P. Cardinalis Seguntinus.

V. Polo Regens. V. Fonſeca Regens.

V. Villanus Regens. Martiranus Secretarius.

In Curiarum 3. Dirigitur Gubernatori Principatus Citra.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 COntrario voto. Vt autem huic morbo ſuccurreretur additus fuit tertius Auditor in Regijs Audientijs præterquam in Regia Audientia Principatus vltra in qua deſideratur tertius Auditor, hodiè hæc Pragmatica ita ſeruatur mittitur enim in caſu paritatis votorum proceſſus ad Illuſtriſſimum Proregem, & in pagina diſtincta notatur votum vtriuſque Auditoris, illudque committitur alicui ex Iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ, vt videat cuius voto velit adhærere, quod refert Illuſtriſſimo Proregi, & in Collaterali Conſilio decernitur cuius opinio ſit probanda, & id reſcribitur Regiæ Audientæ quæ ſecundū ordinem datū prouidet: quomodo aūt in hac paritate votorum proceditur in Sac. Conſ. adeſt Pragmatica olim ſub tit. de cauſis decidendis nunc autem ſituata poſt 13. Pragmat. de offic. Sac. Conſ.

Quid autem in Regia Camera, diximus etiam ſup. tit. de officio Procur. Cæſar. & quod dixit Vincent. de Franch. deciſ. 252. & Ant. de Nigris in cap. Regni 44. quod incipit, item caueant &c.

Compoſitiones fiant in banca fiſco audito, nec pœna corporales commutentur. h. d. Tapia.

EX PRAGMATICA VI.

De officio Iuſtitiarij.

§. ITem quod Gubernator, & Auditores qui pro tempore fuerint in dictis Prouincijs in compoſitionibus quas faciunt aliquarum pœnarum ſeruare habeant tenorem Regiæ nouellæ Pragmaticæ, quòd pœnæ corporales nullatenus commutentur, & in cauſis, in quibus ipſi Regiæ Audientię permiſſum eſt compoſitiones facere, debeant in audientia, & bancha, cum præſentia, & interuentu dicti Aduocati Fiſcalis, & in præſentia Magiſtri Cameræ, & actuarij, & aliter factæ ſint ipſo iure, ipſoque facto nullæ & inualidæ.

Gubernator, & Auditores Prouinciarum prouentus ab alio, quàm à Magiſtro Cameræ non accipiant. h. d. Tapia.

§. ITem quod Gubernator, & Auditores in Prouincijs pro tempore exiſtentes, non poſſint neque valeant recipere aliquam quantitatem pecuniæ de Prouentibus, ſeu compoſitionibus factis, ſeu faciendis vllo quæſito colore, niſi à manibus, & poſſe Regij Magiſtri Cameræ in Prouincijs exiſtentis, & ſi Gubernator, ſeu Auditores, aut alij officiales tetigerint, vel acceperint de dictis pecunijs, vel non permiſerint illas peruenire ad manus Magiſtri Cameræ, prius teneatur Regiæ Curiæ reddere de ſuo, niſi infra dies octo reddiderint certiorem Illuſtr. & Reuer. Dominum Locumtenentem generalem.

Auditores pro nulla cauſa pecuniam non accipiant. hoc dicit Tapia.

§. ITem quod Auditores prædicti in Prouincijs Pro tempore exiſtentes, non poſſint petere, neque accipere pro quibuſcunque ſententijs, ſeu decretis per ipſos præſtandis, aut manus impoſitione, etiam in cauſis remiſſionum inquiſitorum aliquod ſalarium emolumentorum, lucrum, ſeu candelas, aut ſportulas, ſed contenti debeant eſſe

de ſalario eis à Regia Curia ſtabilito, curetque Aduocatus, & Procurator fiſci, quod propter emo lumenta prædicta ſublata, non retardentur expeditiones cauſarum, & ſi retardari viderint, teneantur Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Dominum Locumtenentem generalem reddere certiorem.

Cauſa expediantur in banca fiſco audito. b.d.Tapia.

§. ITem quod Gubernator, & Auditores pro tempore exiſtẽtes nullatenus expediant cauſas, lites, proceſſus, vel acta domi, ſed omnes cauſas expediant in tribunali, & bancha ipſius Regiæ Audientiæ, & in his, quæ tangunt Regium Fiſcum, quoquo modo audiant in omnibus Aduocatum, & Procuratorem Regij Fiſci, & omnes cauſas & omnia decreta, tam interlocutoria, quam diffinitiua, & omnes prouiſiones, in quibus aliquo quouis modo poteſt agi de intereſſe fiſci, expediantur cum interuentu, auditis Aduocato, & Procuratore prędictis. & ſi ſecus attentatum fuerit, omnia acta, decreta, & prouiſiones ſint ipſo iure, ipſoque facto nullæ, nulliuſque roboris, & momenti.

Hic §. eſt etiam poſitus ſub tit. de remiſſ. cauſ. Tapia.

QVali ordini preinſerti, & determinationi, volemo che ſe habbiano da eſſequire, & oſſeruare inuiolabilmente, & ſenza contradittione alcuna, ſotto la pena di priuatione d'officij, & d'altre à noſtro arbitrio reſeruate, & acciò che ſia noto à tutti, & che non ſi faccia aggrauio vltra debitum, le farete publicare nelle terre demaniali di queſte Prouincie, & in altri luoghi che meglio vi parerà, che d'hora auanti non poſſano allegare coſtume alcuno, quantunque antiquo, ilqual tenemo per abuſo per euitar la pena, & coſi eſſequirete, & farete eſſequire, & non altramente, per quanto s'hà cara la gratia della prefata Maeſtà, & ſotto la pena predetta.

Datum in Palatio propè Caſtrum nouum Neap. die vltimo menſis Ianuarij 1555.

P.Cardinalis Seguntinus.

V.Polo Regens. V.Fonſeca Regens.

V.Villanus Regens. Martiranus Secretarius.

In Curiarum 2. fol. 171. Dirigitur Gubernatori Principatus Citra.

Cauſa expediantur cum interuentu Regij Fiſci. b.d. Reuitus.

PRAGMATICA VII.

De officio Iuſtitiarij.

PHILIPPVS &c.

DA parte del Magnifico Giouan Cola Carauita, Auocato Fiſcale di queſſe Prouincie, ci è ſtato preſentato memoriale con alcuni capi, trà li quali è l'infraſcritto, videlicet.

Et perche manca di prouederſi all'andare che ſi ſuol fare vno de gli Auditori di Baſilicata, il quale dalle cauſe etiam capitaliſſime eſpediſce, & prouede vſque ad ſententiam incluſiuè, come à lui piace, inaudito, & in aſſentia di eſſo ſupplicante, però ſupplica V. E. ſia ſeruita ordinare che gli Auditori ſtiano gionti, & tutte le cauſe ſe votano giontamente, & con interuento di eſſo Supplicante, com'è ſtato altre volte ordinato.

Et viſto per noi quanto n'è ſtato per lo preinſerto memoriale eſpoſto, volendo debitè prouedere, n'hà parſo farue la preſente, per la qual ve dicemo, & ordiniamo che debbiate eſpedire li Proceſſi delle cauſe, con interuento del Regio Fiſco ſupplicante in queſſa Regia Audientia, & non in altra parte: Per tanto coſi l'eſſequirete: che tale è noſtra volontà, non fando lo contrario, ſe amate la gratia, & ſeruitio della prefata Maeſtà, la preſente reſti al preſentante.

Datum in Palatio propè Caſtrum nouum Neapoli die 19. Auguſti 1556.

Il Duca d'Alua.

V.Polo Regens. V.Villanus Regens.

Albertus pro Martirano Secretario. In Cur. 3. Dirigitur Gubernatori Principatus Citra.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

COncordat tex. in §. item, quod Gubernator, & Auditores pro tempore, ſupra proxima Pragmatica, & de hoc interuentu Fiſci diximus infra in tit. de iure Fiſci in Pragmatica 36. de offic. S.C.

Auditores reſideant in Regia Audientia, nec aliquis diſcedat, niſi vrgenti cauſa cum voto Gubernatoris, & reliquorum, nec alia tractet negotia, niſi pro quibus deſtinatur. b.d. Reuitus.

PRAGMATICA VIII.

De officio Iuſtitiarij.

PHILIPPVS &c.

INtendemo che molte volte per l'aſſentia delli Magnifici Auditori di queſſa Regia Audientia per andare per la Prouincia ſe intertengono le eſpeditioni delle cauſe delli poueri carcerati, & altre che verteno in queſſa predetta Audientia, & coſi anco per eſpedirſi cauſe per ciaſcuno di detti Auditori nelle lor caſe, ſogliono ſuccedere molti inconuenienti per non ci eſſer inteſo il Magnifico Auocato Fiſcale, e per non ci eſſer preſente l'altro Auditore giontamente con il Gouernatore, & altri officiali dell'Audientia: Alche volendo prouedere per quello conuiene al ſeruitio di Sua Maeſtà, & beneficio publico di detti carcerati, & altri che tengono cauſe nell'Audientia predetta, ci è parſo per la preſente ordinare, & comandare, che in modo alcuno da quì auanti neſſuno Auditore debbia partirſe dal luogo, doue la Regia Audientia fà reſidentia, ſenza commiſſione, & ordine noſtro in ſcriptis, ò vero quando occorreſſe alcuno caſo de importantia, perilquale biſognaſſe caualcarci vno Auditore, & ſerà concluſo nel Tribunale di detta audientia, in preſentia del detto Gouernatore, Auditori, & altri officiali di quella douerci andare alcuno de gli Auditori predetti, nel qual caſo diſpenſiamo. Però volemo, & coſi ordiniamo, & comandiamo che il tal Auditore non ſe in-

ſe intrometta in altra cauſa, che per quella che ſerà concluſo che debbia andare, & eſpedita, & determinata c'haurà la cauſa predetta, ſe nè debbia ritornare nel luogho della reſidentia di detta Audientia, e non eſpedire cauſa niſſuna fuora del Tribunale di quella, ma in eſſo determinarla, & eſpedirla, con interuento, voto, e parere dell'altro Auditore, in preſentia del Gouernatore, inteſo in tutto il predetto Aduocato Fiſcale. E coſi s'eſegua, non fando lo contrario per quanto s'ha cara la gratia, & ſeruitio della predetta Maeſtà.

Datum Neap. die ſexto menſis Iulij 1556.

Don Peraſan.
V. Pignonus Regens. V. Patignus Regens.
Lobera pro Secretario. In Cur. 1.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAec Pragm. malè ſeruatur, licet pluries idem fuerit iniunctum ab Illuſtriſs. Viceregibus, & ferè ab omnibus, deberet tamen ſeruari, cum multa oriantur mala, & inter Auditores diſcordiæ ex eius in obſeruantia.

Non obſtante impedimento Præſidis Auditores uniantur in Conſilio pro cauſis expediendis audito fiſco. b. d. Rouitus.

PRAGMATICA IX.

De officio Iuſtitiarij.

PHILIPPVS. &c.

SEmo informati, che molte volte eſſendoſi ritrouati impediti d'impedimento li Gouernatori che ſono ſtati in queſte Prouincie non ſono entrati nel Tribunale, & hanno ordinato che gli Auditori, & Aduocato Fiſcale ſe ne ritornino, & venghino poi ad altr'hora, dal che ſe n'è cauſato intertenimento delle cauſe à poueri carcerati, al che volendo prouedere per quello conuiene alla buona, & preſta eſpeditione di giuſtitia, ve dicemo, & ordiniamo, che li preſenti, & futuri Gouernatori, per alcuno impedimento non poteſſero venire ò vſcire nel luogo doue ſi regge il Tribunale della Regia Audientia, non per queſto ſi debbia laſciare di giontarnoſi li Magnifici Auditori nel detto Tribunale nell'hora ſolita, & ordinaria reggere Audientia, ma tutti li dì di negotij ſi debbiano giontare nel luogo ſolito reggerſi il Tribunale all'hora ſolita, & debita, & non obſtante che il Gouernatore ſe ritrouaſſe impedito, & inteſo il Regio Fiſco, attendano alla eſpeditione delle cauſe di carcerati, & altre coſe occorrenti in quella di giuſtitia, atteſo con queſta ordiniamo à detti Gouernatori non debbiano impedire detti Auditori nelle cauſe ſopradette.

Literæ quæ diriguntur Gubernatori, & Auditoribus inſtitiam continentes communicentur cum Regijs Auditoribus, non quæ ſoli Gubernatori. b. d. Tapia.

§. PRæterea intendemo che le lettere, che per noi s'eſpediſcono per negotij di Giuſtitia à queſta Regia Audientia, perche ſe inuiano, & conſegueno in potere del Magnifico Gouernatore, per quello ſono ſtate aperte, & lette, ſenza dar notitia del negotio che ſi tratta, e ſcriue alli Regij Auditori, & ſe le hà tenute in poter ſuo. Et volendo anco noi prouedere (come ſiamo tenuti) alle coſe predette, per la preſente ordiniamo, & comandiamo al Gouernatore preſente, & ſucceſſiuè futuro, che tutte le prouiſioni, & ordini, che da noi li ſaranno inniati, che trattaranno coſe di giuſtitia, & ſi drizzaranno alla Regia Audientia, ne debbiano dare incontinente notitia alli Magnifici Auditori Prouinciali, à talche n'habbiano notitia, & con interuento, voto, & parere loro, habbiano da prouedere, & determinare quanto in dette lettere noſtre ſe ordina; Verum quando ſe gli mandaranno lettere, & ordini ſolo dirette al Gouernatore, il detto Magnifico Gouernatore l'habbia à communicare, ò non communicare, con gli Auditori, come à lui parerà conuenire: E ſe per caſo il Gouernatore predetto foſſe abſente dall'Audientia, volemo, & coſi è noſtra volontà, & ordiniamo che tutti gli ordini, che da noi ſaranno inuiati diretti alla Regia Audientia tantùm, le poſſano detti Auditori aprire, & prouedere à quanto ſe ſcriuerà, & queſto à talche ſi faccia con ogni breuità il ſeruitio Regio, & la Giuſtitia, ma ſe foſſero diretti ſolo al Gouernatore, non debbiano aprire, ma mandarli al detto Magnifico Gouernatore doue ſi trouerà, incontinenti che gli receueranno.

Datum Neapoli die 24. Iulij 1564.

Don Peraſan.
V. Villanus Regens. V. Reuerterius Regens.
V. Patignus Regens. Soto Secretarius.
In Cur. primo. Dirigitur Gubernatori Principatus Citra.

Regia Audientia Principatus d. intur præeminentia Curiæ pro puniendis exulibus. b. d. Rouitus.

PRAGMATICA XLI.

De officio Magiſtri Iuſtitiarij.

PHILIPPVS &c.

MAgnifico Gouernatore, à talche poſſiate attendere alla buona, & preſta eſpeditione della Giuſtitia in queſta Regia Audientia, & non ſi venga à dilatare, ſi come per la preſente ci contentiamo di concederui la preeminentia della grã Corte della Vicaria, per termine di vn'anno, decorrendo dal dì della data della preſente, la quale volemo poſſiate vſare in proceſſu informatiuo contra diſrobatori di ſtrade publiche, aſſaſſini, & altri famoſi delinquenti, con voto & parere di queſti Magnifici Auditori: Per tanto coſi lo potrete eſſequire, che tale è noſtra volontà, ordinandoui, & comandandoui, per la preſente, che à tempo che ſtaranno per complire li detti dodici meſi, ce ne debbiate tenere auiſati, à talche ve li poſſiamo prorogare, quelli elaſsi non hauendo detta prorogatione, non vſarete di detta preeminentia, ſenza licentia noſtra in ſcriptis obtenta. Non

facendoſi lo contrario, per quanto hauete cara la gratia, & ſeruitio della predetta Maeſtà.

Datum Neapoli die 14. Septembris 1569.

Don Peraſan.

V. Villanus Regens. V. Reuerterius Regens.

V. Bermudez Regens. Lobera pro Secretario.

In Cur. 13. Dirigitur Gubernatori Principatus Citra, & Baſilicatæ.

EX PRAGMATICA IIII.

De empt. & vendit.

§. QVanto al ſecondo capo, che dite ſaria neceſſario à farſe vn archiuo, per la conſeruatione delle ſcritture, nè marauigliamo che non ci ſia, atteſo altre volte è ſtato per noi ordinato che ſi faceſſe, però vi dicemo che poi che non è ſtato fatto, debbiate voi incontinenti farlo fare, fandoui conſeruare tutte le ſcritture, & proceſſi di queſta Regia Audientia, & di come l'hauerete eſequito, ne tenereti auiſati.

Regia Audientia transmittant ſingulis ſex menſibus liſtam contumacium ad inuicem, & ſingulis quatuor menſibus ad Magnam Curiam Vicariæ. hic A. Tapia.

§. CIrca il terzo vi riſpondemo, che già hauemo dato ordine à tutte l'altre Audientie delle Prouincie del Regno, che incontinenti, che riceueranno detto noſtro ordine, debbiano inuiare liſta di tutti li contumaci in ciaſcheduna d'eſſe ſeranno, l'vna all'altra, & da ſei in ſei meſi continuarlo: Per tanto voi ancora mandarete le dette liſte al riceuere di queſta ad ogni Regia Audientia, & alla Vicaria ogni quattro meſi, come vi ſtà ordinato, perche gli altri Gouernatori Prouinciali faranno il medeſimo à voi, & ſimilmente la gran Corte della Vicaria manderà da ſei in ſei meſi la liſta di tutti ſuoi contumaci, & quelli contumaci che veneranno notati in detta liſta, & hauerete notitia che ſiano alcuni d'eſſi in queſte à voi decrete Prouincie, vſarete ogni diligentia d'hauerli nelle mani, & hauendo fatto alcuno delitto in queſte Prouincie, procedererе contra di loro à quanto ſarà di giuſtitia, con voto, & parere di queſti Regij Auditori, per quello c'haueranno commeſſo in eſſe: Et non venendo ad eſſere di giuſtitia condennati à pena di morte, per quello che hauranno delinquito in voſtra giuriſdittione, & li reſtaſſe luoco d'altra pena ò liberatione li detenerete carcerati, ſotto buona è cauta cuſtodia, & incontinente ne donarete auiſo, à talche vi poſſiamo ordinare quello c'hauerete da ſeguire, & non liberarete carcerato niſſuno in quella Regia Audientia, ſenza prima riconoſcere dette liſte di contumacie dell'altre Audientie, & trouandolo annotato in quelle, lo arreſtarete, & ſimilmente ce ne donarete auiſo. Dat. Neap. die 10. Iulij 1564.

Don Peraſan.

V. Villanus Regens. V. Reuerterius Regens.

V. Patignus Regens. Soto Secretarius.

In Curiar. primo, fol. 63. Dirigitur Gubernator Principatus Citra.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAec Pragmatica eſt ad inſtar cap. Regni quod incipit ſubiunge odo, & eſt 143. per quod iniungitur officialibus quod denuntient Regi omnia delicta in quibus venit imponenda pœna mortis naturalis, vel ciuilis aut membri abſciſſionis.

EX PRAGMATICA IIII.

De Commiſſar. non deſtin.

§. MAndamus inſuper vt prædicti Auditores in Audientia cum Gubernatore Prouinciæ aſſiſtant, ibique continuè morentur, iuſtitiæ complementum vnicuique miniſtrando, nec ſeparatim Prouinciam diſcurrat, vt hactenus in perniciem populorum, & malam iuſtitiæ adminiſtrationem concernentibus, aliud Gubernatori, & toti Audientiæ viſum fuerit.

IMPERATOR FEDERICVS.

IVſtitiarios regionũ T certis, & deſignatis Aduocatis in Curia ſua volumus eſſe contentos; ſed omnibus, qui in iuriſdictione ſua aduocationis officium à Curia noſtra receperint, coram ſe poſtulare permittatur.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

I*Vſtitiarios regionum*. Plana eſt, quòd omnes qui officium habent aduocationis à Curia, poſtulare coram Iuſtit. ſi ſunt de iuriſdictione ſua, nec debet eos repellere, niſi eſſet cauſa. ff. de pœn. l. moris, & C. de poſtu. l. 1. & l. ſi quiſquis. quis debent quidem examinari in Curia Principis, quando conceditur eis officium, & habere literas conceſſionis officij, aliàs puniuntur in vna libra auri, infra de offic. aduocat. l. 1. & 2.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 HAec conſtitutio ſe ipſam ſummat, hodiè tamen non ſeruatur cum vnicuique liceat aduocationis munere fungi, vt latius de hac re dicemus in titulo de officio aduocatorum.

DE

DE OFFICIO ACTVARIORVM PROVINCIALIVM. Rubr. 26.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

AD huius Rubricæ declarationem, dic † actuarios illos dici, qui acta conſcribunt, ſic etiam deputatos ad ſpetes annonarias militibus erogandas, per Lucam de Penna in l. actuarij. C. de erogat. milit. annonæ lib. 12. Itē aduerte quod huiuſmodi actuarij Prouinciales non ſolum debent actitare acta ordinaria cauſarum Regiarū Audientiarū; ſed etiam quæ Auditoribus committuntur, vel per Sac. Conſ. vel Regiam Cameram, aut per alia Tribunalia, vt dicit Ioan. Vincent. Anna ſing. 4. in actuarijs Capitaneorum.

Probibentur ſecretarij, & actuarij Prouinciali vltra taſſam hic deſignatam aliquid accipere. h d. Tapia.

EX PRAGMATICA IIII.

§. ITem quod Secretarij, T & magiſtri actorum non audeant petere, nec T accipere à partibus pro ſcripturis, & prouiſionibus, vltra illud quod ſoluebatur, & exigebatur tempore Regis Catholici, ſub pœna priuationis officiorum, & reſtitutionis in quadruplum quocunque ſublato abuſu.

CAROL. TAP. REG. CONS. ANNOT.

T SEcretarij. Intelligitur de ſecretarijs Prouincialibus, in 1 vnaquaque enim Prouincia adſunt ſecretarius, & actuarius, ad † ſecretarium pertinet memorialia legere, & decretationes ſcribere, cauſaſq; actitare, ac prouiſiones expedire, negotiorum ad bellum pertinentium, & Prouinciæ regimen, ad 2 †, actuarios verò pertinent, quæ ſpectant ad cauſas ordinarias, ſuper quo ſemper oriri ſolent aliquæ differentiæ.

Secretarius ſedet in ſcanno in pede tabulæ qū regitur Tribunal Regiæ Audiētiæ, & interuenit in votādis cauſis in aliquib. Prouincijs, in aliquibus autem non, prout ego vidi in Regia Audiētia Principatus Citrā, ac etiam in Prouincia Principatus Vltra; licet antequam ego diſcederem à Prouincia Principatus Vltra fuerit introductum, quod aſſiſteret etiam tempore quo votantur cauſæ, ſecretarius illius Prouinciæ Nicolaus Mogauerius tum quia in eius priuilegio aderat clauſula, quod gaudeat omnibus prærogatiuis, quibus gaudet ſecretarius Calabriæ, & ſecretarius Capitanatæ qui per fides plurium conſtabat, huiuſmodi prærogatiua gaudere, tum etiam propter eius probitatem, & diligentiam.

T Accipere. Cum hac lege concordat lex 2.3.4.5.6.7. & 9. tit. 6. lib. 2. ordinat.

Dantur inſtructiones actuarijs. h. d. Tapia.

PRAGMATICA VI.

De officio Iuſtitiarij.

PHILIPPVS &c.

PRo bona adminiſtratione iuſtitiæ, & beneficio ſubditorum Regiæ Maieſtatis inſtante Aduocatō Fiſcali ipſarum Prouinciarum, cum deliberatione Sacri Regij Collateralis penes nos aſſiſtentis Conſilij, ordinauimus, & fieri mandauimus quædam Capitula tenoris ſequentis, videlicet.

T In primis magiſter actorum principalis, qui alios ſubſtitutos in dicto officio annuatim eligit, & eligere debet apud dictam Regiam Audientiam diligenter curet eligere pro dicto officio miniſtrando Notarios fide dignos, capaces, & expertos, cū notitia, & voluntate Gubernatoris, & Auditorum, & Aduocati Fiſci, & ſi contrarium fecerint, Gubernator, Auditores, & Aduocatus Fiſci pro tempore exiſtentes in prouincijs, poſſint, & debeant ſubſtitutos ipſos ab dicti officij adminiſtratione delere, & priuare, & alios idoneos eligere.

Item quod magiſter actorum qui pro tempore deputatus fuerit, & extiterit apud dictam Audiētiam, teneatur facere quinternum generalem de omnibus querelis, & accuſationibus criminalibus, annotando in margine, ſi eſt capta informatio.

Item librum ſeu quinternum de obligationibus pœnarum, & aliarum rerum ad Fiſcum, & eandem audientiam ſpectantibus.

Item librum per alphabetum omnium inquiſitorum in ipſa audientia in præteritum, & ſequatur in futurum, vt quando opus erit perquiſitionem fieri alicuius inquiſiti ſeu carcerati, poſſit facile inueniri ſi aliter fuit inquiſitus in ipſa audientia.

Item librum omnium contumacium criminalium, & aliorum ciuilium.

Item librum carceratorum cum annotatione diei, & cauſæ carceris, & liberationis, & omnium actorum ſubſtantialium iudicij, qui vulgo dicitur trullium.

Item librum omnium prouentuum qui fieri contigerit in dicta audientia.

Item quod ad omnem requiſitionem Aduocati Fiſci, magiſter actorum ipſe facere teneatur iuridicum notamentum omnium proceſſuum, & informationum, & ſignanter ſpectantium ad Fiſcum, & de illo dare copiam dicto Fiſco Aduocato, & deinde ſingulis hebdomadis illud curet.

Item quod adueniente tempore permutationis magiſtrorum actorum, teneatur incontinenti per inuentarium conſignare omnes libros, proceſſus, faſcicula, & acta quæcumque in eius manus peruenta, durante ſua adminiſtratione, tam ſpectantibus partibus priuatis, quam Fiſco, magiſtro actorum ſucceſſori, cum interuentu Aduocati Fiſci, & Magiſtri Cameræ, ita tamen, quod ſi ambo

bo reſident in Prouincijs, ambo interueniant, alias deſit vnus.

Item quando fit aliqua compoſitio aliquorum delictorum, magiſter actorum ipſe in fine proceſſus cuiuſcumque annotare, & annotamentum facere habeat iuridicum, & fidele de compoſitione facta cum diſtinctione qualitatis, & quantitatis præteritarum compoſitionum, quæ quantitas ſoluatur in poſſe Magiſtri Cameræ.

Item quod non recipiant petitiones in cauſis criminalibus, quæ ſapiunt defenſiones inquiſitorum ab alijs quàm à principalibus, quando principales tenentur perſonaliter comparere.

Item quod actuarij aduertant, quod cauſæ quæ remittuntur cum dominatione, & infra terminum comminationis non fuerint expeditæ, & ipſi audientiæ facta fides de expeditione magiſtri actorum teneatur dare notitiam fiſci Patrono, & Procuratori, & citentur partes ad producendos in ipſa Regia Audientia.

Item quod actuarij teneantur dare notitiam Aduocato, & Procuratori fiſci de omnibus carceratis, & informationibus contra eos, & quando dantur defenſiones, & præſentantur executiones, nullatenus debeant recipere teſtes, niſi percunctatis executionibus per Aduocatum fiſci, & teſtes recipiendi cum intereſt recipiantur in articulis ſignatis in præſentia Commiſſarij, & Aduocati fiſci, & facta publicatione in cauſa, minimè portare habeant ad expediendum proceſſum Auditori, & cauſæ Commiſſario, niſi illo percunctato per dictum fiſci Aduocatum, & Procuratorem.

Item quod incontinenti, quod fuerit præſentatum aliquod inſtrumentum iuxta formam Ritus, teneatur actuarius dare notitiam præſentationis dictis Aduocato, & Procuratori, pro intereſſe Regij fiſci.

Item quod teneantur actuarij, & eorum ſcribæ ſtatim ligare omnes proceſſus, & informationes, illos, illaſque numerare, & regiſtrare, & in capite cuiuſlibet folij, ſiue paginæ, numerum ſcribere pro intereſſe partium, & fiſci.

Item quod per actuarios in actis intermedijs, & præſentationibus ſcripturarum; nullatenus fiat prouiſio, ſi partes, ſiuè eorum Procuratores fuerint præſentes, ſed præſentata comparitione, ſeu ſcriptura, ſiuè alia prouiſione, & ſigillo, & ſolutione detur partibus ad intimari faciendum, prout extitit laudabiliter obſeruatum in Magna Curia, & ſeruetur in cæteris Tribunalibus Neap.

Item quod actuarij nullatenus ante publicationem dare habeant copiam repertorum inquiſitis, niſi datis teſtibus fiſci pro repetitis, & legitimè examinatis, concurrente voluntate dicti Regij fiſci, & aliter non prouideant Gubernator, & Auditores Prouinciarum.

Item quod actuarij curent cum omnium diligentia, quod præſentata aliqua petitione ſiue ſcriptura, quæ poteſt aliquo modo tangere intereſſe fiſci, ſtatim notificet Aduocato fiſci, & Procuratori.

Item quod actuarij, & Magiſtri Cameræ tenean

tur,

tur, & quilibet eorũ teneatur pro ſe mittere quolibet ſemeſtri tempore ad Regiam Cameram Sũmariæ tranſlatum authenticum omnium ſupradictarum compoſitionũ prouentuum, & condemnationum pecuniarum.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

Imprimis magiſter actorum principalis. Hic loquitur de iſtis; quibus eſt conceſſum officium actuariæ, quod ſolet concedi patritijs, & nobilibus, qui illud exercent per ſuos ſubſtitutos, vt hic dicitur.

Actuarij Prouinciales ſint diligentes in expeditione citationum ad forbandiendum, & foriudicandum. h. d. Rigorus.

PRAGMATICA IIII.

De citation.

PHILIPPVS &c.

A Noſtra notitia è peruenuto, che per queſſa Regia Audientia s'inuiano gli Nuncij per la Prouincia à citare gli delinquenti, e come che tardano à venire le contumacie, non ſi ponno accuſare al tempo debito, ma s'accuſano quando vengono, e poi quando è il tempo della forgiudicatione, s'oppone per la parte de nullitate, per nõ eſſer accuſate le contumacie in tempore. Alche eſſendoſi prouiſto per la gran Corte della Vicaria, ſi come vederete per l'allegato ordine, del quale ve s'inuia copia ſegnalata, e dall'infraſcritto magnifico, e circonſpetto Regio Secretario: Vi dicemo, & ordiniamo, che in queſſa Regia Audientia debbiate oſſeruare, & eſſequire il medeſimo ordine, iuſta ſuà continentia, e tenore, che per complire così che per li Maſtrodatti di queſſa predetta Regia Audientia non s'vſa niſſuna diligentia nel ſpedire li forbandi contra li contumaci, ne tampoco elaſſo l'anno nel citare ad foriudicandum, & tutto procede, che quelli eſſercitano dette Maſtradattie, ſtanno ad tempus in audientia, e quando ſi tratta poi la foriudicatione, ſi trouano vſciti dalle Maſtredattio, e lo proceſſo defettiuo: Al che volendo prouedere per quello conuiene alla detta buona amminiſtratione della giuſtitia, per la preſente ordiniamo, e comandiamo ſotto pena d'onze cinquanta alli detti Maſtridatti preſenti, & che pro tempore ſaranno in queſſa Regia Audientia, che alli tempi debiti debbiano eſpedire contra gl'inquiſiti, & contumaci in queſſa Regia Audientia predetta li fuorbandi, & le citationi ad foriudicandum, & in caſo che contraueneſſero, irremiſſibiliter procederete contra di loro all'eſattione della pena predetta. Per tanto così l'eſequirete, che tale è noſtra volontà.

Datum Neap. die 24. Iannarij 1564.

Don Peraſan.

V. Villanus Regens. V. Reuerterius Regens.
V. Patignus Regens. Soto Secretarius. In Curiæ pri. fol. 55.

DE CAPITANEIS CAMPANEÆ, ET QVOD PERSONALITER ſeruiant. Rubr. xxvij.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Svnt autem hi Capitanei Campaneæ præfecti militum ad perſequendos latrones, alioſque malefactores extra oppida, & Ciuitates delinquentes deſtinati: Hoc officium erectum fuit populis petentibus, vt liberarent ſe à pœna conſtitutionis ſi damna clandeſtina. cum enim vniuerſitates tenerentur pœna illius legis, introductum fuit hoc officium tempore Illuſtriſſimi D. † Petri de Toleto hujus Regni Proregis, pride Kal. Auguſti anni 1550. in Prouincijs Capitanatæ, Comitatus Moliſij, Principatus Vltra, ac Principatus Citra, & Baſilicatæ: quod poſtea fuit à cæteris Prouincijs acceptum, vt diximus in Rubr. de conſtitut. princip. cap. 4. nu. 79. & hi etiam barricelli vocantur, & quamuis (vt diximus) tempore D. Petri de Toleto fuerint inſtituti; attamen ex cap. quod ſequitur, deduci poteſt, quod etiam antiquitus aderant hi barricelli, licèt in alia forma.

Milites cum Iuſtitiarijs ambulantes per Prouincias homines non capiant abſque Iuſtitiarij mãdato, nec aliquid niſi forma, hic tradita, recipiant ab vniuerſitatibus h. d. Tapia.

REX CAROLVS I. Cap. 48.

ITem ſtipendiarij cum Iuſtitiarijs commorantes, vel alij familiares eorum ſine mandato Iuſtitiarij T ſpeciali occaſione delationis armorum, vel quacumque alia nullos recipiant T de perſonis; Nec alicui aliquam iniuriam inferant, res nullas ab eis auferant, Nec etiam paleam, fœnum, vel ligna in locis inhabitationis recondita, nec animalia, nec lectos accipiant; nec domos ſingularium perſonarum eis inuitis ad aliquid ſibi inferendum ingrediantur, ſed contenti hoſpitijs ſibi per locorum Baiulos, ſeu magiſtros iuratos aſſignandis lectis, per eorum manus recipiant: qui Baiuli ſint ſoliciti, circa celerem aſſignationem hoſpitiorum, & locorum, & etiam diſſenſu ipſorum ſine pretio, & difficultate reſtituant hoſpitibus eorum: nullas extorſiones, vel oppreſſiones inferant, victualia, & neceſſaria omnia tã pro perſonis, quàm equis eorum emant pretio prius per eos ſoluto: quo communi pretio in terra vbi hoſpitantur, communiter diſtrahantur, prout melius poſſunt ſine communicatione, & coercione cum venditoribus conuenire.

Et ſi contra fecerint per captionem perſonarum in iniurijs illatis in perſonis, priuẽtur equis, & armis. Pro victualibus verò per violentiam cum comminatione, & coercione ablatis, amittant qualibet vice vnciam auri vnam. Idem etiam ſtatuitur de alijs ſtipendiarijs, & familiaribus, quantum ad extorſiones victualium; quæ pœna per noſtram Curiam exigatur.

Item ſtipendiarij cum Iuſtit. Facit l. fin. C. de exhiben. & introd. reis. c. ad audientiam noſtram. ſupra.

Ibi, *Sine pretio*. Infra in cap. Regis Roberti, quod incipit, præcipimus. dicitur quòd quis vſque ad menſem debet gratis dare hoſpitium, vt poſt menſem ſoluatur ſalarium domino hoſpitiorum. Nota quòd baiuli, & magiſtri Iuſtitiarij debent dare lectos, & hoſpitia Iuſtitiarijs, pro hoc vide capitulum, pro quolibet lecto, infra de ſol. lect. & eſt Caroli, &c. Petrus Piccol.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T *Sine mandato Iuſtitiarij*. Concordat l. 18. tit. 13. lib. 2. ordinat. hnc tamen hodiè non ſeruatur, nam tum occaſione armorum, tum etiam cuiuſcunque contrauentionis capiũt tranſgreſſores, ſicuti etiam altercantes inflagranti repertos, non tamen poſſunt captos dimittere.

T *Præcipiant*. Cum hoc cap. concordat, & clarius loquitur Pragm. 2. de Commiſſarijs deſtin. quam inibi ſituauimus, vt etiam in eo. tit de hac re notitia habeatur. Hoc capitulum ſeruatum fuit vſque ad tempora Illuſtriſſimi nobilitate, & probitate viri D. Ferdinandi de Caſtro Lemenſium Comitis, quo fuit edita Regia Pragmatica per quam huiuſmodi militibus Campaneæ ſalarium fuit auctum, cui fuit ſæpe ſæpius etiã diſpenſatum, practicari enim non poteſt, vt milites tum latronum perſecutionij tum etiam alijs Regijs ſeruitijs deputati Prouincias circumeuntes (qui aliquando tertia, vel quarta noctis hora in aliquem adueniunt locum laſſi, & madefacti) domos, atque hoſpitia omni penitus humano ſubſidio deſtituta inhabitent, cibumque, atque potum perquirere teneantur, quod in multis etiam, ne dicam ferè in omnibus Regni oppidis maxima cum difficultate inueniri poteſt; ideoque huius capituli diſpoſitio practicabilis eſt, nec populis oneroſa, cum huiuſmodi milites Prouinciales iuſta id, quod ego ſum expertus, dum pluribus annis plures Prouintias circuiui hoſpitio, cubili, ac cibo contenti neminem ſoleant concutere, immò (vt audio) occaſione harum domorum, aliqui Gubernatores, Prouinciales, Commiſſarios mittunt ad pœnas ab vniuerſitatibus pauperibus exigendas, quod multo magis damnoſum eſt, quàm id, quod per prius fiebat, ad quod paulatim res reducitur aucto ſalario firmo remanente, cuius rei ea eſt ratio, quam diximus, & quia per vnam, vel duas noctes commorantes non poſſunt victui neceſſaria quærere, immò huius occaſione à ſeruitijs Curiæ diſtrahuntur, vel ad ea exhibenda remiſſius, ac tardius accedunt.

Taſſatur pretium paleæ, & aliarum rerum, quæ pro ſeruitio militum ab vniuerſitatibus dantur. b. d. Tapia.

REX CAROLVS II. Cap. 169.

DE palea ſoluenda per ſtipendiarios, officiales quoſcunque ſequentes Curiam, ſoluantur in terra Laboris in æſtate pro qualibet ſalma, grana tria. In hyeme, grana ſex. In Apulia, medietas prædictorum, & hoc ſiue palea ſit recluſa, ſiue non, dummodo ſit extra terram, & ſuburbia, ad quam portatur. Si contra fiet, fuſtigetur famulus, & patronus ſciens ſoluat duplum preeij paleæ. Sed ſi habentes paleas non permiſerint illas auferri pro prædicto pretio, licitum ſit ſomerarijs auferre paleas pretio oblato, & ſi non ſtet per eos quo minus ſoluatur, excipimus paleam milij, quã nolumus aliquatenus auferri neceſſariam propter boues ad agriculturam. Item pro ſtallagio equi die, ac nocte ſoluatur granum vnum.

Summatum eſt cum cap. antecedenti. b. d. Tapia.

REX CAROLVS II. Cap. 170.

PRo qnolibet lecto integro aſſignando per magiſtros Iuratos, & Baiulos, ſicut dicit conſtitutio Domini patris noſtri ſolnatur granum vnũ. Lectus integer intelligatur materatium, vel ſacconus, vel culcitra, quod, qui, vel quæ habeat linteamina, & eulcitram. Si vero non ſit integer lectus, pro qualibet parte lecti ſolnatur granum medium pro qualibet nocte.

Baricelli non liberent captos ſub fideiuſſione, nec aliquid recipiant. b. d. Tapia.

EX PRAGMATICA XXXIX.

De Officio Magiſtri Iuſtitiarij.

LOs Capitanes de Campaña de las Prouinçias deſſe nueſtro Reyno han introduzido ſegun entendemos de ſoltar à los delinqueñtes, que prẽden de baxo de plegeria, y de tomar las armas que hallan en las caſas donde van à prender, y enhazerſe dar en algunas tierras las eſpeſas paraſi, y ſn gente ſin pagar coſa alguna, y paraque no pueda coſtar lo dicho ſe hazẽ dar poliças de eomo lo hã pagado, y porque deſte deſorden podrian reſultar diuerſas extorſiones, prohibimos y mandamos que de aqui adelante no embargante la enſtumbre no puedan hazer ninguna delas coſas ſuſodiehas, ni recebir de las dichas tierras coſa alguna aunque ſe lo den graçioſamente.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAec Pragmatica ſeruatur, aliquando tamen ab eius obſeruantia receditur ſecundũ caſuum contingentiam, & perſonæ qualitatem.

Bart-

Baricelli arma à domibus non recipiant, nec aliquid ab vniuerſitatibus, b. d. cum § ſeq. Tapia.

PRAGMATICA XL.

De officio Magiſtri Iuſtitiarij.

PHILIPPVS &c.

TRa gli altri capi, che per Sna Maeſtà ci ſono ſtati ſcritti in vna ſua lettera, della data di Madrid, al primo di Maggio, vi è il ſeguente, videlicet.

Los Capitanes de Campaña de las Prouinçias deſſe nueſtro Reyno han introduzido ſegun entendemos de ſoltar à los delinquẽtes, que prenden debaxo de plegeria y de tomar las armas que hallan en las caſas dondeuan à prender, y enhazerſe dar en algunas tierras las eſpeſas por ſi, y ſu gente ſin pagar coſa alguna, y para que no pueda coſtar lo dicho ſe hazen dar poliças de como lo han pagado, y por que deſte deſorden podrian reſultar diuerſas eſtorſiones, prohibimos y mandamos que de aqui adelante no embargante la coſtumbre no puedan hazer ninguna de las coſas ſuſodichas, ni recebir delas dichas tierras coſa alguna, aunque ſe lo den graçioſamente.

Y por que aprouecha poeo, y es de ningun momento el cuidado particular que los Reyes nueſtros predeceſſores como tan vigilantes en lo que encumbia à ſu eargo, hã pueſto en hazer tan ſanctas, y buenas leyes, Pragmaticas, inſtruççiones, y ordenanças como ſon las deſſe Reyno, y el que nos por nueſtra parte hauemos tenido ſi aquellas no ſelleuan à deuida execuçion, os encargamos mucho, que eonforme al çelo, y amor, como os haueis deſuelado en eſta parte, y en todo lo demas que à vueſtro cargo toceare tẽgais particular cuidado de la obſeruãçia dello, y proueays, y deis ordẽ que todo lo arriba cõtenido, y lo de mas que por las dichas leyes, Pragmaticas, inſtruççiones, y ordenãças que aſta aqui ſe han heeho eſtà ordenado, y prouejdo con tanto cumplimento reſpettiuamente en cada Tribunal, y officio ſe guarden, exequten, y cumplan inuiolabilmente como coſa, que de aqui depende la quietud, y buen gouierno del Reyno, adminiſtraçion de la juſtiçia, y conſeruaçion de nueſtro patrimonio, y el deſeargo de nueſtra coneiençia, y la vueſtra.

Et volendo noi eſſeguir gli ordini, & mandati della prefata Maeſtà, come ſemo tenuti, ve dicemo, & ordiniamo, che inſpetta per voi la forma, continentia, & tenore del ſopradetto preinſerto capitolo, debbiate oſſernare, & eſſequire quanto in eſſo viene ordinato, & comandato, ſenza diminutione alcuna, fandoui relatione di come per lo paſſato l'hauete oſſeruato, & come per l'auenire, l'oſſeruarete, non fandoſi il contrario, per qnanto ſi hà caro la gratia di ſua Maeſtà.

Datnm Neapoli die 5. Menſis Iulij 1566.

Don Peraſan.

V. Pignonus Regens. V. Patignus Regens.

Lobera pro Secretario. In Curiar, viſitationis primo. Dirigitur Magnæ Curiæ.

EX

EX PRAGMATICA VI.

De officio Iuſtitiarij.

§. ITem quod Baricellus teneatur cum omnibus eius ſocijs deficiente nemine, diù, noctùque deſeruire circa perſecutionem foraſcitorum, & adſiſtere ſeruitijs ipſius Regiæ Audientiæ: Ita quod cum diſcurrere contigerit per Terras, & loca Prouinciarum cum diligentia per nemora, & loca habitata perquirant, neminem grauando, ſuiſque ſtipendijs militando, nihil à populis accipiendo, etiam ſpontè dantibus, ſed contenti ſint ſalario eis à Regia Curia ſtabilito.

EX PRAGMATICA III.

Sub tit. de compoſitionib.

§. ITem ſupplica l'Eccentia voſtra ſia ſeruita ordinare, che la Pragmatica, che non ſi cnmuti pena corporale in pecuniaria, s'oſſerui, etiam per viam tranſactionis, percbe altramente ogni cauſa ſi commuta, ſotto colore che lo delitto non coſta apertamente.

EX PRAGMATICA VI.

De officio Iuſtitiarij.

§. ITem quia audiuimus fuiſſe aliquando extortos carolenos decem pro quolibet carcerato capto per Baricellum, ſeu eius ſocios, quod quidem ſi verum eſt, eſt iniuſtum, & punibile, & nè relinqueretur inultum, propterea ſtatuit ordinatum quod non exigantur niſi grana decem pro quolibet iuſtè capto, & carcerato, & in carcere pernoctante.

Capitaneus Campaneæ ſingulis menſibus oſtendat milites coram Gubernatore Prouinciæ, & alijs, nec militem, deſcribat in libro, aut dimittat non data notitia. h.d. Tapia.

EX DICTA PRAGMATICA VI.

De officio Iuſtitiarij.

§. ITem quod menſe quolibet dictus Baricellus debeat dare numerum, & môſtram omnium eius ſociorum in præſentia Gubernatoris, & Aduocati Fiſci, ac Perceptoris, prout tenet in commiſſis, qui teneantur illos alleſtire, & ſignare, tam homines, quàm equos, apparentibus ſignis pro intereſſe Regij fiſci, & inhabiles aut non idoneos homines, vel equos reijcere, prout ſeruatur in Magna Curia Vicariæ, & per officiales Scribæ portionis: Neenon dictus Baricellus teneatur quando abſentat, vel licentiat aliquem ex ſocijs, notificare Aduocato fiſcali, ac perceptori, & poſſint videre ſigna, & attendere nè fiat fraus Regio Fiſco tempore ſolutionis.

EX DICTA PRAGMATICA VI.

§. ITem quod Capitaneus Fratrum iuratorum, & viginti quatuor Fratres iurati, qui ſtipendia ſeù ſalaria conſequuntur à Regia Audientia, omnes teneantur deſeruire continuo. Ita quod nullus officialis retineat aliquem ipſorum, nec aliquis eorum famulus in illis habeat deſeruire, prout diebus non longè decurſis fuit dictæ Regiæ Audientiæ aliter ordinatum, & vt non poſſit fieri aliqua fraus, debeant aſſentari cum interuentu, & præſentia Aduocati fiſci, & Magiſtri Cameræ.

HAec Pragmatica localis eſt reſpectu Regiæ Audientiæ Principatus Citra, quæ habet viginti milites pro ſeruitijs ipſius, & maleſactorum perſecutione in terris Sancti Seuerini, Cauæ, & alijs ciuitatibus Salerni vicinis. Tapia.

DE COMMISSARIIS REGIIS. Rub. xxviij.

Ordinentur Commiſſarij habiles, de quorum defectus teneantur ordinatores. h.d. Tapia.

REX CAROLVS I. Cap. 62.

ITem prædicti Secreti, Magiſtri, Procuratores, & Portulani ſalis, & Magiſtri Maſſarij ordinêt, & conſtituant commiſſarios, & ſubofficiales habiles, & idoneos, & conuenientes ad commiſſa ſibi ſeruitia, ſub pœna, & forma ſupra in Iuſtitiarijs, officialibus, & commiſſarijs ordinatis. Eo addito, quòd de inſufficientia ſuorum officialium Curiæ teneantur, cū modo, & forma hactenus obſeruatis.

1 ITem prædicti. In textu ibi de inſufficientia, not. quod † ſubſtituens officialem loco ſui tenetur de inſufficientia ſubſtituti ad idem facit textus, in l. 1. C. de exa. & exe. lib. 12. & ibi Bart. & text. in l 1. in prin. ff. de exercito. actio. faciunt quæ dicit Par. in tract. Sind. in verbo familiaris, §. an ex eo col. 3. in prin. verſ. ſi poteſtas, vbi dicit, quod ſi poteſtas mittit officiales per Comitatum, ſi illi committunt illicitum tenetur poteſtas de geſtis per eos, vt ibi per eum.

Io. Ant. de Nigris I.V.D.

Deſtinantes Commiſſarios nihil recipiant pro commiſſionibus, & alijs hic contentis. h d. Tapia.

REX CAROLVS I. Cap. 63.

ITem prædicti officiales in ſuperiori proxi. c. contenti † pro commiſſionibus, pactis, apodiſſis, & alijs cautelis, quas faciunt, & fieri faciunt, tam ipſi quàm notarij ipſorum, nihil pro ſigillo, vel ſcriptura recipiant, ſub pœna in ſimili c. ſupra in officio Iuſtitiarij cōprehenſa. Et hoc intelligitur de omnibus alijs officialibus, & ſubofficialibus.

ITem prædicti officiales De hoc c. vide capitulum quod incipit. Item, quod in omni caſu, ſcilicet, quòd ſtetur ſacramento officialis.

CAROL. TAP. REG. CONS. ANNOT.

T PRo commiſſionibus. Hoc intelligi poteſt reſpectu miniſtrorum de quibus in cap. præcedenti, nam ſi generaliter loquamur reſpectu Commiſſariorum, qui deſtinãtur per alios officiales ſoluitur aliquid pro labore ſcribentis, & etiam pro diuctibus, veluti in Regia Cancellaria, Regia Camera, Sac. Conſ. & M.C.Vic.

EX

EX PRAGMATICA IV.

De Commiſſ.

§. CVm Pragmatica edita à Rege Ferdinando, confirmando confirmentur capitula Regni, quibus ſtatutum erat quòd Iuſtitiarij vel alij pro ipſis, nihil reciperent pro Sigillo cuiuſcunque literæ ſigillandæ per eos, & ſi contrafeciſſent, reſtituerentur illico illi, à quo receperant rem receptam, cum dando quatruplum Curiæ, eademque ſancitum, præterea ſit, vt Iudices, aſſeſſores, atque Auditores, ſiue Conſiliarij officialium prædictorum, ac etiam generalium noſtrorum Locũtenentium, vel apud eos deputati, vel deputandi. qui in literis, prouiſionibus, mandatis, decretarionibus, inhibitorijs, executorijs, vel alijs quibuſcunque manus poſuerine vel eas viderint, ſiue ſignauerint per manum impoſitionem in eiſdem viſione, ſignatura quacunque alia cauſa nihil recipiant, ſed ſuis ſtipendijs contenti neminem concutiant, neque calumniari faciant, alioquin qui contrafecerit, tanquam calumniator, & concuſſor condemnetur, per quos decet puniri voluerit atque decreuit, hanc ſalutarem populi ſanctionem, quam pene in deſuetudinem temporum in Curia abijſſe comperimus, ex ſitu, & ſerie excitantes, remouenteſque ſtatuimus, iubemuſque inuiolabiliter, ſanctèque & ad vnguem obſeruari: Ita quod in Prouincijs nullo modo liceat Gubernatoribus, eorumve Secretarijs, Auditoribus, ſinè alijs quibuſcunque perſonis aliquid pro ſigillo exigere aut pro decretis, contrafacientibus eaſdem pœnas irremiſſibiliter ſubituris, quæ per ſupradictam Pragmaticam conſtitutæ reperiuntur, & alias noſtro arbitrio reſeruatas.

Prohibentur deſtinari Commiſſarij niſi pro cauſa vrgenti, idq; fiat cum expreſſa licentia Viceregis, niſi pro cauſis in fine huius Pragmatica expreſſis. h. d. Tapia.

PRAGMATICA PRIMA.

De Commiſſ. non deſtin.

IMPERATOR CAROLVS V.

ET vt moderetur Commiſſariorum frequentia, à quibus multa mala audiuimus, & grauamina ſubditis noſtris inferri: Mandamus, vt de cetero: neque à Regijs Tribunalibus, neque à Gubernatoribus, & Audientijs Prouinciarum, poſſint deputari, vel mandari Commiſſarij generales, ſed quando neceſſitas occurrerit mittendi extra locum dictorum tribunalium, committatur ordinarijs locorum Gubernatoribus, vel Auditoribus Prouinciarum in quibus commiſſo erit exequenda, vel etiam Magiſtris Portulanis, ſeù Perceptoribus ſi talia fuerint negotia, quæ illis committi poſſint, & ſi caſus occurrerit mittendi ſpecialem Commiſſarium ex iuſta aliqua cauſa, non poſſit mitti, ſine expreſſa licentia Illuſtris Viceregis in ſcriptis, cui ſecundum qualitatem perſonæ debeat per dictum Illuſtrem Viceregem taxari ſalarium moderatum, habita conſideratione ad ſalarium, quod alias recepit, ſi fuerit alias officialis: Non intendimus tamen comprehendere commiſſarios, qui pro examinandis teſtibus in cauſis vertentibus neceſſario mittuntur, aut pro aliqua informatione recipienda, ſeù pro executione ſententiarum, ſeù decretorum, quibus volumus ſolui ſalarium, per Regiam Pragmaticam ordinatum, & non vltra, etiam à ſponte dantibus. Iniungimus etiam per præſentes, ſpecialem curam Illuſtri Viceregi inueſtigandi, & puniendi rigorosè dictos Commiſſarios, ſi illos reperierit aliquid vltra commiſſa feciſſe, vel aliquas extorſiones, ſeù concuſſiones feciſſe.

Commiſſarij non mittantur niſi ex cauſa vrgenti h. d. Tapia.

Ex Cap. Neapol. in Anno 1554. Cap. 6.

SE ſupplica ancora la M. V. ſe degni comandare, che non ſiano deſtinati Commiſſarij per le Prouintie del Regno ſe non per cauſa particolare, perche quelli che ſono ſtati deſtinati per il paſſato hanno hauuta troppo ampla, e generale poteſtà, onde hanno tolta la cognitione delle cauſe à gli ordinarij Gouernatori delle Prouintie, & loro Auditori hanno vſata per la ampla, & troppo libera poteſtà varie eſtorſioni, e crudeltà, & con queſto ancora ſi è tolta la poteſtà alla gran Corte della Vicaria, & al conſiglio di Capuana tribunal ſupremo di potere prouedere alle indennità di quelli che ſi ſenteno grauati da detti Commiſſarij, perche da loro non ſi è potuto hauer ricorſo nè alla Vicaria, nè al Conſiglio, acciò poteſſero conoſcere li aggrauij fatti da loro, e prouederli ſecondo la giuſtitia. Placet Cæſ. & Cath. Ma. quòd de cætero non deſtinentur Commiſſarij niſi ex vrgenti cauſa, & quòd ſit commiſſio illorum circumſcripta ad cauſas ſpeciales, & quo ad appellationes pertinet ſeruatis Conſtitutionibus, Capitulis, & Pragmaticis Regni, & iuris diſpoſitione habeatur recurſus ad Tribunalia ordinaria.

Commiſſarij iterfacientes per Regnum ſint contenti ſtantia, lectu, & palea. h. d. Tapia.

PRAGMATICA II.

Eodem tit.

CAROLVS V.

OFficiales autem noſtros, & Commiſſarios, vt ſupra deputatos, ſi contigerit eos per hoc noſtrum Regnum pro aliquo Regio ſeruitio iter facere, & portauerint patentes literas à noſtro Illuſtri Vicerege, per nullos alios dictas patentes expedire volumus, virtute dictarum literarum nihil aliud ab vniuerſitatibus etiam ſponte dantibus, recipere volumus, niſi ſtantiam, lectos, & paleam, & hæc pro tranſitu tantum, & non vltra, & id quidem moderatè, & ſine confuſione.

IDem quòd in hac Prag. diſpoſitum hic fuit antea ſtatutum per Regem Carol. Primum in cap. Regni 48. in tit. de Capitan. Campan. Tapia.

Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ non exeant extra Ciuitatem, niſi pro grauibus negotijs cum licentia Proregis, & in reditu relationem faciant degeſtis b.d.Tapia.

PRAGMATICA III.

De Commiſſ. non deſtin.

CAROLVS. V.

ITem volumus, quod in cauſis leuibus,& modicæ importantiæ, Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ, vel aliorum Tribunalium extra Ciuitatem Neapolis cum ampliſſima facultate (vt aſsolet) non mittantur,ſed tantum in cauſis grauibus,magnique ponderis, & momenti, in quibus de ordine, & mandato Proregis noſtri, & Concilij Collateralis mitti debeant, eliganturque ad hoc viri honeſtatis, & bonæ conſcientiæ fama probati, qui quidem,quod in eorum commiſsionibus fuerit declaratum. & ea alia, quæ per regias pragmaticas permittuntur,accipere debeant. Delicta vero nec commutare, nec componere poſſint,& in regreſsu à commiſsionibus dent omnium , quæ geſserint , rationem,& computum in Tribunali, à quo miſſi fuerint , ſeruando tamen circa huiuſmodi Commiſsarios trāſmittendos id quod continetur in capitulis, & gratijs, quas in generali parlamento, menſibus proximè præteritis in Ciuitate Neapolis per Proregem noſtro nomine celebrato, dictæ Ciuitati,& Regno conceſsimus.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAec Pragm. eſt conſimilis §. item che neſſuno Pragm. ſeptimæ de officio Magnæ Curiæ , & eo in loco debuiſſet ſituari, ſed quia hic tit. loquitur de Commiſſarijs, vt facilius reperiri poſſit iſto loco ſituauimus.

Multa ſtatuuntur circa Commiſſarios,& in primis idem quod diſpoſitum eſt in Prag. 1. & inueniunt ſeruata forma cap. Regni præſtentque fideiuſſionem de reddenda ratione ſuæ adminiſtrationis, nec aliquid recipiendi vltra ſalarium exceptis officialibus hic enumeratis b.d. Tapia.

PRAGMATICA IIII.

De Commiſſ. non deſtin.

PHILIPPVS &c.

IS eſt Regum , & eorum omnium finis , qui gubernandis mortalibus præpoſiti à Deo ſunt,cuius conſilio, tum omnia , tum hoc præcipuè fieri credendum eſt, vt eorum, quibus præſunt , commodis , vtilitatique ſeruiant, efficiantque vt ij, qui eorum Imperio ſunt, quam beatiſſimi ſint, nihil , vel certè ſatis parum, ad ſuam propriam vtilitatem referentes, hac enim lege , & conditione regendarum Ciuitatum Gubernaeula à Deo Optimo Maximo acceperunt , ab eodemque humani generis moderatio,& gubernatio, quæ ad ipſum pertinebat,communicata eis eſt,& in tam pulchræ ſocietatis partem admiſſi, vt , cum tot commoda ipſi quaſi quædam laborum ſuorum præmia, à populis, quos regunt, ſentiant, tanquam ad omnia iuſſa, patientiam conſequantur, quo eorum quieti tranquillitatique conſulant, cogitent quotidie, inuigilentque, & deſudent ipſi , quo magis illam in dies, ſanctam,rectam, integramque conſeruēt, & pro tanto Dei munere ſaltem hoc illi debitæ obſeruantiæ, meritæque gratitudinis pighus rependant . Quapropter nos , ex quo tempore Regiæ,& Catholicæ Maieſtatis nomine , ad hoc Regnum gubernandum acceſſimus , nihil antiquius cariuſque habuimus, quam vt abuſionibus , inobſeruantijs,& vulnerationibus Conſtitut. Capit.& Pragmat. Regni,aliqua ex parte moderemur,populos ſumptibus quibus in Regios Miniſtros exhauriri inuenimus,leuaremus,Magiſtratibus,quibus Reſpublica continetur , & à quibus tota ferè earum gentium,quæ legibus,& moribus reguntur, ſalus pendet,modum aliquem præſcriberemus,denique publicis commodis,ſalutique,ad quam omnes noſtras cogitationes , conſiliaque direximus , quo ad fieri poſſet , prouideremus . Quare, quum inter alias Regni Pragmaticas, eam inuenerimus non obſeruari , quæ ſuper Commiſſarijs traſmittendis promulgata , editaque à prædeceſſoribus extat ſub die 7. Februarij 1546. Tenoris ſequentis,videlicet.

Quam noſtræ intentionis ſemper fuerit . & ſit, prouidere nè Regij ſubditi indebitè grauentur , conſiderantes , quod multoties contingit per Sacrum Regium Conſilium, Magnam Curiam Vicariæ , Regiam Cameram Summariæ,& alia Tribunalia Regia,exiſtentia,tam in Ciuitate Neapolis , quam in Prouintijs Regni , deſtinari , & traſmitti Commiſſarios , & executores pro aliquibus cauſis, & executionibus exequendis . Et quum Cæſarea Maieſtas ad reſecandum numerum Commiſſariorum, qui ruptis eorum commiſſionum finibus, varias populis inferunt vexationes,& contra mentem noſtram exquiſitis fraudibus , quæ ſibi interdicta nouerit , vſurpare conantur , infraſcriptam Pragmaticam ſanctionem ediderit , tenoris ſequentis.

Et vt moderetur commiſſariorum frequentia,à quibus multa mala audiuimus,& grauamina ſubditis noſtri inferri, mandamus , vt de cetero, neque à Regijs Tribunalibus,neque à Gubernatoribus, & Auditoribus Prouinciarum poſſunt deputari, vel mandari commiſſarij generales, neque ſpeciales, ſed quando neceſſitas occurrerit mittendi extra locum dictorum Tribunalium, committatur ordinarijs locorum Gubernatoribus,vel Auditoribus Prouinciarum , quibus commiſſio erit exequendi , vel etiam Magiſtris Portulanis , ſeu Perceptoribus , ſi talia fuerint negotia , quæ illi committi poſſint. & ſi caſus occurrerit mitten di ſpecialem commiſſarium ex iuxta aliqua cauſa,non poſſit mitti ſinè expreſſa licentia Illuſtris Viceregis in ſcriptis , ſeu ſecundum qualitatem perſonæ debeat per dictum Illuſtrem Viceregem taxari ſalarium moderatum,habita conſideratione ad ſalarium , quod aliàs recepit, ſi fuerit officialis , non intendimus tamen comprehendere commiſſarios, qui pro examinandis teſtibus in cauſis vertentibus neceſſario mittuntur , aut pro aliqua informatione recipienda , ſed pro executione ſententiarum, ſeù decretorum . Quibus volumus

ſumus ſolui ſalarium per Regiam Pragmaticam ordinatum, & non vltra, etiam à ſpontè dantibus, iniungimus, & per præſentem ſpecialem curam Illuſtri Viceregi inueſtigandi, & puniendi rigoroſè dictos commiſſarios, ſi illos reperierit, aliquid vltra commiſſa, vel aliquas extorſiones, ſeù concuſſiones commiſiſſe. Et quia creſcente dictorum commiſſariorum malitia, & fraude, vt ex aſſiduis querelantium addictionibus percipimus, ſalubri remedio obuiare cupientes: Mandamus ipſis, ſupraſcriptam Pragmaticam ad vnguem, & inuiolabiliter obſeruari, & illi addentes, mandamus, ſancimus, & ordinamus, quod commiſſarij omnes deſtinandi per dicta Tribunalia omnia, quam graue ſit, ſubditos opprimere, & grauare, maximè ab eis, ad quorum officium ſpectat oppreſſos, & grauatos ab eorum oppreſſionibus, & grauaminibus releuare. dictos Regios ſubditos oppriment, & grauant, ab eis indebitè extorquent non licita, & diuerſis grauaminibus, & extorſionibus grauant, & offendunt: Volentes (vt tenemur) debitè prouidere, tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, & Regij Collateralis Conſilij nobis aſſiſtentis voto, & deliberatione matura, præſentis edicti vigore, perpetuò valituri, ſtatuimus, ordinamus, & mandamus, quod hinc in antea per dicta Tribunalia. vel aliquod ipſorum non tranſmittantur, neque deſtinentur commiſſarij, & executores, & quilibet ipſorum iurent, & iuret penes acta Tribunalis, à quo trāſmittitur iuxta formam capituli Regni incipientis.

Item recipiant: At dicti commiſſarij, & executores, quilibet ipſorum ſe obligent, & obliget ſub pœna vnciarum quinquaginta, & præſtent fideiuſſoriam cautionem ſub eadem pęna de ſe poſt executam commiſſionem infra viginti dies perſonaliter comparere in ipſo Tribunali, & dare computum, & rationem dictæ ſuæ adminiſtrationis, & ſtare iuri cum Regio fiſco, & partibus, & ab inde non diſcedere, niſi habita licentia, & obtenta abſolutione illius Tribunalis, à quo deſtinatus fuit, & excipimus, & exceptos eſſe volumus Regios Cōſiliarios Præſidentes Regiæ Cameræ, & Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ ac Regios Auditores Prouinciarum, qui cum deſtinati fuerint, non teneantur ad dictam fideiuſſoriam cautionem præſtandam, cum ſint approbati per adminiſtrationem officij eis commiſſam. Et inſuper volumus, decernimus, & mandamus, quod ſe obligent & quilibet ipſorum obliget de aliquid non recipiendo vltra eius ſalarium condecens, & taxatum, etiam à ſpontè dantibus, & offerentibus, volumus, decernimus, & expreſsè ſanciendo mandamus, quod ſi quis ipſorum commiſſariorum, & executorum, & aliorum officialium deſtinandorum quouis nomine nuncupandorum, aliquid receperit, extorſerit, vel habuerit tempore dicti exercitij, & adminiſtrationis ab aliquo ex Regijs ſubditis, & alijs etiam exteris, directè, vel indirectè. per ſe, vel ſuppoſitam aut interpoſitam perſonam, etiam à ſponte dante, vel offerente, puniatur, & puniri volumus, & mandamus irremiſſibiliter pœnis omnibus, quibus puniuntur fures, ſiuè latrones per iura, Conſtitutiones, ſiuè Capitula Regni. Et inſuper volumus, & expreſsè mandamus de dicta noſtra ſcientia, quod per Tribunalia prædicta, & quodlibet ipſorum, quando deſtinatur commiſſarius, & executor, taxetur, & declaretur ſalarium ſoluendum commiſſario, & executori, deſtinando, in eius commiſſione certum, & clarum, & non per dietas, ſed vnicum, ſecundum diſtantiam loci, in quo eſt exequendum, iuxta cauſæ qualitatem, & eius importantiam, nè contingat quod propter taxationem ſalarij per dietas differantur executio, & adminiſtratio iuſtitiæ, in damnum, præiudicium, & intereſſe partium, & Regiorum ſubditorum: Mandantes propterea, Illuſtribus, ſpectabilibus, & magnificis viris, Magno huius Regni Camerario, Locumtenenti, Præſidentibus, & Rationalibus Regiæ Cameræ Summariæ, Protonotario, Viceprotonotario, & deputatis in Sacro Regio Conſilio, Magno Iuſtitiario, Regenti, & Iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ, & alijs Tribunalibus, & Officialibus Regijs, ad quos ſpectabit, præſentes peruenerint, præſentibus, & futuris, ſeù eorum Locatenentibus, & ſubſtitutis, quatenus præſentem Pragmaticam ſanctionem, obſeruent, obſeruarique faciant in omnibus, & per omnia, iuxta ſui ſeriem, continentiam, & tenorem, & cōtrarium non faciant, pro quanto gratiam præfatarum Cæſ. Maieſtatum charam habent, ac pœnas deſuper contentas arbitrio noſtro reſeruatas cupiunt euitare. Datum in Caſtronouo Neapolis die 7. menſis Februarij 1540.

Propterea ægre ferentes, vt, quod tam prudentèr, & ex hominum vtilitate conſtitutum eſt, contemnatur, de ſalubri remedio circa hoc, & alia omnia infraſcripta prouidere volentes, cum voto, & deliberatione Sacri Regij Collateralis Conſilij penes nos exiſtentis, ſupraſcriptam Pragmaticam renouamus, mandamuſque illam ad vnguem, & inuiolabiliter obſeruari: adijcientes inſuper, vt quoties prædictos commiſſarios, vt ſupra tranſmitti contigerit, debeat eis certum, & limitatum temporis ſpatium, conſiderata locorum diſtantia, & negotij, ac perſonarum qualitate præfiniri, & conſtitui, intra quod negotium, pro quo tranſmittuntur, explicare habeant, & reuerti.

Idem ſtatuitur quòd præcedenti Pragmatica, & hoc cap. eſt idem quod poſitum eſt in cap. 26. fol. 131. anno 1540. in cap. Nobilit. h. d. Tapia.

EX PRAGMATICA VII.

De officio Magiſtri Iuſtitiarij.

In Parlamento generali celebrato in anno 1539. In Ciuitate Neap. Cap. xxvij.

§. ITem ſi ſupplica Voſtra Ceſarea Maeſtà, che ſi degni ordinare alli Regij Tribunali di queſto Regno, che li commiſſarii, li quali ſaranno deſtinati ad andare per lo Regno ad eſaminare, à pigliare informatione, à decidere alcuno negocio, lite, ò controuerſia alcuna, maſſimamente quelli della gran corte della Vicaria, Maſtridatti, & Scriuani fiſcali di eſſa gran corte, debbiano prima che parteno ſolennemēte giurare, & di fidelmente eſercita-

eſercitare, & adminiſtrare loro officio gli quali vanno ad eſſequire, & dare ſufficiente, & idonea pleggiaria dell'adminiſtratione dell'officio predetto, & ritornando habbiano da dar conto della loro adminiſtratione, & eſſendono trouati colpati, ſiano puniti, & caſtigati, & debbiano reſarcire tutti danni & intereſſi à quelli, che l'hauranno patiti. Placet Cæſ. & Cath. Maieſt. quod omnes commiſſarij deputandi per dicta Tribunalia, præſtent iuramentum de benè exercendo, & adminiſtrando dictam ſuam commiſſionem, quò vero ad fideinſſionem placeat, Saluo ſe detti commiſſarij eſſent Conſiliarii, vel Præſidentes, aut Iudices dictorum Tribunalium, à quibus deputabuntur, cum iam alias ratione officiorum competat illis, vt plurimum cognitio dictarum cauſarum, & fides, & legalitas eorum ſit approbata.

Commiſſarii tenentur oſtendere litteras commiſſionales, exceptis caſibus hic expreſſis, & contra inobſeruantes Regias Pragmaticas capiant informationem ordinarii locorum b.d. Tapia.

Ex Cap. Neap. Ducis Oſſunæ Anno 1585. Gratia I.

IN primis eſſa fideliſſima Città, Baronaggio, & Regno ſupplicano Voſtra Eccellenza per euitare gl'infraſcritti furti, eſtorſioni, violentie, & danni che fanno per il Regno le tante perſone, che vanno inquietando il Regno ſotto nome di commiſſarii Regii mandati ò dal Sacro Conſiglio, ò dalla Regia Camera della Summaria, ò dalla grã Corte della Vicaria, ò della regia Zeccha, ò dalle regie Audientie delle Prouincie, ò dal commiſſario di campagna cõtra foraſciti, ò dalli Percettori delle Prouintie, ò per occaſione delle Regie Galere, ò per conto delle bagaglie & de Soldati, & altri Miniſtri Regij, ſi degni per Pragmatica farli imponere pena temporale, & graue ſecondo la qualità della perſona, contra tutti li ſopradetti, & altri Regij commiſſarij eſecutori actuarij, & miniſtri di qualſiuoglia Giudice, ò Tribunale del Regno, ò di qualſiuoglia altro officiale, che habbia authorità di mandare fora commiſſarij, includendo così le perſone militari, come non militari, le quali nõ oſſeruano le Regie Pragmatiche, & inſtruttioni che teneno circa quello che ſe gli deue licitamente dalle vniuerſità, & accioche quando contrauengono non reſtino impuniti, la ſupplico ſi degni ordinare che debbiano moſtrare le loro commiſſione, & inſtruttione, & che li officiali delle terre per doue paſſaranno, & allogiaranno, debbiano ſotto pena pigliare informatione della contrauentione che faranno alle Regie Pragmatiche, Inſtruttioni, & ordini di V.E. è quella pigliata inuiare à V.E. ò altra perſona deputando per queſto effetto, acciòche ſi proceda contra di loro con ogni rigore, perche ſi rimedij quanto ſi può, à tanta rouina delle ponere terre, ridundando queſto in beneficio vniuerſale del Regno, & molto ſeruitio di Sua Maeſtà, perche poſſa il Regno con la gran volontà che tiene di ſeruire Sua Maeſtà tenere anchora più facilmente le forze di farlo, che tãti cõmiſſarij hanno impouerito, & impoueriſcono il Regno, più che ogni altra occaſione. Placet Suæ Excellentiæ, vt ſupplicatur, his tamen commiſſarijs exceptis, qui pro capiendis delinquentibus, vel cauſa ardua, & ſecreta tranſmittuntur, ne exhibitione commiſſionis fiat præiuditium Regio fiſco.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

19 HAec petitio reddit ſe conformem iuris communi diſpoſitioni, nam in l. vnica C. de mãdat. Princip. iubetur expreſsè ſe mandatum Principis habere aſſerunt illud debeant oſtendere, quod tamen limitatur quãdo Princeps eſſet in illa Ciuitate, quia tunc creditur officiali etiam ſine mandato, vt poſt Specul. in tit. de probat. §. videndum, verſ. Auditoribus das in l. ex quacunque col. 2. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit refert Gram. conſi. 54. nu. 17. & ſeq. dominus genitor meus in apoſtilla, ad d. l. vnicam.

Non deſtinetur Commiſſarius quòd ſit coniunctus officialibus. b.d. Rouitus.

EX PRAGMAICA IX.

De officio Iudicum.

§. ITem ſtatuimus, quod non poſſit per aliquod Tribunal commiſſarius aliquis in aliqua cauſa ciuili, criminali, ſeu feudali, vel cuiuſuis alterius qualitatis, qui ſit cõiunctus vſque ad tertium gradum incluſiuè alicui ex Iudicibus, ſeu Præſidenti vel Fiſci Patrono illius Tribunalis à quo tranſmittitur. Et vt præmiſſa illum ſortiantur effectum, & inuiolabiliter obſeruentur; volumus & ſtatuimus, vt quicunque prædictis, vel prædictorum aliquo contrauenerit, toties quoties contrauenerit cuiuſcunque ſtatus gradus, & conditionis exiſtat, ipſo iure, ipſoque facto pœnam indignationis Regiæ, & ducatorum mille Regio Fiſco inuiolabiliter applicandorum, & in alias pœnas noſtro reſeruatas arbitrio incurrat, & vt cunctis innoteſcat, & nemo ignorantiam allegare poſſit has Sanctiones & Pragmaticas affigi iuſſimus in valuis Tribunalium Sacri Regij Conſilij, Regiæ Cameræ Summariæ & Magnæ Curiæ Vicariæ.

Datum in Palatio Regio propè Caſtrum nouum Neap. die 28. Martij 1555.

P. Cardinalis Seguntinus.

V. Polo Regens. V. Fonſeca Regens.

V. Villanus Regens. Dominus Locumtenens, & Gubernator generalis mandauit mihi Corioliano Martirano.

Executores quicunque non exigant vltra quantitatem in Regia Pragmatica taxatam, ſub pœna reintegrationis. b.d. Rouitus.

PRAGMATICA VII.

De Commiſſarijs, & Executoribus.

PHILIPPVS &c.

SE bene per leggi communi è del preſente Regno tutti eſecutori, che vanno eſſequendo come ſono portieri del Sacro Regio Conſiglio della Regia Camera della Summaria, alguzini della gran Corte della Vicaria, & altri commiſſarij, ò particolari eſſecutori deſtinati da qualſiuoglia Tri-

Tribunale, ò Officiale quando ſi fanno pagare dalle parti più di quello che li compete per loro giornate conforme alle taſſe fatte per le Regie Pragmatiche deueno eſſere cõforme à dette Pragmatiche grauemente puniti: tuttauia non derogando à dette diſpoſitioni, Banni, & Pragmatiche fatte, intorno à queſto per il preſente Banno perpetuamente valituro, Ordinamo, & comandamo à tutti, & qualſiuoglia portiero sì del Collaterale, come del Sacro Conſiglio della Regia Camera della Summaria, alguzini della gran Corte della Vicaria, ò altri commiſſarij che ſi deſtinano ad eſſequire, & à qualſiuoglia eſſecutori, ò miniſtri di eſſecutore di qualſiuoglia Tribunale, sì Regio, come di Barone, & à qualſiuoglia commiſſario da deſtinarſi per qualſiuoglia Regio Tribunale, & officiale, che non poſſa eſſigere per l'eſſecutione, che farà più di quello, che è ſtabilito dalle predette Regie Pragmatice, ordini, & pandette ſotto pena di anni cinque di galera, & altre pene cõtenute in dette Regie diſpoſitioni, & Pragmatiche.

Datum Neap. die 13. menſis Maii 1588.

El Conde de Miranda.

V. Moles Regens. V. Lanarius Proregens.

V. Berrieanus Proregẽs. Torres pro Secretario.

In Bannorum 1. fol. 58.

DE OFFICIO IVDICVM, ET BRACCHII IMPLORATIONE.

Rubr. ccxxix.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Hic titulus generalis eſt, compræhenditque omnes iudicantes, ideoque iura ſub eo poſita ad omnes poſſunt applicari, & dum diximus de bracchij imploratione ſciendum eſt hic non agi, de illa bracchij imploratione, quæ requiritur inter eccleſiaſticos, ſeù ſeculares Iudices, ſed inter ipſos Iudices, prout in ſequenti conſtitutione diximus.

Officialis regius debet alteri auxilium petenti illud impartiri. b. d. Tapia.

REX ROGERIVS.

Iuſtitiarius, Ex authoritate huius cõſtitutionis tenetur oſtituere...

Iuſtitiarios,* Camerarios, Caſtellanos, & Baiulos ſollicitos eſſe volumus, & deuotos, vt (vbi neceſſe fuerit) & pro commodis curiæ noſtræ per Dohanæ Secretos, & Quæſtorum magiſtros, vel alios officiales extiterint requiſiti conſilium, & auxilium eiſdem debeant impartiri.

mues officiales impartiri auxilium Secreto. argum. C. de epiſc. & cler. ſi quis in hoc genus.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Haec conſtitutio compræhendit omnes officiales, qui diſtinctas habent iuriſdictiones nam cum alter non debeat ſe intromittere in iuriſdictione alterius, iuſtum eſt, vt requiſito, ſuum † præſtet auxilium, vt dixit Io. de Platea in l. in fiſcalibus num. 2. C. de exact. tribut. lib. 10. & ideo dum per Sac. Conſ. expediuntur ad inſtantiam partium ordines regijs Perceptoribus, miniſtris pecuniarijs, vt ſuum ſortiantur effectum Regia Camera illis impartitur bracchium, ſic etiam Barones Regni, quando ipſorum Capitanei procedere volunt contra contumaces ſuarum curiarum expediunt literas de capiendo, quas cum actis tranſmittunt ad Magnam Curiam, vel ad Regias Audientias, quibus viſis impartitur Magna Curia eius bracchium. De imploratione autem bracchij ſeculari à Iudice eccleſiaſtico, diximus ſupra in prima conſtitutione huius operis.

Iuſtitiarius abſque licentia diſcedens duplicatum ſalarium ſoluat pro illis diebus, quibus fuit abſens. b. d. Tapia.

Ex Cap. ſtatuimus, vt quoties 211.

5. Item ſtatuimus, quòd ſi Iuſtitiarius, Iudex vel actorum notarius, ſeù quilibet alius ad gagia Curiæ deputatus, T abſq; licentia Domini Regis, vel illius à quo habet gagia recipere, pro illis diebus quibus fuerit extra Curiam debet reddere T gagia duplicata. Data &c.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

7 *Abſque licentia.* Notamus ex hoc cap. Officiales abſque licentia ſuperioris recedere non poſſe, Idque intelligi de omnibus, qui alicui officio ſunt deputati abſque eius licentia non diſcedunt, neque alibi quàm vbi reſident pernoctare poſſunt,

poſſunt, vt diximus ſupra in tit. de officio Magiſtri Iuſtitiarij in Pragm.8. nec etiam pro aliquo negotio ſpectante ad eorum Tribunal abſque licentia, & ſic licentia illa debet præcedere iuſta notata in l.ſi quis mihi bona §.iuſſum, ff.de acquir. hæredit.

Gagia duplicata. Hæc autem pœna hodiè non ſeruatur, ſed in eius locum amiſſione officij puniuntur, vt patet ex patentibus literis ipſorum officiorum ſublata diſputatione an amittat ſalarium quando receſſit ante officium cõpletũ, idem & ſeruatur apud gallos, quod in hoc c. eſt ſtatutum, hoc eſt, vt perdat lucrum eius temporis, quo abeſt, vt tradit Rebuff. ad conſtitut.Galliæ tract.de inquiſit.art.6.glo.vnic.

Officialis expectet ſucceſſorem ſub pœna hic ſtatuta. hoc dicit Tapia.

ROBERTVS &c. Cap. 235.

SCire vos volumus, quòd edictum nuper fecimus continentiæ per omnia ſubſequentis.

Robertus Dei gratia Rex, &c. Vniuerſis præſentis edicti ſeriem inſpecturis tam præſentibus, quàm futuris. Radix malorum omnium auaritiæ vitium quęſita tenaciter poſſidet: ſicque nexu non facilè ſolubili arctat, & ſtringit, vt abundantes auari ſemper ſe arbitrentur egere, amanteſque diuitias fructus ex eis non percipiãt, dum cupiditate nimia cęci, non ſolum quæ ſua ſunt auarè poſſideant, ſed vt augeant eorum ſubſtantiam aliena ambitioſè perquirant. Suarum nempè diuitiarum ſecuritas, ſic eos curis aſſiduis torquet, ſic ſolicitè ſtimulat, vt quietem etiam à ſomno repellat. Hoc igitur eo deteſtabilius abhorrentes quò nedum proximo nociuum, verum etiam fiſco comperitur eſſe damnoſum: Detecto nobis nouiter inſinuatione fideli, quod nonnulli Iuſtitiarij Capitinatę, magiſtri Portulani, dohanerij, ſecreti, & alii gabelloti, procuratores, & officiales noſtrę curię reprobi eius alumni de fiſcali pecunia, quam recipiunt ex commiſſis, conceſſis, & creditis eis officiis, gabellis, procurationibus, & ſeruitiis aliis curę ſupradictæ certas ſibi poſt depoſitionem ſeù ceſſationem eorum ab officiis, gabellis, procurationibus. & ſeruitiis ipſis intrepidè procurationum, & ſeruitiorum huiuſmodi eas iuxta ipſorum voluntatis arbitrium, prout vtile ſibi reputant, in vſus proprios conuertendo, non ſinè dictæ noſtrę curiæ graui pręiudicio, & iactura. Præſenti edicto perpetuò valituro ſtatuimus, quòd ſingulari Iuſtitiarii Capitinatæ, magiſtri Portulani, procuratores, ac officiales alii dictę curię, quicunque perceptores dictę pecunię fiſcalis, quocunque titulo. ſeù vocabulo nuncupentur infra dies viginti: dohanerii verò, atque ſecreti, & alii gabelloti infra menſem vnũ, ad tardius, poſt amotionem, ſeù ceſſationem eorum ab officiis, gabellis procurationibus, & ſeruitiis memoratis totam fiſcalem pecuniam, cuiuſcunque ſpeciei fuerit, penes eos reſiduam, teneantur, & debeant Regię Camerę noſtris theſaurariis integraliter aſſignare. Si quis autem contra fecerit, pœna tarenorum auri duorum ponderis generalis pro qualibet vice, quam ſibi poſt lapſum dictorum terminorum taliter retinebit, ipſo facto ſine adeptione cuiuſlibet, condemnamus. Eos verò, quos poſt lapſum viginti dierum terminos ipſos immediatè ſequentium in retinendo ſibi dictam fiſcalem pecuniam tranſgresſio ipſa notauerit, ad pœnam tarenorum quatuor pro qualibet vice, qua de dicta fiſcali pecunia ſic retenta fuerit condemnatus, cum creſcente contumacia, pœna debeat adaugeri. Quas quidem pęnas decernimus. & volumus, ſuccisis moribus anfractibus, ſeù ſolennitatibus iudiciarii ordinis fiſci noſtri commodis applicari. At ſi quis temerarius prædictarum pęnarum contemptor, vltra ſequentes immediatè viginti dies alios, quarum trium dilationum numerus, gabeloti bimeſtris, & decendii, ſed aliis bimeſtris temporis tantum ſpatium limitatur, ſolutionem dictæ fiſcalis pecunię penes eos reſiduę faciendam pręfatis theſaurariis in dicta Regia Camera differre pręſumpſerit: non ſolum quatuor tarenorum pro qualibet vice, cuius ſolutio tunc vſque dilata eſt, pęnam incurrat, ſed etiam de contrectatione furtiua dictę fiſcalis pecunię tenaciter, & ſicut fur exinde condemnandus, nè liceat alicui magiſtratui quacunque polleat dignitate, ſinè conſcientia, & mandato noſtro prędictas pęnas remittere, vel ſuper eis quomodolibet diſpenſare: in cuius rei teſtimonium pręſentis edicti ſcriptum fieri, & pendentis maieſtatis noſtrę ſigillo iuſſimus communiri per omnes Magiſtratus Regni Sicilię patulè diuulgandum. Quia igitur nil prodeſſet edicta condere, niſi debita illorum executio ſequeretur, fidelitati veſtrę pręſentium authoritate pręcipimus quatenus prędictam ordinationem noſtram ſeruetis efficaciter, & faciatis ab aliis intransgreſſibiliter obſeruari: quam tu pręſens Iuſtitiarius receptis pręſentibus diuulges publicè, vel diuulgari ex more per competentia officia facias, per terras, & loca decretę tibi prouincię, etiã ſi capitaneos habeant, de quibus videris expedire: pręſentes autem literas amotionis veſtrę tempore vos nobis dari pręcipimus, alternis vicibus in pendenti.

Data Neapoli per Ioannem Grillum, anno Domini 1335. 16. Ianuarii. 3. Indictionis, Regnorum noſtrorum anno 26.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HOc cap. ſeruatur hodie, & confirmatum fuit per Regiam Pragm. ſeq. & eſt de iure communi in l. meminiſſe ff. de offic. proconſ. Nec ſolùm debet † expectare aduentum ſucceſſoris, ſed debet in officij exercitio perſiſtere, & ante diſceſſum ſuo ſucceſſori conſignare omnes carceratos, & omnia acta pendentia, & quinternos prouentuum, & de omnibus fieri faciat actum publicum, & de omnibus cauſis pendentibus informet ſuum ſucceſſorem, vt poſt Bald. tradit Foller. in praxi crimin. 5. par. verſ. & taliter gerat nu. 4. & ſeq.

Idem diſponitur, quòd in præcedenti. b.d.Tapia.

PRAGMATICA II.

De officio Iudicum.

CAROLVS V.

PRohibemus etiam, quod nullus officialis deputatus ad adminiſtrationē iuſtitiæ, poſſit recedere à loco, à quo fuit deputatus, vſque ad aduentum ſucceſſoris in dicto officio, etiam quod eſſet finitum tempus ad quod erat deputatus, ſaluo ſi obtinuerit licentiam ab Illuſtriſs. Viceregé in ſcriptis ex aliqua iuſta cauſa, aliâs incurrat ipſo iure pœnam inhabilitatis ad exercenda ſimilia officia.

Idem diſponitur quòd in præcedenti cap.b.d.Tapia.

PRAGMATICA X.

De officio Iudicum.

PHILIPPVS &c.

A Noi è ſtato preſentato memoriale del tenor ſeguente videlicet.

Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore. Il Procuratore Fiſcale delle cauſe criminali del preſente Regno, fa intendere à V.E. come per Pragmatica edita per la felice memoria dell'Inuittiſſimo Carlo Quinto, nell'anno 1536. Fù ordinato che tutti gli officiali deputati all'adminiſtratione della giuſtitia, non doueſſero partirſe dalli luochi, doue ſono officiali, fino alla venuta del ſucceſſore, non oſtante che'l tempo de loro commiſſione foſſe elaſſo. E perche Signore Illuſtriſsimo in molte parti del preſente Regno, & maſsimè nella Città demaniali di Calabria tal Pragmatica non ſe oſſerua, perche finito l'anno, non permetteno che gli officiali amminiſtrino più giuſtitia, benche non ſia venuto il ſucceſſore, ma interim ci deputano loro huomini delle medeſime Vniuerſità, del che naſcono grandiſſimi inconuenienti, in pregiudicio della giuſtitia, e delli vaſſalli di Sua Maeſtà. Però ſupplica V. E. ſi degni ordinare, che detta Pragmatica ſe oſſerui inuiolabilmente, ſublato quouis abuſu, & ſcriuere alli Gouernatori delle Prouincie, che la facciano ad vnguem oſſeruare, acciò ſempre la giuſtitia habbia il ſuo luogo, vt Deus, &c.

Tenor vero dictæ Regiæ Pragmaticæ eſt videlicet.

Prohibemus etiam quod nullus officialis deputatus ad adminiſtrationem iuſtitiæ poſſit recedere à loco, in quo fuit deputatus, vſque ad aduentum ſucceſſoris in dicto officio, etiam quod eſſet finitum tempus, ad quod erat deputatus, ſaluo ſi obtinuerit licentiam ab Illuſtriſs. Viceregé in ſcriptis ex aliqua iuſta cauſa, aliâs incurrat ipſo iure pœnam inhabilitationis ad exercenda ſimilia officia.

Et viſto per noi il tenore della preinſerta Regia Pragmatica, & memoriale à noi preſentato per parte del detto Magnifico Procurator fiſcale, volendo ſopra ciò debitamente prouedere, ve dicemo, & ordiniamo, che debbiate dare ordine in nome noſtro, che per tutte le Città, Terre, & luoghi di queſte à voi decrete Prouincie ſi oſſerui la forma, continentia, e tenore della predetta Regia Pragmatica, ſenza replica, diminutione, nè contradittione alcuna, ſotto la pena in detta Pragmatica contenta, non obſtante qualſiuoglia priuilegio, che ſi pretendeſſe in contrario, & ſe alcuno ſe nè pretenderà tenere tanto auanti, quanto dapoi della publicatione di detta Pragmatica, ſi comparâ auanti di noi, che ſi miniſtrerà complimento di giuſtitia. Però interim inſino ad altro ordine noſtro prouederete, che ſi oſſerui ad vnguem la detta Regia Pragmatica, tenendo noi penſiero dell'oſſeruanza di quella, non fando lo contrario per quanto hauete cara la gratia, & ſeruitio di Sua Maeſtà.

Datum Neap. die 10. Maij. 1568.

Don Peraſan.

V. Villanus Regens. V. Reuerterius Regens. Lobera pro Secretario. In Cur. primo. Dirigitur Gubernatori Principatus Citra. Et vide in Prag. Is eſt Regum. §. Illud propterea, & §. ſequitur de Commiſſarijs.

Duo officia exerceri non poſſunt. b.d.Tapia.

IOANNA II. Rit. 8.

ITem quòd nullus officialis ipſius Curiæ poſſit in eadem Magna Curia exercere duo officia, ſed vno tantùm eſſe contentus.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

IStius Ritus materiam proſequitur Carau. Rit. 2. not. 8. idem dicimus reſpectu † beneficiorum eccleſiaſticorum, vt in
1 cap. ad hæc, & cap. de multa de præbend. confirmata per Sacrum Concilium Trident. cap. 2. de reformat. Seſſ. 7. hæc tamen concluſio intelligenda eſt, quando officia ſunt incompatibilia, vt tradit Angel. in §. cumque hoc in 1. not. in prohœm. inſtit. an autem debeatur duplex ſalarium quandoquis duo officia exercet, dic quod ſic, vt latè congerit Menoch. de arb. iud. lib. 2. centur. 3. caſu 213. nu. 8. & ego dum per octo menſes exercuiſſem officium fiſci patroni, ſimul & officium Regij Conſiliarij habui vtrumque ſalarium.

† Incompatibilitas autem circa quæ verſetur, & aliqua 2
alia vide per Solam in conſtitutionibus Sabaudiæ tit. de Caſtellan. nu. 6. & ſeq.

Officia-

Officiales exercentes iuriſdictionem non ſint balij, tutores, neque procuratores Baronum Regni. b. d. Tapia.

PRAGMATICA I.

De officio Iudicum.

CAROLVS V.

ADdentes inſuper dictæ Pragmaticæ, quod nullus Cõſiliarius Regius ſeu officialis exercens iuriſdictionem ſeu adminiſtrationem pecuniæ poſſit eſſe Balius neque Tutor, ſeu Procurator alicuius Baronis, ſeu alterius, ad exercendum iuriſdictionẽ alicuius priuati, ſiue intra Regnum, ſeu extra exiſtentis, † ſinè expreſſa licentia Illuſtriſſimi Viceregis in ſcriptis.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HVius Pragmaticæ ratio eſt quæ mouit Imperatorẽ Conſtantinum ad condendam l. ſi per impreſſionem C. quod met. cauſa, nè ſcilicet vim patiantur ſubditi propter reuerentiam, quæ miniſtris Regijs exhibetur.

1 *Sinè expreſſa licentia.* Quod etiam hodiè ſeruatur non ſolum in tutelis, atque † baliatibus exercendis, ſed etiam
2 in procurationibus quæ habent annexam iuriſdictionem, & in mei perſona fuit practicatum tempore Illuſtriſſimi, atque Excellentiſſimi Viceregis Comitis de Oliuares, dum enim Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Princeps Auſculi vxoris meæ patruelis, in cuius cauſis propter affinitatem interuenire non poteram, conſtituiſſet me procuratorem generalem, & Vicarium ſuper omnibus Ciuitatibus, Terris, ac bonis, quæ poſſidet in hoc Regno, non licuit mihi exercere hoc procuratoris officium abſque licentia Proregis, & Collateralis Conſilij, quæ fuit obtenta ſub die 28. menſis Februarij 1599.

Idem

Officiales cuiuſcunque Tribunalis procurationis, ſiue aduocationis munus durante officio exercere non poſſunt. b. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 11.

ITem quod nullus officialis dictæ Curiæ audeat cauſas, quæ vertuntur in dicta Curia procurare, ſeu procurationes, aut aduocationes ſuſcipere in dicta Curia, in quantacumque ciuili, vel criminali cauſa, quæ in ipſa Curia agitatur, exceptis duntaxat Aduocatis fiſci, & pauperum, qui poſſunt, ſecundùm formam ſuperius expreſſam.

EX PRAGMATICA VI.

De officio Iudicum.

§. ITem, quoniam de iure ac per Pragmaticas ſanctiones præſentis Regni, eſt prohibitum, quod Regij Conſiliarij ſiue Iudices, non poſſint eſſe cauſarũ Patroni † ſiue Aduocati, ſtatuimus, & ordinamus, quod de cetero conſiliarij Sacri Conſilij Sanctæ Claræ, Præſidentes Regiæ Cameræ Sũmariæ, Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ, Auditores Prouinciarum, nec alius quiuis Regius officialis dicti Regni, nullo modo poſſint eſſe cauſarum Aduocati, ſiue Patroni, Conſiliarij, Auditores, ſiue Iudices cuiuſuis perſonę, cuiuſcumque gradus, ſtatus, ſiue conditionis, & præeminentiæ fuerint etiã ſi ſit Rex vel Regina, quinimmo officia ſua cum quibus decet diligentia, & integritate exerceant. Ita quod in contrarium, pręter prædictas Maieſtates tantum, nemo alius valeat diſpenſare, ſub pœna priuationis officij, & ducatorum duorum mille Regio fiſco inferenda.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

CVm hac Pragm. concordat l. fin. C. de aſſeſſor. & l. ſi quis de togatis, C. de aduocat. diuerſ. iudit. item & l. 3. & 10. tit. 19. lib. 2. ordinat. vbi Didac. Perez, & cap. 3. de los corrigidores, quod gloſauit Auendan. ſub cap. 2. nu. 20. vbi ampliat,
1 quod nec etiam poſſit in † Camera conſulere, quod videba-
2 tur conceſſũ ex doctr. Bar. in l. 1. §. 1. ff. de poſtulando. † Secundo, vt nec etiam poſſit eſſe aduocatus in cauſa appellationis, vt notat Paulus Caſtr. in l. quiſquis, C. de poſtulando, quod tamen fallit, quando gratis id faceret ad inſtructionem Iudicis appellationis, vt idẽ Auẽd. loco citato. Amplia tertio, vt non ſolum non poſſit durante officio aduocare, verùm
3 etiam, vt non poſſit eſſe † Iudex in cauſa in qua fuit aduocatus, vt habetur in d. l. fin. C. de aſſeſſor. in fin. per quam Io. de Montoya, & Cardona (qui à munere Sacri Conſilij ad exercendum illud Præſidentis Regiæ Cameræ fuit translatus ob eius eximiam doctrinam, & probitatem ab inuictiſſimo Philippo Secundo, dum fiſci partes tueretur in cauſa Illuſtriſſimi, atque Excellentiſſimi Ducis Sueſſæ, tunc apud Summum Pontificem pro Rege noſtro Oratoris viri omni laude digniſſimi) aſſerebat enim non potuiſſe ſubſiſtere decretum per eandem Regiam Cameram latum cum adiunctis etiam de Sac. Conſ. per quod fuerat dictum, quod interueniret in dicta cauſa vnus ex Præſidentibus dictæ Regiæ Cameræ, qui fuerat fiſci Aduocatus non obſtante conſenſu, tum Ducis, tum etiam fiſci patroni, de quo latius dicemus in tit. de ſuſpit. offic.

Idem, quod in ſuperiori diſponitur, b. d. Tapia.

EX PRAGMATICA XXXIX.

De Officio Magiſtri Iuſtitiarij.

§. TAmbien ordenamos y mandamos, que ſe guarde la pragmatica hecha por el Rey D. Fernãdo en el año 1481. en que ordena que los officiales en ella conteuidos, no puedan † abogar cauſas, y prohibemos que no obſtante el rito, el Abogado fiſcal pues tiene tantas occupaçiones, y competente ſalario, no pueda de aqui adelante Abogar en ninguna cauſa, ni continuar el patrocinio de aquellas en que hauia ſido Abogado antes que fueſſe nueſtro fiſcal, ni ſer Iuez o arbitro en ellas.

Præſiden-

Præſidentes Tribunalium pro cauſarum expeditione non niſi in locis Tribunalium ſe congregent. h.d.Tapia.

PRAGMATICA VIII.

De officio Iudicum.

CAROLVS V.

ITem mandamus, quod Præſidentes r Tribunalium in eorum domibus, nullo pacto cauſas aliquas tractent, vel decidant, niſi iuxta ordinem ſuper hoc datum, nec etiam congregentur pro cauſarum expeditione alibi, quàm in ordinarijs Tribunalibus.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

TRibunalibus. Facit tex. in l. ſi locus, ff.de iudit. locus enim † iuditij debet eſſe commodus litigantibus, vt in d.tex. ideoque apud antiquos conſtitutum erat, vt Ruſticis in portis Ciuitatis ius dicerent, ne vrbes ingrederentur, & à ruſticanis ſeruitijs diſtraherentur, vt ait diuus Hieronym. ad Zachar.

Multa etiam, quod locus ſit in conſideratione tradit Andr. in Rub. quo temp. miles num. 3. vſque ad fin. item † ſententia extra locum ſolitum data nulla eſt l. ſi vt proponis la ſecunda. C. quomodo, & quando Iudex, ad quod vide etiam Bald. in l. ius pluribus. ff. de iuſtit. & iure, & in l. teſtamenta C. de teſtam. & Afflict. in conſtitut. ædictorum 7. oot. ou.8. & diximus in conſtit. Iudices in Rub. de official. in Regno conſtitut. in fin.

Præſidentes Tribunalium ſibi ipſis cauſas non committant. h.d.Tapia.

PRAGMATICA IX.

Eodem tit.

PHILIPPVS &c.

NIhil magis Chriſtianis Principibus curæ eſſe debet, quàm vt in Regijs Ciuitatibus, ac populis eis diuina miſericordia commiſſis, iuſtitia, quæ de cœlo proſpexit, vnicuique abſque perſonarum diſcrimine, vel exceptione miniſtretur. Quandoquidem illa humani fœderis vincula continet, Regna Ciuitates, ac populos in tranquillitate conſeruat. Itaque non ſuccurrente nil inter mortale æquabile, nil tutum remanere, & pro Platonicorum ſententia, ipſa humanæ vitæ compago diſſolueretur, quamobrem ſpectantes, vt illas in hoc Regno præſertim in hac feliciſſima Ciuitate Neapolis, ritè, & rectè, ac ſine aliquo ſuſpitionis ſcrupulo, & perſonarum acceptione, omnibus miniſtretur præuia, matura deliberatione, ac voto ſu premi Regij Collateralis Conſilij penes nos aſſiſtentis, præſentem Pragmaticam ſanctionem perpetuò valituram, edere decernimus.

In primis itaque ſtatuimus, quod Præſidens Sacri Regij Conſilij, Locumtenens Regiæ Cameræ Summariæ, Regens Magnam Curiam Vicariæ, nò poſſint ſibi ipſis cauſas aliquas ciuiles, ſeu criminales, ſeu feudales cuiuſcunque quantitatis ſeu qualitatis exiſtant de cetero committere, & ſi aliqua ad præſens ſibi ipſis per ſeipſos commiſſa reperitur, illam ſtatim committere debeant alicui commiſſario illius Tribunalis, in quo ipſe præſidet.

CAROL. TAP. REG. CONS. ANNOT.

HAec Pragmatica hodie non ſeruatur, vidi tamen Præſidem illum eruditiſſimum Vinc. de Franch. ob impedimentum cuiuſdam Regij Conſiliarij, cuius cauſas committere noluit, cauſam retuliſſe in Sac. Conſ. ſicuti etiam videmus hanc Pragmaticam non vendicaſſe ſibi locum reſpectu decretorum interlocutoriorum cum ſæpè ſæpius Præſidentes in illis prouideant.

Prouiſiones extra Regnum expedita non mandentur executioni abſque licentia Proregis. h.d.Tapia.

PRAGMATICA V.

De citationibus.

CAROLVS V.

PErche come ſapete ſono le Regie Pragmatiche nel preſente Regno, che qualſiuoglia prouiſione, che venga fuor del Regno, non ſi può eſſequire ſenza noſtra ſcientia, & licentia, le quali ſono in viridi obſeruantia, etiam quanto alle prouiſioni, & priuilegij di Sua Maeſtà Ceſarea. Per queſto ve dicemo, & ordiniamo, che così lo debbiate eſequire, & fare eſequire in queſte à voi decrete Prouincie, e ſe faceſſe il contrario, ne pigliarete informatione, e di continenti la mandarete da noi, è contra li Notari, & altri Laici vi aſſicurarete delle perſone loro; e ſe fuſſero clerici, gli ordinarete che ne vengano ad informatione infra il tempo che à voi parerà, perche ſi poſſa per noi prouedere come conuiene, e coſi l'eſequirete, & non altramente, che tale è noſtra volontà, & intentione, non fando il contrario, ſe amate la gratia, e ſeruitio della Maeſtà Ceſarea.

Datum in Caſtronouo Neap. die tertio Aprilis 1540.

Don Pedro de Toledo.

V. Decolle Regens. V. Loffredus Regens.

Martiranus Secretarius. Dirigitur Gubernatori Principatus citra.

Officiales tam Regij, quàm Baronales penas ad ſui, vel ſuorum Baronum arbitrium commutandas imponere nequeunt. hoc dicit Tapia.

PRAGMATICA XXI.

De Baronibus.

PHILIPPVS &c.

PEr quanto ſemo informati, che per gli officiali tanto demaniali, come di Baroni, li quali non hanno facultà, nè poteſtà di commutare, minuire, ò rimettere le pene poi la publicatione della ſentenza, molte volte nelli decreti, e ſententie, che ſi fanno contra li delinquenti nelle loro corti ſi riſerbano l'arbitrio ad eſſi officiali demaniali, e

gli officiali di Baroni ad eſſi, ò vero alli Baroni patroni delle Terre di commutare, minuire, ſeù moderare le pene, che ſe gl'imponeno: talche per queſta via vengono poi à minorare, commutare, ò rimettere le pene poi la publicatione delle ſententie, non potendolo fare di giuſtitia gli officiali Regij, nè li Baroni, & loro officiali in virtù delli Priuilegij, vſurpandoſi per queſta via la giuriſdittione, e poteſtà che non gli compete, dal che ancora ſi cauſa, che molte volte li delitti rimangono impuniti, e ſi riduceno le pene contente nelle ſententie à compoſitione di danari, ò à minorarſi in virtù di dette riſerbe, anchora che le parti offeſe non ſiano concordate, contra ogni debito di ragione: Et ancora che alcuni Baroni haueſſero facultà di commutare le pene ò componerle, ſeù rimetterle in tutto, ò in parte, T etiam poſt ſententiam, nondimeno non ponno, nè deueno nelle ſententie, & decreti da darſi per loro officiali, ſeù per eſſi, fare le dette reſerbationi ad arbitrio d'eſſi Baroni, ſeù officiali loro attento, che in virtù di dette riſerbe, potriano (com'è detto) minuire, commutare, ò rimettere le pene ancora che le parti non fuſſero concordate, contra ogni debito di giuſtitia: Per tanto volendo in queſto prouedere, come conuiene alla buona amminiſtratione della giuſtitia, & beneficio publico, ci è parſo ſtatuire, & ordinare, ſi come per la preſente Pragmatica ſtatuimo, & ordiniamo, che da quà auanti, in modo alcuno detti officiali regij, & baronali non poſſano riſerbarſi arbitrio ad eſſi, eſſendono officiali demaniali, nè gli officiali baronali ad eſſi, nè alli Baroni, di commutare, minuire, togliere, & alterare le pene, che meritano li delinquenti, ma debbiano imponerli nelli loro decreti, & ſententie pena certa, ſi come per le leggi, conſtitutioni, capitoli, è pragmatice ſe li deue imponere, ſotto pena di ducati mille, la quale volemo, & ordiniamo ſi debbia eſigere da quello officiale che pronuntiarà ſimili decreti, e ſententie, con declaratione che tali riſerbationi ſiano nulle, è di niſſuno vigore, è momento, & ſi habbiano per non oppoſte, ordinando, & comandando à tutti li ſopradetti officiali, tribunali, e ſudditi regij, & à qualſiuoglia d'eſſi inſolidum, ch'inſpetta per eſſi, & ciaſcun di loro, la forma della preſente noſtra pragmatica, debbiano, quella ad vnguem, & inuiolabiliter, oſſeruare, & fare oſſeruare ſotto la pena predetta: Et attalche ſia nota à tutti, e non ſi poſſa allegare ignorantia, comandiamo, che ſi debbia la preſente preſentare, & publicare nelli Tribunali di queſta magnifica, e fideliſſima città di Napoli, è nell'altre del Regno, & ſi affiga in valuis delli Tribunali predetti.

Datum Neap. in Regio Palatio die 22. menſis Octobris 1567.

Don Peraſan.

V. Villanus Regens. V. Reuerterius Regens.

Dominus Vicerex Locumtenens, & Capitaneus generalis, mandauit mihi Ludouico de Lobera pro Secretario. Et vide in Pragmatica ad perpetuum. §. Item quod nonnulli. & §. ſeq. de Salar. eorum qui mittuntur.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HAec Pragmatica ſeruatur, imò etiam Magna Curia ſolet, quando vult condemnare aliquem quòd exulet, vel ſoluat id à Collaterale Cõſilio impetrare Sac. tamen Cõſ. ob ſui præheminentiam id aliquando, ſed perrarò facit.

T *Etiam poſt ſententiam.* Poſt ſententiam Baro gratiam facere non poteſt de iure l. Iudex poſtquam, ff. de re iudic. ante verò ſic, vt de vtroque latè per Vinc. de Franch. deciſ. 370. vbi etiam quid in habente ſecundas, & tertias cauſas.

NE OFFICIALES OFFICIA A BARONIBVS PETANT.

Rubr, xxx.

Officiales officia à Baronibus non impetrent, h. d. Rubrica.

EX PRAGMATICA IX.

De officio Iudicum.

§. ITem ſtatuimus, quod nemo officialis prædictorum Tribunalium ſeù Gubernatores, Auditores prouinciarum Regni huius, poſſint, nec debeant petere ſeù impetrare officia à quibuſcumque Baronibus, maioribus ſeù minoribus, titulatis, & non titulatis huius Regni, pro amicis, conſanguineis, affinibus, ſeù quibuſcumque alijs perſonis, ſed à petitione, & impetratione huiuſmodi officiorum omnino abſtinere debeant.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAec Pragm. & ſequentes conditæ fuerunt ad tollendum omne intereſſe, omnemq; lucrum, ac omnem affectionem ex cordibus iudicum, vt facilius, atque rectius iudicare poſſent, quod latius dicemus in tit. nè officiales munera recipiant.

Idem

Idem diſponitur quòd in præcedenti Pragmatica, & additur nec conſanguinei accipiant, nec Barones concedant abſque licentia Proregis item quod eadem prohibitio militet, quoad perſonas eccleſiaſticas. b.d.Tapia.

PRAGMATICA V.

De officialibus.

PHILIPPVS &c.

ACciò la giuſtitia ſi adminiſtraſſe ſenz'alcun ſuſpetto di litiganti, è ſi toglieſſe l'occaſione di gratificarſi per li miniſtri di giuſtitia alle perſone che di baſſo di loro giuriſdittione litigano, fù laudabilmente per Pragmatica, è prouiſione particulare fatta alli 28. di Marzo dell'anno 1555. Prohibito che niſſuno officiale Regio di qualunque ſtato, grado, è conditione, poſſa dimandare officij à Baroni, nè per amici, per parenti, nè per altra ſorte di perſona, la qual Pragmatica fù poi rinouata alli 26. di Ottobre dell'anno 1558. Et acciò lo contento in dette Pragmatiche ſia candidamente, & inuiolabilmente oſſeruato, ci è parſo con voto, & aſſiſtentia del Regio Collaterale Conſeglio appreſſo di noi aſſiſtente ſtatuire, & ordinare, ſi come ſtatuimo, & ordiniamo, che tutti e qualſiuogliano officiali Regij di qualſiuoglia ſtato, grado, e conditione ſi ſiano tanto aſſiſtenti nelli Tribunali di queſta Città di Napoli, quanto nè gli altri del Regno, debbiano, è ciaſcun d'eſſi debbia oſſeruar la forma, è tenore delle dette prè calendate Pragmatice: Prohibendoli eſpreſſamente, che ne per ſe, ne per altre interpoſte perſone, direttè, ne indirettamente poſſano, vagliano, ne ardiſcano dimandare ne far dimandare à Barone alcuno litigante, ò non litigante, ſenza noſtra eſpreſſa licentia in ſcriptis obtenta, officio alcuno di Capitanio, Gouernatore, ò aſſeſſore. per figli, ò parenti, ò amici, ò qual ſe ſia perſona, ne offerendoſi ſpontè da detti Baroni alcuno di detti officij à detti officiali, poſſano quelli accettare ſenza detta licentia, ſotto pena di ſuſpenſione di offiio, ad arbitrio di Sua Maeſtà, ò noſtro, nella qual pena s'incorra per la ſola dimanda, ò accettatione fatta nel modo predetto, ancora che non haueſſe effetto. Et per euitare ogn'ombra, ò ſuſpetto di fraudare la preſente noſtra ordinatione, ſtatuimo, è diſponemo, che s'alcuno Barone per ſua mera, e libera volontà, ſenza dimanda, & richieſta fatta per officiale alcuno, nel modo come ſi dice di ſopra, ma per il merito della perſona prouidenda, voleſſe, ò deliberaſſe prouedere alcuno di detti officij, in perſona di alcuno parente, ò affine di alcuno di detti officiali infra tertium gradum, ſia obligato tanto il Barone prouidente, quanto la perſona prouidenda auante di ingerirſi nell'adminiſtratione di detto officio, darne notitia à noi, acciò poſſiamo prouedere quel che conuenerà, conſiderando tutte le circoſtantie conſiderabili, ſotto pena che il Barone per anni dui ſia priuato dalla elettione dell'officiale, quale per detto tempo ſi deputi per la Regia Corte, & alla perſona prouiſta di inhabilità di eſercitare officio ſimilmente per anni dui.

Et perche circa li beneficij che ſi conferiſcono per Prelati, ò altre perſone Religioſe, & Eccleſiaſtice, & altri che ſono à preſentatione di laici, milita la medeſima ragione, ordiniamo che detti officiali habbiano da oſſeruare il medeſimo che di ſopra ſi è ordinato, di non dimandarli, ne farſi dimandare; ne accettarli à ſponte dantibus ſenza noſtra licentia, ſotto la medeſima pena, da eſſequirſi à riſpetto di detti officiali. Et acciò che ſia noto à tutti, hauemo comandato affigere della preſente Pragmatica copia autentica nelli Regij Tribunali di queſta fideliſſima Città.

Datum Neap. die 21. Iulij 1574.

Ant. Card. de Granuela.

V. Reuerterius Regens. V. Salernitanus Regens. V. Salazar Regens. Dominus Locumtenens, & Capitaneus generalis mandauit mihi Ludouico de Lobera pro Secretario.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HAec Pragm. confirmat præcedentem, & ampliat eam
1 primo vt non ſolum officiales non † petant, ſed nec etiam Barones poſſint illa concedere conſanguineis, aut ipſi
2 accipere abſque licentia Proregis, Secundo ampliat, † vt nec etiam à perſonis eccleſiaſticis feuda tenentibus poſſunt illa accipere, aut petere, idque ad euitandum quæſtionem, quæ oriri potuiſſet, an prohibitio iſta habeat locum reſpectu non ſubditi officialis nam cum prohibitionis ratio ſit, quam diximus ſup. in Pragmatica prima huius tit. vt omnis vitetur concuſſio, quæ deſumitur ex l. ſi per impreſſionem, C. quod met. cauſa, & l. principalibus ff. ſi cert. petat. & l. 1. C. de contract. iudic. hæc ceſſare videtur quando contrahit cum non ſubdito, per ea, quæ tradit poſt Alex. Iaſon, & alios in d.l. principalibus, ff. ſi cert. petat. D. Regens de Ponte conſ. 49. nu. 53. & ſic ad huiuſmodi legem condendam optima fuit ratione motus legislator.

Idem diſponitur quòd in ſuperioribus. b.d. Tapia.

EX PRAGMATICA VLTIMA.

De Commiſſ. non deſtin.

§. ITem ſtatuimus, quod nemo officialis prædictorum Tribunalium, ſeu Gubernatores, & Auditores Prouinciarum Regni huius, poſſint, nec debeant petere ſeù impetrare officia à quibuſcunque Baronibus, maioribus, ſeù minoribus, titulatis, & non titulatis huius Regni, pro amicis, conſanguineis, affinibus, ſeu quibuſcunque alijs perſonis, ſed à petitione, & impetratione huiuſmodi officiorum omnino abſtinere debeant: Hanc igitur

tur ſupraſcriptam Pragmaticam, quæ licet recens, tamen temporum in curia, ſenſimus eam quaſi refrigeraſſe, & penè deſueſcere cœpiſſe inuenimus, ad vitam, vigoremque ſuum reuocantes, ac renouantes obſeruari illam caſtè atque inuiolatè præciſè mandamus, atque præcipimus: illud præterea addentes, vt dictæ Regiæ Pragmaticæ ſanctioni nullo omnino modo diſpenſari poſſit præterquam ex iuſtiſſimis, & vrgentiſſimis cauſis.

Declaratur diſpoſitio prædicta habere locum etiam in ſcriba portionis, & officialibus hic notatis, h.d. Tapia.

PRAGMATICA VII.

De officialibus.

PHILIPPVS &c.

Li anni paſſati furono fatte pragmatiche, & prohibito per quelle, che niſſuno officiale poſſa domandare officio à Barone, ò vero beneficio coſi à Prelati, come à chi teneſſe il Ius patronato, come in dette pragmatice ſi conuiene, alle quali s'habbia relatione, & ſe bene in dette pragmatice s'includeno aſſai manifeſtamente lo Scriuano di ratione, lo Teſoriero Generale, lo Dohaniero di Foggia, & li Maſtri Portolani, & li percettori delle prouintie, tuttauolta à maggior chiarezza, per li præſenti Banni ſi dechiara in dette pragmatice s'includeno li ſopradetti officiali, & loro Locotenenti, & altri loro ſotto le pene in dette pragmatice contente reſeruando l'eſecutione della pena incorſa per detti officiali.

Datum Neapoli die 19. Iunij 1587.

El Conde de Miranda.

V. Moles Regens. V. Lanarius pro Regente. V. Berricanus pro Regente. Baſtida. in bannorum primo fol. 25. die 21. Iunij 87. Neapoli fuit publicatum, &c.

DE OFFICIO MAGNI ADMIRATI. Rubr. xxxj.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

De officio Magni Admirati loquitur tit. C. lib. 11. de Claſſicis, ſed quàm breuiſſimè, ſic etiam Hyſpanorum leges 4. tit. 9. & l. 3. tit. 24. par. 2. & apud Gallos habetur ex Caſſaneo in Catalog. Glor. Mundi par 9. 16. conſider. Eſt autem Admiratus præfectus maritimæ Claſſis, vt ait dicta lex 3. tit. 24. par. 2. de cuius officij amplitudine, dignitate, origine, atque iuriſdictione latè Marin. Freccia lib. 1. de ſubfeud. tit. de officio Magni Admirati, cuius ſcriptis cum nihil addi poſſit rectius duxi me ſubſcribere prout ſe ſubſcripſit D. Fabius Marcheſius, illud tamen non omittam, quòd hoc † of-
1 ficium prius excogitatum à Polycrate Samij tyranno, vt refert Herodotus lib. 3. relatus per Marcum Antonium Surgentem de Neap. Illuſtr. lib. 1. cap. 26. num. 30. aliqua tamen, quæ ad eius iuriſdictioné pertinent dicamus. Et primo iuriſdictionem Magni Admirati ampliſſimam eſſe cum † compræ-
2 hendat ſub ſe omnes, qui viuunt de arte maris, prout ex priuilegio apparet ſub quo vocabulo comprænduntur piſcatores, nautæ, fabricatores nauium, atque triremium, & tandem omnes illi, qui aliquo pacto ea commoditatibus maris ſe enutriunt, habet præterea iuriſdionem in plures alias perſonas, veluti in omnes Viceadmiratos, quos in aliquibus maritimis terris habet iuxta conſultationem Regiæ Cameræ, item in conneſtabulos, & quinquaginta homines, qui tenentur aſſiſtere ſeruitijs Curiæ, necnon in ſuos familiares, & domeſticos. quinimmo in actuarios Viceadmiratorum, & vnum famulum pro quolibet vice Admirato. Creat etiá duos Capitaneos cum familia pro capiendis delinquentibus illi ſubditis, & tandem eius iuriſdictioni ſubeſt eius Locumtenens, & Iudices quos ipſe etiam creat, prout de his omnibus Sacri Concilij decretis declaratam habet eius iuriſdictionem, quæ conſeruantur pœnes Illuſtriſ. Principem Conchæ magnum nunc Admiratum, creat etiam actorum magiſtros. cognoſcit pariter de delinquétibus in mari, licet regulariter ad Iudicem territorij, cui mari adiacet cognitio ſpectet ſecundum Io. de Platea, & Rebuff. in l. vnica, C. de Claſſicis lib. 11.

Hæc aũt iuriſdictio (vt diximus) eſt in perſonas cũ clauſula priuatiua ad oẽs alios Iudices ratione exercitij, ideoq; ipſe ſolus cognoſcit. Hinc fuit dubitatũ an deberent remitti ad Magnum Admiratum, remiſſionem petentem, quidam qui de-
3 linquerant furando † per mare, & capti fuerunt ex quo etiam erant ſubditi, & viuentes de arte maris quos carceratos detinebat Mag. Cur. in quo articulo fuit per Sacrum Conſilium deciſum non eſſe remittendos vigore Regiæ Pragmat. 6. ſub tit. vbi de delicto quis conueniri debeat, quæ licet loquatur in diſrobatoribus ſtratarum fuit ampliata ad diſrobatores in mari, quod memoriæ tradidit D. Præſes de Franch. deciſ. 142. Hinc etiam fuit dubitatum an deberet remitti ad dictam Curiam admirati vnus ex quinquaginta, qui exemerat à manibus alguzeriorum quendam Magnæ † Curiæ Vicariæ contuma- 4
cem, ſuper quo articulo Mag. Cur. Vic. iudicauerat cauſam fore remanendam in eadem Magna Curia ex regula tex. l. nullum C. de teſtibus, per quam Iudex alias incompetens cognoſcit de non ſubdito, qui deliquit coram eo ratione contemptus, cum eius aures ex hoc offendantur, quam legem etiam in clerico falſum deponente coram Iudice laico ampliat glo. ibi, communiter tamen reprobata in cap. at ſi clerici de iudic. vt adnotauit dominus Genitor meus ad d. l. nullum, qui etiam addidit ponderando dictionem nullatenus d. cap. at ſi clerici, nec etiam valere proceſſum factum à Iudice laico, & in quantum ad gloſam reprobatam reperi approbatum per d. Præſidentem de Franch. deciſ. 470. nume. 4. hæc cauſa fuit ſollemniter diſputata in Sac. Conſ. iunctis dominis duarum aularum, & tandem deciſum in beneficium Magni Admirati primo ex clauſula priuatiua in certũ genus perſonarum, quæ adimit iudicibus iuriſdictionem, ut ex Angelo in l. teſtamenta C. de teſtam. tradidit D. Præſes d. deciſ. 142. & hæc clauſula facit caſum quodammodo ſimilem cauſæ clericali, vt poſt Capyc. deciſ. 122. tradit D. Præſid. deciſ. 417. num. 8. & præſertim quando ratione exercitij eſt aliquis exemptus, & ad tex. in d. l. nullum, fuit reſponſum non obeſſe, ex quo hoc Tribunal Magni Admirati ſumit iuriſdictionem ab eodem Rege, eſtque Regius Officialis æqualem habens † iuriſdictionem cum Iu- 5
ſtitiario, poteſtq; fiſci patronus coram eius Iudice inſtantias ſuas facere, & de grauaminib. recurſum habere ad Sac. Conſ. cuius cenſuræ ſubſunt omnia Tribunalia Regni, ex quo, & ex dicta clauſula dicebat Magnus Admiratus eſſe remittendum, itẽ ne quod diximus in clauſula priuatiua exemplum faceret reſpectu aliorum, qui huiuſmodi clauſulas in priuilegijs habent aducebatur doctr. Lucæ de Pen. in rubr. de apparit. lib. 12. vbi de ſuis apparitionib. cognoſcit Iudex, quia vt diximus exemptione conceſſa eſt ratione exercitij, vt diximus in conſtit. ſtatuimus, alia conſultò omittimus, cum de hoc ſollemnem

Digitized by Google

lemnem ſcripſerit deciſionem D. Nicolaus Ant. Gizzarellus collega meus. Tertio fuit etiam controuerſum an deberet remitti, qui dum deliquerat erat vnus ex quinquaginta, & poſtea fuerat dimiſſus, & contumax reputatus in quo caſu fuit deciſum fore remittendum, quia tempore quo deliquerat erat ille ſubditus ita deciſum refert D. Præſ. deciſ. 417. Quarto fuit dubitatum ſi Magnus Admiratus delinquat quis ſit Iudex competens, de hoc diximus, ſupra in conſtitutione ſtatuimus vt Magnæ Curiæ.

6 In quantum verò ad liquidationem inſt. attinet, an poſſit † Curia Admiratiæ procedere ad liquidationem contra eius ſubditos vltra id, quod dicit Mar. Frec. loco citato dum agit de hoc officio, dic quotidie ſeruari in Sac. Conſ. vt ordinet Mag. Cur. Vic. vt cauſas remittat, & hinc prætendebat Illuſtriſſimus Magnus Admiratus non poſſe Mag. Cur. procedere, contra ipſum ad liquidationem inſtrumentorum, quia par in parem non habet Imperium, hæc quæſtio non fuit deciſa in qua pro contraria parte creditoris ſcripſit Scipio Rouit. alio tamen loco ponam ſi ante completum opus iſtud cauſæ finis

7 erit impoſitus.

Hoc officium magno cum decore, atque candore exercet Matthæus à Capua † Princeps Coochæ Collateralis Conſiliarius, & catafractorum cohortis præfectus vir ingenio, atque diuitijs polles ſcientiarum omnium genere ornatiſſimus. poſthæc ſcripta inter aurei velleres æquites ab inuictiſſimo Rege noſtro cooptatus.

Non tamen hodie habet Admiratus omnem, quam prius habebat iuriſdictionem, nam præfectura triremium huius Regni alteri commiſſa eſt, qui iuriſdictionem habet in omnes illos, qui in Regijs triremibus delinquunt tam in portu, quàm extra, & omnes, qui militant ſub Regijs ſtipendijs in dictis Regijs triremibus pro eius iuriſdictionis exercitio habet Auditorem, actuarium, & prouidet ſingulis triremibus, Capitaneum, & alios Officiales, veluti Patronum. Comitem, Alguzerium, Calafatum magiſtrum lignorum, Bombarderium, Remolarium, Conſiliarium Scribam, Socium, Cappellanum, & Barbitonſorem, prouidet etiam officium Medici, Chirugi totius claſſis. Alguzerium maiorem, Capitaneum æneorum tormentorum, & in triremium Capitanea vltra officiales prædictos prouidet, etiam Pilotum.

Quòd tamen diximus generalem claſſis habere iuriſdictionem in omnes ſtipendiarios procedit quando delinquunt in Regijs triremibus ſecus ſi in terra, vt deciſum teſtatur D. Præſidens de Franch. deciſ. 88 quod etiam fuit deciſum in aula, in qua nunc præſidet D. Marcus Antonius de Ponte collega optimus, atque doctiſſimus ad relationem Marci Antonij Morræ Iudicis cauſarum criminalium Mag. Cur. Vic. viri probatiſſimi ac eruditiſſimi die 16. Decembris 1604.

Admiratus eiuſque vice Admirati in apprettijs faciendis pro ſoluendis reparationibus in nauigijs factis interueniant, quod ſi nequeant alteri committatur h. d. Tapia.

REX CAROLVS I. Cap. 77.

Admirati, & Viceadmirati, &c. Adde quòd Admirati Regni Siciliæ, quando aſſumuntur ad hoc officium Admirati, datur eis birretum pro inſigni, ita not. inquit Luc. de Pen. in murilegulis, in pen. col. circa princ. C. de murileg. lib. 11. M

ADmirati, & Viceadmirati Prothontini in reparatione nauiũ, galearũ, therearũ, & aliorũ vaſcellorum Curiæ illam formam diligenter obſeruent, quòd vaſa, quæ reparari faciunt, diligenter videre in reparatione per Iudices, notarios, & magiſtros graſſiæ, & calefatos expertos ad hoc, & in arte maris peritos, & alios probos viros huius rei conſcios fideliter æſtimari faciant. Et ſi interfuerint æſtimationi vaſcellorum ipſorum Viceadmirati, vbi poterunt intereſſe, & ſi non poterunt intereſſe, mittant aliquos loco ſui, de quibus confidant, conſideratis, & particulariter æſtimatis omnibus, & ſingulis neceſſarijs ad reparationẽ prædictã eſtimari faciãt. Itẽ ꝙ ſtatuẽdi ſuper reparatione ipſa preter perſonarum laborem, quem ad hoc impendunt, nihil omnino de proprio ibi expendere, vel ſoluere compellantur; cum ſufficiat eis proprijs ſumptibus in ſeruitijs ipſis communiter laborare. Et ſi contra fecerint, reſtituto damno, quod ipſi ſtatuto inde incurrerent: pro quolibet vaſcello, in cuius reparatione prædicta commiſerint, libram auri vnam fiſco noſtro componant. Ita tamen, quòd ad reparationem ipſorum vaſcellorum in extaliũ nemo compellatur inuitus: Et ſi quis compulſus fuerit: ille, qui compulerit eum, teneatur emendare ipſi extalerio compulſo quantum amiſerit in ipſo extalio, & de hoc ſtetur ſacramento ipſius, ita quod de compulſione ipſa prius fidem faciat. Et ad tantumdem dictus compulſor nobis teneatur, & idem in omnibus operibus nobis conſeruetur.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HOdie quantum attinet ad Regias triremes hoc non ſeruatur, ſed quantum attinet ad cætera nauigia particularium, quatenus aliqua eſſet differentia ſeruatur.

REX CAROLVS I. Cap. 78.

ITem in ſtatuendis dictis præpoſitis ſuper reparatione ipſorum, & alijs eorum ſubofficialibus illam formam: & ſub illa forma obſeruent, quæ ſupra in Secretorum officialibus, & ſubofficialibus eſt ſtatuta.

Admiratus ſoluat tempore armationis triremium comminantias marinarijs, detque integram panaticam ſub pœna hic ſtatuta h. d. Tapia.

REX CAROLVS I. Cap. 79.

Item prædicti Admirati, &c. In ver. *Panaticam, &c.* Adde hic de Pannatica vnũ notabile verbum, ꝙ cum Rex mittit exercitium ꝙ nullus poſſit ſe excuſare ab executione Panaticæ. Ita notabiliter dixit Nic. de Neap. in l. fi. C. de erog. mil. an no. li. 12. pro quo dicit eſſe caſum ibi, & quòd ſeruatur quotidie, tene menti. M.

ITem prædicti Admirati, Prothũtini, & Comiti, qui armant galeas, & alia vaſcella de mandato Curiæ dent, & ſoluant comminantias marinarijs, & alijs perſonis in arte maris expertis in ſufficienti numero, & non vltra. Et poſt datam comminantiam aliquam eorum prece, vel precio non competent, & ipſã armatã non vexent, nec ſtatuant bonos Burgenſes, & alios ciues huius artis ignaros, & inconuenientes ad hoc, ſed conuenientes, & idoneos reſpectu habi-

habito ad armatã paruam, ſeù mediam ſinè ma-
1 gnam,& prædictis marinarijs comminantiam ſinè
diminutione perſoluant, & panaticam tribuãt eis
integram ſinè aliqua diminutione,& cum ea men-
ſura in qua ipſos à Curia menſurant, vt ſi contra
fece-

fecerint,vel contra facientibus aliqui eorum con-
ſenſerint, donec exercitus ille vel armata deue-
nerit in carcere teneantur. Et damna, vel turpi-
ter ablata cum damnis parti læſæ reſtituant, &
tantundem noſtræ Curiæ pœnæ nomine exſoluere
teneantur.

---

1 ADDITIO. Item prædicti Ammirati. Iſtud c. melius de-
claratur per eos,qui habent peritiam de maritimis. † Et pro-
thontini,ſeù prothontinus dicitur, quem vocant alio nomine
conſiliarium in galea, vulgariter lo conſighere. Alibi etiam
prothontinus dicitur Iudex, qui cognoſcit de cauſis mariti-
mis,& Veneti in multis locis tenent prothontinos, qui deci-
dunt cauſas maritimas.
2 ADDITIO noua. † Alibi etiam dicitur protector, id eſt
vir fortis armatus,qui ſtat in cuſtodia Principis, vt per gloſ.&
Luc.de Pen.in rubr. C.de domeſticis & protectoribus lib. 11.
3 † Prothontinus etiam poni poteſt pro Magiſtro nauis, ſeù ga-
leæ, & melius ſcribi poſſet prothothyrus, thyris enim Græ-
cè, latinè magiſter,vt dicit glo.in l. quæſitum. §. Paplnianus,
ff.de ſup.inſtr.& ita poteſt accipi hic pro magiſtro nauis, ſeù
galeæ,iuxta illud Virg.excutitur pronuſque magiſter. Et dici-
tur prothos Græcè,Latinè primus,vt in proœ.ffor.§.diſcipuli,
& thyrus,i.magiſter quaſi velit primus magiſter, & guberna-
tor nauis, ſeù galeæ, & iſtud magis placet, & hodie vocatur
Capitaneus, ſeù Patronus galeæ. Et de iſto magiſtro nauis lo-
4 quitur tex.in l.1.ff.de exerc. † Et ille dicitur magiſter nauis,
cui tota anchora, id eſt gubernatio à domino mandata, ſeù
commiſſa eſt.l.1.§.magiſtrum,el primo,& ibi gl.1.ff.de exer-
cito. Et iſte magiſter præponitur ad merces emendas,vel ve-
hendas, vel talis præponitur vectoribus conducendis:arma-
mentisve emendis d. l. 1. §. magiſtri. ff. de exercito. Et talis
magiſter nauis intelligitur ſiuè de naui, & galea marina, vel
fluuiali ſiuè alicuius ſtagni.d.l.1.§.nauem.ff. de exercito. ¶ In
5 tex. ibi (Galeas.) † Aduerte, quòd aliquando galea ponitur
pro elmetto,& tunc littera E, corripitur, quando verò poni-
tur pro galea,tunc illa littera C,producitur & elongatur, vn-
de verſus, Armo caput galea,pelagum percurro galea,vt dicit
Io.And.in c.ad Apoſtolicæ.in princ.de ſent. & re iud.in 6. In
tex.

tex. ibi (nec ſtatuant.) Nota † quòd boni Burgenſes, & alij 6
cinea ignari artis maritimæ, & inconuenientes ad hoc non
debent poni in galea ad remigandum. Intellige,quando non
ponuntur in galea pro pœna delicti. Pro hoc facit: quia ſer-
uitia debent imponi, quæ conueniunt perſonæ, vt eſt Regia
Pragmatica Regis Ferdinandi, quæ incipit, ad perpetuam.
¶ In tex. ibi (& panaticam.) † Nota, quòd panatica debet 7
dari integra ſine diminutione cum ea menſura, cum qua à
Curia fuit menſurata, & hoc nè fraus committatur, & con-
trafaciens tenetur ablata cum damnis reſtituere, & tantun-
dem Curiæ pro pœna ſoluere, & tenetur ſtare in carcere, do- 8
nec exercitus, ſeù armata reuertitur, vt in iſto tex. ¶ † Et ad-
uerte, quòd iſte tex. qui loquitur de Admirato, non loquitur
de magno Admirato Regni, qui regit iuſtitiam in Terra in
Ciuitate Neapolis, & cognoſcit de cauſis maritimis, ſed lo-
quitur de alio Admirato maris, qui debet habere curam,vt in 9
hoc cap.dicitur.¶ † Nota.quia in iſto cap.fit mentio de com-
munantia, melius ſtaret communantia, & erat vulgare de eo,
quod olim Regia Curia dabat marinarijs vltra panaticam pro
emendis rebus comeſtibilibus pro victu, quando erant in ga-
lea,& dicitur communantia,quaſi communio, & ſocietas,eo
quòd communiter in ſocietate emebant, & communiter co-
medebant,prout faciunt hodie in galeis,& nauibus,quia par-
tim inſimul comedunt in prore, partim in puppi, partim in
medio propè malum, ſeù arborem galeæ,vel nauis, & iſta di-
cebatur vulgariter communantia: quia communiter de eis
veſcebantur, hodie Regia Curia non dat communantiam in
pecunia, ſed vnicuique dat ſuam portionem de panatica, &
vino, & aliis comeſtibilibus. Et quia marinarii, qui non habe-
bant panaticam, & communantiam in galea pro victu, ideo
ſtatuit, vt habita panatica,& communantia aſcendant in ga-
leam &c. Ioan.Ant.de Nigris.

Admiratus, eiuſque officiales triremes alienis mercibus non onerent.h.d.Tapia.

REX CAROLVS I. Cap.80.

PRædicti Amdirati, Viceadmirati, Prothon-
tini vel Comiti, prout quiſque eorum naui-
gantibus galeis præfuerit, non onerent galeas,
nec

nec permittant ab alijs onerari victualibus,vino,
vel oleo,ballis pannorum, & alijs quibuſcunque
arniſijs, ſeù mercibus, ſicut hactenus vſurpabant,
cum ex hoc ad nauigandum minus reddantur ha-
biles. Et ſi contra fecerint, turpiter accepta
in pœnam quadrupli noſtræ Curiæ reſtituere te-
neantur.

---

1 ADDITIO. Prædicti Admirati. Nota ex iſto tex.† quòd
galeæ non debent onerari victualibus,& alijs ſpeciebus; quia
ex tali onere redduntur minus habiles ad nauigandum,& pœ-
na imponitur contrafacienti,vt hic concordat tex. in l.vnica,
C.ne quid oneri pub. impo lib.11.& ibi Azo in Sum.vbi pro-
2 batur, † quòd nullus debet imponere priuatam ſarcinam, ſeù
priuatam ſpeciem ſuper nauibus, quæ publicas ſpecies tran-
ſeunt, nè ex nimio onere nauis periclitetur. & naufragium
patiatur, & ſi fuerit contrafactum, tam compellens ad por-
tandum,quàm nauclerius ſponte ſuſcipiens, ſi nauis naufragiũ
paſſa fuerit, tenetur ad emendationẽ damni, & extra ordinẽ
punitur,vt d.l.vnica. & ibi gl.ſi. & Azo ibi.in Sum.& alij Doc.
ibi. † Et in dubio propter onus impoſitum præſumitur nau-
fragaſſe,vt ibi dicit Luc. de Pen. Similiter etiam ſi nauis vitio
naucleriorum perierit,iactura ad eos ſpectabit, vt tenet Azo
in Sum.C.de naufr.col.pen.lib. 11. † Et vitio naucleriorũ fa-
ctum

ctum intelligitur,ſi vel ante tempora nauigationis Cal.April.
vel poſt Cal. Octobr. nauigauerint. l. quoties in fi. & ibi glo.
Bar.& Luc.de Pẽ.C.de naufr.lib.11.& Azo ibi in Sum.& Flo.
in l.arboribus. §.nauis.ff.de vſufr. Barthol. Cæpo. in tract.de
ſerui.in tit.de naui. Firma.in reper.in ver.nauis,col.1.† Simi- 3
liter vitio naucleriorum aſcribitur, ſi aduerſo tempore naui-
gauerunt,vt per Azo vbi ſupra. † Similiter imputatur,ſi nau- 4
ta potuit nauigare per lacunas,id eſt aquas mortas, & naufra-
uit per mare: quia tali caſu tenetur de periculo, de quo aliàs
non teneretur,ita Salyc.in l 1.C.de nau.fœno. & Bald. in l.3.
eod.tit.vbi dicit, quòd culpa eſt nauigare per loca inſolita.
Similiter etiam ſi piſcatores nocte lumine oſtenſo fallant na-
uigantes quaſi in aliquem portum delaturi, eoque modo na-
uis,& nauigantes in periculum cadant,ipſi piſcatores tenen-
tur. ff. de incend.rui.naufr.l. ne piſcatores. & Azo in Sum.C.
de naufra.lib.11.vbi dicit,quòd per hoc lumen portulus pont

Sſ potius

potius eſt permiſſum, quàm prohibitum : vt ibi per eum, & de officio nauiculariorum. Et qualiter illud debeant explicare, & quod præmium habeant ratione huius officij, & quam pœnam patiantur, ſi malè io eo verſati fuerint, vide per Azo in
5 Sum. C. de nauicula. lib. 11. † Et quia nauigatio continet in ſe periculum, vt dicit Bald. in l. 2. C. de nau. fœno. & Azo vbi ſupra, ideo multa priuilegia ſuot eis conceſſa, vt per Azo ibi. Et de materia nautarum, & naufragij, vide io toto titulo. ff. de incend. rui. naufrag. & C. de naufra. lib. 11. & ibi Azo in Sum. & Doct. ibi, & Firma. in repertn. io verbo nauclerius, & in verbo naufragium, & in verbo nauis, & in verbo oauta, cum
6 ibi allegatis. † Et nota ad materiam, quòd Capitaoeus galearum tenetur de leuiſſima culpa : quia tale oegocium videtur exactiſſimam induſtriam requirere, vt tenet Alex. cooſil. 41. viſo puncto. col. 3. verſ. & ille 3. vol. & Dec. in l. contractus.
7 col. 6. in fi. verſ. & diſcurreudo, ff. de reg. iur † Et dicit Alex. vbi ſupra, quòd galea debet habere debitam, & congruam onerationem, aliàs eſt in culpa : quia cogitare debuit, quòd facile eucoire poterat, vt ibi per eum. † Similiter etiam, qui 8
non regit nauem, ſeù galeam, vt debet, poteſt ei imputari, & tenetur, ſecus ſi vi, vel caſu nauis irruat : quia nihil imputatur domino. Bal. in l. quemadmodum. §. ſi nauis. ff. ad leg. Aquil.
† Similiter etiam ſi nauis, ſeù galea irruens in alteram eſt 9
ſummerſa ab ea. ſi potuit euadi periculum ſinè ſubmerſione, tenetur ſubmergens, ſi autem onn potuit euadi periculum, non tenetur Bal. in d. l. quemadmodum. §. ſi nauis alteram. ff.
ad leg. Aquil. † ſed quid ſi mercator miſit galeas ad portan- 10
dum certum poodus, & poſtea non inuenerunt, an mittens teneatur ad damna & intereſſe, vide Alex. conſi. 41. 2. vol. vbi tenet, quòd ſic. Et ad materiam huius cap. poteris addere ea, quæ habentur. ff. ad leg. Rod. de iact. per totum.

Io. Ant. de Nigris I. V. D.

Marinarij poſt receptas comminantias à triremibus non recedant ſub pœna hic ſtatuta. h. d. Tapia.

REX CAROLVS I. Cap 81.

Item tam marinarij In § *Et ſi non inueniantur*. Nota caſum, in quo diruitur domus propter delictũ, & cõcordat in decima collatione, de pace iuramẽo. firm. c. 1. Petrus.

ITem marinarij tam ſuper ſalientes, quàm remigi, poſtquam eis comminancia data fuerit ad mandatum, & ad requiſitionem Admirati, Viceadmirati, Prothontini, & Comiti ad galeas, ſeù alia vaſcella aſcendant, nec aliqua fraude, arte, vel ingenio ſe ſubtrahant. Qui ſi ſe ſubtraxerint, poſtquam inuenti fuerint, capiantur, & tanto tempore teneantur in carcere, quanto durauerit exercitus, vel armata, à qua ſe ſubtraxerint. Et nihilominus ſi ſunt in aliquibus facultatibus tantum dare Curiæ teneatur, quantum Curia ſoluit his, qui loco eorum, ſi ſe turpiter ſubtraxerint, fuerint ſubſtituti. Et ſi non inueniantur, diruantur domus eorũ, ſi quas habẽt, & ſi nihilominus dirutis eorum domibus aſſignatis eorum nominibus, vel ad inſtantiã Admirati, vel Viceadmirati, Prothontini, & Comitis, Iuſtitiarij regionum, in quibus ipſi conſiſtunt per ipſos Iuſtitiarios banniantur, & ſinè ſpeciali mandato noſtro nullatenus extrahantur. Si verò poſt datas comminantias, galeas, ſeù vaſcella aſcendant: Et ſi inde T poſtmodum fugerint, amputato pede, debilitentur.

ITem marinarij. Hoc cap. vſque ad §. ſi verò loquitur poſt mandatum de aſcendendo, ante tamen quàm aſcenderint. ¶ In tex. ibi (diruantur domos eorum.) † Nota caſum
1 ſpecialem, in quo ponitur pœna deſtructionis domorum. Item habet alium caſum 10. colla. in tit. de pace iuram firman §. receptatoribus. & ibi vide per And. de Iſer. ¶ In tex. ibi (am-
2 putato pede.) † Nota contra marinarios fugientes de galeis poſtquam aſcenderint : quia pede debilitantur, quod facit contra Angelottaoi &c. † Similis pœna imponitur ſeruo fu-
3 gitiuo ad barbaros tranſeunti, vt l. ſi fugitiui. C. de ſeru. fug. Sebaſtianus de Neap.
4 ADDITIO. Item marinarij. † Nota, quòd marinarij, qui fugiunt à galeis, puniuntur, & dicunt ſtare in carcere tanto tempore, quanto durat exercitus vel armata, à qua ſe ſubtraxerint, & ſi habent facultates, debent ſoluere, quantum Cu-
5 ria ſoluit his, qui loco fugientium fuerunt poſiti. † Et circa illud, quòd debent dirui domus, vide Anton. Capi. deciſio. 130. num. 71. vbi dicit, quòd domus eorum, qui immaniter deliquerunt, non debeot dirui, nec vineæ, nec viridiaria, nec plantæ euelli, vt ibi per eum, allegat cap. editum per Regem Federicum, quod incipit, iubemus, ne ciuilitas.
Ioao. Antno. de Nigris.

CAROL. TAP. REG. CONS. ANNOT.

1 POſtmodum fugerint. Dicit hic Sebaſtianus de Neap. nota enntra marioarios fugientes de galeis, quid autem
1 circa eodem natos ad remigandum, ſi † aufugerit ſit agendum, vide in tit. de relegat. & remigibus.

Prohi-

Prohibetur Admirata ne capiat filios, vel alios conſanguineos in locum fugientium à triremibus. h. d. Tapia.

REX CAROLVS I. Cap. 82.

ITem prædicti Admirati, Viceadmirati, Prothontini, & Comiti, pro ſic ſe ſubtrahentibus, ſcilicet, non puniant, neque capiant filios, vel econtra, pro fratribus ſorores, pro maritis vxores, cum pœna ſuos tenere debeat authores. Et ſi contra fecerint, pœna priuati carceris puniantur.

Admiratus non capiat vaſcella, quæ per Regnum inuenerit ſine prohibitis mercibus, quæ autem inuenerit cum mercibus prædictis Regiæ Cameræ aſsignentur. h. d. Tapia.

REX CAROLVS I. Cap. 83.

ITem prædicti Admirati, Viceadmirati, Prothontini, & Comiti, & præſertim præpoſiti galeis, quæ quibuſcunque locis Regni ad cuſtodiam maritimæ deputantur, non capiant, impediant, vel turbent vaſcella, quæ ſinè prohibitis mercibus inuenerint nauigantia. Et ſi qua portantia merces prohibitas, vel ſinè prohibitis mercibus ad inimicos nauigantia ceperint, vaſcella ipſa cum mercibus, & perſonis in eis repertis noſtræ Curiæ ſinè diminutione aſſignent. Qui ſi contrafecerint, amoti perpetuò ab officijs, bonorum omnium præſcriptione, ſe nouerint mulctandos.

Pro

Pro conſtruendis Regijs nauigijs non cogantur inuiti. hoc dicit Tapia.

REX CAROLVS II. Cap.134.

ITem.ſtatuimus, quòd quoties contigerit Curiam velle de nouo fieri facere naues, vaſcella, & alia opera conſtrui facere, vel etiam reparari, non deputentur ad hoc aliqui inuiti pro tertio facienda, niſi ea fortè aliqui ad extalium velint ſponte recipere facienda. Alioquin huiuſmodi opera committant bonis viris ad credentiam, qui teneantur exinde debitam ponere rationem.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

CLementiſſimus Rex Carolus Secundus digniſſimus Sancti Ludouici Epiſcopi pater, vt amore ſubditos ad ſe alliceret voluntariè ad ſeruitia Regia non coactè trahi voluit, quod hodiè Regum Cattholicorum benignitate ſeruatur.

Permittitur Regnicolis proprijs ſumptibus triremes conſtrui facere, & armare ſub forma hic tradita. h. d. Tapia.

PRAGMATICA VNICA.

De prohib. & vend.

CAROLVS &c.

LO Imperator noſtro Signore per ſeruitio di Dio, & di Sua Maeſtà Ceſarea, & beneficio di queſto Regno, ci haue mandato Pragmatica, & prouiſione di Sua Maeſtà, licentia, & facultà di potere armare contra infideli, con le declarationi, & modi, ſecondo in detta Pragmatica ſe contiene, del tenore, & continentia ſubſequente, videlicet.

Don Carlos por la diuina clemençia Emperador de Romanos, &c. Doña Iuana ſu madre, y el miſmo Don Carlos por la graçia de Dios Reyes de Caſtilla, de Aragon, &c.

Por quanto hauemos ſido ynformados, que muchas fuſtas, y otros nauios de Turcos, y otros infieles enemigos dela Chriſtiandad andan inſeſtando, y trabajando, y cada dia mas inſeſtan, y trabajan los lugares, y tierras maritimas de nueſtro Reyno de Napoles, captiuando animas en deſſeruiçio de Dios nueſtro Señor, y preiuiçio, y daño nueſtro, y de nueſtros ſubditos, y vaſſallos del dicho Reyno, y para obuiar à los grandes inconuenientes, y daños que de eſto ſe ſiguen, y de cada dia ſe ſiguirian ſi con tiempo no ſe remediaſſe de mas de las galeras que hauemos ordenado, y mandado que vayan à correr, y limpiar de Coſſarios la coſta del dicho Reyno, y que de nueuo ſe armen, ſerà muy neceſſario que perſonas particulares del dicho Reyno armẽ fuſtas, ò otros nauios para mejor defender la dicha coſta dela mar, y dañificar los dichos infieles: Por la preſente damos licençia, y facultad, y todas, y qualeſquier perſonas de qualquier eſtado, condiçion, ò calidad que ſean habitantes en el dicho nueſtro Reyno de Napoles, paraque puedan armar fuſtas, y otros qualeſquier nauios, y con ellos dañificar los dichos infieles, juntos ò appartados, como à ellos pareſciere con tal que antes que ſalgan del puerto donde armaren, den fiançaſ ſufficientes que no offenderan, ni haran mal ni daño cõ los dichos nauios à ningun Chriſtiano de qualquier naçion que ſea, excepto ſino anduuieſſe en compañia delos dichos infieles, ò en qualquiera manera les dieſſe fauor, ò ayuda, porque los tales de razon deuen ſer hauidos, tenidos, reputados, y tractados como infieles, y enemigos dela Chriſtiandad, y por la preſente, la qual queremos que dure quanto fuere nueſtra voluntad, ordenamos, queremos, y mandamos, que todo lo que ganaren, ò tomaren las dichas perſonas con las dichas fuſtas, ò qualquier otros nauios que aſſi armaren, ſea ſuyo proprio, y que ny nueſtra Regia Corte, ni nueſtro Almirante, que es ò fuere en el dicho Reyno agora, ni en ningun tiempo pueda pedirles, ni demandarles coſa alguna, ni parte dello en niguna manera, ni por niguna cauſa, no obſtante qualquiera coſa que haya en contrario, con lo qual todo por la preſente diſpenſamos por cumplir aſſi al bien publico del dicho Reyno y mandamos al que es ò fuere nueſtro Viſo Rey. Lugarteniente, y Capitan generale, &c. Y al nueſtro Almirante, y otros qualeſquier officiales nueſtros del dicho Reyno, que guarden, y cumplan, y hagan enteramente guardar y cumplir eſta nueſtra prouiſion, y todo lo en ella contenido, y contra el tenor, y forma della no uayan, ni paſſen, ni conſientan ir, ni paſſar en niguna manera, y ſo pena de nueſtra gratia, y de dos m ducados, para nueſtra Camera à cadauno que lo contrario hiziere, en teſtimonio delo qual mandamos hazer la preſente firmada de nueſtro nombre, y ſellada con nueſtro ſello.

Datum en Gante à 4. dias del Mes de Iunio 1531. años.

Yo el Rey.

V. Perrenotus, & pro Protonotario, & magno Camerario. Sacra Cæſ. & Cath. Maieſtas mandauit mihi Alphonſo Valdeſio.

Per tanto volendo obedire, come ſemo tenuti, alli mandati della prefata Ceſarea Maeſtà, lo notifichiamo à tutti li predetti, & ciaſcheduno d'eſſi inſolidum, accioche per tutto ſe ne habbia notitia, & quelli che vorranno armare lo poſſano fare, & eſſeqnire ſecondo Sua Maeſtà lo ordina, & comanda per ſeruitio di Dio. e di Sua Maeſtà, & beneficio del Regno, come è detto. La preſente reſti al preſentante.

Datum in ciuitate Neapol. die 27. menſis Iulij 1531.

Pom. Vicecancell. Locumtenens generalis.

V. Decolle Regens. V. Loffredus Regens. Dominus Locumtenens generalis mandauit mihi Bernardino Martirano. In cur. 7. fol. 74.

NOs Antonius Ianuarius Viceprotonotarius, Sacrique Regij Conſilij Præſidens, Ioannes Martialis, Antonius Capicius, Ciccus de Lofreda, Nicolaus Mayorana, Alexander Seuerinus, Bernardinus Galiota, & Iacobus della Quadra vtriuſque iuris Doctores, regijque Conſiliarij,& Commiſſarij ſpecialiter delegati per Cæſaream, & Catholicam Maieſtatem,&c.

Vniuerſis, & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis, tam præſentibus quàm futuris, Notificamus, quòd nuper pro parte Illuſtriſſimi Don Raymundi de Cardona Comitis Alberti, Vieeregis,& Locumtenentis generalis in hoe Regno, ac Magni Admirati huius Regni Siciliæ citra Farum nobis exhibitæ, & præſentatæ fuerunt quædam regiæ commiſſionales literæ tenoris,& continentiæ ſubſequentis.

A tergo.

Magnificis viris vtriuſque iuris Doctoribus, Antonio Ianuario Locumtenenti Illuſtris Protonotarij, ac Præſidenti, & alijs deputatis in Sacro Regio Conſilio, Regijs Conſiliarijs, fidelibus, dilectiſſimis.

Intus vero.

Carolus Electus Romanorum Rex, & futurus Imperator ſemper Auguſtus, ac Ioanna mater, & idem Carolus eius filius primogenitus Reges Caſtellæ, Aragonum, vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem,&c. Magnifici viri, Conſiliarij regij, fideles, dilectiſſimi. Per la Ceſarea, & Cattolica Maeſtà dell'Imperatore, & Rè noſtri Signori, vi ſi ſcriue lettera del tenore ſeguente, videlicet.

A tergo.

Magnificis, & dilectis Conſiliarijs noſtris, Antonio de Ianuario, Locumtenenti Protonotarij,& Præſidenti,& alijs Doctoribus noſtri Regij Conſilij Neapoli reſidentis.

Intus vero.

EL REY.

MAgnifici viri Conſiliarij noſtri fideles, dilecti. Nos hauemos proueydo del officio de nueſtro gran Almirante deſſe Reyno, que ha vacado por renunciaçion en nueſtras manos heeha por el Illuſtre Don Guillelmo de Croy Señor de Xebres, nueſtro primo, que lo poſſeya al Illuſtre Don Ramon de Cardona, nueſtro Viſorey, Lugarteniente, y Capitan general deſſe Reyno, como vereys por el priuilegio, que ſobre ello le hauemos mandado deſpachar, y porque no tenemos aca autenticos los eapitulos que ſe acoſtumbran dar con el priuilegio del dicho offieio: nos vos encargamos, y mandamos, que en recibiendo la preſente os informeis de los Officiales de la nueſtra Camera de la Sumaria, y de las otras perſonas que ſupieren la verdad dello, qne capitulos ſe han acoſtumbrado ſiempre dar a los Almirantes que han ſido deſſe Reyno, y le deys en nueſtro nombre otros tales, para que vſe, y goze de lo contenido en ellos ſi, y ſegun los han vſado, y acoſtumbrado vſar, y gozar los otros Almirantes deſſe Reyno, y ſpecialmente el dieho Illuſtre Moſiur de Xebres, y Don Bernardo de Villamari Conde de Capacho ſus predeceſſores, mirando que en ello no ſe haga nouedad, ni prejuyzio alguno al dicho Officio, ni à nueſtra Regia Corte, ſi no que el dicho Don Ramon de Cardona vſe del dicho Officio de Almirante de la miſma manera, que lo han vſado los otros Almirantes paſſados, y ſpecialmente los dichos Don Guillelmo de Croy, y Don Bernardo de Villamari, deſpachandole ſobrello en nueſtro nombre las prouiſiones acoſtumbradas, y neceſſarias, que para ello os damos, y cometemos cõn la preſente entero, y baſtante poder.

Datum en Molina del Rey a veinte y tres dias del mes de Dcziembre, del año del mil y quinientos y diezynueue.

YO EL REY.

V. Vicecancellarius. Garzia Secretarius.
Nihil ſoluat, quia exemptus. Petrus Ioannes pro Taxatore. In partium 5. fol. 152.

PEr tanto per obedire à quanto Sua Ceſarea & Catolica Maeſtà comanda vi diciamo, & ordinamo, che inſpetta la forma della preinſerta Regia lettera, dobbiate quella ad vnguem oſſeruare, & eſſeguire iuxta la ſua continentia, e tenore; non faeendo lo contrario per quanto hauete cara la gratia di detta Ceſarea, e Cattolica Maeſtà. La preſente reſti al preſentante.

Datum in Caſtello nouo Neapoli, die trigeſimo menſis Aprilis, milleſimo quingẽteſimo vigeſimo.

Don Ramon de Cardona.

V. Montaltus Regens. V. Decolle Regens.
V. Loffredus Regens. çeron Secretarius.
In curia quinto, Regiſtro ſexageſimo octauo.

QVibus quidem præinſertis litteris nobis (vt prædieitur) præſentatis, & per nos debita cum reuerentia receptis, volenteſque vt tenemur commiſſionibus, & mandatis præfatarum Cæſareæ, & Catholicarum Maieſtatuum obedire, nobiſque commiſſa diligenter exequi ad requiſitionem per prædictum Illuſtriſſimum Viceregem, & Locumtenentem generalem, ae magnum Admiratum nobis factam informationem habuimus à magnificis offieialibus Regiæ Cameræ Summarię, & alijs plenam de prædictis notitiam habentibus, iuxta tenorem dictarum præinſertarum regiarum litterarum, & reperimus ſubſcripta capitula in dicto officio Admiratiæ, tempore aliorum prædeceſſorum, & præcipuè Illuſtris quondam Don Bernardi de Villamari, olim Comitis Caputatij, & prædeceſſoris prædicti Illuſtris Don Gulielmi de Croys fuiſſe eis data, & obſeruata prout in eiſdem continetur.

Quorum capitulorum tenor eſt vt ſequitur,

Con-

A4

Ad magnū Admiratum ſpectat vaſcellorum conſtructionem, & expeditionem curare, & de expenſis erogandis tres libri fiant. b.d.Tapia.

I.

SPectat enim primùm ad prædictum Admiratiæ officium, vt circa diligentem, & legalem conſtructionem, & reparationem vaſcellorum noſtræ Curiæ, quæ proceſſu temporis reparari, & de nouo fierij, & conſtrui contigerit efficacius, & ſtudioſius intendatur. Volumus, & præcipimus quòd idem Admiratus per ſe ordinatos ſuos in conſtructionibus, & reparationibus prædictorum vaſcellorum quoties ea reparare, fieri, & conſtrui, de mandato noſtræ celſitudinis oportebit curam, & cautelam adhibeat, & faciat adhiberi in ſollicitando illorum conſtructionem, & expeditionem, & de expenſis inde faciendis in conſtructionem, & reparationem vaſcellorum ipſorum fiant tres quaterni conſimiles: quorum vnus ſigillis ſtatutorum ſingulorum per noſtram curiam ſub per prædicta conſtructione, & reparatione penes dictum Admiratum remaneat: alij prædicti ordinarij per curiam ſub ſigillis prædictorum, per dictum Admiratum ſibi retineat, & tertius ſub ſigillis prædictorum, & dicti Admirati annis ſingulis tranſmittatur noſtræ curiæ.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

IN Rubr. huius tit. diximus aliqua eſſe immutata ex ijs quæ huic officio concedebantur, & præſertim hoc de coſtruendis nauibus, quod eſt commiſſum curæ Generalis, cum interuentu ſcribæ portionis Regij Theſaurarij, & vnius ex Præſidentibus Regiæ Cameræ, & hodiè officium ſcribæ Portionis exercet Illuſt. Dux Veteri, Fabricius Sangrius, Officium verò Theſaurarij D. Baltaſar Aquauiua ab Aragonia Principis Caſertæ frater, & Præſidens Reg. Cam. D. Bernardinus Montalꝑus viri probitate, atque prudentia clari.

I I.

ITem quòd vaſcella omnia noſtræ curiæ cum affixis, & corredis, armis, velis, guarnimentis, alijs vbicumque, & vndecumque ſint recipiat, & faciat cuſtodiri, & de receptione ipſorum faciat quatuor conſimilia inuentaria.

Hoc ſpectat hodiè ad Generalem exercitus. Tapia.

Piraticam exercere contra infideles nemini licet in Regno abſq; licentia mag. Admirati, idque fiat præſtita cautione de non offendendo perſonas, & bona fidelium. b.d.Tapia.

III.

NEmini quoque in eodem Regno liceat contra quoſcunque per mare diſcurſus hoſtiles & piraticam exercere ſinè licentia prædicti Admirati, & illius quem ad hoc loco ſui duxerit deputandum: ita tamen quòd ipſi ordinati ſui priuſquam per eos perſonis aliquibus concedatur licentia, recipiant ab eis idoneam, & fideiuſſoriam cautionem de non offendendo fidelibus, ac deuotis noſtris perſonis, vaſcellis, mercibus, & rebus eorum, quòdque ſi eos poſtmodum offendere, impedire, moleſtareque præſumat, tàm moleſtantes, & offendentes eoſdem, quàm fideiuſſores propterea dati ad emendam. & reſtitutionem huiuſmodi integram pecuniæ, & aliarum rerum quarumcunque, & mercium ab ipſis fidelibus, & amicis ablatarum per ipſum Admiratum, & ſtatutos ſuos con uentione qualibet compellantur: & ſi fortè ipſi fideiuſſores præſtiti inſufficientes. & non ſoluendo fuerint, idem Admiratus totum defectum, & inſufficientiam eorum ſupplere de proprijs eius bonis teneatur ad quòd voluntariè ſe obligauit.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HOc etiam eſt immutatum hodie quia hanc licentiam ſolus Prorex Excellentiſſimus impartitur, quando tamen conceditur dirigitur ordo magno Admirato, & in eius Curia capitur fideiuſſio de qua hic fit mentio.

IIII.

ITem quòd quælibet armata fienda per Regiam Curiam fiat per eundem Admiratum de conſcientia, & ordinatione noſtra.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HOdiè hoc fit de ordine Excellentiſſimi Proregis: ſed (vt diximus) curam, habet Generalis triremium, qui eſt nunc Illuſtriſſimus Marchio S. Crucis, idque præſertim fuit practicatum hiſce temporibus dum ex Neapolitanis triremibus iunctis alijs, tum Regni Siciliæ, ac ſtatus Mediolani, quæ ſub cura ſunt Illuſtriſſimi D. Caroli de Auria Ducis Turſi Magni Io. Andreæ totius claſſis Regiæ præfecti filij, ac alijs Militenſibus, fuit ex omnibus claſſis erecta ad numerum quadraginta quibus omnibus fuit præfectus dictus Illuſtriſſimus Marchio S. Crucis aduerſus infideles Turcas, quibus dignetur dominus propter eius mag. miſericordiā victoriam concedere, ne dicant gentes vbi eſt Deus eorum, ſed exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius, præfectura autem militum fuit decoratus D. Alphonſus Pimentellius Excellentiſſimi Comitis Beneuenti filius, qui eius virtute, ac benignitate omnium in ſe oculos trahit.

Magnus Admiratus poteſt ſtatuta condere, ac pœnas imponere euntibus cum claſſe. b.d.Tapia.

V.

ITem quòd quotieſcunque dictus Admiratus vadit cum aliqua armata generali, ſeù particulari, vel mittet aliquem loco ſui poſſit, & valeat, dictus Admiratus ordinationes, & ſtatuta facere inter omnes euntes cum armata prædicta: & pœnas tam corporales, quam reales omnibus ipſis imponere, exigere; vel inferre pro qualitate delicti.

Hoc ſpectat ad Generalem. Tapia.

Veſtitus Admirati quando vadit cum claſſe, & prima vice habeat à Regia Curia. b.d.Tapia.

VI.

ITem quòd quando dictus Admiratus vadit cū aliqua armata debet portare robbam de ſcarlato rubeo, caligas, & armicias de ſuo proprio. Sed prima vice habeat, & habere debeat à noſtra curia.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

QVòd hic dicitur de veſtitu ſeruatur hodiè, vidi enim Illuſtriſs. Principem Conchæ indutum veſte purpurea ſub qua pelles armellini, & biretum etiã purpureum gẽmis ornatum, nec non virgam manugeſtantem in ſignum ſuæ iuriſdictionis quando pro fœliciſſimo partu Reginæ noſtræ proceſſit Excellentiſſimus Prorex ad Archiepiſcopalem Eccleſiam ad réddendum Deo ingentes gratias.

Magnus Admiratus poteſt Locumtenentē creare h.d.Tapia.

.VII.

ITem quòd vbi commodè perſonaliter adeſſe non poteſt: poſſit, & valeat dictus Admiratus aliquem idoneum, probum, & ſufficientem virum ordinare Vicarium loco ſui, tamen de conſcientia noſtra, vel Vicarij noſtri.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HOdiè Illuſtriſſimus Marchio S. Crucis creauit ſuum Locumtenentem Illuſtriſſimum D. Didacum Pimentellium noſtri Excellentiſſimi Proregis filium, qui cum claſſe de qua diximus proceſſit.

Magnus Admiratus curet damna paſſis per mare more piratico reſarciri.h.d.Tapia.

VIII.

SI verò aliquis de fidelibus noſtris, aliqua vaſcella aliquarum communitatum, & ſpecialiũ perſonarum communitatum ipſarum per mare diſrobari, & capi contingerit, ſtatuimus, & præcipimus, quòd dictus Admiratus communitatem, ſeu communitates ipſas, per quas, ſeu quàm euius, ſeu quarum ſpeciales perſonas prædicti fideles noſtri more piratico, ſeu aliqua quauis cauſa diſrobarentur per mare, per ſuas terras requirere debeat, vt noſtris fidelibus damna paſſis, vaſcella, pecunias, merces, & omnes alias res eorum prædicto modo ablatas, & captas reſtituant, & faciant reſtitui, & ſupradictas communitates, vel eorum aliqua, receptis Admirati literis prædicta damna prædictis noſtris fidelibus reſtituere, & reſarcire neglexerint. Idem Admiratus ante præſentium ſuper bonis rebus, & de bonis, & rebus communitatum, ſeu communitatis, quę ſeu cum quibus ſpeciales perſonæ contra prædictos fideles noſtros, prædictam diſrobationem, & piraticam exercebant, & emendam, ſeu reſtitutionem facere neglexerint, quæ vbicumque per Regnum noſtrum inueniri poterint damna prædictis noſtris fidelibus reſtituant, & faciant integraliter reſarciri.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HOc hodie non practicatur, attamen quando contingit per Mare furta committi haberent locum quæ dicit d. Præudens de Franch. decis. 142.

Iuriſdi-

Iuriſdictionem quam ante habebat Magnus Admiratus per 15 dies ante, & quinq; poſt claſſem expletam in eos qui exercitium maritimo inſeruiunt prorogat in perpetuum. h.d. Tapia.

IX.

ET licet ſecundum capitula, quæ ſuper officio Admiratiæ communiter conceduntur de cauſis, & quæſtionibus tam ciuilibus, quam criminalibus, quæ inter homines generalis, & ſpecialis armatæ noſtræ, & quolibet vaſcellorum armandorum ad exercendam piraticam, Idem Admiratus, vel idem quem loco ſui ad hoc ſtatuerit ſummariè, ſecundum ſtatutum, & conſuetudinem armatarum ad ſuum arbitrium recognoſcere habeat, & ſingulis conquerentibus iuſtitiam miniſtrare, ipſamque cognitionem exercere, & exerceri facere, ideſt diebus quindecim ante prædictam armatam, & cum vaſcellis armari incipiant, ſoliti adhiberi, & vſque ad dies quinque, poſtquã vaſcella ipſa fuerint exarmata. Nos tamen iuriſdictionem, ſeu cognitionem eandem tam in prædictos, quam etiam in omnes, & ſingulos marinarios eidem Admirato conſideratione perſonæ ſuæ omni tempore prorogamus, prout nonnullis Admiratis dicti Regni, per Illuſtriſſimos prædeceſſores noſtros Siciliæ reges cõceſſum haƈtenus extitit ad alios in conſequentiam aliquatenus non trahendam: non obſtante quacumq; matricula ab olim facta modo quocumque de marinarijs, qui ſub iuriſdictione dicti Admirati eſſe debeant, & per eius curiam conueniri per quam matriculam iuriſdictioni, & officio dicti Admirati nolumus in aliquo derogari.

HAec locum habent reſpectu illorum qui ſubditi ſunt Magno Admirato, non autem Generali triremium, poſtquam diuiſa eſt iuriſdictio. Tapia.

Magnus Admiratus poteſt creare Locumtenentem, & alios officiales hic nominatos h.d.Tapia.

X.

ITem etiam volumus, & concedimus Admirato prædicto quòd poſſit, & valeat eligere, & creare in ſua Curia Locumtenentem, Comeſtabulos, Carcerarios, Seruientes, & Familiares alios ex ſui officij poteſtate, necnon Iudicem, & actorum magiſtrum.

Hoc ſeruatur. Tapia.

Magnus Admiratus habet iuriſdictionem in ſuum Locumtenentem, & alios officiales, & in omnes qui viuunt de arte, & induſtria Maris.h.d.Tapia.

X I.

COncedimus etiam Admirato prædicto, quòd habeat, & habere debeat iuriſdictionem, tam in ciuilibus quàm in criminalibus contra Locumtenentem, Iudices & Actorum Magiſtrum: necnon Seruiẽtes, Familiares, Subofficiales, T& Recomẽdatos vſque ad numerum quinquaginta, vt ſubſcribitur, ac deputatos, & deputandos ad ſeruitia, & cuſtodiam noſtrorum tarſionatuum, necnon

Comi-

Comitos, Magiſtros, Calafatos, Canaparios, & Carpentarios galearum, & vaſorum quorumcunque, ac Marinarios omnes, & quoſcunque alios qui eorum vitam ex induſtria, & arte maris ducunt, ſiue in mari, ſiue in terra delinquerint, & contraxerint, non obſtante quòd prædicti tales renunciauerint priuilegijs eorum, inſtrumentis quòd non habeat verti, ſeù non vertatur in præiudicium dicti Admirati, licet iurauerint, & quaſcunque renunciationes, & clauſulas adiecerint, & prædicta omnia conceduntur gratioſè ſua vita durante.

SVbofficiales. Circa hoc animaduerte, quòd infra eſt poſitus ordo Illuſt. D. Franciſci de Caſtro reſpectu horum ſubofficialium, qui vocantur Viceadmirati qua ſcilicet immunitate gaudeant, & quo in loco poſſent conſtituo. Tapia.

Quando remiſſio petitur alicuius, qui eſt ſubditus Admirato tunc ſtatur literis tantum Admirati, & Viceadmirati h.d. Tapia.

XII.

ITem ad tollendum omne dubium, & ſcādalum & omnem dubietatem quæ, & quòd poſſit oriri inter alias Curias, & alios officiales, & Admiratum prędictum, ſeù Viceadmiratum & Locumtenentem ipſius, qui pręerunt ſuper marinarijs, & recomendatis, volumus, & pręcipimus de certa noſtra ſcientia, quòd ſtetur dicto, ſeù litteris per quas ipſi repetuntur ab officialibus dicti Admirati, & Viceadmirati, & Locumtenentis ipſius, ita quòd non requiratur probatio ſi ſunt marinarij, officiales, vel recomendati, ſolùm volumus ſtari dicto, ſeù litteris prędictis, ſeù alterius eorundem.

CAROL. TAP. REGII CONSIL. ANNOT.

HOc ſeruatur reſpectu illorum quinquaginta, qui oſtenſis literis patentibus Mag. Admirati remittuntur, quando illas regiſtrari fecerunt penes actuarium D. Regentis M. C.V. ſolet tamē aliquando diſputari an ſi ſe exerceant in alio exercitio & ſic quod ſit attendendum de quo habetur in deciſ. D. Præſid. 175. reſpectu verò aliorum qui fundant ſe in exercitio praxis recepit, vt ſiant probationes, quæ debent eſſe certæ tum exercitui, tum etiam tempus continentes, poſſet enim eſſe commiſſum delictum ante exercitium, ſicuti etiam id attendemus in literis patentibus, poſſetque etiam præualere aliud exercitium, & eo caſu attenderemus id, quòd præualet, vt diximus ad Pragm. 36. de offic. M. Iuſtit. quam ſituauimus ſub tit. de Alguzerijs in §. & di più ſi ordina, in verb. Matricula.

Familiares domeſtici, & commenſales Admirati gaudent priuilegijs, & immunitatibus quibus alij Admirati ſubditi. hoc dicit Tapia.

XIII.

ITem quòd familiares domeſtici; & commenſales dicti Admirati gaudeant illis priuilegijs, immunitatibus pręrogatiuis, & gratijs, quibus Iudex, & Actorū notarius, & familiares dictæ Curię Admirati. & ſpecialiter in iuriſdictione exercenda cōtra eos in criminali, & ciuili prout ſupra dictū eſt de ipſis Locumtenente, Iudice, & Actorum Notario, & alijs familiaribus actu ſeruientibus in dicta Curia.

HOc ſeruatur quo ad illos qui actu in eius domo aſſiſtunt, nam de iſtis familiaribus intelligitur. Tapia.

Seruen-

Seruentur in Curia Admirati Rit. Mag. Cur. Vicariæ, & liquidentur in ea instrumenta ſicut in M.C.V. h.d. Tapia.

XIV.

ITem volumus, & concedimus etiam quòd in Curia dicti Admirati ſeruentur, & ſeruari debeant & poſſint, Ritus, & obſeruantię magnę, & Vicarię Curię, quòdque ipſa Curia Admirati poſſit, & valeat ſuper tenoribus inſtrumentorum eo modo, ſicut in dicta magna & Vicarię Curia proceditur contra marinarios, & perſonas alias ſupradictas.

HOc hodie ſeruatur, & quādo accidit quòd petitur remiſſio, & prouidetur, quòd cauſa remaneat in M.C.V. remittimus in S.C. Tapia.

Magnus Admiratus poteſt habere 50. ſeruientes Curiæ, quos recomendatos, vocant qui gaudent priuilegijs, & prærogatiuis, quibus gaudent alij ſubditi. h.d. Tapia.

XV.

ITem gratioſè propter aliqua ſeruitia, quę poſſint ſubitò incumbere dictę curię ad hoc, vt habiliter poſſint reperiri ſeruitores ad ſeruiendū, & occurrendum dictę curię, poſſit habere quinquaginta recomendatos, qui gaudeant illis priuilegijs, immunitatibus, pręrogatiuis, & gratijs, ac ſi eſſent familiares, & ſeruitores dictę curię, actu ſeruientes.

SVper hoc vide pragmaticam poſt hæc capitula poſitam. Tapia.

Magnus Admiratus poteſt expellere Comites ab exercitio, & alios creare. h.d. Tapia.

XVI.

VOlumus etiam quòd dictus Admiratus, Comitos deputatos, & deputandos ad armatā noſtri fœlicis Extolij, quos ad hoc inſufficientes, & minus vtiles fore viderit ab officio Comitarię ipſius amouere valeat, & loco ſui alios in arte maris expertos, idoneos, & ſufficientes ad hoc in eorum officio deputatos, exceptis antiquis Comitis per prędeceſſores noſtros factis, & creatis, quibus per eorum Comitarię ſint cōceſſę pheuda.

Hoc ſpectat ad Generalem triremium. Tapia.

Locumtenent. & alij officiales ſint exempti ab alijs Curijs, & ad Mag. Admiratum remittantur. h.d. Tapia.

XVII.

ITem quòd dicti Locumtenentes, Iudices, & Actorum Notarij, familiares, ſeruientes, & recomendati, ac ſubditi iuriſdictioni dictę curię, & ipſius Admirati ſint exempti, & immunes ab omni alia curia: & cum vocati fuerint coram quocumque officiali ex quacumque cauſa ciuili, vel criminali, debeant eos remittere ad curiam dicti Admirati pro iuſtitia exequenda: quę omnia conceduntur dicto Admirato ſua vita durante.

Bannum

Bannum à quacunque Curia emanatum non comprahendit ſubditos Admirati, ſed executio banni, & pœna à Curia Admirati exigatur. h.d.Tapia.

X V I I I.

ITem ſi contingat emanari per quamcumque curiam bannum ſub quocumque nomine cum adiectione pœnæ cuiuſcumque, quòd dictum bannum non habeat ligare ſubditos iuriſdictioni dicti Admirati in præiudicium eius, ſed dictum bannum, & executio dictæ pœnæ debeat exigi per dictum Admiratum, & eius curiam.

Vincente Regia claſſe, & capiente Capitaneum claſſes inimicorum ille applicetur admirato cum omnibus eius bonis. hoc dicit Tapia.

X I X.

SI verò in debellatione, & conflictu Extolij rebellium, & inimicorum noſtrorum Admiratū, ſeu Capitaneum eiuſdem noſtri Extolij per noſtrum fœlix Extolium capi contingerit, volumus, & dicto Admirato concedimus Capitaneum ipſius Extolij rebellium, & hoſtium noſtrorum cum omnibus bonis ſuis in eodem Extolio exiſtentibus idem Admiratus habeat, & habere debeat ſuis commoditatibus applicandum.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HOc ſpectat ad Generalem de quo remitto me ad ea, quæ perbellè, ac eleganter ſcripſit Illuſt. Fuluius Coſtantius Marchio Corleti, ad tit. de Claſſicis cuius authoritati, & ingenio eſſet detrahere, ſi laudare vellem, cum & ipſe, & eius ſcripta commendatione non egeant aliqua tamen diximus in tit. de off. Sac. Conſ. & in tit. de off. baiul.

Admirato acquiruntur corpora vaſcellorum inimicorum. h.d.Tapia.

X X.

ITem habeat Admiratus corpora omnium vaſcellorum inimicorum noſtrorum, ſeù rebellium per vaſcella noſtra capta: reliqua autem omnia applicentur Fiſco, pro quibus recipiendis, & conſeruandis mittatur vnus Theſaurarius per curiam cum eodem Admirato.

Quæ acquiruntur Admirato ex bonis inimicorum captis. h.d. Tapia.

X X I.

DE nauibus verò, & alijs vaſcellis capiendis per dictum noſtrum Extolium idem Admiratus habeat, & habere debeat omnia arma, robbas vſitatas, petias pannorum non integras, ſed inciſas, ſaccarias, & incolias vacuas in eiſdem vaſcellis, & nauibus exiſtentes.

Ex nauibus oneratis frumento quid habeat Admiratus. hoc dicit Tapia.

X X I I.

ET ſi naues, & vaſcella ipſa frumento, & ordeo fuerint onerata, idem Admiratus de victualibus oneratis in qualibet nauium, & vaſcellorum ipſorum habeat vſque ad palmum vnum in ordeo de palleolis cuiuſlibet nauis, & vaſcella ipſius, quæ ſuis commoditatibus applicentur.

X X I I I.

HAbeat quoque dictus Admiratus prædicta corpora vaſcellorum, arma, robbas vſitatas capta per vaſcella noſtra, & dicta victualia, etiam ſi perſonaliter non interſit in armata, & captura prædictis.

Hæc omnia procedunt cum Generali triremium. Tapia.

De vaſcellis captis ab alijs piratis habeat Admiratus decimā. h.d.Tapia.

X X I V.

ITem ſi contingat armari quæcumque vaſcella per fideles noſtros de propria eorum pecunia, & contingat capi quæcumque vaſcella, & ſpolià inimicorum noſtrorum, idem Admiratus habeat, & habere debeat decimam partem omnium quæ capta erunt, & capientur: & ſic etiam habeat decimam partem, quæ capientur per vaſcella quæcumque exiſtentia in noſtra Curia.

Admirato quid conceditur pro victu quando ipſe vadit cum claſſe. h.d.Tapia.

X X V.

ITem quando dictus Admiratus vadit in Extolio per mare, habeat pro ſe, & familia ſua panem, vinum, carnes ſalitas, caſeum, ligna, oleum, & candelas, ac ſolidos, & ſtipendia pro decem familiaribus, ſeù ſeruientibus.

Hoc datur Generali. Tapia.

Habet Admiratus certam quantitatem hic poſitam ex ſalario ſtipendiatorum claſſis. h.d.Tapia.

X X V I.

ITem quòd dictus Admiratus recipiat, & recipere debeat de ſolidis cuiuſcunque galeæ armandæ groſſiorem tarenum, qui erit in paga quæ tunc fiet, videlicet, pro quolibet qui habet vnciam vnam, de ſtipendio, tarenum vnum.

Hoc non ſpectat ad Admiratum. Tapia.

Habet Admiratus de Turcis captiuis vigeſimam partem. h.d.Tapia.

X X V I I.

COncedimus etiam Admirato prædicto de gratia ſpeciali, quòd de Sarracenis capiendis cum noſtris vaſcellis armandis per eum, vel alios de ſuo mandato ipſe vigeſimam partem conſequatur, & habeat reliquis partibus Sarracenorum ipſorum Fiſci commodis applicandis.

Non ſeruatur quò ad Admiratum, ſed quò ad Generalem adſunt capitulationis cum Regia Maieſtate. Tapia.

Admi-

Admiratus habet decimam tributorum quæ ſoluuntur à Sarracenis. h.d.Tapia.

XXVIII.

ITem concedimus eidem Admirato, quòd ſi contingat ſua prudentia, & tractatu à Sarracenis quibuſlibet ſolita Regis Siciliæ recipere tributa, & inſolita de nouo acquirere tributa ſolitis, & inſolitis, antiquis, & nouiter acquiſitis nobis integrè remanentibus ad quantitatem æqualem decimæ prædictorum tributorum ipſi Admirato cogenti Sarracenos prædictos ad opus ſuum de ſpeciali gratia volumus remanere.

Non ſeruatur. Tapia.

Admiratus quid conſequitur ex naufragiis. h.d.Tapia.

XXIX.

NAues verò, & vaſcella exterorum, quæ in Regni partibus naufragia de cætero patientur, de quo naufragio ius conſuetum, & debitum noſtræ Curiæ conſequetur, Admiratus ipſe habeat ſuis commoditatibus applicandum.

XXX.

ITem quòd cum aliqua nauis, ſeù aliquod vas venerit ad Ciuitatem Neapolitanam onerata ſale, ſiquidem fuerit nauis magna, dictus Admiratus habeat, & habere debeat de dicto ſale thumulos quatuor; ſi fuerit deſtreria thumulos duos tantum.

XXXI.

ITem habeat, & habere debeat dictus Admiratus in Ciuitate Neapolitana gabellam canapi, videlicet, de quolibet cantario ſarciarum laboratarum, & de canapo laborato, quòd exit per mare de Ciuitate Neapolitana tarenum vnum.

Hoc hodiè non ſeruatur in beneficium Admirati. Tapia.

XXXII.

ITem habeat, & habere debeat omnia vaſa, quæ forſitan ſubmergerentur in mari pro quauis cauſa.

Hoc Capitulum ſeruatur. Tapia.

XXXIII.

ITem ſi aliqua nauis, vel quodcunque aliud vas proiecerit ſaburram, vel immunditiam in portu Ciuitatis Neapolitanæ, habeat cognoſcere dictus Admiratus, & eius curia, & eſt pœna combuſtionis ipſius vaſcelli, & alia pœna arbitraria ipſi Admirato, & eius Curiæ applicanda.

Hoc Capitulum ſeruatur. Tapia.

XXXIV.

PRædicto etiam Admirato concedimus, quòd habeat, & habere debeat omnia iura, quæ alij Admirati, ſeù Viceadmirati præceſſores ſui, dictæ Admiratiæ officij ratione habuerunt, tam à Curia in feudis, quàm à marinarijs, & alijs per mare nauigantibus, & quæ alij Admirati, ſeu Viceadmirati quomodocunque, & qualitercunque percipere, & habere conſueuerint.

Magnus Admiratus ſit exemptus pro rebus quæ facit extrahi ab omnibus ſolutionibus dohanarum. h.d.Tapia.

XXXV.

ATtendentes itaque pericula, & labores immenſos, quos & quæ Admiratus idem Illuſtris pro nobis ſubſtinuit, & ſubſtinet, eidem Admirato concedimus, quòd de omnibus mercibus, & rebus licitis, & permiſſis, quas de ſuo proprio emi faciat, onerari immitti, & extrahi de, & quibuſcunque portibus, & locis licitis maritimarum noſtri Siciliæ Regni, nullum ius dohanæ, trattæ, & alterius cuiuſcunque dirictus noſtræ curiæ ſoluere teneantur: volentes à ſecretis, & magiſtris, portulanis, dohanerijs, & alijs officialibus, & gabellotis Regni noſtri Siciliæ, tenore preſentium mandantes, quòd ab eodem Admirato, vel eius nuncijs de rebus, & mercibus per eum, & eius nuncios de ſua propria pecunia onerandis, immittendis, & extrahendis in quibuſcunque, & de quibuſcunque portubus, vel locis maritimarum Regni noſtri Siciliç nullum ius dohanç, trattç, & alterius cuiuſcunque dirictus ab eodem Admirato, & ſuis nuncijs exigant, nec per alios exigi patiantur.

Hoc Capitulum traditum eſt mihi ſeruari. Tapia.

Officiales Regii prouideant Mag. Admirato de pecuniis neceſſariis pro ſeruitio claſſis ſine mora. h.d.Tapia.

XXXVI.

VT in armatç noſtrç negotijs, quç pro quibuſcunque alijs noſtris prouincijs principaliora, & prçcipua eſſe noſcuntur, & magis inſident cordi noſtro cuiuſcunque occaſionis prçtextu nullus defectus eueniat quoquomodo, volumus, & vniuerſis, & ſingulis officialibus, & perſonis per dictum Regnum noſtrum Siciliç conſtitutis, præſentium tenore prçcipimus, quatenus eidem Admirato, & ordinatis ſuis prçdictis pecuniam, & omnes res aliâs, quas idem Admiratus pro armatç noſtrç ſeruitijs, & negotijs à ſingulis eorum requiſiuerit de prçdicta pecunia auctoritate prçſentis capituli, ſine mora, & defectu quolibet aſſignare, & ſeruire debeant, & à te, & ordinatis tuis inde recipere apodixas tui, vel ordinatorum tuorum, ſigilli munitas, & tibi, & tuis ordinatis in omnibus ad ipſius armatç negocia, & Admiratiç officium ſpectare noſcuntur ad honorem, & fidelitatem noſtram deuotè pareant, efficaciter obediant, & intendant.

Oc Capitulum non ſeruatur cum Admirato, ſed cum generali. Tapia.

Finiunt Capitula.

Volen-

VOlenteſque nos ſuper his, iuxtà commiſſionem,& mandatum in dictis præinſertis Regijs litteris nobis factam, & factum per prędictas Cęſareas, & Catholicas Maieſtates debitę prouidere tenore pręſentium deliberatè, & conſultò, ac de certa noſtra ſcientia nomine prędictarum Cęſarearum, & Catholicarum Maieſtatuum mandatum,prouidemus, decernimus,declaramus,atque concedimus, quòd prędictus Illuſtris Don Raymundus de Cardona Vicerex, & Magnus Admiratus in dicto Admiratię officio vtatur,fruatur,& gaudeat, vtquè frui. & gaudere liberè poſſit,& valeat dictis pręinſertis capitulis, prout, & quemadmodum per prędictas pręinſertas litteras prędictarum Cęſarearum Catholicarum Maieſtatuũ conceditur, ſiue conceſſum eſt, & non aliter, nec alio modo. Mandantes propterea Illuſtribus,ſpectabilibus, & magnificis Magno huius Regni Camerario, Pręſidentibus, & Rationalibus regię Camerę Summarię,Regenti,& Iudicibus magnę Curię Vicarię, Theſaurarijs,& Gubernatoribus,Auditoribus, Perceptoribus, Dohanerijs, Capitaneis, Alguzerijs, & alijs officialibus, & ſubditis regijs cuiuſcumque officij, vel gradus exiſtant,ad quem, ſeù quos ſpectabit, præſenteſque peruenerint, vel quouis modo præſentatæ fuerint, quatenus forma præſentium noſtrarum litterarum per eas,& eorum quemlibet inſpecta, & attenta illas eidem Illuſtri Don Raymundo Viceregi, & Magno Admirato, teneant firmiter, & obſeruent,faciantque à cunctis inuiolabiliter obſeruari,& contrarium non faciant, ſinant, vel permittant ratione aliqua ſine cauſa, pro quantò gratiam prædictarum Cæſarearum, & Catholicarum Maieſtatuum eis caram habent,ac pœnam decem millium ducatorum cupiunt euitare, in cuius rei teſtimonium,præſentes fieri iuſſimus,Regio ſigillo munitas. Datum in Sacro Regio Conſilio in Monaſterio Sanctæ Claræ Neapoli, ſeptimo Septembris, milleſimo quingenteſimo vigeſimo.

Antonius Iannarius Præſidens,& Viceprotonotarius.

Ioannes Martialis.	Antonius Capicius.
Ciccus de Loffredo.	Nicolaus Mayorana.
Alexander Seuerinus.	Bernardinus Galiota.
Iacobus della Quadra.	

Antonellus Falangonus Secretarius.

Die decimoquinto Octobris milleſimo quingenteſimo trigeſimo tertio. Neapoli præſentata per Ioannem Franciſcum Barba.

Die decimoquinto Octobris milleſimo quingẽteſimo trigeſimotertio in Napoli. Io Angelo di Franceſco Regio Portiero refero hauere intimato lo Magnifico Auocato Fiſcale Marino Maſtroiodice perſonaliter, & meſſer Tullio Teodomo Procuratore Fiſcale perſonaliter modo, & forma vt ſupra.

Quinquaginta ſeruientibus Cur. Magni Admirati, licet arma aſportare, quæ ſunt permiſſa ſeruientibus M.C.V. b.d.Tapia.

Ex Libro Bannorum Magnæ Cur. Vic.

PHILIPPVS &c.

ILluſtres, & Magnifici Viri Collateralis Conſiliarij Regij fideles dilectiſſimi, à noi è ſtato preſentato lo infraſcritto Memoriale videlicet. Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore. Il Viceadmirante dell'officio de gran Admirante di queſto Regno fà intendere à V.E. come per ſeruitio della gran Corte del detto officio tiene cinquanta huomini raccomandati con loro capi de ſquadra, li quali habbiano d'andare in perſecutione de cõtumaci, & delinquenti di detta Corte ſopra il che tiene Priuilegij di Sua Maeſtà, & che detti raccomandati godeno l'iſteſſe immunità, & priuilegij che godeno quelli li quali ſerueno la gran Corte della Vicaria, & poſſono andar'armati dell'iſteſſa ſorte d'arme, come andano armati li ſopradetti ſeruienti della Vicaria: il che anco è ſtato permeſſo in virtù di detti Priuilegij dell'Illuſtriſſimi Signori antepaſſati di queſto Regno, ſi come appare per lettere eſpedite in la Regia Cancellaria. Per tanto ſe ſupplica V.E. reſti ſeruita farli gratia ſi per ſeruitio di Sua Maeſtà,& di detta Corte, & beneficio publico, & perſecutione di detti delinquenti ordinare ſi rinouano dette lettere per l'aſportatione de dette ſorte d'arme,ſi come è ſtato ſolito farſi dalli Illuſtriſſimi Signori Vicerè antepaſſati in virtù di detti priuilegij, & lo riceuerà à gratia ſingulariſſima da voſtra Eccellenza, vt Deus.

Philippus Dei gratia Rex, &c.

ILluſtres,& Magnifici Viri Collateralis, & Conſiliarij Regij fideles dilectiſſimi; à noi è ſtato preſentato memoriale del tenore ſequente videlicet. Illuſtriſſimo,& Eccellentiſſimo Signore lo Viceadmirante della gran Corte dell'Ammiragliato fà intendere à V.E.come per ſeruitio di detta Corte tiene cinquanta huomini raccommandati quali habbiano d'andare in perſecutione de contumaci,& delinquenti di detta Corte dell'Ammiragliato, per la quale li forno conceſſi Priuilegij di Sua Cattolica Maeſtà,che detti raccommandati poſſano andare armati dell'iſteſſe ſorte d'armi come vanno quelli che ſerueno la gran Corte della Vicaria, il che anco è ſtato promeſſo dalli Signori Duca de Alcalà, & Illuſtriſſimo Cardinale Granuela,& Illuſtriſſimo Marcheſe de Mõdeſciar, & Vicerè antepaſſati in queſto Regno come appare in la Regia Cancellaria, & è noto alli Signori Regenti del ſuo Collaterale Cõſiglio. Per tanto ſe ſupplica V.E. reſti ſeruita farli gratia ſimilmente permettere che detti raccomandati poſſano andare armati come vanno armati li ſeruienti della gran Corte della Vicaria, acciò più facilmente ſe poſſa far il ſeruitio di Sua Maeſtà,& di detta gran Corte in perſecutione di detti malfattori, & del tutto V.E. ſe nè potrà informare dalli Illuſt. Signori Regenti di Cancellaria, & lo tenerà à gratia ſingulariſſima de Voſtra Eccellenza, vt Deus &c.

Et viſto per noi il tenore del preinſerto memoriale riconoſciuto il priuilegio che tiene la gran Corte dell'Ammiragliato, & anco le prouiſioni eſpedite tanto à tempo dell'Illuſtriſsimo Signor Duca d'Alcalà, quanto del Reuerendiſsimo Cardinale Granuela,& Illuſtriſſimo Marcheſe di Mondeſciare ci hà parſo far la preſente per la quale vi dicemo,& ordinamo, che debbiate permettere, che li detti cinquanta poſſano portare le dette ſcopette à focile delle longhe, & delle altre arme come portano li ſeruienti di queſta gran Corte della Vicaria di giorno, & di notte ſenza lume,che tale è noſtra volontà; auertendo di farui dare la liſta delli nomi, & cognomi delli detti cinquanta, acciò che eſſi, & non altri vadino armati, & non ſi faccia il contrario per quãto hauete caro la gratia, & ſeruitio di Sua Maeſtà,la preſente reſti al preſentante.

Datum Neap. die 11. menſis Martij 1580.

Don Io. de Zuniga.

V. Renerterius Regens. V. Salernitanus Regens.
V. Salazar Regens. Baſtida de Muñatones ſcriueſi a la Vicaria. In partium 4. fol. 183.

Et inteſo per noi il tenore di dette prouiſioni vtſupra eſpedite, vi dicemo, & ordinamo, che quelle debbiate oſſeruare,& eſequire, & far eſſequire, & oſſeruare iuſta loro continentia,& tenore non ſando il contrario per quanto hauete caro la gratia, & ſeruitio de la prefata Maeſtà, la preſente reſti al preſentante.

Datum Neap. die 17. menſis Ianuarij 1584.

Don Pedro Giron.

V. Salernitanus Regens. V. Cadena Proregens.
Baſtida de Muñatones. In partium nono fol. 213. fol. duc. dnos.

Liſta delli cinquanta dello Smiragliato.

MAtricula quinquaginta raccomandatorum M.C. Admiratiæ,& aliorum ſubditorũ ſpectantium, & pertinentum ad iuriſdictionem dictæ magnæ curiæ facta per Illuſtriſſimum Dominum Don Antonium Carrafa Marchionem Corati Regentem officium magni Admirati Regni huius ſub die ſecundo menſis Ianuarij 1584. Neap. regnante Regia Maieſtate Philippi de Auſtria Dei gratia Regis Aragonum vtriuſq; Siciliæ, Hieruſalem, Portugalliæ, &c. Exiſtente pro Viceadmirato, & Locumtenente præfati Illuſtriſſimi Domini don Antonij, Magnifico Dom. Octauio Barono,& Proiudice Magnifico D. V. I. D. Leonardo Salernitano.

Condeſtabile maſtro Gentile Simiano.

Raymundo de Mari.	Gio. Dominico Iuczolo.
Antonio de Martino.	Andrea Paparella.
Bartolomeo Eccomo.	Gioſeppe de Mari.
Gio. Angelo Falanga.	Condeſtabile Anello dello Pozzaro.
Giulio Fabricatore.	Ceſare Grimaldo.
Gio. Martino de Orta.	Stefano Maldura.
Sebaſtiano Siluestro.	Gio. Tomaſe Perrotta.
Gabriele Bardino.	Gio. Andrea Morales.
Vincenzo Gagliardo.	

Gio. Andrea de Martino. Latantio de Lucio.

Fabricio de Medici.	Paolo Ruffo.

Condeſtabile Proſpero Campione.

Franceſco Paſcale.	Vincenzo Paſcale.
Aſcanio Milone.	Iacobo Anello de Mari.
Gio. Andrea dello Lito.	Giulio Grapito.
Vincenzio de Ligorio.	Nardo Battimiello.
Gregorio Battimiello.	Pietro Iacouo Macolo.

Condeſtabile Gabriel Papa.

Gio. Marco de Falco.	Ceſare Polimena.
Aſcanio Quaranta.	Fabio de Giouanne.
Fabritio Falanga.	Gio. Ant. de Gioanne.

Condeſtabile Franceſco Cantore.

Veſpiano del Balozo.	Fabritio de Martino.
Aniello Cauallieri.	Fabritio Papa.
Aniello de Palma.	Archangelo Paſtore.
Gio. Alfonſo Amalitano	Ottauio de Rogiero.
Aleſſandro Brandolino.	Ceſare de Rogiero.
Fonſo de Ambroſio.	Gio. Cola de Lorenzo.
Giacobo Rochetto.	Sebaſtiano Luongo.

Et altri Condeſtabile.

FO fede io Gio. Andrea Amalfitano coadiutore della gran corte dell'Ammiragliato qualmente li ſopradetti cinquanta raccomandati, & Condeſtabili ſono li iſteſſi che ſtanno matricolati in detta gran Corte. Neap. die 8. Februarij 1584.

Io. Andrea Amalfitano coadiutore Mag. Cur. Admirantiæ.

PHILIPPVS DEI GRATIA REX Caſtellæ, Aragonum, Legionis, vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem, Portugaliæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croaciæ, Nauarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galleciæ, Maioricarum, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murtiæ, Giennis; Algarbij, Algeziræ, Gibraltaris, Inſularum Canariæ, necnõn Indiarum Orientalium, & Occidentalium, Inſularum, ac terræfirmæ maris Oceani:-

Arcidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Athenarum, & Neopatriæ.

Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tirolis, Barcinonæ, Roſſilionis, & Ceritaniæ.

Marchio Oriſtani, & Oceani.

Illuſtres,& Magnifici Viri Collaterales & Conſiliarij Regij fideles dilectiſſimi.

IGiorni adietro ſi ſpedirono prouiſioni dirette all'Illuſtre grande Ammiraglio del Regno, del tenor ſeguente videlicet.

PHILIPPVS DEI GRATIA REX &c.

Illuſtris vir Regie Collateralis Conſiliarie fidelis dilectiſsime.

DA voſtra parte ci fù i giorni addietro preſentato memoriale del tenor ſeguẽte videlicet.

Illuſtriſ-

Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore. Il Grande Ammiraglio del Regno fà intedere à voſtra Eccellenza, come inſin dal tempo della Felice memoria del Conte ſuo padre, deſiderò, che ſi faceſſe ordine alle Regie Audienze, & à tutti gli altri officiali così regij, come di Baroni, che oſſeruaſſero le commeſſioni, che fà à' ſuoi Viceammiragli, per eſſer così di ragione, & egli nè ſtà, & è ſtato in poſſeſſione; poiche peruenne à ſua notitia, che à' ſuoi Viceammiragli da alcuni officiali Regij era dato impedimento ſopra alcune loro prerogatiue, ilche con ragione non ſi potea fare. E perche fù commeſſo inſin dall'hora al Signor Marcheſe di Morcone, che faceſſe relatione in Collaterale della notoria giuſtitia di eſſo eſponente, dice perciò à voſtra Eccellenza, che reſti ſeruita di comandare, che detta relatione ſi faccia; accioche informata del tutto comandi, che eſſo ſia mantenuto in poſſeſſo, conforme gli ſpetta in virtù de' ſuoi ampli priuilegi; vt Deus.

Perloche ſi ordinò all'infraſcritto Illuſtre Marcheſe di Morcone per viglietto particolare, che ne faceſſe relatione in Collaterale, e quella già inteſa à ventitre del preſente, nè nacque l'infraſcritto decreto, videlicet.

§. HI Scribæ, qui, vt prædictum eſt, ab ipſo eliguntur Secretario, vulgoque de forma appellati ſunt, ordinatas à nobis prouiſiones, & à Regia Cancellaria exeuntes in pulchram, & ornatam redigunt formam, ſiuè ſcripturam pro quibus prouiſionibus ad Regiam Curiam pertinentibus, vt de Regiſtrorum Scribis ſtatutum eſt, nihil recipere debeant; A partibus autem quid eis ſoluatur, nec in pandecta prædicta continetur, nec in prouiſione illa poſt eiuſdem pandectæ datum expedita cautum eſt, nec alibi ſpecialiter prouiſum eſſe videtur. Id igitur modo declarantes, ex eo, quod vetuſto more obſeruatum præcipimus, alijſque iuſtis conſiderationibus moti, ſtatuimus illis pro ſcripturis priuatorum commoda reſpicientibus tantundem deberi, quantum regiſtrorum Scribas exigere poſſe præordinatum eſt, ac ſecundum illam formam in Regiſtro redactam, & non vltra.

Taxator ſigilli nihil exigat vltra taxam factam. h.d. Tapia.

§. TAxatoris autem officium, cuius eſt iura ad ſigillum ſpectantia taxare à Regia Curia, confertur huic officio per obtinentem, illud perſonaliter inſeruiendum eſt prout à ceteris qui ſubſtituendi poteſtatem non habent à Regia Maieſtate, hic taxator vltra prouiſionem quam recipit à Regia Curia, longæuo vſu, ſicut accepimus, exigere conſueuit à partibus tarenos duos pro taxa quacumque tranſcendente tarenos ſex, pro illis quæ infra ſummam prædictam, nihil prorſus, ſicque in poſterum ſeruari iubemus, contrafacientes priuationis officij pœnam incurrant, & extorta in quadruplum reſtituant, obſeruet Taxator ipſe omnino Regiam Pandectam, editam ſuper ſolutione iurium ad ſigillum pertinentium, nec illius prætereat formam, quam publicè affixam in valuis Regiæ Cācellariæ perpetuò retinere iubemus, pœna in dicta Pragmatica deſcripta ſi ſecus fecerit imminenti.

Nihil

Nihil exigat qui ſigillum tenet vltra taxam factam per Taxatorem. h.d. Tapia.

§. POſt leges Taxatori datas, conſequenter dicendum eſt de officio ſigilli: Caueat igitur omnino qui huic præpoſitus eſt officio, ne quid vltra ſummam per Taxatorem deſcriptam, in prouiſionibus ſigillandis exigat, vel recipiat, nec immunes, & exemptos à iuribus ſigilli quicquam ſoluere cogat, contrafacientes priuationis officij pœnam ſubituris, & partibus extorta in quadruplum reſtitutis.

Cancellarij, & ſcribæ aſſiſtant de mane quatuor horis, & de veſperi. h.d. Tapia.

§. QVoniam vero frequens, & multiplex negotiorum, tam publicorum Regiæ Curiæ, quàm priuatorum, ad Regiam Cancellariam pertinentium concurſus exigit, vt ipſius officiales, & miniſtri prædicti aſſiduè in ea commorentur, ne ob illorum obſeruantiam expeditio impediatur, vel differatur, volumus, & diſtricte præcipiendo mandamus eoſdem Cancellarios, Scribas de forma Scribas regiſtri Taxatorem & ſigillatorem, omnes legitimo impedimento non ſubſiſtente, ſingulis diebus non feriatis in eadem Regia Cancellaria reſidere debere quatuor horis continuis ante prandium, primis quatuor quouis tempore ſummo mane, reliquis vero poſt prandium à decima octaua hora inchoandis, pœna contrafacientibus priuationis officij mulctandis, & alia noſtro arbitrio reſeruata, &c.

Datum in Regio Palatio Neap. die 22. Septembris 1559.

Don Peraſan.

V. Albertinus Regens. V. Villanus Regens.
V. Reuerterius Regens. Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus generalis mandauit mihi Ioanni de Soto. In Cur. 4. fol. 1.

Informationes ſeruitiorum militum non per Auditorem exercitus, ſed per Regentes fiant præuia licentia Illuſtriſſimi Proregis. h.d. Tapia.

PRAGMATICA III.

De officio Secretarij.

PHILIPPVS &c.

PEr la Maeſtà del Re noſtro Signore, in ſue lettere della data delli cinque del paſſato, ci è ſtato ſcritto vn capitolo del tenore ſequente, videlicet.

A qui ſuelen accudir muchos ſoldados con enformaçiones hechas en eſſe Reyno, de lo que nos han ſeruido, y porque no conuiene que eſto ſe haga con la licençia y libertad, que haſta aqui ſi ha hecho, prohibireis al Auditor del exercito, y à qualquier otro Iuez, ò official nueſtro, que no las tomen de aqui adelante, pues quando os pareſcerà que cōuēgan azerſe alguna informaçion ſemejante, lo podreis ordenar à los Regentes

gentes la Cancellaria,paraque con ſu authoridad y decreto ſe hagan como deue.

Et viſto per noi il tenor del preinſerto capitolo, volendo gli ordini, & mandati della prefata Maeſtà eſſeguire, come ſemo tenuti, vi dicemo, & ordiniamo ch in modo alcuno da qua auanti debbiate procedere à pigliare informatione à inſtantia di ſoldati, ne d'altri ſtipendiarij, & particular perſone delli ſeruitij che pretendeſſero hauer preſtati alla prefata Maeſtà, iuſta la forma del detto capitolo, non fandoſe il contrario per quanto s'hà cara la gratia, & ſeruitio Regio.

Datum Neap. die 30. Ianuarij 1566.

Don Perafan.

V. Patignus Regens. V. Villanus Regens.
V. Reuerterius Regens. Lobera pro Secretario.
In Cur. fol. 17.

Collegij V. I. Doctorum erectio, eiuſdemque priuilegia. hoc dicit Tapia.

IOANNA II. DEI GRATIA Vngariæ, Hieruſalem, Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Seruiæ, Galitiæ, Iodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæque Regina, Prouintiæque, & Folcalquerij, ac Pedimontis Comitiſſa.

VNiuerſis præſentis priuilegij ſeriem inſpecturis, tam præſentibus quàm futuris, grandem rem per quam vtilem agere nobis fatemur, dum ciuilis iuris, & canonicæ ſcientiæ profeſſores Doctores pariter, ac Magiſtros in illis laudem præconijs ſignanter attollimus, & eis noſtra beneficia, & Priuilegia erogamus, cum per ipſorum miniſteriũ creſcit, conſeruatur, & fouetur Reſpublica dirimuntur litigia particularia, & publica ſcandala amputantur, vt dilucida, & cognita veritas in populis eluceſcat expellantur calumniantium iniquitates voluntariè tribuitur vnicuique quod ſuum eſt, & eorum iudicio attenta ratione collata boni, & æqui habetur notitia, & virtutum præclariſſima principalis ipſa iuſtitia colitur, dũ ſuis præceptis, & inſtitutis, ac munitis ſuaues, & vberes fructus producit in terris. Sunt igitur, & merito conditores talium operum Artifices, & directores, atque miniſtri canonici, & ciuilis iuris Profeſſores accepti, & nobis, noſtriſque conſpectibus ſatis grati cum eorum conſilio per ſalubres vias, & greſſus fructiferos vitæ noſtræ agamus curriculum felices dies agimus, & iſtius Regni gubernaculo præſidemus. Sanè Magnificus vir Ottinus Caracciolus Neap. Miles Regni noſtri Siciliæ Cancellarius caput, Rector, Adminiſtrator, & Gubernator Collegij V. I. Doctorum huius almæ noſtræ Ciuitatis Neapolis noſtræ Maieſtati ſupplicauit actentius, vt dictum Collegium V. I. Doctorum ordinare, creareque dignaremur, atq; factum confirmare, cum ad ſtatum, & vtilitatem Reipublicæ pertinere dignoſcatur, Doctoreſque ciuilis iuris, & canonici familiares Conſiliarij, & fideles noſtri dilecti noſtrę Maieſtati nonnulla capitula

pitula in fauorem ipſorum, ac bonum publicum, & eorum expoſitio continebat compoſita per eoſdem cum reuerentia debita obtulerunt ſupplicantes deuotius, vt illa Maieſtatis noſtræ munimine de certa noſtra ſcientia confirmaremur.

Nos igitur quæ ad dictum Cancellarium, & dictos Doctores meritò ſingularis gerimus dilectionis affectũ ſupplicationem gratanter recipimus, & examinare eam fecimus diligenter per Collaterales noſtros, & ſecretum Conſilium nobis adſtans, & quia inuenta eſt rationabilis, & ad bonum publicum tendens, nec minus attentis gratis grandibus, & fructuoſis ſeruitijs per eumdem Cancellarium, & Doctores iuris ciuilis, atque canonici Progenitoribus noſtris Regibus Siciliæ, atque nobis, & noſtræ Reipublicæ præſtitis, & quæ ipſos ſperamus in antea præſtituros prout infra ponuntur duximus ordinanda, & pariter approbanda. Volentes, & decernentes quod capitula ipſa vim legis obtineant, & in perpetuum inexpugnabilem habeant roboris firmitatem quorum capitulorum tenor ſequitur, & eſt talis.

Ad dictum Collegium ordinamus, & libenter ſtatuimus, vt Doctores ciuilis, & canonicæ facultatis habeantur ſimul tanquam corpus vnum, & fraternizanter ſcientiæ, ſeù vnius ferè facultatis artifices approbamus Collegium licitum, & honeſtum per quam neceſſarium Reipublicæ, noſtriſque vtilitatibus, & honori poſſint abſque nota cuiuſlibet Monopolij, & conuenticulæ illicitæ ſinè licentia conuenire inuicem, & quæ bonum eorum honeſtum, & iuſtum ſapiunt, & tangunt eoſdem in communi, vel particulari diſponere tractare, & facere, ac illa proprijs iuramentis cautius roborari, quæ firma, & valida eſſe decernimus tot ſapientum, aut ſaltem maioris partis illorum iuditio comprobata, & vt vota ſint honeſta, & tuta Sacrum Collegium poſſit facilius explicare, & inuicem acceptam, & gratam deliberationem facere hi qui ſunt de Collegio Doctores ſcilicet prælibati.

Prouidimus, quod vnus ex eis ſit Prior qui nomine, & primatus caput teneat agendorum, & prior collegij doctoralis iuris canonici, & ciuilis ab alijs appelletur, quẽ Priorem de anno in annũ creari volumus, & ordinari per Cancellarium Regni noſtri Siciliæ, de conſilio prælibatorum doctorum, & ad ipſorum Cancellarij, & Prioris vocationem Doctores ipſi in loco honeſto conueniant in communi, vel in proprio negotia tangantur, ſeù ſuper illis negotijs quibus ipſi Cancellario cum Priori videbitur expediens quod Doctores inuicem conueniant prælibati, illudque robur firmitatis obtineat ſuper præpoſitis negotijs per prædictum Cancellariũ, & Priorem ad quod maior pars Doctorum inclinauerit, & eo tunc facto ſcrutinio eorumdem. Adhibito eis Notario actorum eorum collegij per quem ordinata ſcribantur, & hoc Cancellarij, & Prioris miniſterio in executione ducantur, quod maior pars decreuit vt præfertur.

Quod Notarius collegij, & etiam Bidelli ſcolarium ordinari, & creari debeant per Cancellarium memoratum.

Et vt

Et vt onus honori inhæreat teneantur ipſi Cancellarius, & Prior, cum aliquis de collegio fuerit in aliquo grauatus, vel aliter ad Tribunal cuiuſuis Iudicis vocatus,aſſiſtere, defendere, & laudabiliter, & iuſtè interponere partes ſuas in adiutorium illius Doctoris, qui habet in iudicio comparere, vel qui de illato ſibi à quouis grauamine ſuam propoſuerit quærelam, vt per prædictorum Cancellarij, & Prioris induſtriam facundiam, & aſſiſtentiam prædictam prouideatur contra grauamina, & preſſuras, quæ conſueuerunt Doctoribus ingeri, quibus laicorum opinio ſemper infeſta extitit ab antiquo.

Similiter incumbat eidem Cancellario omnis defenſio Priuilegiorum ſtudij, & ſcolarium ſtudentium oppreſſorum, & etiam eidem Priori non quod per hoc, nec per infraſcripta tollatur Priuilegium Iuſtitiario ſcolarium ab antiquo conceſſum. talis itaquè Prior eligatur in quo ſit conſtantis voluntatis propoſitū ſit probata,& nota ſcientia morum grauitas, & facundi ſermonis ornamentum.

Ad nobilem igitur virum Iacobum Mele legum Doctorem de Neapoli noſtræ mentis aciem dirigentes in quo prædicta vigere noſcuntur, & eius probata virtus, & fides ab hactenus claruit Priorem auctoritate præſentium prædicti doctoralis collegij eumdem duximus,prout inuenimus creatum per dictos Doctores ſua vita durante ordinandum quo rebus humanis abducto ſemper in futurum de anno in annum eligatur Prior,qui ſit vnus ex dicti collegij Doctoribus, de collegio vero intelligantur, & ſint Doctores videlicet. Dominus Andreaſius de Alderitio de Neapoli legum Doctor dominus Marinus Boſſa de Neap. I.V.D. dominus Gurrellus Caracciolus de Neap.I.V.D. dominus Ioannes Criſpanus de Neapol. Epiſcopus Theanenſis legum Doctor,dominus Goffredus de Gaieta de Neap. miles & V.I.D. dominus Carolus Mollicellus de Neap legum, Doctor, & miles dominus Hieronymus de Miroballis de Neap.legum Doctor,& dominus Franciſcus de Gaieta de Neap. legum Doctor. In quibus profectò probata viget ſcientia clara doctrina rutilat, & morum elegantia nota claret, & quos in noſtris ſeruitijs approbata fidelitas diuturna experientia noſtros fideles Conſiliarios iam efficit.

Intendimus enim, & volumus quod poſſint etiā alij Doctores eſſe, & ſint de dicto collegio qui accedente voluntate Cancellarij ſuffragio ad minus medietatis partis n ipſorum Doctorum de collegio ad ipſum fuerint collegium introducti ſi oriundi, & ciues noſtræ ciuitatis Neapolis fuerint, aut ſi de Regno oriundi Doctores fuerint, & ſcolas publicè ordinarias, vel extraordinarias in eadem noſtra ciuitate Neapolis vixerint annis ad minus quatuor continuis aut etiam interpellatis,quibus collegium ipſum patet accedente voluntate ipſius Cancellarij eo ipſo quod prædicto tempore lecturam exercuerit memoratam Tales Doctores, & collegiatos prærogatiuis proſequi cupientes tanquam Reipublicæ conductores dignis diſponimus Priuilegijs præuenire immunes ipſos eſſe volumus à muneribus quibuſcunque ſiuè illa ſint realia, ſiuè perſonalia, ſiuè mixta ordinaria, vel extra ordinaria prout iuris ſanctio ordinat, & declarat. Eſt enim rationi ſatis conſentaneum, vt qui perſonas, & res priuatas, & publicas defendunt magiſterio approbato in proprijs perſonis, & facultatibus dignam prærogatiuam habeant.

Cancellarius eſt collegiatorum Iudex competens.h.d.T.apla.a.

§. QVo ſætanter,& nē per varias aliorū calumnias,& temeritates, quas aſſumpſerint homines litibus dediti Doctores ipſi poſſint per diuerſa tribunalia lacerari eiſdem digna noſtra clementia duximus concedendum,quod in cauſis dū ipſi conueniuntur ciuilibus ſeù criminalibus Iudex competens illorum exiſtat Cancellarius Regni noſtri Siciliæ, & prædicta intelligātur procedere ſi Doctores ipſi ſunt laici,ſi vero clerici fuerint, tunc eorum ſit Iudex competens Neapolis antiſtes, & licet inter Doctores eoſdem ſint aliqui qui habeant ex noſtris,aut prædeceſſorum noſtrorum indultis, vel aliter ſpeciales eorum Iudices competentes de certa noſtra ſcientia concedimus eis quod eorumdem poſſint forum, ſiuè iudicium declinare, & in prædictis caſibus propoſitam fori declinatoriam ad præfatorum iudicium, vt prædiſtinguitur examen petere ſe remicti contra quam præpoſitam declinatoriam omnis poteſtas tollatur iudicibus alijs aliquid decernere, quod remiſſionem tollat eandem, etiam ſi per Procuratorem fuerit propoſita declinatoria fori, cum in hoc caſu fauore Doctoribus debito intendamus,quod ipſorum,& eorum ſit electio iudicum & non actorum mouentium quęſtiones,quod ſi contra factum fuerit illud non teneat, & iudicatum ſit ipſo iure nullum,& Iudex,qui declinatoriam ipſam non admiſerit centum vnciarum auri pœna, & alia grauiori noſtro arbitrio reſeruata veniat puniendus. Volētes expreſſè quoad ſignificatoriam dicti Cancellarij omnes Iudices cuiuſcunque conditionis exiſtant dictos Doctores, & quemlibet ipſorum ad ipſius Cancellarij examen remittere debeant. ac de ipſis Doctoribus, & quolibet ipſorum de cætero nullatenus ſe intrommittant.

Ordinamus etiam per præſentes, quod nullus Doctor de Collegio in quæſtionibus, ſeù cauſis criminalibus, vel ciuilibus quæ fortaſſè agendo, vel conueniendo tangerent Cancellarium, vel dictum collegium, ſeù aliquem Doctorem de Collegio memorato poſſit eſſe in contrarium Conſiliarius Auditor ſiuè ipſius cauſæ Patronus, & ſi quis tale fortaſſis contrafecerit per Cancellarium cum conſilio Prioris procedi poſſit ad pœnam amotionis ab ordine præſentis collegij in quo exiſtit ſano iudicio intellecto dum inter aliquem extraneum, & Doctorem eſt altercatio memorata. Vbi vero inter Doctores de collegio orietur quæſtio præſens ſtatutum non vendicet ſibi locum.

mus Qui

Qui prohibeantur doctorari hic dicitur, & qualis debeat eſſe doctorandus. b. d. Tapia.

§. AD doctoralis dignitatis gradum nullus poſſit aſcendere, excommunicatus infamis, aut de turpi vita, & moribus apud bonos, & granes publicè diffamatus, aut ſpurius, aut aliter illegitimè natus etiam ſi legitimatus auctoritate noſtra exiſtat cum doctoralis dignitas huiuſmodi labe reſpuíos omnino refugiat ſua relucentia claritatis orthodoxus igitur fidelis, & de genere fidelium ortus qui Auditor fuerit ad minus infra dictum tempus, vel ſaltem repetierit, vel diſputauerit videlicet; Accalanteū legerit, vel ad minus repetierit aliquam legem tenente ſibi catredam ali quo ex dictis Doctoribus his ſufficiens inuentus fuerit modo doctorandus doctoratum ipſum poſſit petere, & habere.

Modus tenendus in doctoratu exprimitur, & qualiter ſedere debeant Doctores de Collegio. b. d. Tapia.

§. MOdum vero per quem ad honorem, ſeù dignitatem doctoratus conſequitur ſufficiens peruenire poſſit, volumus eſſe talem quod ſcolaris videlicet accalanteui qui deſiderat fieri doctor quem vult doctorem de collegio ſub quo ipſe priuatam examinationem, & deinde publicam approbationem recipiat poſſit eligere nntu ſuo per quem coram Cancellario ad doctoratum idonens præſentetur, quod doctor ipſe teneatur ſub ſua fide, & animæ ſuæ periculo voce propria affirmare vocatis omnibus de collegio doctoribus præſentibus, vel illis ſaltem qui voluerunt, vel potuerunt ipſi præſentationi perſonaliter intereſſe, & ad hoc quod fidelis doctor præſentans poſſit de eius ſufficientia perhibere teſtimoninm veritatis.

Volumus quod priuato modo in ſua Camera examinet ipſum ſuper lege, ſeù canone vno vel pluribus quantum viderit expedire arguendo, & quærendo ſubtiliter ac replieando, & triplicando ſi opus fuerit, vt per apertas, & ſubtiles inueſtigationes ſibi pateat, ac certo ſaenltas, & ſcientia doctorandi de qno periculo ſuæ conſcientiæ, vt præfertur habeat perhibere teſtimonium veritatis, poſt quæ fiat de ipſo præſentatio coram Cancellario, vel tenente locnm Cancellarij per doctorem ſub priuata examinatione qnem recipere habeat modo vt ſupra cui præſentato iuxta morem Puncta dentur duæ leges vna in Codice alia in ff. veteri, quæ puncta dentur per illum doctorem de collegio quem tunc Cancellarius elegerit, Puncta duo dentur ſimiliter vnum in decreto, & aliud in libro decretalium. & in vnaquaque facultate pari numero puncta dentur ad reſpondendum teneatur ſequenti die examinādus ipſe venire ſic, quod dies ſit ſibi vna integra, & naturalis qua ſua puncta præuideat ſuper quibus habet in priuato examine doctoribus de collegio reſpondere, illuceſcente igitur ipſo die in examine depntato, etſi in mane eſt faciendum andita miſſa ſancti Spiritus ſummo mane coram Cancellario, & Doctoribus de collegio ipſe compareat in examine ſcientiali ſimiliter ſe exponat, & ſedentibus ipſo quidem Cancellario iu loco primo ſeparato à doctoribus qui habent de eius ſuffieientia iudicare Doctores prędicti de collegio ſedeant prout diſcripſimus de cætero alij ſuperuenietes doctores in ipſo collegio nnllis alijs dignitatibus eorū attenctis per ordinē ſedeant, & Priore ipſo primū Locumtenente ſubſequenter alij omnes loca teneauç ordinaria, & alter alteri in ſedendo præponatur qui de cætero prius in prædictum collegium fuerit aſſumptus, in opponendo verè ſeù quęrēdo modus, & ordo èconuerſo ſeruetur, vt poſtquam examinandus ipſe puncta ſua legerit ın quibus nihil aliud recitet niſi quod notaut Gloſæ in rubrica, & ſuper legibus, aut Canoue aut præſente declarando ipſum ſecundum ordinem pulchriorem quem ſibi dominus miniſtrauerit, & ille doctor qui ſe in dicto collegio inuenerit iuniorem in ipſo habitu doctorali opponat ad plus de duobus medijs ſuper quolibet puncto, & etiam quærat de vna quæſtione, & omnibus ſeruantibus ſilentium poſtquam examinandus ipſe reſponderit poſſit replicare vno vel duobus medijs tantū ſuper reſponſionibus factis à licentiando eodem quibus contentus exiſtat. & per eundem ordinem opponat, & quærant doctores in doctoratu tempore Iuniores qua examiuatione ſibi facta examinatus ipſe obtempta lieentia à Cancellario inde receedat, & deinde doctores omnes coram Cancellario ſigilla, & vota propria deponentes ſuper approbatione examinati eiuſdem adhibito Notario Collegij qui ſingulorum vota per ordinem ſecreto modo coram Cancellario ipſe ſcribat illaquæ proprio ſacramento omnibus iuret tenere ſecreto examinatus taliter ille veniat approbādus qui pluriū doctorū ſuffragio exiſtēs approbatus, aut approbādus qui pluriū iudicijs fuerit reprobatus, & ſequēti die examinationis, vel eadē die ſecundū quod videbitur ipſi Cancellario compareat examinatus ipſe coram Cancellario, & per eum data approbatione, vel repulſa videntibus ipſis doetoribus, aut illis qui interuenerint ſeriptura ipſa ſcrutinij veniat lacceranda.

Vbi vero pares fuerint voces eligat Cancellarius approbationis, vel reprobationis iudicium quod ſuæ conſcientiæ relinquatur, & coram ipſis doctoribus ſi venerit approbandus ſibi det licentiam recipiendi publicè doctoratum, Ita tamen quod proprio ſacramento affirmet, & ſe obliget ſollemniter, & expreſſè quod intra eumdem annum tardius ipſum publieè recipiat Magiſterium in eadem eiuitate Neap. & uon alibi cum inſignis conſuetis, & ſolitis exhiberi, & iuxta conſuetum, & ſolitum fiant ſermones debiti, & ſollemnes in die priuati examinis nullus interſit alius niſi doctores de collegio memorato.

Quid recipiunt Cancellarius, & Doctores, & alij officiales de collegio à doctorando b. d. Tapia.

QVo finito ſtatim loco cuiuſdam præmij, & laboris dentur Cancellario, & ipſis doctori-

bus munnſcula ſolita videlicet ipſi Cancellario Cortellaria vna fornita, & guarnita de argento valoris ducatorum quinque ad tabnlam cum Marſupio vno ſollemni, & pectine de Ebore, & cuilibet ex doctoribus marſupium vnum pulchrum cum pectine de Ebore valoris ad minus ducati vnius vel detur ducatus vnus. In die vero Conuentns publici ſimiliter dentur munuſcnla videlicet. Ipſi Cancellario Anulus valoris ad minus ducatorum trium, vel dicti dncati tres, & birretum vnum, cum pari chirotecharum. Singulis vero doctoribus de collegio anulus valoris ad minus dncati vnius vel detur ducatus vnus birretum, & par vnum chirotecharum.

Doctores vero promouentes debent habere veſtem, vel ſex ducatos pro quolibet computatis tamen munuſculis videlicet anulo marſupio, & pectine de Ebore, vt ſupra dictum eſt.

Notarius verò collegij pro omnibus actis tam in priuato examine quàm in publico quàm etiam pro littera doctoratus expedita debeat habere ducatum vnum, & par vnum chirotecharum.

Bidelli verò pro priuato, & publico examine medium ducatum pro vno, & non plus, & ſingnlis ſimilirer Magiſtris ſacræ paginæ qui interfuerint detur par chirotecharum. Item Neapolis Archiepiſcopo. Item Iuſtitiario ſcolarium ſi interfuerint birretum, & par chirotecharum pro quolibet.

Nec non & alijs doctoribus qui ſunt de collegio, & Magiſtris ſeù doctoribus aliarum facultatum qui interſuerint par vnum chirotecharum pro quoliber detur, & nullis alijs præter nominatis, ita tamen quod prædicta munuſcnla omnia tam priuati examinis, quàm pnblici conuentus ſiuè pecuniæ ipſorum dentur, & aſſignentur in manibus Prioris, & Notarij collegij prælibati qui habent examinare valorem dictorum munnſculorum, ſi ad prænominatam aſcendat extimationẽ, ac per ipſos Priorem, & Notarium ſeu per Notarinm voluntate dicti Prioris aſſignetur, & tradatur doctoribus, & perſonis prænominatis vnicuique ſecundum contingentem portionem, & hoc fieri debeat anteqnam examinandus priuatum intret examen, & antequam inſigna doctoratus aſſumat.

Doctores de collegio quomodo ſedeant quando ſit actus doctoratus. h.d. Tapia.

§. ORdinamus etiam, & volumns quod doctores ipſi ſoli de collegio tempore quo conuẽtus publicus celebratur per illum ordinem quo ſedent in priuato ſedeant in ſedili aliqno aliqnantulum eminenti, vt tamqnam luminaria fulgida conſpiciantur & doctores appareant coram facie illorum qui ad ipſum conuentum fuerint congregati. Et vt obſeruantia prædictorum quæ proinde maturè, & digeſtè per nos promulgata exiſtunt ſemper viridi, & inexpugnabili robore perſeueret ordinamus, quod ſingnli prædicti de collegio, & alij de cætero adiungendi doctores ipſi de collegio iurent in ſancta Dei Euangelia corporaliter tacta in manu Cancellarij fideliter bona pura

fide

fide prædicta omnia obſeruare, & in nullo modo contrauenire publicè, vel occultè de cætero quouis modo.

Et quia in virtute ſancti Spiritus dona ſcientiarum, & illuminatio fidelibus mentibus diuina gratia infunditur, nam in maleuolam animam non introibit ſapientia, & corpora peccatis ſnbdita minime illnminatione docentur omnes prædicti doctores mẽſe quolibet ad requiſitionem indedicti Cancellarij, & Prioris conueniant audituri miſſam Spiritus ſancti in ea Eccleſia in qua & qnando per Cancellarium, & Priorem fuerint requiſiti, & poſt dictam miſſam auditam inuicem charitatiuam colluctationem, vel collationem faciant de rebus honeſtis, & licitis, aut de occurrentibus ipſis in proprio, vel communi, vt ſic ſub Dei timore viuentes, & fructunſi nobis, & noſtræ Reipublicæ appareant, & deſeruiant homini quo ab alijs vulgatis vſibus idiotis hominibus diſtinguntur, vt igitur prædicta capitula maturè digeſta, & proinde ordinata, & perpenſa firmato conſilio in publicam notitiam veniant, & tonanti regula obſeruentur præſens priuilegium exinde fieri fecimus, & magno noſtro pendenti ſigillo iuximus communiri, & ex certis cauſis nos mouentibus dedimus, & ſubſcripſimns propria noſtra manu illi ordinatione, vel obſeruantia noſtrę Curiæ quacunque contraria non obſtante. Datum in Caſtro nouo Capuanę Neap. per manus noſtras prædictæ Ioannæ Reginæ anno domini 1428. die 15. menſis Maij 6. indictionis Regnorum noſtrorum anno quartodecimo de mandato Reginali oretenus A. de Theano.

Tranſumptnm fuit hoc priuilegium in Magna Curia Vicariæ ſub Sereniſſimo Rege Ferdinando Dei gratia Rege Aragonum vtriuſque Siciliæ Hieruſalem. Regnorum vero eius huius Regni Siciliæ citra Farum anno ſeptimo, die decimo menſis Decembris tertiæ Indictionis Neap. Anno Domini 1509. Rogatus fuir egregins Antonius de monte Notarius, & Actorum magiſter dictæ magnæ Curiæ Iudice ad contractus egregio Ioanne Antonio Funiecella, & Regente officium magni Iuſtitiarij domino Galaſſo de Tarſia milite de Cuſentia: Iudicibus dictæ Magnæ Curiæ exiſtentibus dominis Antonio de Baldaxino, Sebaſtiano Barnaba, Antonio Gnardato V.I.D. de Neapoli præſentibus pro teſtibus in dicto actu tranſumptionis egregijs, & nobilibus viris Not. Bagordo de Falco. Not. Angelo Scarano. Not. Ant. de Iuppo. Not. Iacobo Maiono. Not. Franciſco Ruto. Not. Bartholomæo Bonæ. Not. Ioanne Antonio Funicella. Not. Priſciano Milone. Not. Roberto de Melfe. Not. Ioanne Ant. Matreſe, qua Curia pro Tribnnali ſedente petijt dictum Priuilegium trãſumptari. Egregius Not. Berardinus de Montis de Neap. inter nuntius Illuſtris domini Petriconi Caraccioli Ducis Cagiani Regni huius Siciliæ, Magni Cancellarij, & ſpectabilium, ac Magnificorũ doctorum Sacri Collegij Neapolitani.

Die 5. menſis Septembris 1505. ad inſtantiam Illuſtris Petriconi Caraccioli Ducis Cagiani, ac magni Cancellarij, & eximij Art. & Med. doctoris

ris

ris Ianuarij de Phillippis de Neapoli inquiſiti per Magnam Curiam Vicariæ fuit idem D.Ianuarius remiſſus ad dictum Cancellarium, ſeù eius Locumtenentem iuxta tenorem Priuilegij audito domino Regio Fiſci patrono pro Secretario Aug. Cophia.

Die 21. menſis Maij 1515. fuit per Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ videlicet, D.Berardinum de Polcarijs, & Anibalem de Luca remiſſus ad collegium virtute literarum ſignificatorialium Magnificus D.Hieronymus Stena V.I.D.vnus ex doctoribus Almi Collegij Actuarius Magnæ Curiæ Andręas de Monte. Ita inueni notatũ in lib.collegij mihi exhibito per D. Octauianum Cæſarem noſtri Sac.Conſ. Conſiliarium. & nunc Almi Collegij Priorem virum eruditiſſimum, & probitate clarum, ſed collectum per Iacobum Lotterium eiuſdem almi collegij oratorem maximum, & omnium ſcientiarum genere ornatiſſimũ. Tapia.

Collegij Medicorum fundatio, ac eius priuilegia.h.d.Tapia.

IOanna Secunda Dei gratia Vngariæ Hyeruſalem, Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Lerniæ, Galitię, Lodomarię, Comarię, Vulganique Regina, Prouintię, & Folcalquerij, ac Pedemontis Comitiſſa ad futurę rei memoriam. Notum facimus vniuerſis pręſens noſtrum Priuilegium inſpecturis, tam præſentibus quàm futuris, quod nos ſepiſſimè reuoluentes in archano noſtri cordis onus grande Regalis dyadematis pondus inſuportabile Regiminis Populorum, ac diuinum examen miniſterij ſubdito. Supernaturali prouidentia noſtro capite, noſtriſque humeris collocatum, niſi euidentiſſimis miraculis cognouiſſemus. Nos hactenus cęleſtibus ſuffragijs circa ipſum Regimen, & Gubernationem pacificam, ac tranquillam Regni noſtri pręlibati fuiſſe adiutas, fuiſſe pręſeruatas illęſas, & fuiſſe in noſtro trono diuinis manib.roboratas contra omnẽ peruerſam viam, & temerariam audaciam pręſumptionemque indignam quorumdam perditionis filiorum diuinę voluntatis, & noſtri ſtatus æmulorũ traddidiſſemus quodammodo nos met ipſas in neglectum regiminis ſubditorum noſtrorum propriæque noſtrę ſpei, & perſonę. Sed quia defiſſa determinataque voluntas eſt relicta ſicut luculentiſſimè didicimus experientię per effectum ſerenitatem noſtram Regni huius gubernacula moderati gerentes in terris tipum cęleſtis regiminis Monarchię delectabiliter, & libenter exquirimus gratioſè, & miſericorditer indagamus, ea quę ſunt, Dei gratia, & ad dicti Regni noſtri Reipublicę commodum, & augumentum noſtramque per conſequens laudem gloriam, atque famam pertinent, atque ſpectant, vnde quia nihil proficeret Regnorum ſceptra, & diademata quantumcunque fœliciter baiulare niſi regna ipſa clariſſimis, & famoſiſſimis viris abundarent ſublato quoad fieri poterit arte, & induſtria humana mixta diuini mortis oculeo iactura, vt illorum aſſiſtentia Regna ipſa ſalubribus conſilijs, effectibus dirigerentur. Id circo ad diuinum auxilium vnicum, quod habemus in terris humanæ gerentis conſeruantium ſcilicet ſaluberrimam mediernam noſtræ internæ aciei oculos indeſexè dreximus, vt cum ipſa noſtrum Regnum ciuitatis mortalitatis quotidianæ præſſuris clariſſimis, & digniſſimis populis, popularibuſque copijs valeat adaugeri. Nec non doctoribus, & magiſtris medicinalis facultatis pro communi compendio publicoq; bono poſſimus facere præpollere, & etiam aſſiuentiſſimè abundare. Ipſius igitur diuinæ artis, & ſcientiæ medicinæ doctores ſtudia, & ſtudentes in ciuitatibus noſtri dicti Regni, & ſignanter hac noſtra Magnifica Vrbe Neapolitana decreuimus honoribus, gratijs, dignitatibus, & fauoribus debitis, atque condignis multiplicare, & etiam ad augere optimæque Indolis Iuuenes, & ſcolares ad huiuſmodi glorioſæ ſcientiæ apicem aſſumendum allicere, & inducere noſtris Regalibus munificentijs muneribus, atque donis. Quis nam Regum in Terris diuinam, & cæleſtem in regimine incitans poteſtatem ſcientiam, & ſapientiam infinitam hæc benè cogitata non conabitur perducere ad effectum, & licet ipſa ſcientia medicinæ à ſuo ſit cæleſti conditione tantis dignitatibus, tantis honoribus, tantis laudibus ſublimata, quod nullo extrinſecus indigeat auctoramento alienæ laudis glorię, vel honoris tum nè eius quas pertingere poterimus breuiloquio huiuſmodi honorificentia prætereamus intactas in præſentiarũ laudum eius ſacirnulas in manipulos breuiſſimè colligentes, vna cum Salomone Rege ſapientiſſimo Hebræorum ſic dicemus. à Deo enim eſt omnis medela, præuiderat enim diuina præſentia, & ſapiẽtia infinita hominẽ quẽ plaſmauerat peccatis ingruentibus cũ omni ſua poſteritate in infirmitatibus varijs occaſione, & in Medici tam cæleſtis quàm terreni manus iuxta Dei ſententiam inciſurum iuxta illud aliud Salomonis. Qui deliquerit in conſpectu eius qui fecit eum incidet in manus Medici. Et amplius idem qui ſumma eſt præſentia, & miſericordia infinita præuidens, quod humano peccato recognito peccatorum venia poſtulata, diuinoque per prius auxilio ſuppliciter cogitato prædixit, & pręmonuit, quod Medicorum induſtria, & peritia erat plurimum profectura. Verbo eiuſdem Salomonis ſic dicentis, fili in tua infirmitate, ne deſpicias te ipſum; ſcilicet, ora ad dominum, & ipſe curabit readuerte à delicto, & dirige manus tuas, & ab omni delicto munda cor tuum, da ſuauitatem, & memoriam ſimulaginis, & impingua oblationem, & da locum medico, vbi enim illum creauit Dominus, & non diſcedat à te quia opera eius ſunt neceſſaria eſt etenim opus quod in manibus eorum incurras. Quamquam enim qui ſani ſunt non egeant medico ſcilicet qui malè habent iuxta ſententiam veritatis poſſintque Medici diuino adiuti pręſidio egrotantium corpora aliqualiter ſublenare, ad perfectam igitur ſanitatem conſequendam eſt primitus ad Dei miſericordiam in vnaquaque infirmitate implorandum, ſpe firmiſſa recurrendum, nè vana ſpe deluſus infirmus tranſeat inauditus iuxta illud Pa-

ralypomenon ſecundo, capitulo ſextodecimo egro tauit autem Aſa anno tricelimo Regni ſui dolore pedum vehementiſſimo hęc quęſiuit dominum in infirmitate ſua, ſed magis medicorũ arte confiſus eſt. dormiuit, Itaque cum Patribus ſuis: & demũ breuilogo mirificas enumerum laudem eius, diuina eſt, cęlica eſt, ſancta, eſt ſciẽtia medicinę, & miniſtros eius caritatiuos, & pios deificat ſanctos faciens, & beatos beatitudine cæleſti, & terrena. Vnde quoniam ſic eſt, quod ſancta, & glorioſa ſcientia medicinę eſt in mundo pro vita hominum pręſeruanda inenarrabiliter oportuna, & Medici ſunt ex pręcepto diuino tantopere venerandi iuxta illud eccleſiaſtici. Honora Medicum propter neceſſitatem, etenim creauit illum altiſſimus, & à Rege accipiet donationem diſciplina Medici exaltabit caput illius, & in conſpectu magnorum collandabitur. Ilerico igitur ſequentes veſtigia Illuſtrum Regum prędeceſſorum noſtrorum Regni huius quod in dicto Regno, & ciuitate noſtra Neapolis ſtudia, & doctores eiuſdem ſcientię honoribus, & priuilegijs illuſtrarunt eorum ſtatum famam, & honorem in toto Regno noſtro ciuitatibuſque ipſius, & prius & ſignanter hac alma Vrbe Neapolitana quatenus, eſt caput, & principium totius Regni prælibati adaugere omnimoda intendentes, tam ſcilicet motu noſtro proprio, certaque noſtra ſcientia, & noſtra dominica poteſtate quam ad humilis ſupplicationis inſtantiam, & nobilium virorum Ottini Caraccioli de Neapoli militis noſtri Siciliæ Cancellarij Collateralis Conſiliarij, & omnium infraſcriptorum Artium, & medicinæ doctorum Santiliarium fidelium noſtrorum dilectorum. Qui nobilis inſtantiſſimè ſupplicarunt, vt Collegium artium, & medicinæ doctorum, quod alias in dicta ciuitate à noſtris Prædeceſſoribus Illuſtribus Siciliæ Regibus ordinatum viguit reformare, creare, atque melius ordinare in eadem ciuitate, & ipſum iam factum de noſtra dominica poteſtate confirmare benignius dignaremur infraſcriptas noſtras regales munificentias, & gratias affinentur impendimus, & largifluè indulgemus ſanè.

In primis ad decorem, atque famam dictæ ſcientiæ medicinæ volumus, dicimus, & ſtatuimus, quod artium, & medicinæ doctores dictæ ciuitatis Neapolis habeant ſimul tanquam vnum corpus approbatum Collegium licitum, & honeſtum per quod neceſſaria ſalubritate humanæ noſtræque Reipublicæ vtilitates, & honores inueſtigando procurant poſſint abſque nota cuiuſlibet monopolij, & romertiale inlicitè conuenire inuicem, & quæ bonum eorum honeſtum, & iuſtum ſapiunt, ſiuè tangunt eoſdem in communi, vel particulari diſponere, tractare, & facere, ac illa proprijs iuramentis, & obligationibus roborare, quæ firma, & valida eſſe decernimus tot ſapientum, aut ſaltem maioris partis ipſorum iuditio comprobata.

Item volumus, decernimus, & iubemus, quod dicti collegij artium, & medicinæ doctorum ſit Caput, Rector, Adminiſtrator, & Gubernator dictus Magnificus vir Octinus Caracciolus de Neapoli miles præſens Cancellarius Regni noſtri, & alij Cancellarij in dicto officio ſucceſſiuè nihilq; ſinè eo, vel eius Locumtenente de contentis infraſcriptis capitulis fieri poſſit, & ſi fieri quomodolibet præſumeretur niſi ipſe poſtmodum habuerit ratũ illius ſit roboris, vel effectus, immò ipſe Cancellarius ex poteſtate ſui officij illud poſſit irritare, infringere, & caſſare pro ſuo libito voluntatis ſuper quibus omnibus ex nunc ſibi concedimus totaliter, & plenariè vices noſtras.

Item vt vota ſua honeſta dictum collegium poſſit facilius explicare, & inuicem acceptas, & gratas deliberationes facere hi qui ſunt de collegio, doctores ſcilicet prælibati: prouidemus, & contentamur, quod vnus ex eis ſit prior qui nonus, & epigramatis caput teneat agendorum, & Prior collegij doctoralis artium, & medicinæ ab alijs appelletur, & voluit prædictus Prior de anno in annum creari, & ordinari debeat per Cancellarium Regni noſtri Siciliæ de conſilio prælibatorum doctorum iſto modo videlicet, quod vnuſquiſque fiat Prior ſecundum gradum doctoratus incipiendo ab antiquiori, & conſequenter deſcendendo vſque ad nouiſſimum.

Item quia intentionis eſt noſtrę, ſicque edicimus, & iubemus, quod vice qualibet talis Prior in dicto collegio eligatur, in quo ſit conſtantis voluntatis propoſitum, ſit probata, & nota ſcientia, morum grauitas, & ſecunda ornamenta licet moris, ad nobilem igitur virum Saluatorem Calendam de Salerno artium, & medicinę doctorem militem Phyſicum, & familiarem noſtrum dilectum, noſtrę mentis aciem delectabiliter, & benignè dirigentes, & reperientes experientiæ per effectum in eo omnium virtutũ, & ſignãter proprię ſuę medicinalis ſcientię, & liberalium artium ſemina germinare fructumque reddere affluentem, atque gratum ſicut eum inuenimus ab hactenus in dicti collegij artium, & medicinę Priorem extitiſſe in dicto Prioratus officio ſua ſiquidem vita durante cum poteſtate in ſua abſentia aliquem de dicto collegio quem elegerit, & de cuius defectibus, & exceſſibus ratione ſuę ſubrogationis ipſe principaliter noſtrę curię teneatur, ſubrogandũ auctoritate pręſentium confirmamus, & de nouo etiam creamus. Item volumus quod ad ipſorum Cancellarij, & Prioris vocationem vice qualibet neceſſaria doctores ipſi de collegio in loco aliquo honeſto dicto Cancellario, vel eius Locumtenenti viſo locumteneat pro communibus, vel proprijs negotijs agitandis, & ſalubriter ordinandis ſecundum quod ipſis Cancellario, & Priori videbitur expediens.

Item volumus, quòd ex dictis eorum deliberationibus illud robur firmitatis obtineat ſuper negotijs omnibus propoſitis per dictos Cancellarium, & Priorem, ad quod maior, & ſanior pars doctorum ipſorum inclinauerit, & tunc facto ſcrutinio, & deliberatione prędictis, & hoc Cancellarius, & Prior ipſi executioni debitè demandare pręſentium auctoritate teneantur, & ſint deſtricti.

Item contentamur, & volumus, quòd habeant

Notarium vnum collegij prælibati idoneum, & ſufficientem ad vitam vel pro tempore ſecundùm quòd ipſi Cancellario melius videbitur expedire, per quem Notarium acta, & deliberata per dictum collegium fideliter ſcribantur, & etiam conſeruentur.

Item contentamur, quòd habeant Bidellum per dictum Cancellarium ſimiliter ordinandum ad conuocandos in vnum dictos Doctores de collegio, & denunciandum eis, vel alijs agitanda in dicto collegio diebus, & vicibus ſingulis oportunis ſecundùm quòd ſibi ab iſtis Cancellario, vel Priore dabitur in commiſſis.

Item vt onus honori inhęreat, volumus, & iubemus, quòd teneantur ipſi Cancellarius, & Prior dùm aliquis de collegio ſupradicto fuerit in aliquo grauatus, vel aliter ad Tribunal cuiuſuis Iudicis enotatus aſſiſtere, defendere, & amicabiliter, ac iuſtè interponere partes ſuas in adiutorium illius Doctoris qui habet in iudicio cōparere, vel qui ſe illato ſibi à quouis grauamine ſuam proponerit quęrelam, vt per prędictorum Cancellarij, & Prioris induſtriam faciendam, & aſſiſtentiam prouideatur contra grauamina, & preſſuras, quę conſueuerunt doctoribus ingeri à vulgaribus, ſiuè laicis quibus mores, vita litteratorum infeſta ſemper extitit, ac etiam odioſa.

Item volumus, & iubemus, quòd eidem Cancellario omnis defenſio Priuilegiorum, ſtudij, & ſcolariorum omnium Neapoli ſtudentium, quomodolibet oppreſſorum, ac etiam eidem Priori incūbat non derogando per hoc, nec per præſens capitulum, aut aliquod infraſcriptorū ꝙ tollatur Priuilegium Iuſtitiarijs ſcolarium Neapolis ab antiquo conceſſum.

Item volumus, & declaramus, quòd ad præſens ſint de dicto collegio nominentur, & ſcribantur artium, & medicinæ doctores collegiati infraſcripti doctores videlicet.

Saluator Calenda ſupradictus de Salerno miles liberalium artium, & medicinæ bonæ mentis doctor Prior collegiatorum medicinalis ſcientiæ, & artium liberalium Neapolitani, & Salernitani collegiorum Phyſicus noſter. Periccus de Actaldo de Auerſa artium, & medicinæ doctor actu legens in ſtudio Neapolitano. Raphael domini Petri de Maſſeis de Amatruccio medicinæ doctor actu legens in ſtudio Neapolitano, Antonius de Maſtrillis de Nola medicinæ doctor, Baptiſta de Falconibus de Neapoli pariſienſis artium, & medicinæ doctor actu legens in ſtudio Neapolitano, Angelus de Galiotta de Neapoli artium, & Medicinę doctor actu legens in ſtudio Neapolitano, Nardus de Gaieta artium, & medicinæ doctor Paduanus, & miles, noſter Phyſicus, Loyſius Trentacapilli de Salerno miles, & medicinæ doctor, Magiſter Paulus de Mola de Tramonto artium, & medicinæ Paduanns doctor. Robertus de Grimaldus de Auerſa medicinę doctor, & Paulinus Captaroſa de Salerno ciuis Neap. artium, & medicinę Bonomeriſtis doctor familiares, & fideles noſtri dilecti, in quibus profectò probata vrget ſcientia, pręclara doctrina rutilat, & morum elegantia

notu claret, & quos in noſtri ſtatus ſeruitijs approbata fidelitas, diuina experientia illuſtrat fama laudabili, & condigna.

Item intendimus, & volumus, quòd poſſint etiam alij doctores de cętero eſſe, & ſint de dicto collegio qui accedente voluntate dicti Cancellarij, & ſuffragio ad minus medietatis partis ipſorum doctorum de collegio ad ipſum collegium fuerint introducti ſi oriundi, & ciues noſtrę ciuitatis Neap. fuerunt, aut ſi de Regno oriundi doctores fuerunt, & ſcolas publicè ordinarias, vel extraordinarias in eadem noſtra ciuitate Neap. reperiunt annis ad minus quatuor continuis, aut etiam interpellatis in actibus ſi de collegio artium debent eſſe in medicina ſi de collegio medicinæ ſimiliter debent eſſe, quibus prædicto modo collegium ipſum pareat intrando accedente voluntate ipſius Cancellarij, eo ipſo quòd prædicto tempore lecturam exercuerit memoratam.

Item ad noſtræ memorabilis, & vtilitatis gratiæ cumulum præſentibus edicimus, & cenſemus, atque volumus Tales doctores collegiatos immunes eſſe à muneribus quibuſcunque ſiuè ſint illa realia, ſiuè prǽhenalia, ſeù mixta ordinaria, vel extraordinaria prout & iuris Sanio ordinat, & declarat, eſt, etenim coronæ, & benignitati noſtræ ſatis conſentaneum, vt qui vitam, & perſonam ab horū hominum eorum approbato magiſterio, & ſcientia protegunt, & gubernant illis proprij perſonis, & facultatibus condignam prærogatiuam habeant, & reportent, quò meritò lætentur, nè per varias aliorum calumnias, & inuidentium temeritates, quas aſſumunt homines litibus dediti Doctores ipſi medicinales poſſint per diuerſa Tribunalia indignè lacerari.

Item volumus, quòd in eorum cauſis ciuilibus, ſeù criminalibus T quibus ipſi ſeù aliquis ipſorum fuerit pro tempore fortè conuentus Iudex competens illorum exiſtat prędictus Cancellarius Regni noſtri, & eius ſucceſſor in dicto officio, qui pro tempore fuerit.

Item volumus, quòd prædicta procedant, & locum habere intelligantur, ſi Doctores ipſi laici fuerint, ſi verò fuerint clerici, tunc eorum ſit Iudex competens Neapolitanus Antiſtites.

Item declaramus, quòd licet inter Doctores eoſdem ſint aliqui habentes à noſtris, ac Prædeceſſorum noſtrorum in dubijs, vel aliter ſpeciales eorum Iudices competentes de certa noſtra ſcientia concedimus eis, quòd eorum poſſit forum, ſiuè iudicium declinare, & prædiſtinctis caſibus per præpoſitam fori declinatoriam ad præfatorum iuditium, vt prædiſtinguitur examen petere ſe remitti contra præpoſitam declinatoriam omnis poteſtas tollatur iudicibus alijs aliquid decernere, quòd remiſſionem tollet eamdem etiam ſi per Procuratorem fuerit propoſita declinatoria, memorata cum in hoc cauſu fauore Doctoribus debito intendamus, quòd ipſorum, & cuiuſlibet eorum ſit Doctorum iudicium, & non actorum mouentium quæſtiones.

Item ſi contrafactum fuerit illud non teneat, & iudicatum ſit ipſo iure nullum, & Iudex qui decli-

natoriam ipſam non admiſerit centum vntiarum auri pœna, & alia grauiori non, & ſucceſſorum noſtrorum in Reguo arbitrio, & reſeruata veniat eueniendus.

Item volumus, & expreſsè iubemus, quod ad ſignificatoriam dicti Cancellarij omnes officiales cuiuſcunque conditionis exiſtant dictos Doctores, & quemlibet ipſorum præſentes ſcilicèt, & futuros ad ipſius Cancellarij examen remittere debeant, ac de ipſis Doctoribus, & quolibet ipſorum ſe de cætero nullatenus intromittant.

Item ad doctoralis dignitatis gradum nullus poſſit aſcendere excommunicatus, inſanus, aut de turpi vita, & moribus apud bonos, & graues viros publicè diffamatus, aut ſpurius, aut aliter illegitimè natus, etiamſi legitimatus fuerit á noſtra ſerenitate, vel alio quocunque poteſtatem babente, cùm doctoralis dignitas huiuſmodi tali reſpectu omninò reſugiat, ſiuè relucentia claritatis.

Item doctorandus ipſe volumus, quòd ſit orthodoxus, fidelis Chriſtianus, & condignè fidelium ortus, qui audiuerit in dictis artibus ſcientiæ medicinalis ad minus aunis ſeptem ab alijs in ſcholis publicis accipiendo doctrinam, & vno anno ad minus infra dictum tempus legerit, & publicè diſputauerit.

Item volumus, & præſentibus declaramus, ac iubemus, quòd doctorandus in artibus à doctore, vel doctoribus in artibus præſentatus examinetur, approbetur, & doctoretur doctorandus verò in medicina à doctore, ſeù doctoribus in medicina ſimiliter præſentetur, examinetur, approbetur, & doctoretur.

Item nè in modo, & forma doctorandi benemeritum, atq; dignũ ab alijs doctorib. quomodolibet porrectus interueniat dolus. Volumus, qſcholaris Bacchalarius qui deſiderat fieri doctor in artibus, & medicina, ſiuè alter ipſorum poſſit eligere nutu ſuo doctorem, vel doctores de collegio in artibus, & medicina peritum, ſeù peritos, ſub quo, vel quibus priuatam examinationem, & deinde publicam approbationem recipiat, per quem, vel quos etiam coram Cancellario ad doctoratum idoneus pręſentetur, quòd doctor, vel doctores ipſi teneantur ſub ſua fide, & animæ ſuæ periculo voce propria affirmare vocatis omnibus doctoribus de collegio præſentibus, vel illis ſaltem qui voluerint, vel potuerint ipſi præſentationi perſonaliter intereſſe.

Item ad hoc, quòd fidelis doctor præſentans poſſit de doctorandi ſufficientia perhibere teſtimonium veritatis volumus, qnod priuato modo in ſua Camera examinet ipſum ſuper punto vuo, vel pluribus, quòd ei videbitur expedire arguendo, & querendo ſubtiliter, ac replicando, ſi opus fuerit, vt per apertas, & ſubtiles inueſtigationes ſibi pateat de certo facultas, & ſcientia doctorandi, de quo ſub perſculo ſuæ conſcientiæ, vt præfertur habeat alijs perhibere teſtimonium veritatis.

Item poſt hoc fiat de ipſo doctorando pręſentatio coram Cancellario, vel Tenente locum ipſius per Doctorem ſub priuata examinatioue, qui pręſentatus habeat recipere Punta in Medicina, ſcilicèt in Afforiſmis, & in libro tegni in artibus in libro Phyſicorum, & Poſteriorum, quæ puncta eidem præſentato doctorando dentur per illum Doctorem de collegio, quem tunc Cancellarius ipſe elegerit, & ad reſpondeudum ipſe præſentatus Doctorandus teneatur ſequenti die examinandus ipſe veuire, quæ dies ſit vna, & naturalis in qua ſua puncta præuideat, ſuper quibus habet in priuato examiue Doctoribus de collegio reſpondere.

Item ille pręſentetur ipſa die examiui deputata, ſi examiuatio ipſa de mane eſt facienda prius audita Miſſa Spiritus ſancti, ſummo mane coràm Cancellario, & Doctoribus de collegio ipſe compareat, & certamini ſcientiali humiliter ſe exponat, & ſedentibus ipſo quidem cancellario in loco primo ſeparato à Doctoribus qni habent de eius ſufficientia iudicare Doctores prędicti de collegio ſedeant, & Priore ipſorum primum Locumtenente ſubſequenter alij omnes loca teneant ordinatim alter alteri in ſedendo præponatur, qui de cętero prius in prędictum collegium fuerit aſſumptus.

Item in arguendo, & oppouendo, ſeù quęrendo modus, & ordo, & èconuerſo ſeruetur, vt poſtqnam Doctorandus ipſa Puncta ſua legerit, in quibus nihil aliud recitet, niſi quę notant commẽta, ſeù dicta artium, & medicinę Doctorum declarando ipſa ſecundum ordinem pulchriorem, quem ſibi dominus miniſtrauit.

Item ille ex Doctoribus, qui ſe in dicto collegio inuenerit Iuniorem oppouat ad plus duobus medijs ſuper quolibet puncto, & etiam quęrat de vna quęſtione omnibus alijs ſilentium ſeruantib.

Item poſtquam examinandus ipſe reſponderit, poſſit replicare vno, vel duobus medijs tantùm ſuper reſponſionibus factis à licentiando eodem quibus coutentus exiſtat, & per eundem ordinem opponant, & quęrant ſequeutes Doctores in doctoratu tempore iuniores.

Item prędicta examinatione ſic facta examinatus ipſe obtenta licentia à Cancellario inde recedat, & deinde Doctores omnes coràm Cancellario ſigillatim vota propria deponeutes ſuper approbatione, vel reprobatione examinati eidem adhibito Notario collegij qni ſingulorum vota per ordinem ſecreto modo coram Cancellario ipſo ſcribat, illique proprio Sacramento omnibus intento tenere ſecreta examinationis taliter ipſe veniet approbandus, qui plurium Doctorum iudicio fuerit approbatus.

Item ſequenti die examiuationis, vel eadem die, in quo videbitur ipſi Cancellario, compareat ipſe examinatus coràm Cancellario, & per eum data approbatione, vel repulſa videntibus ipſis Doctoribus, aut illis, qui intererunt ſcriptura ipſa ſcrutinij veniat laceranda.

Item vbi voces approbatiouis, & reprobationis ſuerunt pares, eligat Cancellarius ipſe approbationis, vel reprobationis iudicium, quòd ſuę conſcientię iuſtius videbitur, & id ſuę relinquimus onus animę, coràm eiſdem Doctoribus ſi venerit appro-

Digitized by Google

approbandus ſibi detur licentia recipiendi publicum Doctoratum, ita quòd proprio Sacramẽto affirmet, & ſe obliget ſollemniter, & expreſsè, quòd infra eundem annum ad tardius ipſum publicè recipiet Magiſtratum in eadem ciuitate Neap. & non alibi cum inſignis conſuetis, & ſolitis exhiberi, vbi iuxta conſuetum, & ſolitum fiant ſermones debiti, & ſollemnes.

Item in die priuati examinis nullus interſit alius, niſi Doctores de collegio memorato, quo finito ſtatim loco cuiuſdam pretij, & laboris dentur Cancellario, & ipſis doctoribus munuſcula ſolita, videlicet ipſi Cancellario cortelleria vna fornita, & guarnita de argento valoris ducatorum quinque cum vna burſa pulchra, & pectine vno de ebore, & cuilibet ex dictis doctoribus de collegio burſa vna cum pectine vno eburneo valoris ad minus ducati vnius, vel loco dictorum burſæ, & pectinis ducatus vnus cuilibet exoluatur.

Item in die conuentus publici ſimiliter munuſcula dentur, videlicet ipſo Cancellario anulus vnus valoris ducatorum trium ad minus, vel ducati tres, & biretum cum pari chirothecarum, & ſingulis doctoribus de collegio anulus vnus valoris ad minus ducati vnius, vel prædictus ducatus vnus, biretum, & par vnum chirothecarum. Doctores verò promouentes thema dicto doctorando veſtem, vel ſex ducatos pro quolibet computatis tamen munuſculis videlicet anulo marſupio, & pectine ſupradictis.

Item Notarius de collegio pro omnibus actis, tàm in priuato examine, quàm publico ſcriptis, quàm etiam per liſtam doctoratus expeditã habeat ducatum vnum, & par vnum chirothecarum. Bidelli verò pro laboribus eorum, quos impendunt in priuato, & publico examine ducatum vnum pro quolibet habeant non plures.

Itẽ Neap. Archiepiſcopus ſi interfuerit habeat biretum, & par vnum chirothecarum.

Item ſingulis Magiſtris Sacræ Paginæ, qui interfuerint, detur par vnum chirothecarum.

Item omnibus alijs doctoribus, qui ſunt de dicto collegio, & Magiſtris, ac doctoribus aliarum facultatum. qui interfuerint, par vnum chirothecarum pro quolibet detur. & nullis alijs prçter quàm nominatis prædictis, dentur, niſi fuerit de ipſius doctorãdi munificẽtia & vberiori volũtate.

Item quòd prædicta munuſcula omnia tàm priuati examinis, quàm publici conuentus, ſiuè pecuniæ valoris illorum dentur, & aſſignentur per doctorandum in manibus Prioris, & Notarij collegij prælibati, qui habeant exiſtimare valorem dictorum munuſculorum ſi ad prænominatam aſcendunt examinationem, & per conſequens per ipſos Priorem, & Notarium, & per Notarium ſolum de voluntate dicti Prioris aſſignentur, & traddantur doctoribus prædictis nominatis ingrediatur vnicuique ſecundum prædeſtinatum modum, & hoc fieri debeat antequam examinandus priuatum examen, & antequam inſigna doctoratus aſſumat.

Item ordinamus etiam, & volumus quòd doctores ipſi ſoli de collegio Neapolitano, quo conuentus publicus celebratur per illum ordinem quo ſedent in priuato, ſedeant in ſedili aliquo aliquantulum eminenti, vt tanquam luminaria fulgida conſpiciantur, & decori appareant coràm facie illorum, qui ad ipſum conuentum fuerint congregati.

Item volumus, & ſtatuimus, præſentique noſtra lege ſancimus, quòd iuxta diuina, & canonica documenta, dum talis doctorandus de alijs ſolitis, & conſuetis præſtiterit iuramentum iuret etiam ſibique mandetur ſub diuina, & Regia obedientia, & timore ſe non curaturum infirmum, vel infirmos aliquos qui per prius ad ſe medicum animæ non poſtulauerit ſcilicet Sacerdotem, & confeſſus fuerit eidem, ac veniam ſuorum popoſcerit peccatorum, niſi aliqua iuſta, & rationabili cauſa hoc ſeruare non promiſerit, quòd conſcientia ipſius medici curatum non relinquatur.

Item vt obſeruantia prædictorum, qui proindè maturo, & digeſtè per nos promulgata exiſtant ſemper viridi, & inexpugnabili robore perſeuerent, ordinamus, & volumus. quòd ſinguli prædicti de collegio, & alij doctores de cœtero adiungendi ipſi collegio iurent ad Sancta Dei Euangelia corporaliter tacta, & in manu Cancellarij fideliter bona, & pura fide prædicta omnia obſeruare, & in nullo contrauenire publicè, vel occultè de cætero quouis modo.

Et quia in virtute ſancti Spiritus donà ſcientiarum, & ex illuminatione fidelibus mentibus diuina gratia infunditur, nam in maleuolam animam non intrabit ſapientia, & corpus peccatis ſubditum minimè tali illuminatione dotatur ad ipſam ſancti Spiritus gratiam ſuper eos infundendam meritò prouocandam, Volumus, quòd omnes prædicti doctores menſe quolibet ad requiſitionem dicti Cancellarij, & Priores conueniant ad audiendũ Miſſam ſancti Spiritus in Eccleſia in qua, & quando per Cancellarium, & Priorem ipſos fuerint requiſiti, & poſt auditam Miſſam inuicem caritatiuas colluctationes, ſeù collationes habeant, & faciant de rebus licitis, & honeſtis, aut de rebus occurrentibus in proprio, vel communi, vt ſic ſub Dei timore viuentes, & fructuoſi nobis, & noſtræ Reipublicæ appareant, & deſeruiant: & ſic ab alijs vulgaribus, & idiotis hominibus geſtibus vita, & habitu diſtinguantur.

Et quoniam intentionis eſt noſtræ firmiſſimæ, vt collatas per nos gratias ſupradictas prædicto collegio artium, & medicinæ doctoribps ſinè aliqua contrarietate hi qui ſint, & fuerint de dicto collegio habeant, & conſequantur cum effectu, illiſq; omni tẽpore gaudeant, prout etiam procuramus, hortamur, & requirimus per præſens noſtrum Priuilegium vniuerſos, & ſingulos eccleſiarum Prælatos, ac mandamus Magiſtro Iuſtitiario, Magno Commeſtabili, Admirato, Magno Camerario, Seneſcalco, Loghotete, & Prothonotario, & prædicto Cancellario. Necnon Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus Terrarum, Dominis Viceregentibus, Iuſtitiarijs, Capitaneis, & Officialibus, ac prædictis

alijs

Digitized by Google

alijs in toto Regno noſtro Siciliæ conſtitutis ad quos præſentes peruenerint, ſeu quoquo modo ſpectabunt præſentibus ſcilicet, & futuris Collateralibus Conſiliarijs familiaribus, & fidelibus noſtris dilectis ſub pœna noſtræ grauiſſimæ indignationis, & gratiæ, quatenus forma præſentis noſtri Priuilegij per eos, & eorum quemlibet diligenter actenta illam ipſi, & quilibet eorum integraliter, & effectualiter dicto collegio, & ſingulis doctoribus collegij memorati obſeruent, & obſeruari ab alijs faciant, atque mandent, nihilque in contrariū audeant, vel præſumant, Immò reuocent, & annullent quicquid per eas, aut eorum quemlibet actentari, ſeù fieri forſitan contingeret in poſterum contra præſentium etiam atque mentem, ſicut pœnam prædictam, & aliam grauiorem cupiunt euitare. Vt igitur prædicta capitula maturè, digeſtè, & prouidè ordinata, ac perpenſa firmo Conſilio in publico notitiam peruenirent, & tanquam tonantis regula obſeruarentur, præſens noſtrum Priuilegiū exinde fieri fecimus, & magno noſtro pendenti ſigillo iuſſimus communiri, quod ex certis cauſis nos mouentibus dedimus, & ſubſcripſimus propria noſtra manu, ritu, ordinatione, aut obſeruantia noſtræ Curiæ quacunque contraria non obſtante.

Datum in Caſtro noſtro Capuanæ Neap. per manus noſtræ prædictæ Ioannæ Reginæ, anno Domini milleſimo, quatringenteſimo, trigeſimo. die decimo octauo menſis Auguſti, octauæ indictionis Regnorum noſtrorum anno decimoſeptimo, de mandato Reginali oretenus A. de Theano.

Regiſtrata in Cancellaria.

Quo quidem Reginali Priuilegio in dicta magna Curia, vt prædicitur præſentato, illoque viſo, lecto, & diligenter inſpecto prædictus Vincentius internuntius nomine quo ſupra præſentibus nihilominus, &c. nos prædictos Iudicē, Notariū, & teſtes ex Regia parte requiſiuit, & ex ſua rogauit actentè noſtrum ſuper hoc officium quod publicum eſt implorando, vt dictum Priuilegium ad cautelam, & pro cautela dictorum Domini magni Cancellarij, & ſpectabilium, ac magnificorum doctorum medicinæ dicti Sacri Collegij Neapolitani, ac omnium, & ſingulorum aliorum quorum, & cuius inde intereſt, & intereſſe poterit cum decreto, & auctoritate magnæ Curię, authenticare, exēplare, tranſumptare, & in publicam formam redigere deberemus, vt ibi quotiens, & quando, ac corām quibus opus eſt, de dicto Priuilegio, & contentis in eo in iuditio, & extra poſſit, & valeat ex inde facere plenam fidem. Cuius quidem Vincentij Internuntij nomine quo ſupra requiſitioni, & precibus deuotè annuens conſideratiſque, quòd prædictus Vincentius Internuntius iuſta petebat, & iuſta petentibus non eſt, denegandus aſſenſus, & officium noſtrum publicum eſt illudque nemini de iure denegare poſſumus, neque debemus in his maximè quę honeſtatē ſapiunt, & requirit id hoc prædicto die decimoſeptimo menſis Februarij ſecundæ Indictionis de voluntate, conſenſu, mandato, & decreto dictorum dominorum Regentis, & Iudicum in præſentia quoque dictorum magiſtrorum Actorum, & aliorum officialium magnæ Curiæ ſupradictæ dictum Priuilegium præſentauimus, exemplauimus, tranſumptauimus, & in præſentem prædictam formam redegimus, nihilque in eo addito, mutato, vel ſubtracto propter quòd facti ſubſtantia mutaretur, quibus de verbo ad verbum prout in præſenti originali Priuilegio continetur ipſiſque Dominis Regentibus, Iudicibus Actorum magiſtris, & alijs officialibus ſupradictis præſentibus pro Tribunali ſedentibus, & curiam ipſius, vt ſupra Regentibus, ac ſuper prædictis eorum, & dictę magnę curię auctoritatem iudiciariam parere, & decretum interponentibus authenticum Priuilegium ſupradictum in cuius rei teſtimonium, ac prędictarum Illuſt. Domini magni Cancellarij, & ſpectabilium, & magnificorum doctorum medicinę dicti collegij Neapolitani eorumque ſucceſſorum in dicto officio, & collegio omnium, & ſingulorum aliorum, quorū, & cuius indè intereſt, & intereſſe poterit indè in futurum certitudinem, & cautelam, ac plenam fidem factum eſt, exindè de premiſſis hoc præſens authenticum inſtrumentum per manus mei Notarij ſubſcripti ſigno meo ſolito ſignatum, ſubſcriptumque ſubſcriptione dicti Iudicis, & ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptionibus roboratum, quod ſcripſi, & in præſentem publicam formam redegi, ego prænominatus Antonius publicus, vt ſupra Notarius qui præmiſſis omnibus, & ſingulis rogatus interfui, ipſumque meo ſolito, & conſueto ſigno ſignaui.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

DE hoc priuilegio Medicorum meminit Afflict. deciſ. 41. vbi refert per Sac. Conſilium fuiſſe deciſum remittendum fore ad Magnum Cancellarium doctorem de collegio Medicorum non obſtante generali conceſſione iuriſdictionis Sac. Conſ. quia hoc priuilegium fuit conceſſum in fauorem Medicorum, & collegij.

Collegiatorum augetur numerus ad quindecim vno ad ſedandas diſcordias, tamen deficiente ad ordinarium numerum redigatur. h.d. Tapia.

Die xx. Maij 1524.

EXiſtentibus omnibus infraſcriptis in maiori Eccleſia Neapolitana, & propriè intus Capellam Diui Ludouici propoſitaque per magnificum dominum Scipionem de Summa agentem officium pro magno Cancellario differentia, & cauſa pendente inter Excellentiſſimum dominum Sigiſmundum Loffredum Regentem Regiam Cancellariam Cęſ. Maieſt. ex vna, ac Magnificum Bartholomęum Martialem ex altera de, & ſuper loco collegij doctorum iuris ciuilis, & canonici huius ciuitatis Neap. ceſſo refutato, ac renuntiato in fauorem eiuſdem Excellentiſſimi domini Sigiſmundi per quondam Illuſtrem Ioannem Baptiſtam Spinellum Ducem Caſtrouillaris concurrente auctoritate, & conſenſu ipſius tunc agentis pro magno Cancellario, ac voluntate omnium dominorum de collegio, & aliorum ſupranumerariorum, qui

qui viſa dicta ceſſione aſſumpſerunt ipſum dominum Sigiſmundum in locum numerarij dicti collegij; fuit ex quãpluribus cauſis mouentibus mẽtem, & animum eorumdem dominorum decretum pariter, & prouiſum communi voto, & vnanimi conſenſu, vt ſicut hactenus Numerarij dicti collegij fuerunt vſque ad quatuordecim tantùm incluſiuè, ab hinc in antea, donec vacuerit alius locus per deceſſum alicuius collegiati ſint quindecim ita ꝙ remaneant dictus dominus Sigiſmundus, in dicto ſuo loco, ad quem fuit aſſumptus, ſic etiam aſſumptus, prout pręſenti decreto aſſumitur ipſe magnificus dominus Bartholomeus in locum numerarij, ac ſint cum eo quindecim numerarij donec (vt ſupra dictum eſt) vnus locus vacuerit, & omne id quòd ſoluetur à doctoribus ipſi collegio, vt hactenus fuit diſtributum in quatuordecim portiones, partiatur in quindecim partes, ita vt ſinguli quintam decimam partem conſequantur, iis tamen qualitatibus adiectis, vt vacante alio quouis loco, & cuiuſuis ipſorum dominorum de collegio omnia ipſo iure, ipſoque facto reſtituantur, & reſtituta intelligantur in priſtinum ſtatum in quo erant ante pręſens decretum, ita vt numerus collegiatorum poſtquàm vnus locus vacauerit non excedat, nec poſſit excedere quatordecim, & ab eo tempore omne ſoluendum à doctorãdis partiatur in quatuordecim tantum partes, ita vt ipſa quintadecima pars ſit ipſo iure, ipſo facto extincta prout ex nunc quæ pro tunc pręddicti Domini extinxerunt, annullauerunt, & irritauerunt, ac extingunt, & irritant dictam quintadecimam partem.

Et pariter fuit decretum, vt pendente deceſſu alicuius de collegiatis ſi contigerit aliquem collegiatorum ſinè iuſta, & neceſſaria cauſa abeſſe ab ipſo collegio, ipſaue congregatione, vt in ſingulis vicibus, quibus contigerit abſentia prędicta portiones tantum ſint quatuordecim, et non vltra.

Nec non fuit pari voto concluſum, vt ex nunc in antea per ipſum magnum Cancellarium, & ipſum collegium non poſſit admitti aliqua alia ceſſio vocis, ſeù loci facienda per aliquem de collegio, nec fieri additio ſupra numerum quatuordecim in fauorem cuiuſuis alterius etiam ſupernumerarij, & concurrente voto, & conſenſu omnium de collegio, immò ex nunc fuit decretum ceſſionem, & admiſſionem, ſeù additionem forſitan petendam, & admiſſam, ſeù faciendam fore nullam, & inanem, ac pro nulla, & inualida habendam. Quæ omnia decreta prædicti Domini agens pro magno Cancellario, & cæteri omnes promiſerunt obſeruare, & contra ea non venire, & vt efficacius ſeruentur decreuerunt, vt ſinguli ipſorum collegiatorum, vbi hinc in antea ceſſerint, ſeù cedere declarauerint eorum locum, & vocem in dicto collegio, ſeù ſinguli eorum decreuerint, conſenſerint aliam quamuis ceſſionem, ſeù additionem ſupra prædictum numerum quatuordecim faciendam fore admittendam cadant ipſo iure, ipſoq; facto ab omni honore, dignitate, loco, & commodo ipſius collegij, & ita iurauerunt, tactis Sacroſanctis quatuor Euangelijs.

Scipio de Summa pro magno Cancellario.

Lo Reuerendo Epiſcopo de Tropea.
Lo Reuerendo Epiſcopo de Maſſara.
Lo magnifico M. Antonio Capece.
Lo magnifico M. Aleſſandro Seuerino.
Lo magnifico M. Berardino Gallota.
M. Coluzza Coppola. M. Petro de Oliuero.
M. Vincenzo Micchillino. M. Gabriele de Riſe.
M. Triſtano de le Franze. M. Antonio Palumbo.
M. Paduano.
M. Vincenzo Picono, conſentijt, excepta pœna caducitatis, in qua non conſentijt tantùm.

Die 19. Iulij 1569. Neap.

Congregati ſubſcriptis dominis almi collegij Neapolitani in Cappella Dominorum Minutulorum conſtructa intus maiorem Eccleſiam Neapolitanam de ordine Domini Cæſaris Pinti V. I. D. & dicti almi collegij Vicecancellarij pro tractandis, concludendis, decernendis, & firmandis nonnullis negotijs dictum almum collegium, eiuſque bonam, & rectam adminiſtrationem tangentibus pro Dei, & ſuæ Maieſtatis ſeruitio, ac publico bono, videlicet.

D, Cæſare Pinto I. V. D. Vicecancellario.
D. Io. Ant. Batio V. I. D. collegij Priore.
Excellente D. Franciſco Antonio Villano I. V. D Regio Collaterali Conſiliario, & Regente Regiam Cancellariam.
D. Ioan. Andræa Coppula V. I. D.
D. Franceſco Perez V. I. D.
D. Saluatore Montanario V. I. D.
Reuerendiſſimo Antonio Laureo V. I. D. Epiſcopo Stabieñ. & Regij Sacelli Præfecto.
D. Io. Camillo Barnaba V. I. D.
D. Io. Vincenzo Abbate V. I. D.
D. Franceſco Pagano V. I. D.
D. Paulo Emilio Garriga V. I. D.
D. Io. Alphonſo Petio V. I. D.
Excellente D. Thoma Salernitano V. I. D. Regio Conſiliario, & S. R. C. Præſidente ſuffecto loco Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Anſiañ. abſentis.
D. Io. Thoma Blanco V. I. D. ſuffecto loco D. Cæſaris Pinti Vicecancellarij.
Abſente D. Ioan. Andræa Iudice Vrſino V. I. D. vocato tamen pro dicti almi collegij per bidellum.

Omnes de collegio forma hic præſcripta iuramentum præſtent. h. d. I apia.

Fuerunt tractatæ, concluſæ, decretæ, & firmatæ, ſubſcriptæ ordinationes inuiolabiliter, & inconcuſſè omni futuro tempore obſeruandæ videlicet.

Quod

Quod omnes domini de collegio qui in præſentiarum de numero ordinario quatuordecim exiſtunt etiam qui loco aliorum tanquàm ſuffecti eo gradu potiuntur ſolemne præſterit iuramentum ad quatuor Sancta Dei Euangelia omnia quæ ad collegium iam dictum pertinent, & per eos tanquam in eodem collegio exiſtentes tractanda, explicanda, gerendauè erunt benè, fideliter gerere, & adminiſtrare Deum Optimum Maximum, ac puram conſcientiam, tamen præoculis habendo, ipſiuſque almi collegij ſecreta, collegarumque vota nullo vnquam tempore, aut occaſione qualibet reuelare iuxta formam Priuilegij Sereniſſimæ Ioannę Secundę, ſed ea ſic reticere, prout Magiſtratus amplitudo, reique qualitas expoſtulat, agnoſcantque contrauenientes, vltra pœnas à Regibus, Regni Capitulis, & Conſtitutionibus, ac Pragmaticis perſcriptas, ac ſtatutas Dei Iudicium, atque iram in eos ſubituros.

Qui inter quatuordecim admittitur ante iuramenti præſtationem non ſe immiſceat. b.d.Tapia.

§. ITem quòd adueniente caſu, quòd iuxta dicti collegij Ritum, ac Priuilegium aliquis ad collegium aſſumptus numerum prędictum quatuordecim impleret non aliter dicto oneri ſe immiſceat, quin prius iuramentum prędictum in eodem almo collegio in manibus Vicecancellarij prędictum prętet.

In cauſis decidendis non niſi quatuordecim ordinarij, vt ipſorum loco ſubrogati interſint. b.d.Tapia.

§. ITem quòd nullatenus in cauſis, aut negotijs in dicto collegio tractandis, diſcutiendis, votandis, & concludendis interſint alij etiam ſi ſupernumerarij eſſent pręter doctores ex numero prędicto quatuordecim qui votare in talibus negotijs debent, & ipſius almi collegij Secretarium. Etſi contingerit illo die quo prędicta tractantur, & diffiniuntur aliquem ſupernumerarium intereſſe, qui ob abſentiam, aut infirmitatem loco ordinarij deficientis in examine doctoris ſuffragium dederit in dictis negotijs, ſic tractandis, & diffiniendis interueniat prout hactenus extitit obſeruatum, verum pręſtare prius iuramentum prędictum teneatur.

Vota ſecreto dentur. b.d.Tapia.

§. ITem, quòd in approbatione doctorandorũ, vel reprobatione ſuffragia Tabellis ſecretis per Vicecancellarium exquirantur prout hodie ſeruatur, ea verò quę in electione Prioris ſubſcripto ordine danda erunt, & pariter circa gratiam concedendam, denegandamvè publici examinis iudicia ſecretis calculis dentur, ita quòd inquam quiſque iuerit ſententiam ab alijs ignoretur. Cętera verò omnia de re aliqua iudicanda tàm iuribus, tùm ratione demonſtranda palàm ferantur, quòd ſanctius eſſe leges, & experientia vſuſq; antiquiſſimi temporis demonſtrarunt.

Prioris

Prioris electio qualiter fiat. b.d.Tapia.

§. CVm electio Prioris anno duraturi ab hinc aliquot annos per collegarum circulum facta fuerit, ita q̃ vt integri circuli curſus cópleatur hac dignitate condecens viſum eſt potiori dominum Paulum Emilium Garrigam, & dominum Ioannem Alphonſum Petium decretum eſt primo ſequenti biennio elapſo quo dicti domini Paulus Emilius, & Ioannes Alphonſus ea gaudeant. De cętero electio fiat, prout collegio, vel ipſius maiori parti videbitur hunc ſeruando ordinem, quòd de quolibet Collega ordinario ſcrutinium fiat, & ſecretis calculis ſuffragia dentur, & ille Prior eligatur, in quem maior ſuffragiorum numerus concurrent, quòd ſi duo pluresuè eodem numero ſuffragiorum ſuffulti fuerint, electio iam dicta ſorte dirimatur.

Neapolitani qualiter ad collegium admittantur. b.d.Tapia.

§. QVando aliquis Neapolitanus doctoratur, & eſt admittendus ad dictum almum collegium facta prius per ipſum inſtantia pro dicta eius admiſſione prouideatur prius per Excellentem dominum Vicecancellarium, quòd capiatur informatio in ſcriptis de eius natiuitate, & ciuilitate etiam quòd allegaretur eſſe notorium Neapolitanum Ciuem, & oriuodum ſtatuto prius eidem termino decem dierum pręcisè, & peremptoriè ad docendum de dicta natiuitate, & ciuilitate qua capta per eum, cui dicta cauſa fuerit commiſſa in ſequenti doctore, vel in alia die fiat relatio, vt ponit pręuideri circa eius admiſſionem, vt iuris erit pręcedente inſtantia principalis, & quòd vota, & ſuffragia dentur publicè inter eos, & quiſque eorum ordinatim det votum ſuum, & quando eſt admittendus intelligatur, & ſit admiſſus à die interpoſiti decreti iuxta formam Priuilegij Sereniſſimę Ioannę Secundę, & prędicta forma ſeruetur indiſtinctè pręterquam ſi graduandus eſt filius alicuius de collegio de numero quadecim.

Ego Cęſar Pintus Vicecancellarius prędicta confirmo.

Ego Io. Antonius Batius Prior prędicta omnia affirmo, & mea propria manu ſcripſi.

Ego Franciſcus Antonius Villanus prædicta affirmo, & eorum obſeruantiam ſpondeo.

Ego Io. Andræas Coppula prædicta omnia affirmo, & me ſubſcripſi manu propria.

Ego Franciſcus Perez V.I.D. prædicta omnia affirmo manu propria.

Ego Saluator Montanarius V.I.D. prædicta omnia affirmo manu propria.

Antonius Laureus V.I.D. Epiſcopus Caſtri Maris Regius Cappellanus maior affirmo omnia prædicta.

Die 23. Iulij 1569. Ego Ioannes Andræas Iudice Vrſino rata habeo omnia ſupradicta manu propria.

Ego

Ego Ioannes Camillus Barnaba prædicta omnia affirmo, & obſeruantiam cum iuramento promitto.

Ego Io. Vincentius Abbate prædicta omnia confirmo.

Ego Franciſcus Paganus prædicta confirmo.

Ego Paulus Emilius Gorriga prædicta omnia confirmo.

Ego Io. Alphonſus Pettius propria manu affirmo.

Ego Thomas Salernitanus affirmo vtſupra.

Ego Io. Thomas Blancus omnia ſupradicta affirmo propria manu.

Die 23. menſis Iulij 1569. Neap. Congregatis prędictis Excellentibus, & magnificis doctoribus in loco ſolito iurauerunt ad Sancta quattuor Euangelia omnia prædicta, & ſingula in ſupradicto decreto contenta obſeruare ad vnguem.

Abſens pro Regis Seruitio, ac ſi præſens eſſet munuſcula recipit. h.d, Tapia.

PHILIPPVS &c.

ILluſt. & Magnifici Viri Collateralis Conſiliarij fideles dilectiſſimi. Per ſua Cattholica Maeſtà ci ſono ſtate ſcritte lettere del tenor ſequente videlicet.

El Rey.

Illuſtre Duque Viſorey, Lugarteniente, y Capitan general vioſe la carta que me ſcriuiſtes à los 14. de Agoſto, en reſpueſta de la informaçion, y pareçer que ſe os hauia pedido açcerca la pretẽſion que el Regente Anibal Moles del mi ſupremo Couſejo tiene de que attento me eſtà ſiriuiendo aqui enel dicho Conſejo en plaça de Regente deſſe Reyno inſtituida para ſu benefiçio y à ſupplicaçion deſſa mi fideliſſima Ciudad ſea tenido por preſente enel colegio della para gozar de la parte, porçion, y munuſculos, que le tocan como à Napolitano, y vno de los doctores del dicho colegio que ſe ſuelen pagar por los, que enel reçiben el grado de doctor, tanto por el tiempo que fuere vno de los ſus doctores extraordinarios del dicho colegio, como al preſente lo es, quanto por el tiempo, y quando por ſu ançianidad entrare à ſer vno de los catorze doctores ordinarios del dicho colegio, y porque hauiendo viſto loque alla pareçio en Conſejo, Collateral enel voto del Regente Darocà Commiſſario deputado, y nombrado por vos eneſta cauſa deſpues de oydas ambas partes en todo lo que cadauna quiſo dezir, y alegar en ſu fabor, y mirado eſte negoçio attentamente eneſte mi ſupremo Conſejo con interuençion, aſſiſtençia, y voto de todos los Regentes Conſejeros del, excepto el dicho Regente Moles intereſſado eneſte negoçio, hà pareſçido lo miſmo, que à vos, y al dicho Regente Daroca, y muy juſto, y conueniente lo que alla ſe hà juzgado eneſte por ſer tan fundado en razon, y juſtiçia la pretenſion del dicho Regente Moles: à cuya cauſa, y por el deſſeo, y volũtad que tengo de haçerle merçed por lo que ſu perſona, y buenos ſeruiçios mereçen lo he tenido aſſi por bien, y de ordenaros, y mandaros como por la preſente os lo ordeno, y mando, que conforme à lo que eſtà dicho, y à vos, y al dicho Regente Daroca os pareçiò en Conſejo Collateral lo hagais declarar, proueer, y executar dando ſobre ello la orden neceſſaria, y conueniente, paraque con effecto ſe paguen al dicho Regente Moles, ò sù Procurador legitimo las ſuſo dichas porçiones, y munuſculos, que eſtan dicho, tanto los que juſtamente le competen agora, como à vno de los ſeis doctores extraordinarios del dicho collegio, como las que le competeran à sù tiempo quando por sù ancianidad viniere à ſer de los quatorçe ordinarios en la miſma forma, y manera, que ſi fueſe preſente, y aſſiſtieſſe enel dicho collegio en los actos, y doctoramientos del, que por ſer eſto tan conforme à razon, y juſtiçia, y los demas reſpectos, que eſtan dichos proçede aſſi demi voluntad preciſa y ſerè enello muy ſeruido de vos.

Datum en Madrid à 20. de Henero 1584.

Yo el Rey.

Con ſeñal del Card. Granuela.

V. Comes Generalis Theſaurarius.

V. Leon Regens. V. Saladinus Regens.

V. Herrera Regens. V. Carauajal Regens.

Cayas Secretarius.

Et volendo eſſequire come ſemo tenuti li ordini, & mandati della predetta Maeſtà, vi facemo la preſente, per la quale ve dicemo, & ordinamo, che inſpetto il tenore delle preinſerte Regie lettere, quelle debbiate ad vnguem oſſeruare, eſſequire, & far eſſequire iuxta ſui ſeriem continentiam, & tenorem, che tale è noſtra volontà, non fandoſi lo contrario per quanto ſi hà cara la gratia, & ſeruitio Regio, la preſente reſti al preſentaute.

Datum Neap. die 8. Martii 1584.

Don Pedro Giron.

Locus ſigilli.

V. Cadena Proregens. Baſtida de Muniatores.

Quibus Regiis litteris per dictum Illuſtrem dominum Vicecancellarium omni qua decet reuerentia receptis, & per me Anellum de Martino dicti almi collegii Secretarium lectis alta, & intelligibili voce per eundem Illuſtrem dominum Vicecancellarium fuit ordinatum, quod dictæ præinſertæ Regiæ litteræ obſeruentur, & exequantur ad vnguem iuxta illarum ſeriem, continentiam, & tenorem, & ſic continuato doctoratu dicti magniſici Dominiei in diſtributione munuſculorum inter dominos de collegio fuerunt aſſignati dicto magnifico Iulio Palermo caroleni tres pro portione competenti dicto domino Regenti Moles vti ſupernumerario aſſiſtentibus præmiſſis omnibus infraſcriptis dominis de collegio videlicet.

D. Ioanni Franciſco Seuerino Priore, D. Franciſco Pagano, D. Io. Vincenzo de Santo Patre, D. Io. Alphonſo Vicedomini, D. Octauio Villano, D. Io. Thoma Grammatico, D. Vincentio Maſtrillo Vicecancellario, Reuerendiſſimo Proſpero Vitalliano

liano Epiſcopo Biſiniani, D.Scipione de Bononia ordinarijs collegiatis, D.Mario de Altomari ſupernumerario, & ſuffecto in locum domini Lutij Saxi abſentis, domino Hieronymo de Palo, domino Iacobo de Azzia, domino Io. Hieronymo de Guardia, domino Io. Baptiſta Capiccio, domino Iacobo de Aiello ſupernumerarijs, abſentibuſque, Illuſtre domino Regente Salernitano impedito in Regio Collaterale Conſilio, domino Paulo Emilio Garrico, domino Marcello de Mauro Preſidente Regiæ Cameræ Summariæ, & domino Io. Baptiſta Recco infirmis omnibus ordinarijs collegiatis.

Regij officiales de Collegio in Doctoribus creandis non interſint, ſed domi negotijs vacant, omniaque percipiant, ac ſi præſentes eſſent. h. d. Tapia.

PHILIPPVS &c.

ILluſt. & Magnifici, N. circumſpectiq; viri Collateralis Conſiliarij Regij fideles dilectiſſimi, nel parlamento generale congregato nell'anno 1591. per l'Illuſtre Conte de Miranda noſtro predeceſſore Vicerè per ſeruitio di Sua Maeſtà, & beneficio vniuerſale di queſto predetto Regno, tra l'altre gratie, che furno ſupplicate per queſta fideliſſima Città, Baronaggio, & Regno al detto Illuſtre Conte de Miranda, fù vn capitolo del tenor ſeguente videlicet.

Item ſe ſupplica V.E. reſti ſeruita ſtabilire, che l'officiali Regij, che ſono del collegio de dottori, ſiano ordinarij, ò ſopranumerarij, non poſſano in le giornate de negotij andar' al dottore ma che ſtiano à dar audienze alle loro caſe, & ſi dia à detti officiali la rata dell'emolumenti, che li competer'a ſe preſentialmēte aſſiſteſſe nel dottorato, cō che V. E. farà infinito benefitio alli poueri negotianti, giouamento alli officiali, che ſenza incommodarſi dalle loro caſe haueranno le parti loro, & ſi conformerà V.E. con quello, che in caſi ſimili hà commandato Sua Maeſtà, ilquale capitolo fù per detto Illuſtre Conte all'hora Vicerè decretato, che s'haueria opportunamente prouiſto à queſta giuſta petitione, & anco datone auiſo à la Maeſtà ſua, la quale è reſtata ſeruita commandarci per ſue Reali lettere delle 12. de Giugno 1596. che deueſſimo ſpedire ſopra de ciò le prouiſioni, che ci pareſſero neceſſarie per l'eſſecutione di quelle, che nel preinſerto capitolo è ſtato ſupplicato per detta fideliſſima Città, Baronaggio, & Regno. Per il che ci è parſò far la preſente per la quale dechiaramo, dicemo, & comādamo à tutti, & ſinguli magnifici officiali, ch'al preſente, ò in futurum ſaranno del detto almo collegio di dottori di queſta fideliſſima Città, tanto ordinarij, come ſopranumerarij, che da quà auanti in li giorni de negotij non debbiano in modo alcuno andar al detto collegio al dottorato di qualſiuoglia perſona, che ſi vorrà dottorare, mà che habbiano di attendere all'eſſercitio delli loro officij, & ſpeditione de negotij con dar le ſolite audientie. Alli quali magnifici officiali volemo, che ſi riſponda della integra loro portione, gagij, & emolumenti, che li competeranno di queſto predetto almo collegio, ſi come ſe li corriſponde quando perſonalmente aſſiſteno nel collegio ſopradetto al dottorato di qualunque perſona. Per tanto vi dicemo, & ordinamo, che così lo debbiate eſſequire, & far eſſequire, che per conuenir così al vniuerſale, & publico beneficio, tal'è noſtra volontà.

Datum Neap. die 31. menſis Maij 1597.

El Conde d'Oliuares.

V. Conſtantius Regens. V. Coroſtiola Regens.
V. de Caſtellet Regens. Barionous Secretarius,
In Com. 10. fol. 129. Al collegio de dottori di queſta fideliſſima città di Nap. à tergo verò.

Ad doctoratus gradum non admittatur, qui de matricula non docuerit, ac tempore hic ſtatuto ſtudio vacaſſe non probauerit hoc cum ſeq. dicit Tapia.

PHILIPPVS &c.

ILluſt. & Magnifici viri Collateralis, & Regij fideles dilecti. Li anni paſſati à tempo del gouerno del quondam Illuſt. Duca all hora Vicerè, & Capitan generale in queſto Regno noſtro Predeceſſore vi fù ſcritto, & ſpedito ordine del tenor ſequente.

Philippus Dei gratia Rex.

Illuſt. & Magnifici viri Collateralis, & Regij fideles dilecti. Hauendo per virtù di vn'ordine noſtro à voi diretto, ſtatuito, & ordinato, che non ſi doueſſe dar grado di dottore in Legge, nè in Medicina à neſſuno, che prima non vi coſtaſſe per legitima informatione, & per la matricola ordinata farſi dal Reuerendo Cappellano Maggiore, che quelli, che voleno pigliare il detto grado in legge habbiano ſtudiato per cinque anni continui, & quelli che l'hanno da pigliare di dottore in medicina per ſette anni, ſi come per detto ordine al quale nè referimo, hauerete viſto. Et perche ne hauete fatto intendere, che la detta matricola da poco tempo in qua s'è incominciata à fare, & che ci ſono molti ſtudenti, che hanno incominciato ad andare alli ſtudij auanti la detta matricola, & che altri hanno ſtudiato, & ſtudiano in altri ſtudii publici fuora di queſta magnifica, & fideliſſima città di Napoli, come è à dire in quello di Salerno, & in altri fuora del Regno, & che hauendo finito li detti termini alli ſtudii predetti, ò ſtando de proſſimo per finire. Volendo pigliare il grado di dottore in legge, ò in medicina in queſto collegio deſiderate declaratione, come vi hauete da gouernare in queſto, & inteſo noi il predetto, Declaramo, & ordinamo, che à tutti quelli, che verranno pigliare alcuno di detti gradi, ò ſia dottore in legge, ò in medicina, che haueranno cominciato ad intendere le lettere ordinarie nel publico ſtudio della Città predetta auante, che foſſe ordinato farſi la detta matricola, & à quelli c'haueſſero inteſo le dette letture in altri ſtudii ordinarii publici & veneſſero à fenire de intendere le dette letture in detto ſtudio publico di queſta predetta Città potrete dare il grado di dottore in legge, & in medicina conſtandoui per legiti-
ma

ma informatione che habbiano inteſo le lettioni publicè, cioè quelle de legge per li detti cinque anni, & quelli di medicina per li predetti ſette anni, oſſeruando perciò in futurum, che quelli, che haueranno incominciato à ſtudiare in queſta città dopoi il tempo, che è ſtato ordinato farſi la matricola non debbiate admettere altra informatione ſenza la matricola predetta à fin che quella ſi habbia da oſſeruare con effetto, conforme li ordini da noi dati, & à riſpetto di quelli, che hanno ſtudiato fuora di Napoli, ò del Regno per alcun tempo, & finiti li loro ſtudij in Napoli potrete admettere l'informatione legitima ſenza la matricola ſudetta ita, & taliter, che in ogni caſo ve habbia à coſtare legitimamente, & ſufficientemente hauerno ſtudiato il tempo predetto. Et coſi l'hauerete da oſſeruare, che tale è noſtra volontà.

Datum Neap. die 10. menſis Nouembris 1586.

Don Pedro Giron.

V. Moſes Regens. V. Berricanus Proregens.
V. Lanarius Proregens. Baſtiſta de Muñatones Secretarius. Regiſtrata in Cur. 6. fol. 227.

Et perche al preſente è peruenuto à noſtra notitia, che detto preinſerto ordine non ſtà nell'oſſeruanza che ſi deue, & quelli li quali hanno incominciato à ſtudiare in queſta fideliſſima città di Napoli tanto in legge, quanto in medicina, dopò che è ſtato ordinato farſi la matricola dal Reuerendo Cappellano maggiore ſi ſono dottorati, & ſi dottorano nell'vna, & nell'altra ſcientia admettendo la ſola informatione, & ſenza portar fede dell'a matricola de loro ſtudio conforme era ordinato per detto preinſerto ordine.

Per tanto per euitare le fraudi, ch'intorno à queſto particolare ſi poteſſero cõmettere da quelli, che in futurum ſi vorrãno dottorare, & per beneficio publico, & acciò che ogn'vno debbia ſtudiare per il tempo, che in detto preinſerto ordine, ſe li ſtabiliſce, & che conniene. Ordinamo, & comandamo, che da hoggi auante, & in futurum non debbiate admettere neſſuna perſona à grado di dottore, ò ſia di legge, ò di medicina, che oltra l'informatione legitima, non vi faccia coſtare per fede ſottoſcritta da detto Reuerendo Cappellano maggiore, che quello, che vorrà pigliare il grado di dottore in legge ſia ſtato matricolato nelli libri, che perciò è ordinato farnoſi nell'officio di detto Reuerendo Cappellano maggiore per ſpatio de anni cinque continui, & quello che vorrà pigliare il grado di dottore di medicina per ſette anni ſimilmente continui, ſeruata la forma di detto preinſerto ordine noſtro, & coſi oſſeruarete, & farete oſſeruare, non fando il contrario per quanto hauete cara la gratia di Sua Maeſtà & noſtra.

Dat. Neap. die 29. menſis Octobris 1597.

El Conde de Oliuares.

V. Goroſtiola Regens. V. de Caſtellet Regens.
Barrionueuo. In Cur. 3. fol. 44.

Qui extra ciuitatem in alijs publicis ſtudijs legali, vel medicinali ſcientia vacauerint, poſſunt abſq; matricula gradum aſſumere. h. d. Tapia.

PHILIPPVS &c.

ILluſt. & Magnifici viri Collateralis, & Conſiliarij Regij, fideles dilectiſſimi. Li anni proſſimi paſſati, in tempo del gouerno dell'Illuſtre Conte de Oliuares noſtro Predeceſſore Vicerè in queſto Regno, vi fù ſcritto vn'ordine con inſertione dell'altro, fatto dall'Illuſtre quondam Duca d'Oſſuna nel tempo del ſuo gouerno in queſto predetto Regno, quale è del tenore ſequente videlicet.

Philippus Dei gratia Rex.

Illuſtres, & magnifici viri Collaterales, & Conſiliarij Regij, fideles dilectiſſimi, Li anni paſſati à tempo del gouerno dell'Illuſtre quon. Duca d'Oſſuna all'hora Vicerè, & Capitan generale in queſſo Regno noſtro predeceſſore, vi fù ſcritto, & ſpedito ordine del tenor ſeguente videlicet.

Philippus Dei Gratia Rex &c.

Per virtù d'vn'ordine noſtro à voi diretto, ſtà ſtatuito, & ordinato, che nõ ſi doueſſe dar grado di dottore in legge, nè in medicina à neſſuno, che prima non vi coſtaſſe per legitima informatione, & per la matricola ordinata farſi dal Reuerẽdo Cappellano maggiore, che quello, che vuole pigliare il detto grado in legge habbia ſtudiato per cinque anni continui, & quelli, che l'hanno da pigliare il dottorato di medicina per ſette anni, così come per lo detto ordine al quale nè referimo hauerete viſto. Et perche nè hauete fatto intendere, che la detta matricola da poco tempo in qua ſi è cominciata à fare, & che ci ſono molti ſtudenti, che hanno cominciato ad andare alli ſtudij auante la detta matricula, & che altri hanno ſtudiato, & ſtudiano in altri ſtudij publici fuora di queſta magnifica, & fideliſſima città di Napoli, come à dire in quello di Salerno, & in altri fuora del Regno, & che hauendo finito li detti termini alli ſtudij predetti, ò ſtanno de proſſimo per finire, volendo pigliare il grado di dottore, ò in legge, ò in medicina in queſto collegio deſiderate declaratione, come vi hauete à gouernare in queſto, & inteſo noi il predetto, declaramo, & ordinamo, che à tutti quelli, che vorranno pigliare alcuno di detti gradi, ò ſia di dottore di legge, ò di medicina, che haueranno incominciato ad intendere letture ordinarie in lo publico ſtudio della città predetta auante, che foſſe ordinata farſi la detta matricola, & à quelli, che haueſſero inteſo le dette letture in altri ſtudij ordinarij publici, & veneſſero à finire d'intendere le dette letture in detto ſtudio publico di queſta predetta città, potrete dar il grado di dottore in legge, & in medicina, coſtandoui per legitima informatione, che habbiano inteſo le dette letture publiche, cioè quelli di legge per li detti cinque anni, & quelli di medicina per li detti ſette anni, oſſeruando perciò in futurum, che quelli, che haueranno incominciato à ſtudiare in queſta città dapoi il tempo, che è ſtato ordinato farſi la matricola non debbiate ad-

 mette-

mettere altra informatione ſenza la matricula predetta à fine che quella s'habbia ad oſſeruare con effetto conforme alli ordini da noi dati, & à riſpetto di quelli, che hanno ſtudiato fuora di Napoli, ò del Regno per alcun tempo, & finiti li loro ſtudij in Napoli potrete admettere l'informatione legitima ſenza la matricula ſudetta, ita, & taliter', che in ogni caſo ci habbia à coſtare legitimamente, & ſufficientemente hauerno ſtudiato il tẽpo predetto, & coſi l'hauerete ad oſſeruare, che tale è noſtra volontà.

Datum Neap. die 10. menſis Nouembris 1586.

Don Pedro Giron.

V.Moles Regens. V.Berricanus Regens.
V.Lanarius Proregens. Baſtida de Muñatones Secretarius. Regiſtrata in Cur.6.fol.227.

Et perche al preſente è peruenuto à noritia noſtra, che detto preinſerto ordine non ſtà nell'oſſeruanza che deue, & che quelli li quali hanno incomineiato à ſtudiare à queſta fideliſſima città di Napoli, tanto in legge, quanto in medicina dopoi che è ſtata ordinata farſi la matricola dal Reuerendo Cappellano maggiore ſi ſono dottorati, & ſi dottorano nell'vna, & l'altra ſcientia, admettendo la ſola informatione, & ſenza portar fede della matricola de loro ſtudio conforme era ordinato per detto preinſerto ordine.

Per tãto per euitare le fraudi, che intorno à queſto particolare ſi poteſſero commettere da quelli, che in futurum ſi vorranno dottorare, & per beneficio publico, & anco ch'ogn'vno debbia ſtudiare per il tempo, ch'à detto preinſerto ordine ſe li ſtabiliſce, & che conuiene. Ordinamo, & comandamo, che da hoggi auanti, & in futurum non debbiate admettere neſſuna perſona à grado di dottore, ò ſia di legge, ò di medicina, che oltra la informatione legitima non vi faccia coſtare per fede ſubſcripta da detto Regio Cappellano maggiore, che quello, che vorrà pigliare il grado di dottore in legge ſia ſtato matriculato nelli libri, che perciò è ordinato farnoſi nell'officio di detto Regio Cappellano maggiore per ſpatio de cinque anni continui, & quello, che vorrà pigliare il grado di dottore di medicina per ſetee anni ſimilmente continui ſeruata la forma di detto preinſerto ordine noſtro, & coſi oſſeruarete, & ſarete oſſeruare, non fando il contrario per quanto hauete cara la gratia de Sua Maeſtà & noſtra.

Datum Neap. die 29. menſis Octobris 1597.

El Conde de Oliuares.

V.Goroſtiola Regens. V.De Caſtellet Regens.
Barrionueuo. Regiſtrata in Cur.3.fol.44.

Al preſente ſemo ſtati informati, ch'il preinſerto ordine eſpedito vt ſupra, non ſtà in l'oſſeruanza, che ſi deue, anzi che per queſſo collegio ſi dà il grado di dottore, coſi di legge, come di medicina sẽza che exibiſcano la predetta fede di detto Reuerendo Regio Cappellano maggiore, contra la forma di detto preinſerto ordine, & che ſi admettono al grado predetto ſolum con giuramento de non hauerno matricola, nè eſſerno matricolati nelli libri di detto Regio Cappellano maggiore. Et come che queſto è in fraude, poiche non pigliandoſi detta fede ſi dimoſtra, che realmente non habbiano finito il corſo cõforme ſtà ſtabilito. Perloche volendo noi remediare à tal fraude eſſendo la volontà ñoſtra, che detto ordine ſi oſſerui ad vnguem, ci è parſo farui la preſente, per la quale vi dicemo, & ordinamo, che da qua auante, & in futurum non debbiate in conto alcuno admettere neſſunò al grado di dottore, ò ſia di legge, ò di medicina, che non vi exhibiſca con effetto detta fede di matricola firmata da detto Reuerendo Cappellano maggiore, che habbiano ſtudiato il corſo di loro ſtudio, cioè quelli di legge cinque anni continoi, & di medicina per ſette anni ſimilmente continoi, ſeruata la forma di detto preinſerto ordine, quale volemo, che s'oſſerui inuiolabilmente. Per tanto coſi oſſeruarete, che tale è noſtra volontà, & intentione, non fandoſi il contrario per quanto s'hà cara la gratia, & ſeruitio della predetta Maeſtà.

Datum Neap. die 15. Octobris 1599.

El Conde de Lemos.

V.Goroſtiola Regens. V. de Ponte Regens.
V. de Caſtellet Regens. Don Diego de Vera Proſecretario. Locus ſigilli. In Cur.1.fol.23.

Die 30. Octobris 1599. præſentes litteræ publicatæ fuerunt in almo collegio Neapolitano, & corãm circumſpecto Camillo de Curte Vicecancellario, & per eum, & omnes alios de collegio fuerunt receptæ ſupra caput cum omni qua decet reuerentia.

Io.Ant.Infriſius ſubſtit.act.

Præcedens ordo ad futura non autem præterita trabitur. h.d.Tapia.

P H I L I P P V S &c.

ILluſt. & Magnifici viri Collateralis, & Conſiliarij Regij fideles dilectiſſimi. A noi è ſtato ſtato preſentato memoriale del tenore ſequente videlicet.

Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signor; Scipione di Bologna Priore dell'almo collegio di dottori eſpone à V. E. come per l'ordine fatto, che non poſſa dottorarſi alcuno ſenza che non moſtri per le matricule hauer ſtudiato quattro anni, nè reſulta grandiſſimo danno, & preiudicio all'almo collegio, perche quaſi tutti quelli, che voleuano dottorarſi in Napoli ſe ne vanno fuora, doue non hanno quelle eſamine, che hanno in detto collegio. Et perche l'ordine fatto per V.E. non ſi eſtende à quelli, che hanno ſtudiato fino à detto ordine fatto. La ſupplica reſti ſeruita comandare, che ſi ordini, che poſſano dottorarſi tutti quelli, che

hanno

hanno ſtudiato fino à detto ordine fatto. La ſupplica reſti ſeruita comandare, che s'ordini, che poſſano dottorarſi tutti quelli, che prima di detto ordine hanno ſtudiato, ancorche non habbino la detta matricola, vt Deus.

Et inteſo per noi il tenore del detto preinſerto memoriale nè hà parſo farui la preſente, per la quale ve dicemo, & ordinamo, che tutti quelli, che ſi ritrouerànno hauerno ſtudiato prima dell'ordine ſopra ciò per noi eſpedito, & coſtandoui, che habbiano ſtudiato li quattro anni nell'ordinario, non obſtante, che non ſiano notati nella matricula li poſſiate promouere al grado del dottorato, & così lo eſſequirete, che tale è noſtra volontà. La preſente reſti in voſtro potere.

Datum Neap. die 31. menſis Aprilis 1598.

El Conde de Oliuares.

V. Goroſtiola Regens. V. Caſtellet Regens.
V. de Ponte Regens. Barrionouo. Sol. Regiſtrata in Ser. 35. fol. 197.

Doctores Neapolitani infra viginti dies petant ad collegium admitti, & infra decem dies probat, legitimo impedimento excepto. b.d. Tapia.

DIe 13. menſis Februarij 1580. Neap. per Illuſt. Dominum Fabium Marcheſium Vicecancellarium &c. Concurrente voto maioris partis dominorum de collegio prouiſum, & decretum eſt, vt in poſterum ciues Neapolitani doctorandi intra viginti dies numerandos à die doctoratus petant ſe admitti ad collegium, & infra decem alios dies numerandos à die petitionis excepto legitimo impedimento, probét qualitates incumbentes circa dictam admiſſionem, alias non audiantur, & hoc ex cauſis mouentibus mentem dicti almi collegij.

Fabius Marcheſius Vicecancellarius
N. Anellus de Martino Act.

Philo-

Philoſophiæ in ſtudio Societatis Ieſu vacantes doctoratus gradum aſſequi poſſunt. b.d. Tapia.

PHILIPPVS &c.

MAgnific viri, &c. Perche ci è ſtato fatto intendere, che per voi ſi è fatta, & fà difficultà in non voler admettere al grado di dottorato quelli ſtudenti, che hanno ſtudiato, & inteſo Filoſofia, nel venerabile collegio del Gieſù di queſta magnifica, & fideliſſima città a cauſa, che per ordine a queſſo collegio diretto ſtà prouiſto, ordinato, & ſtatuito, che non ſi ammettino al predetto grado de dottore in medicina, ſe non quelli, che vi coſtarà per veridica informatione hauerno ſtudiato per anni ſette continui nelli ſtudij publici di queſta fideliſſima Città. Et perche ſemo pienamente informati, che nello detto collegio de Gieſù, ſe ci attende con tutta la vigilanza, & intelligenza, che conuiene, & ſe ricerca, come s'attende in li ſtudij publici. Per queſto n'ha parſo farui la preſente per la quale ve dicemo, & ordinamo, che da quà auante ogni volta, che detti ſtudenti, che haueranno ſtudiato, & inteſo Filoſofia in detto collegio del Gieſù vi faranno conſtare per viridica informatione hauer ſtudiato ſette anni continui li debbano admettere al grado di dottorato, coſì come s'amettono quelli che hanno atteſo al ſtudio publico di queſta predetta Città, & così s'eſſequa, che tale è noſtra volontà.

Datum Neap. die 26. Septembris 1591.

El Conde de Miranda.

V. Moles Regens. V. Ribera Regens.
V. Goroſtiola Regens. Barionouus Secretarius

DE OFFICIO MAGISTRI POSTARVM.
Rubr. xxxiij.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

CVm hoc titulo concordat titulus C. de curſu publico, libro 12.

Ad huius tit. cognitionem videndus elegans, & accuratus Panciroli commentarius in vtramque notit. lib. 1. capit. 6. cuius aliqua verba hic ſubnectere volui, nè quòd ipſe optimis verbis expoſuit, meo imperfecto ſermone obſcureſcam, † *curſum publicum primum à perſis inuentum Herodotus lib. 4. memorat, Xenophon lib. 8. Pediæ à Cyro inſtitutum fuiſſe ſcribit, certas ſtationes in via publica dimenſis itineribus ſtatuit, vbi equi, & homines collocati vnius diei iter celerrimè conficiebant. Cum verò ad proximam ſtationem perueniſſent, qua euocerant, ibi manentibus nunciabant, & illi ſtatim alijs ſequentibus, donec celeriter nuntius ad Regem perueniret, Id genus currendi angariam Perſæ vocabant, horum exemplo Auguſtus Primo iuuenes, qui acta in prouincijs ad ſe cito perferrent modicis interuallis per vias militares diſpoſuit, deinde vehicula, quibus idem ſemper currens ad ſe nuncium perferret. Tranquillus cap. 49. quo, inquit, celerius, ac ſub manu annunciari, cognoſcique poſſit, quid in prouincia quaque gereretur, iuuenes pro modicis interuallis per militares vias, de hinc vehicula diſpoſuit, commodius id viſum eſt, vt quia loco eidem perferrent literas, interrogari quoque ſi res exigeret poſſent: Hac ille, idem cæteri Principes Romani obſeruarunt, vt author eſt Plutarchus in Gel. cap. 8. ſingulis enim circiter l. milliarijs veredos, & rhedas ad currendum certis locis diſpoſuerunt, vt iter diei conficerent, in Italia tamen remanſerunt, qui pedibus currebant. Tranquillus in Veſpatiano Claſſarios, ait, qui ab Hoſtia, & Puteolis Romam pedibus per vices commeant, petentes conſtitui ſibi aliquid calcearij nomine, quaſi parum eſſet, ſiue reſponſo abegiſſe, Veſpaſianus iuſſit poſthac excalceatos curſitare, & ex eo ita curſitant. Curſum verò equorum ita inſtituerunt, vt prouincialium pecunia equi, cum hominibus ad currendum deſtinatis alerentur: Quod Seuerus Impe-*

Digitized by Google

rator poſtea aboleuit, id fiſci onus eſſe iubens, Spartianus in Seuero, Poſt hæc, inquit, cum ſe vellet commendare hominibus vehicularium munus à priuatis ad fiſcum traduxit facit l. 2. C. de lucris aduocatorum, ſtabulæ tamen, in quibus equi alebantur prouincialium ſumptibus reficiebantur l. in omnibus, & l. compe-ſimus, C. de curſu publico. Hæc Pancirolus, alia vide per eum.

Hoc officium introductum eſt in hoc Regno, eſtque magni redditus, † ita vt aſcendat ad ducatos annuos 17. mille. Cum enim omnes literæ, quæ tam intra Regnũ, quàm extra Regnũ ſunt aſportandæ non alij, q̃ ab ipſo deputatis liceat aſportare, efficitur, vt in dies creſcant redditus, cõſtat igitur ex procaccio Romæ, Calabriæ, Aprutij, Apuliæ, & Baſilicatæ, quæ præcaccia, vt vulgo vocant, maguam Regno afferunt commoditatem, cum non ſolum literæ, ſed bona communicentur. De hoc curſu publico Regni locutus fuit Mutius Surg. Reg. Cam. Sum. Præſid. in annot. ad lib. Marci Antonij fratris fol. 446. & quod ibi ait de conducta.

Dantur formæ in exercendo officio magiſtri Poſtarum. b. d. Rouitus.

PRAGMATICA I.

De officio magiſtri Poſtarum.

PHILIPPVS &c.

* ADDITIO. Ad quietem publicã. *Vide Gozad. in rubr. quomodo de malef. cognoſ. per inquiſit. Vide etiam hoc cap. in regiſtro Regis Roberti, quod tenet D. Anton. Baratutius Aduocatus fiſcalis in c. 69. ſub his verbis, Robertus, &c. Bernardo Caracciolo de Neap. militi familiari, & fideli ſuo. &c. Ad quietem publicam, & nuncianda crimina ſuperiori prædictis poteſtate per ciuitates, & loca antiquitatis diſcreta prouiſio curioſos, & ſtationarios ordinauit, in quorum vicem moderna nouitas magiſtri Iurati ſubrogauit officium naturam obtinens officialium eorundem, qui ex communis interpretationis obtentu in Terris Demanij Regijs tantum eligitur etiam per Regalis Curiæ ſuffragium approbatur. Sanè quia crimina punienda ſunt vndecunque claruerint, & ad magiſtri Iurati prædicti ſpecialiter ſpectat officiorum ſuperioribus nunciare crimina, & ad ipſos mittere victos reos in Terris Baronum ipſi, vel eorum officia vel officij titulo ipſius effectum conſueuerunt realiter obtinere. Sed quia petiiſti tibi pro cautela concedi, quæ prodeſſe non officere conſueuit, vt in Caſtris, & Terris ſuis idem magiſtri Iurati officium effectualiter per te ac officiales tuos exercere valeas ipſius officij titulo non expreſſo, tuis ſupplicationibus inclinati pro vtilitate communi tuæque cautelæ præſidio, dummodo per te ac officiales tuos id fideliter ac ſolerter exerceas plenam tibi de hoc authoritate præſentiũ concedimus poteſtatem, vnde Reipub. cuius intereſt puniri ſcelera ſalutis medelam proueniat, & tui ſtatui cautela ſecuritatis accedat. Datum, &c.* Piſanellus.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 CIrca hoc cap. animaduerte frequentius receptum eſſe † vniuerſitates huiuſmodi magiſtros iuratos eligere, qui in aliquibus terris à Baronibus confirmantur ſecundum conſuetudinem locorum, & hoc videtur reſpondere titulo huius capituli, ibi tali communitati, vel Baroni, nam licet litera de Barone loquatur, videtur etiam ad vniuerſitatem eſſe directam, cætera ſupple, vt hic per Sebaſtianum Napodanum, & Anton. de Nigris.

AD quietem, hoc cap. ſumptum eſt ex l. quicunque reſidentibus, C. de epiſcop. & cler. ¶ In tex. ibi (curioſo.) Qui dicuntur curioſi, & qui ſtationarij, vide notata in l 3. §. qui ſtationis, ff. de re mili. & C. de cohar. & princip. l. s. lib. 12. ¶ In tex. ibi (naturam.) Natura verò ipſius officij eſt crimina nunciandi, & ſibi probationis neceſſitatem incumbere, vt d. l. 1. Et hoc verum, quando nunciat occulta, ſecus quando notoria, vt l. ea quidem, C. de accuſar. & l. diuus. ff. de cuſto. reor. Item dic neceſſitatem. videlicet duntaxat exhibitis 2. q. 7. c. quapropter ¶ In tex. ibi (pro cautela) nam hoc poterat. Cum enim baro fungatur vice defenſoris in terris ſuis, & defenſor in ciuitate ſua ſuppleat vicem præſidis, vt in §. deinde. in auctén. de defen. ciui. & §. nos igitur. ſicut poſſet defenſor hoc facere abſente præſide l defenſores. C. de defen. ciui. ita ipſe baro. Sebaſtianus de Neapol.

ADDITIO. Ad quietem. Ad materiam huius cap. & de officio magiſtri iurati, vide in cap. circumſpecta. quod non reperitur impreſſum, & ibi Sebaſt. de Neap. vbi ponitur de excubijs faciendis poſt ſonum tertiæ campanæ, & contra raptores virginum, tabernarios, blaſphemantes Deum, & beatam Virginem, & Sanctos, & contra hæreticos, bannitos, forjudicatos, luſores, & alios maleficos, & omnia denunciandum officiali. Et vide multa per Sebaſt. ſupra in cap. frequens 7. vbi ponit multas quæſtiones ad hanc materiam, dicit etiam Seba. in d. cap. circumſpecta. in fine, quòd magiſter iuratus debet tractare homines ſuæ ciuitatis vt filios, & vicem parentis exhiberi plebi, & ruſticos tueri, vt non patiatur illos affligi inſolentijs officialium & alijs, de quibus in l. in defenſoribus, C. de defen. ciui. ¶ Item inquantum Sebaſt. hic dicit, quòd baro fungitur vice defenſoris in terris ſuis, hoc dictum non videtur de iure verum, quia defenſores ciuitarum, vel locorum, & magiſtratus municipales ſunt infirmi Iudices, & non poſſunt cognoſcere vltra ſummam tercentum ſolidorum, vt in auct. de defen. ciui. §. audient & non poſſunt cognoſcere niſi de paruis, & non habent merum imperium, vt dicit Spec. in ritu. de iuriſd. omn. iud. colum. 2. cum ibi allegatis. Immo dicit Matth. de Afflict. in conſtit. Regni, pœnam horum, col. 8. in fi. cum ſequen. verſic. tertiò licet, quòd barones, qui habent merum imperium in terris ſuis, æquiparantur iuſtitiarijs, vt ibi latius per eum, & ſic non videtur verum, quòd barones æquiparentur defenſoribus ciuitatum, niſi dicas illud dictum procedere in baronibus habentibus ſolum cognitionem cauſarum ciuilium, & hoc etiam non procederet abſque dubio, cum defenſores ciuitatum non poſſint cognoſcere vltra ſummam trecentorum aureorum d. §. audient, & barones habentes ciuilem iuriſdictionem poſſunt cognoſcere de quacunque cauſa, & ſumma pecuniaria.

ADDITIO noua. ¶ Et dicit Matth. de Afflict. in conſtitut. Regni, Magnæ Curiæ noſtræ colum. 2. in quinto nota. verſic. quid autem, vbi ponit, quòd à ſententijs baiulorum in terris demanij appellatur ad camerarium, ſeu ſecretum, ſeu ad iuſtitiarium, vt ibi per eum, & per And. & Matth. in conſtit. officiorum, colum. 3. cum ſeq. & in conſtit. Iuſtitiarij per Prouincias, colum. 4. Et in terris baronum à ſententijs baiulorum appellatur ad iuſtitiarium, vt dicit And. in d. conſtitut. Iuſtitiarij per Prouincias, & Matth. in d. conſtitut. Magnæ Curiæ: vbi dicit, quòd hodie barones, qui ſunt Iuſtitiarij in terris eorum ex priuilegijs cognoſcunt de appellationibus à ſententijs baiulorum, & ipſi barones puniunt baiulos delinquentes per iſtud cap. ad quietem. Neapoli verò ſeruatur, quòd à ſententijs baiulorum appellatur ad magiſtros Rationales Regiæ ſiclæ, & ab illis ad Cameram Summariæ. ¶ Sed vidi dubitari, an à ſententijs baiulorum in terris baronum poſſit appellari ad Capitaneum baronis, qui videtur repræſentare baronē? Dic quod non: quia appellatur ad baronem, qui dedit, ſeu ordinauit baiulum. l. 1. ff. quis & à quo appell. & videtur de mente And. & Matth. in d. conſtitut. officiorum, & ſi baro non habet ſecundas cauſas, eſſet maius dubium: quia ab oppreſſionibus, & grauaminibus omnium inferiorum iudicum appellatur ad Iuſtitiarium, vt in conſtitut. Magiſter Iuſtitiarius, & à ſententijs latis per officiales Comitum, & Baronum debet appellari ad ad Magnam Curiam Vicariæ, vt dicit Matth. in conſtit. Capitaneorum, col. 4. in 5. notab. verſic. item quæro, & hoc quando non habent ſecundas cauſas ex priuilegio: quia tunc appellaretur ad baronem, qui eum dedit, vt dictum eſt. ¶ Circa illud, quod dicit hic Sebaſt. quòd magiſter iuratus tenetur crimina denunciare. Pone, quòd iſte magiſter iuratus, ſeu ſindicus habebat quatuor dies ad denunciandum, & interim fuit remotus, an ſuccedens in officio teneatur denunciare, vide Bald. in rubr. extra de conſtitut. colum. 3. in fi. cum ſeq. vbi dicit, quòd ſi primus eſt mortuus, nullus tenetur denunciare, ſed ſi viuit primus, tenetur denunciare, & non ſecūdus, vt ibi per eum. ¶ Quid ſi ex forma ſtatuti ſindicus tenetur denunciare maleficia, prout tenetur magiſter iuratus ex diſpoſitione huius cap. & communis opinio eſt, quòd ipſe ſindicus commiſit maleficium, vt teneatur denunciare ſe ipſum. Vide latè per Alexan. in l. cum quidam, §. quod dicitur, col. penult. ff. de acquir. hæred. vbi videtur tenere, quòd non teneatur denunciare ſeipſum. Et ibi etiam ponit, quòd ſi eſſet communis opinio, quod Titius commiſerat delictum, & ipſe ſciebat, quòd in veritate non deliquerat, nō tenetur denunciare. Ponit etiam Alexan. vbi ſupra, quòd talis ſindicus tenetur denunciare maleficia etiam impunibilia, allegat Barto. in l. ſi quis in graui. §. ſi maritus ff. ad Sille. ¶ Item eſt ſciendum, quòd licet aliàs fama excuſet à falſa accuſatione, tamen fallit, quando accuſatio fuiſſet instituta ad alterius inſtantiam: quia tunc fama, ſeu communis opinio non excuſat, vt per Bald. in l. qui non probaſſe, C. de calum. Alex. in d. l cum quidam, §. quod dicitur. colum. 1. Similiter fallit, quando talis accuſatio eſſet inſtituta de eo, quod pendet à facto proprio ipſius accuſatoris, vt per eoſdem in dictis locis. ¶ Aduerte etiam, quòd talis ſindicus, ſeu magiſter Iuratus denuncians maleficium non motus iuſtis rationibus puniri debet, vt per Bar. & Alex. in d. §. quod dicitur, col. 1, Ioan. Antonius de Nigris.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

ET inquantum Napod. allegat hic circa verbum ſtationarij adde l. 1. C. de curioſ. & ſtation. lib. 12. De hoc tamen officio magiſtri Iurati dicemus in lib. 7. de officio magiſtri Iurati Ciuit.

Vaſſalli prohibentur adire Regia Tribunalia omiſſis medijs. h. d. Tapia.

Ex gratijs Neap. conceſſis in Anno 1584.

ITem detta fideliſſima Città, Baronaggio, & Regno attento li Baroni del detto Regno, patiſcono vn danno ineſtimabile per le loro iuriſdittioni, perche non obſtante, che haueranno prime, ſeconde, & terze cauſe, & hauutone anco decreti della gran Corte della Vicaria, & d'altri Regij Tribuni, & l'ordinarie prouiſioni che s'eſpediſcano dal Collaterale Conſiglio con nominata pena, & le deciſiue prouiſioni, che ancora dal S.R.C. de S. Chiara. Perche li vaſſalli loro non habbino di ommettere li loro Giudici competenti, mà chi pretendono aggrauio à quelli habbiano il loro recorſo; Pur tutta volta ſempre ſe nè fanno lite, & molto lunghe, & non ſenza diſreputatione grandi delle loro iuriſdittioni, & ſi bene ſe ne rimetteno poi le cauſe, & con loro grandiſſima diſpeſa, & da queſto ne viene danno all'hora alla Maeſtà Sua nelli feudi, & tutto ciò perche li Maſtridatti, & Giudici della gran Corte della Vicaria, & altri Regij Tribunali figurano ignoranza delli Priuilegij, & altre ſcritture di detti Baroni, decreti, & prouiſioni predette. Per tāto ſupplicano V.E. ſi degni ordinare che dette deciſiue prouiſioni nel S. R. C. fatte, & da farſi, & decreti ottenuti in detti Regij Tribunali in virtù delli Priuilegij, & ſcritture di detti Baroni, ſe ne facci libro, acciò come informati

mati non poſſano allegare cauſa d'ignoranza à non eſpedire prouiſione in contrario, & mentre d'alcuni ſe n'eſpediſce, da quelli s'habbia d'eſigere irremiſſibilmente la pena contenta nelle dette prouiſioni, nel Collaterale Conſiglio, cioè, tanto contra li detti Maſtridatti, come Giudice della gran Corte della Vicaria, & d'altri Regij Tribunali.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILARII ANNOTATIONES.

HAec diſpoſitio non ita rigoroſè ſeruatur, licet quotieſcunq; barones petunt huiuſmodi litteras illas obtineát, quod pluries ſeruatum vidi, & quod ita fieri debeat teſtatur Foller. in praxi crim. ver. audiantur excuſatores nu. 158. cuius
1 rei ea eſt ratio, † nam cum Baro ſit Iudex ordinarius ſuorum vaſſallorum poteſt ſub pœna mandare vaſſallis, ne coram alio litigent. Habet enim facultatem id faciendi etiam reſpectu ſuperiorum, vt poſt Cardinal. Alex. de prohib. feud. alien. per Feder. & Iaſ. in l. 1. §. & poſt operis, ff. de oper. nou. nunciat. tradit Freccia in tract. de ſubfeud. lib. 2. in 10. author. & poſt Io. Fabr. in l. 1. ante fin. C. de offic. præfect. Vrb. tradit Foller. d. ver. audiantur excuſat. num. 162. Rex enim licet de iure concurrat cum inferioribus dominis in iuriſdictione, vt notat Specul. in tit. de appellat. §. nunc tractemus in princip. tamen ob conceſſionem factam voluntariè baronibus non poteſt niſi in caſu negligentiæ baronis in prima inſtantia cognoſcere, vt tradit Auend. in cap prætor. cap. 7. nume. 30. & 31. & hoc etiam caſu debet præcedere monitio ad hoc, vt dicatur baro negligens, vt tradit idem Auend. d. cap. 7. nu. 32. poſt Bald. in cap. 1. de pace tenenda, & Gram. in vot. 18.

DE OFFICIO NOTARIORVM, ET IVDICVM.

Rubr. xxxvj.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 NOtariorum materia ſatis ampla eſt, cum omnibus in Regnis eorum vſus ſemper fuerit neceſſarius, ideoque in 10. lib. C. extat titulus 69. de tabular. & ſcrib. ſic apud Hiſpanos tit. 19. 3. par. tit. 5. lib. 2. ordinat. & tit. 25. lib. 4. nouæ recollect. apud Gallos ex Rebuff. ad conſtit. Franciæ tract. de litteris obligat. art. 67. glo. 1. apud Mediolanenſes tit. de ſtatutis honi collegij notariorum, ſic apud Pedemontanos, & Sabaudiæ incolas tit. de Tabellion. & Notar. inter ſtatuta etiam Ferrariæ plures tituli de protocollis notariorum, de ſchedis notariorum, & alij: eandem materiam proſequuti ſunt Canoniſtæ in cap. quoniam contra de probation. in c. cum P. tabellio. de fide inſtrum. Summiſtæ in ver. Tabellio. Didac. Perez latè ad legem ſecundam tit. 5. de los notarios lib. 2. ordinat. Gregor. Lopez ad l. 1. 2. 3. & 4 d. tit. 19. par. 3. Rebuff. d tract. de litter. obligation. art. 65. num. 36. Marin. Frec. lib. 1. de ſubfeud. tit. de offic. Prothon. Caſten. ad conſuetud. Burg. tit. des confiſcations. §. 1. caſu 31. Pancir. in notit. imper. orient. c. 92. & ſcribentes ad d. tit. de Tabellion. & ſcribis C. lib. 10. Bal. & Ioan. à Lignano in tract. de tabellion. ille tomo 3. par. 5. tract. iſte tomo 14. fol. 336. & Affl. in cõſtitutionib. quæ in hoc titulo ſunt ſituatæ, & pluribus alijs in locis, hanc materiam ſcribentes ſunt proſequuti, ideoque ad eos te remitto candidiſſime lector. Vnum tamen non omittam ad id, quod
2 DD. tradunt ad ſolum † Principem pertinere tabelliones creare in hoc Regno † Viceprothonotarium (qui nunc eſt 3
D. Petrus de Vera ab Aragonia noſtri Sacri Conſilij Præſidés) hac fungi authoritate: Item non omittã notarij fidem † eſ- 4
ſe maximam, ideoque optimos viros eſſe eligendos, ſicuti olim nobiles huiuſmodi exercuiſſe officiũ iſtud tradit Marin.
Frecc. d. loco num. 14. † quales autem eſſe debeant tradit no- 5
bis l. 2. tit. 19. par. 3. vbi inquit legislator, debent eſſe fideles, optimi, intelligentes, ſciant benè ſcribere, liberi, chriſtiani, optimæ famæ, ſciantquè rectè partium conuentiones in ſcriptis redigere, ſecretum ſeruare, ſit ciuis illius oppidi, in quo
officium exercere volet, & tandem ab hoc officio † clerici 6
repelluntur, de quib. aliqua habemus ex prima huius tituli cõſtitutione, & commentarijs Afflict. ad illam. Hoc autem officium notarij eſſe dignum, & honorabile, & multa de notariorum laude ponit Solan. ad conſtitut. Sabaud. tit. de Tabell. fol. 135. num. 2. & per exercitium huiuſmodi officij priuilegia
† nobilitatis non amitti poſt Didac. & Cephal. dicit ibi nu. 3. 7
idem Sola. & aliqua etiam ponit in tit. de falſis fol. 176. † An 8
autem notariatus officium ſit dignitas tradit Didac. Perez in ll. ordinat. lib. 2. tit. 5. de los notarios col. 429. & Ioan. de Plat.
in l. 1. nu. 2. C. de tabul. lib. 10. † & an enumerentur notarij 9
inter artifices idem Luc. in Rubr. d. tit. vbi etiam tradit an dignitas doctoratus faciat deſinere eſſe notarium.

Taxatur hic numerus notariorum, & iudicum pro contractibus faciendis, qui non creantur niſi à Rege, & de terris demanij cum ſollemnitate de qua in fine tex. h. d. Tapia.

IMPERATOR FEDERICVS.

IN locis a Demanij noſtri vbique per Regnum iudices non plures tribus, & notarios * ſex volumus ordinari. Ciuitatibus Neapolis, T Salerni, & Capuæ tantum exceptis, in quibus quinque Iudices, & octo notarios eſſe volumus ſtatuendos: in quibus ferè contractus omnes coram Iudicibus, & notarijs celebrentur, quos, non vt olim, à magiſtris Iuſtitiarijs, vel Camerarijs, 1 T ſed à nobis tãtummodo ordinari * ſancimus.

a *IN locis demanij.* Non poſſunt in qualibet ciuitate Regni eſſe niſi tres Iudices ordinarij, tribus ciuitatibus exceptis, & iſti Iudices, & notarij debent eſſe liberæ cõditionis, non vaſſalli, vel alijs obligati, & cum voluerint confirmari, electus ab vniuerſitate ſua, veniat ad Magnam Curiam cum literis teſtimonialibus ſuis. argu. C. de man. Princ. l. 1. quibus literis conſtet de puritate, & peritia ſua. ar C. de epiſc. aud. auth. præſides gentium.

*ADDITIO. *De creatione notariorum, & eorum qualitate vide Couar. in c. 19. prac. qq. n. 4.*

1 ADDITIO. *A tali eſt gloſſella in verbo, ſed à nobis accedas. C. de diuerſ. offic. l. probatoriae. & l. fin. lib. 12.*

Superant.

* ADDITIO. *Adde, quòd licèt notarij debeant creari per Regem.*

gem nihilominus ſtatutum poteſt dare poteſtatem conficiendi inſtrumenta publica, & fidem faciētia ſaltem in territorio ſtatuentis, Aymo de antiq. temp. par. 1. fol. 32. nu. 27. De B.

b *Vel conditioni.* Arg. C. de defen. ciuit. l. 2. & C. de tab. l. generali. lib. 10. & ita multò fortius vaſſalli aliorū non debent aſſiſtere Iu-

cimus. Præter Iudicem, & actorum notarium, quos, vt prædictum eſt, poterunt magiſtri Camerarij ordinare. Quos omnes etiam ſub tali cautela decernimus promouendos, vt nullus Iudex, vel vel notarius publicus, niſi fortè ſit de Demanio, & homo Demanij ſtatuatur; Ita quòd nulli ſit ſeruitio, b vel conditioni ſubiectus, nec alicui alij perſonæ eccleſiaſticę, vel ſeculari, ſed immediatè nobis tantummodo teneatur.

Prædicti autem tam Iudices, quàm notarij, cum T literis c teſtimonialibus hominum loci illius, in quo ſtatuendi ſunt, ad præſentiam noſtram, vel eius qui vicem noſtram in abſentia noſtra in Regno vniuerſaliter procurabit accedant: quæ literæ teſtimonium fidei, & morum Iudicis, & notarij ſtatuendorum continere debebunt, & in ipſius locis conſuetudinibus ſit inſtructus. Examinationem autem literaturæ, & etiam iuris ſcriptis noſtræ curiæ reſeruamus.

Inſtitia io.

c *Teſtimonialibus hominum.* Concord. in Auth. de defen. ciu. §. interim. vbi dicitur, quòd defenſor ciuitatis conſtituitur decreto ſiue electione omnium populorū, aliàs priorum in illa ciuitate conſiſtentium, & ad id, C. de defenſor ciuita. l. defenſores ita.

Præ-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

IN *locis Demanij*. Multum eſt dura hæc conſtit. contra vaſſallos laicos Prælatorum, & Baronum, & idem in alijs iudicarijs: alias iudiciarijs, & aſſeſſoribus dicit glo. Item not. quòd tota conſtitutio loquitur de notarijs Terrarum Demanij. Nunquid in Baronijs Barones poſſunt creare notarios.

ADDITIO. *Adde an tales poſſint creare milites? vide per Bar. in l. 1. C. de dignit. lib. 12.* Superanr.

Audiui communiter quaſi referri, quòd ſic, quia expreſsè dicitur, in Longob. de ſancta, & cancel. l. fi. quod ius huius conſtitutionis voluerunt ſeruari, & iure Roma. præferri. ſup. de offic. Iuſtit. l. vt vniuerſis, & l. puritatem. cum ergo non prohibeatur in terris Comitum, & Baronum, debet ſtari iuri Longo. & cum prohibeat in vno, ſcilicet in Terris Demanij, in alijs videtur conceſſiſſe. l. cum prætor. de iudi. quia facere notarium non eſt facere magiſtratum: quod ad ſolum Principem pertinet: ſed eſt officium, id eſt, miniſterium, dixi plenè in tit. quæ ſint regal. ſuper verbo, poteſtas creandi magiſtratum.

ADDITIO. *Adde, quòd qui habent regalia in Regno ex priuilegio ſicut generaliter conceditur, non creant notarios, nec in crimine læſæ maieſtatis procedunt, nec monetam cudunt, nec ſeruatur opin. And. de Iſern. in tit. quæ ſint regal. in rubr. qui videtur contra ritum dicere. vide Par. de Put. in tract. ſynd. de exceſſ. Baro. col. 3. circa fin.* Cæſar.

Item Rex & Princeps infeudando omnia transferunt, exceptis his, quæ ſibi retinent, vt dicit forma priuilegiorum. Sed hoc exceptuatur, quòd Barones non poſſint in terra ſua feudali notarium creare, ergo videtur, quòd transferat omnia, præter exceptuata: argum. in Auth. de non alien. §. vult enim. Item poteſt facere Iudicem ad ius reddendum: quod eſt pluſquam facere notarium ad inſtrumenta conficienda, arg. ſupra eod. rit. l. Baiulos omnes, & Iudices, illi ſunt in officio: hi in miniſterio, ſcilicet, notarij. Alij dicunt, & fortè melius: ſicque videmus ſeruari, quòd ſolus Rex creat notarios propter exactionem priuilegiorum ab his quæ debentur maioris dominij ratione: hoc competit ſoli Papæ, & Regi: aut cui competit per priuilegium ſpeciale, dicit Innoc. extra de fide inſtrum. cap. vlt. quicquid dicat Hoſt. in Summa illius tit. § 1. addit Innoc. niſi ſpecialis conſuetudo conceſſerit alicui. Hæc conſuetudo in terris Demanij non obſtat Regi, quia conſtit. hæc tollit eam: etiam ſi ſubſecuta fuerit, vt ſupra dictum eſt in prologo. Niſi eccleſiæ competeret hæc conſuetudo, diximus ſupra de offic. Iuſtit. l. cum ſatis. Sed ſi Barones haberent hanc conſuetudinem præſcriptam, poſſent: quia conſtit. iſtæ non prohibent in terris Baronum: nam & ſi hic Baro haberet priuilegium, non obeſſet dicta exceptio his, quæ debentur maioris dominij ratione, per præſcriptionem poſſet illi iuri derogari per talem exceptionem acquiſitam. Omne enim ius tolleretur longiſſima præſcriptione, C. de præſcript. 30. annor. l. omnes. in iure fiſcali magis longum tempus requiritur, vt dicetur infra, de præſcript. l. quadragenaria. & adde quæ dicta ſunt in l. Imperatores, §. ſcriba. Item an notarius vnius loci poſſit de conſenſu partium facere inſtrumenta in alio loco? diximus plenè in d. verſi. poteſtas creandi magiſtratuum. Item limitat numerum notariorum, cuius contrarium eſt in multis Regni partibus: & ſpecialiter Neapoli ſeruatur: ſed hoc excuſat quia Rex confirmat eos: & ſic ipſe videtur creare. ff. de verbor. ſign. l. lege obuenire, & inſt. de tute. in fi. quæ quidem lex iſtam poteſt tollere, & eo ipſo tollit, quòd ſcit ipſe vltra numerum concedi. ff. de execu. tut. l. ſed & hoc. Andræas.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILARII ANNOTATIONES.

HAnc conſtitutionem gloſſanit optimè Afflict. in omnibus eius partibus, de quo nihil addam, niſi quod hodie eſt correctum, & primò quo ad numerum, nam quod hic dicitur non ſeruatur. Secundo quo ad terras demaniales, & quo ad id quod hic ſtatuitur ne ſit ſubditus alicui Epiſcopo, vel perſonæ eccleſiaſticæ, quia hæc omnia receſſerunt ab aula quidquid dicat Afflict. num. 16. quod delinqueret Locumtenens Prothonotarij ſi hunc ſubditum crearet, ſed in quantum hic traditur circa notariorum creationem, diximus ſupra in rubr. hoc ſoli Prothonotario eiuſque Locumtenenti eſſe permiſſum in hoc Regno, & quod traditur circa literas teſtimoniales eſt animaduertendum.

1 *Salerni* Afflict. hic annotanit ciuitatem Salerni in parlamentis præcedere debere ciuitatem Capuæ ex ordine ſcripturæ, † primo. n. nominatus præſumitur magis dilectus hoc eſt. 2

Si eſſet de demanio, quod hodie practicari poſſet cum fuerit in Regis dominium ciuibus ſe redimentibus redacta, cui rei addunt Salernitani ciuitatē illam fuiſſe titulum primogeniti Regis, nam Carolus Secundus Andegauenſis huius Regni Regis filius Salerni Princeps fuit. confirmant, & tertio quia ciuitas illa fuit decorata tam legalis diſciplinæ, quàm Philoſophiæ, ac medicinæ ſtudio, atque medicorum, & philoſophorum celeberrimo collegio, cuius Prior facultate Regia Philoſophiæ, ac Medicinæ doctoratus inſigna confert, prout facit in hac vrbe magnus Cancellarius: Præterquā quod in illius ciuitatis magnifico extructo templo venerentur Sacræ Apoſtoli, & Euāgeliſtæ Matthæi glorioſiſſimi, ac ēt plurimorū martirū reliquiæ in ſacello ſub altari maiori, quod nunc Regis noſtri

Digitized by Google

noſtri monificentia ex pretioſis lapidibus marmorieſque columnis in pulchriorem redigi formam curauit Excellentiſſimus D. Ferdinandus à Caſtro Lemenſium Comes.

Sed à nobis. † Pertinet igitur(vt diximus)ad ſolum Regem notariorum creatio, vt hic expreſsè traditur, quod idem l.3. tit.19.par.3.ſanctum eſt vbi Gregor.Lopez,& Andr.Iſern.in cap.1.quæ ſint regal. verb. ad iuſtitiam expediendam Didac. Perez ad l.2.tit.5.lib.2.ordin. verb. quæramus etiam, & Lucas de Penna ad l 1.C.de tabul.lib.10 num.2. niſi conſuetudine, quæ tempus immemoriale requirit, aut priuilegio eſſet permiſſum.quod primum poſt Inno.In cap. cum P, tabellio. de fide inſtrum.tradit Gregor.Lopez ad d.l.3 ver. *Otorgaſſe*, & ſecundum idem Gregor. ibi ver. *ſeñaladamente*, circa quod animaduerte, quod† notarius creatus à Rege non adiecto loco, vbique poteſt conficere inſtrum. vt tradit Rebuff.ad conſtit.Franciæ tit.de literarum oblig.art.2.glo.vnica,nu.53.

Literis

Literis teſtimonialibus. Hoc etiam hodie ſeruatur.

Loci conſuetudinibus, hic dicitur Notarium debere ſcire conſuetudines loci illius in quo eſt notarius, quod tamen hodie non eſt in vſu reſpectu aliarum terrarum regni, ſed tantum reſpectu huius fideliſſimæ Ciuitatis, & ego addo quod deberet ſcire † leges ſecundum gloſ.in l.generali,C.de tabul. lib. 10. illas ſaltim quæ pertinent ad officium notarij ſecundum Bart.in l.contractus, C. de fide inſtrum.quod me docuit Gregor.Lopez ad l.2.tit.19. par. 3. ver. *del arte dela eſcriuania*, hodie tantum interrogantur. qui ſe notarij creari deſiderant ſi aliquod inſtrumentum,vel teſtamentũ ſtipulari ſciunt, & in quantum Afflict. hic dicit, quod debent ſcire benè ſcribere, traditur in dicta l. 2. partitarum, dic hoc eſſe curandum maxima attentione, cum vt plurimum peſſimè ſcribant huiuſmodi notarij, ita vt eorum inſtrumenta legi difficillimè poſſint.

Publici contractus non celebrentur niſi à Notarijs, & Iudicibus ad contractus creatis à Rege. h.d.Tapia.

PRAGMATICA II.

De contractibus.

PHILIPPVS &c.

Semo informati che in queſto Regno per molte perſone laiee ſe contrahe in coſe de laici, & profane, & fanno fare li contratti, teſtamenti,codicilli, & altri qualſiuoglia atti publici da altri che da Notari Regij creati dal Rè, ò ſuoi Illuſtri Vicerè per l'ordine, & forma ſolita,& debita: & di più fanno interuenire per Giudici à contratto li Giudici annali, li quali ſecondo intendemo ſono creati dall'Vniuerſità, & altri che non tengono ſimile poteſtà de crearli, douendo interuenirci li Giudici Regij à contratto: Et perche da queſto oltra gli inconuenienti, & diſordini che facilmente ſuccedono, & ponno ſuccedere in danno delli contrahenti, nè viene preiudicio all'auttorità, & preeminentia della prefata Maeſtà. Volendo ſopra ciò prouedere per quello conuiene al Regio ſeruitio, ci è parſo con voto, & parere del Regio Collaterale Conſeglio appreſſo di noi aſſiſtente fare il preſente Bando, per il quale prohibemo che in modo alcuno neſſuno ardiſca interuenire come publico Notaro, ò Giudice à contratto nella celebratione de tutti contratti, teſtamenti,codicilli, & altri qualſiuoglia atti publici, che non ſia creato, nella forma ſolita,& debita da Sua Maeſtà Catholica, ò da ſuoi Illuſtri Vicerè, ſotto pena d'eſſere punito de falſo, & annullatione delli contratti, che faranno, & pretendendoſi per alcuno ragione in contrario, debbia comparere auante il Magnifico,& circonſpetto Gio.Andrea de Curtis Preſidente del Sacro Conſeglio,& Viceprotonotario del preſente Regno à proponere ſue ragioni, ilquale di quelle informato, nè farà relatione à noi in Collaterale Conſeglio,à fine che poſſiamo prouedere à quello che conuiene,& tutti quelli che pretenderanno alcuna ragione in contrario, vtſupra, non ottenendo prouiſione alcuna in loro fauore fra termine di quaranta giorni, dal dì della publicatione del preſente Bando, vole- volemo, & ordiniamo, che non li ſia precluſa la via di potere allegare loro pretendentie, ma volemo, & comandiamo, che paſſato il termine predetto, debbiano ſotto le pene predette, fin che altramente inteſe le loro pretendentie ſi ſia prouiſto,oſſeruare inuiolabilmente il preſente noſtro Bando, ordinando,& comandando à tutti, & ſingoli officiali, & tribunali, maggiori, & minori, che debbiano eſſequire per le dette pene contra qualſiuoglia, che contrauenerà nel modo predetto,ſenza eccettione de perſona alcuna. Eccettuando dal preſente bando li Giudici che ſono creati, & ſi crearanno, per le Baglive di Coſenza, per la città di Capra, & Donna Capra, & dalla città di Leccie, le quali oltre per conuentione, & oſſeruantia ſolita, pagano all'officio di gran Protonotario,& Viceprotonotario certa quantità per potere creare li Giudici à contratto annali,alle quali ſi riſerua detta ragione, pagando il ſolito, & conſueto pagamento per tale effetto.

Dat.Neap.die vltimo menſis Octobris 1571.

Ant.Card. de Granuela.

V.Reuerterius Regens. V.Salernitanus Regens.
Lobera pro Secret. In Bandorum 1.fol.32.

Ex Cap.Neap. lo anno 1496. Cap.43.

REX FEDERICVS.

Item ſupplicano,che ex nunc in antea li notari che ſe crearanno per V. M. in lo preſente Regno, & in detta città de Napoli, ſe habbiano eligere iuſta la forma delle conſtitutioni, & capitoli del Regno, & non altramente per lo bene publico del detto Regno, & Città di Napoli.Pl.Rc.Ma.

Ex dictis Cap. Neapol. in anno 1503. Cap.55.

REX FERDINANDVS.

Item ſupplicano che tutti notarij, & Iudici ad contratto creati, & fatti in detta città per li predeceſſori Rè, ſiano confirmati loro priuilegij, & conceſſi. Li contratti, & cautele publiche fatte per loro, habbiano quella forza, & vigore aut-

 tori-

torità, & firmità, come foſſero fatti in nome di dette Catthólice Maeſtà, & per eſſe Catthólice Maieſtate in iuditio, vel extra, della quale approbatione, & confirmatione, ſolo la ſignatura del preſente capitulo ſia ſufficiente cautela ad eſſi notarij, Iudici, & alle parti à chi foſſe intereſſe, & ſpettaſſe. Pla-

Placet prædicto Domino Locumtenenti generali quo ad contractus celebratos, quo ad poteſtatem contrahendi de cœtero Iudices, & notarij creati per Reges Francorum accipiant priuilegia ab illuſt. Domino Locumtenente ſinè ſolutione ſigilli, nè grauentur duplicata ſolutione.

Notarij ſingulis diebus exceptis hic deſcriptis ſui copiam faciāt, certumque ſalarium taſſatur. h.d. Tapia.

IMPERATOR FEDERICVS.

Baiulos, a * & omnes Iudices, ac actorum notarios, à mane vſque ad veſperas, præter neceſſarias horas comeſtionis, b & ſomni ſui copiam omnib. præſtare præcipimus, officij ſui partes petentibus omnibus præbituros. Exceptis diebus Natiuitatis Domini, * Paſcalibus, 1 atque Domiuicis, ac Beatæ Virginis, & Apoſtolorum feſtiuitatibus dedicatis: in quibus & Iudices alij, qui annales erunt, ſe de audiendis, & decidēdis quæſtionibus nullatenus intromittāt: Sed de contractibus, & inſtrumentis conficiendis per notarios, prout eſt iuris, & moris. Pro ſcriptionibus, * & ſubſcriptionibus ſuis, T tarenum vnum, & ſi libram auri contractus exceſſerit, alioquin dimidium recepturi.

Nota-

a *Baiulos omnes à mane vſque &c.* In Auth. de iudi. §. ſedebunt.

* ADDITIO. *An in conceſſione feudi veniat baiulatio? Dic quòd non, niſi expreſſo concedatur: nam baiulatio antiquitus dicebatur gabella bilancionis, vt per Andr. in cap. 1. in fi. quibus mod. feud. amitt. ergo de regalibus. c. 1. ver. vectigalia, & ibi Andr. quæ ſint regal. Item habet iuriſdictionem, vt in hac conſtitutione, & aliis. & iuriſdictiones ſunt de iure publico, id eſt Regis patrimonio, vt declarat Andr. in cap. 1. §. Valuaſſores. ibi, de publico. de his, qui feu. da. poſſ. vnde non poſſunt haberi, niſi à Rege, vt dixit Azo in Summa, C. de iuriſdict. omn. iud. & Bald. in l. priuatorum. C. eodem titul.* Fab. Iordanus.

b *Et ſomni.* Quieſcere namque debent tempore meridiano, vt ff. de oper. liber. l. medicus, & l. cum patronus in fine.

c *Natiuitatis Domini.* Sed tota die videmus, quòd poſt diem ſecundum, vel tertium Natiuitatis iudicatur. Vnde non videtur, quòd obſeruentur ſeptem dies feriati ante, & poſt, quod verum eſt, licet ſecus in Paſchate, vt not. ff. de fer. l. pridie. & idem dicit Lombar. vt d. l. de ferijs. quod & hæc conſtitutio ſentit. Item de iure Longobar. tempore meſſium † & vindemiarum non ſunt feriæ: ſed ius debet reddi, ſicut alijs temporibus, vt in Longobar. de fer. l. 2. quod hæc conſtitutio ſentit poſtquam non excipit hoc tempus meſſium, & vindemiarum, & ita ſeruatur in Regno. Sed in Magna Curia, benè vidi ſeruari feſta Paſchalia, ſcilicet 7. diebus ante, & 7 poſt.

ADDITIO. *Adde cap. fi. & ibi Doctor. de feriis, & in clem. 1. & ſi dominum, de reliq. & venera. Sanct.* Superant.

† ADDITIO. *Secundum hoc, cum ſint illæ feriæ abolitæ, ſi indicantur in aliqua Curia Regni, crederem quòd eſſent repentinæ, & non ſolennes, ideo ſi datus eſſet alicui parti terminus ad probandum, & eo termine pendente tales feriæ indicerentur tunc dicerem, debere fieri reſtitutionem eorum dierum, quibus feriæ durauerunt vt ff. ex quibus cau. maio. l. ſi per prætorem §. ſi feriæ. & ita ſeruatur de facto.* De Bottis.

* ADDITIO. *De iure canonico idem obſeruatur in qualibet feſtiuitate, quæ celebratur à clero, & populo, vt extra de feri. cap. conqueſtus. Sed an iſtis diebus licitum ſit gratis operas præſtare? & poſt longam diſputationem Luc. in l. vnica, C. ne ope. de collat. lib. 10. tenet quòd non.* De Bottis.

1 ADDITIO. Paſcalibus. *Adde quod feſtum Paſcha Reſurrectionis eſt maius, quam feſtum Natiuitatis Domini, quia naſci eſt naturale in omnibus, ſed reſurgere eſt miraculum diuinum, ſecundum Paul. de Caſtro in l. omnes, in quarto not. C. de feriis. Et de feſto Paſchæ, vide plenè per tex. & glo. & Archid. in cap. celebritate. de conſecr. diſt. 4.* Superant.

* ADDITIO. *An habeat locum in teſtamentis, vide Lucam de Penna in l. mediterraneæ. C. de anno & tribu lib. 10. & in l. curn. C. de omni agro deſer. lib. 11. vbi tenet, quod cartula reperta penes notarium, non tamen poſita in protocollo, non poteſt reaſſumi.* Iacob. Anellus de Bottis.

* AD-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

Baiulos omnes. *Apoſtolorum feſtiuitatibus.* Iure canonico in hoc ſtamus in ferijs, ſcilicet, inductis in honorē Dei, quoniam his partes renunciare non poſſunt, ff. de ferijs, l. 1. in glo. Statuitur idem eſſe in omnibus feſtiuitatibus, quas populus illius terræ, vbi ius redditur, ſolennizat. extra de ferijs. c. fi.

Et Iudices alij. Secundum dictum: & limitat quantitatem Iudici, & notario, pro ſcriptura inſtrumenti, & eſt multum vtilis propter proteruos, & pertinaces. Sic limitauit trigeſimas, ſupra eod. cum circa. & l. cum iuxta. Sic & ſportulas, C. de agen. in re. l. fina lib. 12.

Huic

Huic conſtitutioni. Tertium dictum: limitat tempus, & intellige ſi requiratur notarius, & Iudex, & debet infra ipſum tempus. Officium notariatus debet eſſe ſine diſpendio. arg. l. ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemad. teſtam. aper. ¶ De expenſis dicitur in glo. ff. ex quib. cau. in poſ ea. l. 2. quod autem requirere debet is, cuius intereſt, facit ff. quo. leg. l. 2. §. 1. ſed ſi ſine requiſitione conficiant, tenentur partes ea recolligere, vt ſequitur in ver. proximo.

Neceſſitate. Quartum dictum: vrget rogantes fieri inſtrumenta ad ſoluendum ſalarium pro ſubſcriptione, nec non prohi-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Haec conſtit. hodie ſeruatur, nam in ſuis Curijs notarij tā de mane, quàm de veſperi ſe exhibent omnibus ipſorum

rum neceſſitatum habentibus, ad quod facit, quod traditur, † quod notarij ſunt ſerui publici, quod poſt alios tradidit Di-

dac.

* ADDITIO. *Salarium notario à quo debet ſolui. vide in conſuet. Pariſ §.13. in gloſ. 9. in princ. & ibi quid in ſalario proxeneta.* De Bottis.

a *Compellantur.* Eſt etiam de iure Roma, in eo ſcilicet caſu, quando ammittitur inſtrumentum, ſcilicet debiti, quod compellatur debitor de nouo promittere. Vel ſi extat imbrenia tura, iterum fit inſtrumentum, vt ff. de admin.tut.chirographis, 1. reſpon. in gl. 1. ad promiſſionem nouã, &c. accedit. C. de diſcu.lib.10.l ne caſu.

b *Quæ ſi fortè defuerint.* Quia citatæ partes ad Curiam venire contemnunt: & optimè concord. hoc cum l. ff. de iuriſdict. omn.iudic.l.ſi ego. §. 1. in fi §.

* ADDITIONES. *Notarius, qui fuit rogatus, ſi eſt abſens, & rebellis, an poſſit eius rogitus per alterum notarium reaſſumi. vide Aſflict.deciſ 6. & vide caſum, in quo poteſt reaſſumi, licet notarius, Iudex, & omnes teſtes ſint mortui, Afflict.deciſ.48. vide glo.in ver. non minus. §. 1. in Auth. de inſtrum. caut. & fide. vbi dicit, quòd tres teſtes ſunt neceſſarii, quando inſtrumentum excedit libram auri. Et quid in inſtrumento dotali, vide Capic.deciſ.29.in fi. Et multa de reaſſumptione inſtrumenti per alium notarium, vide per Boer. deciſ.36. 37. & Grammat. deciſ penul, vbi quid ſi non reperitur in protocollo.* Marcus Antonius Pulueriſius.

¶ *Quid ſi inſtrumentum dicatur falſum, an interea reaſſumi poſſit in publicam formam, ſi teſtes reperiantur infirmi. vide Afflict. deciſ.165. & quid ſi profertur copia à protocollo, an probet, ſi notarius & teſtes mortui ſunt, in deciſ.178.in 6. dub. & quid in abbreuiatura notarij, ſi inſtrumentum non eſt in protocollo deſcriptum. vide Dec. conſi.447. Et quid partes poſſint cogi ad reficiendum inſtrumenta, ſi ſunt mortui notarius & teſtes, vide declaratum in regiſtro Roberti penes Barrattucium 1. par.c.139 & 177.* Fabius Iordanus.

1 ADDITIO. Qui interfuerint duorum. *Adde cap.nouit.de iud. cap.licet, & cap.in omni negotio, de teſtibus, cap. cum eſſet, & cap. relatum.il primo, de teſt ord gin aliter Deut.9. Mat. 18. & 2. ad Corint.13.* Sup.

c *Schedam eandem recipi.* Et in hoc caſu quando aliquis alius notarius ſchedam notarij præmortui recipit, ſicut hæc conſtitutio dicit: debet recipere ipſam ſchedam, & in publicam formam redigere cum authoritate ordinarij Iudicis, qui ſuam au-

Notarii tenentur infra hebdomadam inſtrumenta reaſſumere, hoc dicit Tapia.

§. Huic conſtitutioni ſalubriter prouidimus inſerendũ, vt Iudices, atque notarij infra hebdomadam, à die, quo fuerint de ſcribẽdo rogati, inſtrumenta ſcribere, & ſubſcribere teneantur: neceſſitate rogantibus imponenda, ſtatutũ pro ſcribendis, & ſubſcribendis à Curia noſtra ſalarium * exhibere: ac pœna dupli ſalarij cõſtituti partibus, ſi priuſquàm fuerint inſtrumenta conſcripta, de non ſcribendis eiſdem ſub atteſtatione ſolenni renũtiationem emiſerint. Et iudicibus, atque notarijs imminente, ſi infra terminum præſtitutum, notarij ſiue Iudices, inſtrumenta non fecerint: Vel facta per eos non recollegerint, qui rogarunt. Cæterum ſi caſu contigerit Iudicem, ſiue notarium prius in fata decedere, quàm inſtrumenta ſint, prout ad eorum quemlibet pertinet, conſummata, decernimus vt ſi quidem partes ſuperſint, vel ipſarum hæredes, quarum rogatu cõtractus iterũ valeant celebrare, per cõpetentis coercitionis modos, indictiones mulctarum, videlicet, aut pignorũ captiones, ad reficiendos contractus per Baiulorum officium a compellantur. b Quæ partes ſi fortè defuerint, ſi quidẽ notarius, * qui geſta cõſcripſerit integræ vitæ, famæ, & opinionis extiterit: & manus eius, qui ſchedã conſcripſerit, nota ſit alijs iudicibus atq; notarijs ciuitatis & loci: placet idoneorũ teſtium, qui interfuerint, 1 duorum ad minus iurata teſtificatione recepta, per alium eiuſdem loci notarium c ſchedam ean-

ANDRAS DE ISERNIA.

prohibet, & punit illos, qui vetant, & prohibent eum ſolenni atteſtatione, id eſt, publici, non clam, Iudicem & notarium, vt non conficiant inſtrumenta, de quibus conficiendis ſemel rogati fuerunt. quod eſt multum notabile, quia in aliquibus partibus videmus ſeruari vocari prohibentem, & prohibitum. Et ſi non allegat prohibens iuſtam cauſam, mandat ius reddens notario, vt non ſeruet prohibitionem. Et ſic etiam debet intelligi dictum iſtud, quia ſi iuſtam haberet cauſam prohibendi, omnis iuſta prohibitio ſua nititur æquitate. ff.de vaca.mu. l. 1. generale dictum non excludit iuſtitiam proponentis. Sed ſi iuſtam cauſam non habet prohibitio non tenet. Facit pro hoc. C.de deſen.ciui l.iubemus.ff. de fideiuſſ. l. fideiuſſor. Item ſtatuit pœnam notario, & Iudici ſeruantibus prohibitionem iniuſtam. pro quo eſt d.l.iubemus. Iure Rom. non ſtatuitur in hoc certa pæna. & idem eſt pro motu Iudicis, ff.de pæn.l.ſanctio. hic vero ſtatuitur certa pæna. Sed nonne tenentur ad factum, ſcilicet, ad conficiendum inſtrumenta? ergo debent teneri ad Intereſſe tantum, ff. de re iud. l. ſi quia ab alio. in fi. dic quòd hic tenetur ad faciendum, ſeu ad factum per l. quæ hoc præcipit ſub pæna, tamen præciſè tenetur, & cogitur. ff.de mune.& hono.l.ſi quis magiſtratus. ne leges fiant ludibrio. quod eſſe non debet, ff.de iudi. l. ſi prætor. §.Marcellus.C.de bo.quæ lib.l.fin.§ ne autem. de quo eſt de adminiſtr.tuto.l.1.in princ.inſtit.de ſatid. tut. §. fin. Vbi verò tenetur ad faciendum ex contractu, tunc habet locum. l. ſi quis ab alio, & ff.de actio.empt.l.1. in princ. Item nota quòd ſuperiores, vt Magna Curia, & Iuſtitiarij mandant notarijs, vt conficiant inſtrumenta, & eis imponunt pænam, vt d.l.iubemus. nam poſſum adire ſuperiorem, & tarditatem Iudicis, & notarij in querelam deducere. C.de temp. appell.l.fi.circa fin. Sed de pæna, cum ſit hic certa ſtatuta: certa debemus eſſe contenti. ff.de verbor.oblig.l.ſi diuortio. Niſi dicas, quod hoc debetur, quia contempſit legem illam, quia contempſit ſuperiorem Iudicem, quod grauius eſt. ff.de arbit.l. Celſus. & de iuriſdictio.omnium iud.l.ſi familia. videntur duo delicta, vt ff.de priua. delict. l. nunquam. ¶Sed quid ſi notarius non facit ſchedam, ſeu abbreuiaturam de contractu vnde rogatur, nunquid punitur. & an teneatur parti proinde ad intereſſe, ſortè ſtetit tabellio per magnum tempus, & oblitus eſt, ita quod non poteſt probari contractus? Dic quòd ſi fuerit in dolo tenetur. C.de magi.conuen.l.fina.in fi. ſi in negligentia, ſimiliter imputetur ei per prædictam legem, quia eſt de officio

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

dæc. Perez ad l.2.tit.5.lib.2.ordinat.|& Luc de Pen. in rub. de Tabul. ex eo q tenentur confic. re inſtra, vt tradit Afflict. hic. *Tare-*

T *Tarentum vnum.* De ſalario dicemus infra in Pragmatica quarta.

Hoc

eandem recipi: & inſtrumentum, prout eſt iuris,& moris, ab ipſo conſcribi. * A Iudice, qui contractui, ſiue negotio ſe interfuiſſe fatebitur ſubſcribendum,vel ab alio Iudice ciuitatis eiuſdem, ſi fortè prius exticerit humana ſorte ſublatus,qui tamen rei agendæ non ſe interfuiſſe deſcribet: ſed qualiter inter acta præmortuorum Iudicum, atque notariorum, teſtium depoſitionibus roborata: deſcripti negotij ſeriem

ſeriem recepiſſe teſtetur. Cæterum, ad hoc vt ipſi Baiuli cum perſonis ſibi per noſtram Curiam deputatis in diſpendium rei familiaris ſuis laborare diſpendijs non cogantur, per ſpeciales, & ſacros noſtræ manſuetudinis apices, prout ſtatutus quilibet pro tempore fuerit, ſtatuemuS eiſdem in expenſis annalibus, & ſufficientibus prouideri.

authoritatem præſtabit in his, ad petitionem eorum, quorum ſunt inſtrumenta, vt extra de fide Inſtrum. cap.pen.& ex hac conſtitut. bene colligi poteſt.

* ADDITIO. *Sed quid ſi Iudex dicit, inſtrumentum aliter fuiſſe factum quàm teſtes & notarius aſſerunt, an cogatur ſe ſubſcribere. dic quòd non. ita Luc. de Pen. in l. quicunque, 1. col. cum ſeq. C. de tab. lib.* 10. De Bot.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

eio ſuo conficere ſchedas, vt in Auth. de tabellio. §. 1. negligens punitur,vt C.de offic.præſidis.l.ſi quos.dum tamen pars requiſiuerit,quia ſi fuerit negligens, tunc paria delicta mutua compenſatione tolluntur.ff.ſol. matr. l. viro. & ſupra in ſuperioribus dictum eſt, ſcilicet, de confectione inſtrumenti. ſed ſchedam ſine requiſitione debet conficere notarius,& notare in protocollo, in Auth.de tabellio.§.ſi.

Cæterùm. Quintum dictum: & eſt multum vtile, & nouum & rationabile.concor.extra de fide inſtrum.cap.penult. Vltimò repetit de expenſis Baiulorum, quod pluries dictum eſt ſupra.

ADDITIO. *Vide ad hanc conſtitutionem Pragmaticam quæ incipit,tandem conſtitutionem.* Cæſar.

B*aiulos omnes*. An Iudices, ſi velint ſedere, vel ſtare de nocte, poſſint? dicit Iac.But.quòd ſic in l. non minorê, C.de tranſact. & ita dicit ipſe de facto ſeruari, & vidi ferri ſententiam in media nocte. Lucas de Penna.

In ver. Tarenum. Sed an dictum pretium prout hic diſtinguitur, ambo recipient à petente inſtrumentum, vel quilibet eorum tantundem? Reſpondeo vnuſquiſque eorum tantundem recipient. argumentum bonum ff.de leg. 2. l. Titio, aut Seio. Sic cum lex dicit dictis Iudicibus dandos duos aureos, ex vtraque parte in conſtitutione,& in fi. litis, dandi ſunt ipſi aurei per quamlibet partem duo, ſicut notat ordinar. glo. in corpore de Iudicibus. §.ne autem.colla.6.in glo. ſed nunquid quilibet duos dabit,&c. Bartho.de Cap.

Ibi, in ver.fecerint. Sed quid ſi elapſo, & ſic completo hoc offic. prout dicit conſtitut.occupatis, ad finem. infra, de numero offic. & infra, quòd tempus eorum admin. duraret, inſtrumentorum non ſit cumpletum, an poſſit inſtrumentum compleri per ipſum Iudicem, vel per alium? dic, vt not. extraordin. C. de falſis. l. ſi quis decurio. & vide quod not. per Innoc.extra de fide inſtrum. cap. 1. & ibi vide. Franciſcus de Teleſia.

In glo. in verbo, compellantur. Sed quid de notario, nunquid compellatur iterum conficere ex protocollo, vt ſi fuerit amiſſum? dic quòd ſic, vt not.C.de diſcuſ. l. 1. & ibi glo. & C.de defen.ciui.l. iubemus. Franciſcus de Teleſia dicit idem, ſi eſſet inueteratum, vt not.in Auth.de hæred. & Falc.in prin. Barth.Vinciguer de Cap.

In ver. ſchedam. Supple & protocollum, imbreuiaturam, vel aliam quamcunque ſcripturam, dummodo nota ſit manus prædicti notarij alijs Iudicibus, atque notarijs, vt ſupra ponitur. Quia qualitercunque non eſt perfectè conſummatum vt decet,reficit per vias prædictas,& ſubſcriptas,vt ſupra not.§.Cæterum ſi caſu.&c. Franc.de Teleſia.

Iſta conſtitutio dat formam releuationis protocolli,& protocollum dicitur à *πρῶτος* græcè, quod eſt primus latinè, quaſi prima negotij collatio in ſcriptis, ſeu quaſi in eo primò confertur negotium per ſcripturam, vt in proœ.Digeſtorum. §.diſcipuli.

In textu conſtitutionis. ibi, cæterum ſi caſu contigerit. Iſtud verbum intellige,vbi notarius mortuus fuiſſet in hebdomada poſt rogationem,in qua publicare debeat notorios, & rogatum reducere in formam publicam, vt ante ipſum verſ. Cæterùm.

Prima conſtitutio vult, & mandat, vt ex ipſius inſpectione apparet, aliàs ſi negligentia partis tempore ſupradicto non fuerit facta publicatio, dicerem imputandum parti, per ea quæ not.glo.in conſtitutione, Inſtrumentorum robur. in glo. in verbo, ſubſcribat. & in ſimili tex.in l.contractus, C. de fide inſtrumen. & nec ceſſare deberet dictus verſ. Cæterùm. Cogita, quia quotidianum eſt in practica. Et pro prædictis vide cap.Reg. Carolus Camerario, & Iudicis ciuitatis Theatinæ. Et quia per dictam conſtitutionem datur forma releuationis, de iure tamen communi eſt, quod ſi reperiatur imbreuiatura, quòd contractus notarij publici benè cuſtoditi fidem facit, & exinde poteſt ſumi publicum inſtrumentum, cap. penult. de fide inſtrumentorum.notat Goffred. de præſcriptionibus. ad audientiam.Innoc.de procuratoribus.c.1.facit in Authen.de defenſoribus ciuitat.§.præcepta. & poſt prædictum. & notatur ff.de adminiſtrat.tutor.l. chirographis. in principio. & ſi fuerunt publicata, & negligentia, vel vetuſtate conſumpta, debent renouari,vt in Authen.de hæred. & Falcidia. §. ſed quando. vbi notatur. Sed in Regno Protocollum non facit probationem, nec ſemiplenam, per textum, qui dicit nulla, in conſtitutione, conſuetudinem. in tit. de inſtrumentis conficiendis. Sed tex. dictæ conſtitutionis loquitur in publico inſtrumento conficiendo,non in protocollis, vt ex ipſius inſpectione apparet in rubro, & nigro. Ioan.And.in addit.Spec.in tit.de inſtrum edi.§.videndum.circa primum tenet,quòd protocollum non facit fidem. Sed ipſe idem in d.tit.§.inſtrumentum. circa finem,tenet quòd benè faciat fidem, vt authoritate ordinarij Iudicis publicetur, & extendatur per alium notarium,vt ibi per eum. Nec obſtat, quod dicit Innoc. in c. 1. de procuratoribus,quia loquitur de regiſtris Curiæ Apoſtolicæ, & Regiæ, & non de protocollis notariorum. Et ſi diceretur: quare in multis partibus protocolla faciunt fidem? Reſponde, quòd ibi protocolla habent ſigna, ſubſcriptiones notariorum, & omnia alia ſubſtantialia, quæ requiruntur ex iuris diſpoſitione in ſubſcriptione publici inſtrumenti, iuxta notata per Specul.in tit.de fide inſtrum in princ.& ſic faciunt non immeritò fidem, vt publica inſtrumenta. Nec ibi de conſuetudine ſubſcriptio Iudicis,& teſtium requiritur. Et multum in hoc attenditur conſuetudo, vt per Ioan.Andr.in d.§.inſtrumentum.in fine. Sed ſecus eſt in protocollis, quæ non habent ſub-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Hoc hodie ſic punctualiter non ſeruatur, deberet tamen ſeruari, & ſic tollerentur diſpendia litigantium, & occaſiones, & falſitates conficiendi, benè tamen eſt verum quod tenentur in ſuis protocollis inſtrumenta deſcribere;

ANDRAEAS DE ISERNIA.

ſubſcriptiones, & ſigna notarij, & teſtium, & aliorum, quæ requiruntur per dictam conſtitutionem Baiulos, & conſuetudinem. Propter quæ ſingula protocolla Regni poſſunt dici imperfecta, & fidem non facientia, vt per Ioan. Andr. in dicto §. videndum. Benè authoritate ordinarij Iudicis credeſem per alium notarium publicanda, vt per Ioan. Andr. in d. §. inſtrumentum, in fine. & facit dictum c. Reg. Carolus, &c.

Quando autem ordinarij Iudicis authoritate, publicatur, Ioan. Andraeas in cap. penult. de fide inſtrum. ponit formam, & dicit, quòd vocatis qui tanguntur, vel in eorum contumacia, ſubſcribat ſic tabellio: Supradictum inſtrumentum de verbo ad verbum ſubſcripſit de notis talis notarij mortui. & ipſum manu propria, quam benè noui, ſcripſerat: & hoc de mandato talis Iudicis: quo ad ſubſtantiam nullo detracto, addito, vel diminuto, vel tranſportato, in publicam formam redegi, & meum ſignum appoſui: & hoc de iure communi. Sed in hoc Regno in foro laicorum, ad releuationem protocolorum attendas, & ſerues conſtitutionem, Baiulos. & not. ibi, & adde ſupra alleg. c. Carolus, &c. Pet. de Monteforte.

In tex. tarenum vnum. Sed an dictum pretium ambo recipient à petente inſtrumentum, vel quilibet eorum tantundē? Reſponde, vnuſquiſque eorum tantundem recipit, ar. ff. de leg. 1. l. ſi quis Titio. & Seio. in Auth. de iud. §. nunc autem. in glo. in c. ſed nunquid. Barth. de Cap.

In tex. neceſſitate. Quòd ſi notarius non facit ſchedam, ſiuè abbreuiaturam de contractu, de quo rogatur, an teneatur parti ad intereſſe, & ſit puniendus? dic, quòd ſic, ſi dolo id omittat. arg. C. de mag. conueni. l. fi. in fi. Idem ſi negligentia, quia ex ſuo officio tenetur conficere ſchedam, & protocollum, vt in Auth. de tabellio. §. ſi. C. de off. præf. præt. l. ſi quos, & ext. de fide inſtrum. c. pen. Barth. de Capua.

In tex. per Baiulorum officium compellantur. Sed pone, pars deceſſit relicto hærede pupillo, citatur pupillus coram Baiulo ad reficiendum contractum, iuxta formam huius conſtitutionis, nunquid poſſit forum declinare? Dominus Bartholomæus de Capua determinauit in conſil. quòd non, illa ratione, quia refectio horum inſtrumentorum, ſpectat principaliter ad Baiulos, per hanc conſtit. & ſi non debet fieri coram alio Iudice, ex eo, quod natura cauſæ hoc non patitur: & ad hoc allegat auth. clericus. C. de epiſc. & cler. Sed durum videtur priuilegium pupillo auferre, nam ſequeretur aliud abſurdum, quod in omnibus alijs cauſis, quarum cognitio ſpectat ſpecialiter ad magiſtrū Iuſtitiarium, ſeù alios Iudices, pupillus nō poſſet declinatoriam opponere, quia natura cauſæ nō patitur. In isto caſu modicum operaretur priuilegium pupilli: & ideo videtur melius prouidendum iudicio meo. Ioan. Gril.

Sed quæro, nunquid hæc conſtitutio habet locum in teſtamentis? Videtur quòd ſic, per ea quæ notantur in conſtit. inſtrumentorum robur. in glo. dicunt quidam. In contrarium facit, quia in teſtamentis, requiritur maior ſolennitas, quàm in contractibus, vt l. hac conſultiſſima. Cum ergo loquatur conſtitutio in contractibus non extendetur ad teſtamenta: quia verba contraxerunt, & geſſerunt, non pertinent ad teſtandi ius. ff. de verb. ſign. l. verba contraxerunt.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

facere, vt traditur in Pragm. ſequent. quæ eſt tertia, ſub tit. de Notar.

Reliquam huius conſtit. partem ſituandam duximus in tit. de fide inſtrum. vbi egimus de reaſſump. inſtrum.

Notarij infra dies octo à die, quo ſunt rogati inſtrumenta conficere, illa in protocollis deſcribant, aliumque librum conficiant de trimeſtre in trimeſtre, quem archiuario conſignent, cui permittitur certis caſibus tantum copiam dare. h. d. Tapia.

PRAGMATICA III.

De Notarijs.

PHILIPPVS II.

COnſtitutionem diui Federici, diſponentem, quod notarij, & Iudices infra hebdomadam à die rogationis ſcribere, & ſubſcribere inſtrumenta debeant, quam in deſuetudinem veniſſe nobis relatum eſt, tanquam vtilem, & neceſſariam renouantes, & declarantes, ſtatuimus quod omnes, & ſinguli notarij infra octo dies à die quo fuerint de aliquo actu rogati, debeant inſtrumenta, & rogationes in libris, vt ſupra ſcriptis ordinatè. & clarè, apparenterque ſcribere, & non per ſigna, nihil de ſubſtantialibus in dictis inſtrumentis ommittendo, cum clauſulis principaliter neceſſarijs, & opportunis, &c. Debeantque inſtrumenta per eos ſcripta infra ſupra dictos dies ſcribere in dicto libro, & curare quod Iudex in dicto libro ſubſcribatur, pro quibus ſcriptionibus, & ſubſcriptionibus tempore rogationis antequam ad rogationem procedant, faciant ſibi ſolui pro locationibus, mandatis, & alijs rebus minimis tarenum medium, pro maioribus vſque ad decem vncias tarenum vnum cum dimidio, pro qua mercede teneatur quilibet notarius T de trimeſtre in trimeſtrem facere alium librum per alios numeratum, & ſignatum vt ſupra, cum præmiſſione eiuſdem tituli, & ſigni, eo ſolum mutato, quod, vbi deſcribitur liber totius anni, dicat liber primi trimeſtris talis anni, & in dicto libro deſcribere teneatur ſimiles rogationes, quas in libro ſuo originali deſcripſerat, & in eodem libro ſingulas rogationes ſubſcribat, & per Iudicem ſubſcribi curet. Ita quod in omnibus reperiantur concordare cum rogationibus ſubſcriptis nelli loro originali, quem ſecundum librum vltima die cuiuſlibet ſemeſtris, debeant in Ciuitate Neap. in Archiuo publico coram Præpoſito conſignare conſeruatori Archiuij, conſeruandum ad perpetuam rei memoriam, debeatque Præpoſitus ipſe in Libro matriculæ ſcribere præſentationem dicti libri dicto Conſeruatori factā, & diem ipſius præſentationis, & aſſignationis: Nec valeat ipſe Conſeruator dare alicui copiam rogationum in dictis libris ſibi præſentatis contentarum, niſi quando rogationes ipſius notarij quacunque ex cauſa haberi non poſſint, quia fortè deperditæ, vel combuſtæ, vel ex aliqua alia cauſa

cauſa iuſta, quo caſu ad dictum librum in Archiuo præſentatum, tanquam ad regiſtrum publicum, quod plenam fidem faciat, vbique recutſus haberi poſſit, ad pœnam priuationis officij, & centum vnciarum pro qulibet notario qui contrafecerit, & ſimilem pœnam dicto Conſeruatori Archiui ſi aliter de rogationibus prædictis copiam dederit, extra vero ciuitatem Neap. ſimilis obſeruantia, & conſignatio fieti debeat in locis vbi publica iura conſeruari conſueuerunt conſeruatoribus dictorum iurium publicorum.

CA-

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

D*E trimeſtre in trimeſtrem*. Hoc hodie non ſeruatur, quia hoc Archiuium nunquam fuie confectum, immo tempore Illuſtriſſimi Comitis de Lemos Regni Proregis fuit iterum tractatum de hoc Archiuio conficiendo, & quia hæc fideliſſima ciuitas varijs ex cauſis contradixit, non fuit ad actum deductum.

Officiales Regni non cogant notarios, & Iudices ad conficienda inſtrumenta, niſi in illis interfuerint, neque notarij ea conficiant, nec iudicantes illis præſtent fidem, niſi de interuentu eorum teſtentur. h.d. Tapia.

REX CAROLVS I. Cap. 56.

ITem caueant * Iuſtitiarij Secreti, & alij officiales, quòd non compellant Iudices, vel notarios ad conficienda inſtrumenta aliqua, vel apodiſſas; ſeu aliqua publica ſcripta, niſi de his, quibus interfuerint. Et ſimiliter caueant Iudices, & notarij, quod non conficiant, vel confici faciant ad petitionem officialium quorumcunque inſtrumenta aliqua, vel apodiſſas, ſeu aliqua publica ſcripta, niſi de his, quibus interfuerint, & quod Iudex non det fidem notario, niſi ipſe fuerit præſens, nec notarius Iudici, & idem intelligatur de teſtibus. Et qui contra fecerint teneantur T pœna falſi.

I*Tem caueant Iuſtitiarij*. No. quòd Iudex non debet dare fidē notario, nec econtra, & ſimiliter in teſtibus, & ſi non faciunt, falſi pœna puniuntur, ſed in ciuitate Neap. ſæpè vidi obſeruari cōtrarium. Bar de C.

* ADDITIO. Item caueant. *Vide Capic deciſ. 29. in fine.* De Bottis.

Conficiant. Quod verbum rem perfectam ſignificat, arg. l. 1. quod quiſque iur. §. hæc autem & ne quis eum, qui in ius voc. l. 1. & melius. ff de falſis. l. ſi quis legatum, in princ. & l. qui falſam. Et ſi tabellio fuerit Iudex non ſubſcribat ſe inſtrumento, quia non valeret. C. de conue. fi. deb. l. 2. & de apo. pu. l. 2. & vide bonum arg. extra de reb. eccle. non alien. c. ſi quis præsbyterum. Fortiter tamen obſtat, quod not. in 10. col. de prohib. feu. alie. per Fred. in vit. glo. Nap.

Fidem. Quæ danda non eſt in alterius præiudicium. 3. q. 9. iudicas, & not. 30. q. 4. quàm magnum, quia non ſolum reus eſt, & 11. q 3. non ſolum. Vnde calumniæ genus eſt circa communia ad credulitatē moueri, dicit Quintilia. de cauſis in cæco, in limit. ad hoc vide quod plenè ſcripſi de re. ciui. trib. in fine lib. 12. Lucas. Et ſic not. quòd Iudex non debet dare fidem notario, nec notarius Iudici, & ſic etiam teſtibus niſi præſentes fuerint.

Contra fecerint. Scilicet quòd dederint fidem de his, quibus non interfuerunt. Emanauit iſtud capitulum ad corrigendum quorundam notariorum, & Iudicum, ſeù teſtium conſuetudinem prauam, videlicet, quòd Iudex dicebat notario, ponas me pro Iudice in tali contractu, in quo non intere ro præſens, & ſic dabat fidem notario de celebratione contractus, & ſic ſe ſubſcribebat poſtea ſe interfuiſſe falſum ſcribebat, & propterea tenetur pœna falſi, & ſimiliter de teſtibus vt hic. Nicol.

ADDITIO. *In ver.* Et quòd Iudex non det fidem notario, &c. *Hoc cap. allegat & ſequitur Matth. in conſtitut. inſtrumentorum robur, in 5. q vbi ita intercedit, vide eum omnino.*

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 P*Oena falſi*. † Notarius ergo, qui fidem facit de inſtrumento, in quo non interuenit, vel vbi Iudes non interuenit, tenetur pœna falſi, ſic etiam pluribus caſibus, vt per Foller. in praxi crim. ver item, quod commiſit falſitatem nu. 58. &
2 pluribus ſequent. † hac etiam pœna punitur ſi conficiat inſtrumentum ſimulatum, vt qñ ad fraudandas collectas fuit alteri ficte facta venditio, quòd tradit Caſſan. ad conſuetud. Burgund. tit. 2. des confiſcations, §. 1. nume. 22. Ioan. Ant.
3 de Nigris hic num. 5. dicit † ad inſtrumentorum robur requiri Iudicis ſubſcriptionem iuxta conſtit. Regni inſtrum. robur, ſed extra Regnum, & de iure communi, ac in notarijs imperialibus id non requiri. Amplia eius dictum etiam in Regno Siciliæ, in quo licet vigeat eadem conſtit. inſtrum. robur, attamen inſtrumenta ſuam firmitatem habent etiam abſque Iudicis ſu' ſcriptione, in ciuitate Meſſanæ, Catinæ, & Palermi vt tradit Coſm. Nepet. in comēt. ad conſuetud. vnic tit. de confuſion. bonor. fol. 64. verſ. ſimilis eſt conſuetudo, & per Mariū. mut. ad conſuet. Panorm. cap. 67. num 44. quod fuit diſcuſſum in cauſa D. Ioannis Villedecane cum D. Mario loppulo Siculo, vt dicemus ad conſtitut. inſtrum. robur tradit inſuper idem Ioannes Ant. num. 14. † teſtes debere cognoſcere A
contrahentes, quod fuit confirmatum per Pragm. editam per Illuſtriſſimum Comitem de Lemos reſpectu actuariorum, qui in Mag. Cur. recipiunt obligationes penes acta ipſius, nam fuit ſtatutum, vt teſtes cognoſcant eum, qui ſe obligat eſſe talem, qualem ſe prædicat, Idque ad euitandum ſuppoſitiones perſonarum.

Inſtrumenta in quibus interueniunt Barones Regni non conficiantur per notarios eorum vaſſallos h.d. Tapia.

REGINA IOANNA. Cap. 289.

NOn ſine prudētis prouiſionis miniſterio ſtatuerunt decreta & Principes, ſtabilierunt leges & ſacrarum conſtitutionum codices ediderunt, quo vtique prudentium digeſto conſilio diuinitus incæperunt exordium, & catholicorum Principum ſubſequenter roborati præſidijs cuncti iuſſerunt honeſta quærere, & per limitatos ordines

dines in partes diſtinguentes officia, numerum perſonarum in ordinibus ipſis omnes ſiſtere voluerunt, & ſub earundem ſacrarum conſtitutionum viuere ſalubribus regulis, & doctrinis. Sanè igitur intra noſmetipſos aſſiduè reuoluentes ipſarum conſtitutionum effectus inter alia earum prouida inſtituta reperimus, quod primus earum conditor de ordinandis notarijs publicis curam habent, illos in certo numero ordinari ſtatuit. Et voluit quòd nullus ex eis, niſi eſſet de demanio, vel homo demanialis, notarius publicus crearetur, quaſdam conſtitutiones per Reges illuſtres progenitores noſtros recolendæ memoriæ confirmantes, earum obſeruationem indixere. Verum (ſicut ad noſtræ celſitudinis deuenit auditum) nonnulli ex noſtris progenitoribus, & nos etiam ipſarum conſtitutionum, in hac parte, Sanctioni prouidere, ſiue multis curis impliciti, & ipſarum effectus minimè recordati, plerunque contrauenientes creauerunt infra ipſorum regiminis tempora, & nos etiam creauimus multos notarios publicos, non quidem Demaniales, ſed de terris Comitum, Procerum & Baronum Regni noſtri Siciliæ oriundos, quorum aliqui, vt accepimus, coacti forſitan eorum vtiliter dominorum moleſtia, multa fecerunt hactenus inſtrumenta, & ſcripturas alias à veritatis eſſentia multipliciter deuiantes, per quos, ſeu quæ multorum iur. fuere deperdita aliquorum, & ſignanter dominorum Terrarum prædictarum, iniquæ cauſæ penitus releuatæ, ob quæ multorum coram nobis perſepè inualeſcente clamore, aures verberantur. Nos nolentes geſta per dictos genitores noſtros, & nos omnino ſuccidi: Sed volentes talium notariorum, & vtiliter dominorum eorum ineffrænatam licentiam cohibere, vt inſtrumenta illa fiant per illos ex dictis notarijs publicis, quibus nulla poſſit eſſe cauſa timoris, de certa noſtra ſcientia, præſenti ordinatione noſtra firmiter valitura, præſcribimus, volumus, edicimus & iubemus, vt ex nunc in antea omnia inſtrumenta, ſcripturæ & contractus publici, qui ſunt in formam publicam redigendi, tangentia, & tangentes quoſcunque dicti Regni Magnates, Proceres, Comites, Barones, & Terrarum dominos fiant, & fieri debeant per notarios publicos homines vtique Demaniales, & de dicto noſtro Demanio, & non per notarios publicos de Terris dictorum Magnatum, Procerum, Comitum, & Baronum ordinandos, vel in eis, aut ipſarum altera terra, ſiue alijs commorantes. Ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, de ipſa noſtra certa ſcientia, & Regiæ poteſtatis plenitudine, omnia & ſingula inſtrumenta, ſcripturas, ſcripturas, & contractus * publicos, fienda, fiendas, & fiendos, ex nunc in antea per ipſos notarios publicos non Demaniales, quæ tangere, & tangi poterunt dictos tantum Magnates, Comites, Barones, & Terrarum Dominos eſſe inania, & inanes, ac nullos, nullas, & nulla, nec vllã in iudicijs, vel extra obtinere deinceps robo ris firmitatem. Quibuſcunque literis per dictos progenitores noſtros, & nos, notarijs ip ſis conceſſis, quas quantum ad præmiſſa tollimus, efficacia vacuamus, non obſtantibus quoquomodo. Ecce namque magiſtro Iuſtitiario, & magiſtro Camerario Regni noſtri Siciliæ, eorumque Locatenentibus, ac Vicegerentibus, Iuſtitiarijs, Capitaneis, Baiulis, Iudicibus, & officialibus noſtris alijs, quacunque diſtinctione notentur, per dictum Regnum noſtrum Siciliæ conſtitutis, vel eorum Locatenẽtibus, præſentibus, & futuris damus ipſius noſtri præſentis edicti ſeriem diſtrictius in mandatis, quatenus ex nunc in antea huiuſmodi inſtrumenta, ſcripturas, & contractus publicos in iudicijs, vel extra iudicia non recipiant, audiant, vel admittant. Sed eos, eas, & ea recipere, audire, & acceptare plenius denegent, & recuſent. Alijs inſtrumentis & ſcripturis, & contractibus publicis, vel priuatis per dictos notarios publicos non demaniales fiendis, quę alias perſonas concernerint, (quatenus tñ aliàs ritè, & prouidè fient) iuxta cõtrahentium voluntates valituræ firmiter, atque in eorum robore, & efficacia permanſuræ. Et vt præſens edictũ noſtrũ in notitiam perueniat ſingulorum, nec ipſius ignorantia, à quocunque valeat allegari: Chartas, ſiue membranas eius ſeriem continentes porticibus, ſeũ valuis Caſtri noui de Neapoli, & domorum, in quibus regitur magna noſtra Curia Regni noſtri Siciliæ appendi fecimus, & aſſignationem, illiuſque tenorem cunctis patulo in Iudicio publicarunt. Cum non ſit veriſimile apud alios remanere incognitum, quod tam patenter in oculis omnium diuulgatur. In cuius rei teſtimonium præſens edicti ſcriptum exinde fieri, & pendentis maieſtatis noſtræ ſigilli iuſſimus appenſione muniri. Datum Neapoli per manus viri nobilis Gentilis de Murolinis de Sulmona, legum Doctoris, magnę noſtræ Curiæ magiſtri rationalis Locumtenentis, Logothetæ, & Prothonotarij Regni, &c. Anno Domini 1403. die 15. Ianuarij, 12. indictionis, Regnorum noſtrorum anno 17.

* ADDITIO. Scripturas & contractus. *Vide Pau. de Caſt in conſi. 44. videtur dicendum. vol. 1. vide dum loquitur de contractibus, quia videtur prohibita eſſe probatio per teſtes. nam aliud eſt inſtrumẽtum, aliud contractus, pro quo vide Pau. de Caſtr. conſi. 101. notandũ, in antiquis. quod eſt in 2. vol. in nouiſ. nu. 75. vide de veritate per Tiraquell. de vtroque retrac. car. 135. col. 2.* De B.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HOc cap. ſeruatur in Regno, tam in beneficium, quàm in damnum Baronum, prout declarat Ioannes Vinc. Anna ſing. 244. qui allegat conſtit. lege præſenti, conſtitut. in locis Demanij, & cap. iſtud, circa quod eſt animaduertendum conſtitutionem lege præſenti hoc non dicere, nec etiam conſtitut. in locis demanij, licet dici poſſit id colligi in prima ex verbis tabellionibus noſtris, & ex ſecunda ibi niſi fortè ſit de demanio, & homo demanij ſtatuatur, quæ inductio à remotis eſt.

Huius cap. diſpoſitio non procedit primo in obligationibus,

bus, quæ ſunt pœnes acta Curiæ in beneficium Baronis, vt poſt D. Præſidem de Franch. tradit alias à nobis commendatus cruditiſſimus Regius Conſiliarius Fabius de Anna in additione ad d. ſingul. 244. eius meritiſſimi genitoris. Secundo in teſtamentis, & codicillis, vt poſt Bal. & DD. in l. teſtaméta nu. 4. C.

4. C. de teſtam. tradit idem Regius Conſiliarius de Anna loco citato, de cuius tamen dicto dubitari poſſet, tanti viri repetita reuerentia, ex quo verba capituli non ſolum comprehendunt contractus, quod ſcripſit Bald. loco ſupra allegato, ſed etiam omnia inſtrumenta, & ſcripturas, quæ tangunt intereſſe Baronum.

Notarij matriculentur, & non matriculati non exerceant. b. d. Tapia.

PRAGMATICA I.

De Notarijs.

OFficium notariatus inuentum ad perpetuandum hominum geſta, & fidem promiſſam obſeruandam, adeò adulteratum reperitur, vt, quod ad cautelam viuentium introductum fuit, in manifeſtum ceſſerit detrimentum, tum quia inter notarios nullus ordo, nullaque viuendi forma adhibita apparentium, quia temeraria quadam licentia aſſumpta malignitate hominum natura falſitates diuerſas committunt, vt perſæpè non ſolum contrahentes in eorum cautelis fraudentur, ſed etiam falſo obligentur ad ea quæ nunquam mente conceperunt, fruſtratis noſtrorum prædeceſſorum conſtitutionibus, per quas licet cautius prouidere, viſi fuerint, tamen ab hominum malignitate, quæ in dies creuit, ſuperati reperiuntur. cui morbo nos (authore Deo) prouiſione noſtra remedium adhibere volentes, hac ſalubri conſtitutione ſancimus, vt in ciuitate noſtra Neapolitana, quæ caput Regni eſt, & ſucceſſiuè in quibuſcunque ciuitatibus, & terris noſtræ ditionis ſubiectis. vbi copia notariorum reperitur, vſque ad numerum quinquennarium, debeantque notarij ipſi in ciuitate Neapolitana in Archiuo publico, vbi ſcripturæ publicæ conſeruantur, & alijs terris apud loca, in quibus iura publica ſeruari conſueuerunt, tenere librum in quo reperiantur ſcripti, T & matriculati omnes, & ſinguli notarij ciuitatum, vel terrarum prædictarum, qui tempore talis deſcriptionis, & matriculæ iurent ſuper quatuor Sanctis Euangelijs, officium notariatus fideliter exercere, in qua matricula, deſcribantur ordinatè qui continuo procreantur, ſicque de ea mortui deleantur, ſcribendo annum, menſem, & diem mortis notarij de dicta matricula delendi, in dicta matricula de nouo ponendi: Et notarius qui non matriculatur, & officium exercuerit, officio in perpetuum priuetur: Qui vero notarij non fuerint, ad numerum quinquenarium debeant matriculari in Regno in loco viciniori vbi dicta matricula reperitur, debeantque inter eos de trimeſtri in trimeſtrem eligere vnum præpoſitum, ad cuius mandatum ſe congregare debeant, quandocunque pro rebus quæ dicto Præpoſito tractandæ videbuntur pro honore, & commoditate officij eorum, & maximè ſingolo trimeſtri ſemel congregentur in ciuitate Neapolis, in præſentia vnius ex Iudicibus Magnæ Curiæ, in alijs locis in præſentia Capitanei, vel Aſſeſſoris, & inter eos proponant de eis, quæ ad honeſtatem dicti eorum officij pertinent, & maximè ſi quid intellexerint com-

miſ-

miſſum per eos, vel per alterum eorum contra honeſtatem, vel eorum officij debitum, illudque corrigant, & emendent, prout res ipſa poſtulabit, cum poteſtate ſuſpendendi ab officio, qui legitima cauſa ſuadente ſuſpendendus veniret. Mors autem notarij notificari debeat per hæredem ipſius, vel Syndicum loci, vbi notarius mortuus fuerit, quando hæres non ſupereſſet.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

ET *matriculati.* Quid autem ſit matricula, & quare ſic dicta, & alia diximus ſupra in tit. de Alguzerijs ad Pragmat. 36. §. *De poi ſi ordina* olim ſub tit. de officio Magiſtri Iuſtitiarij.

Notarij in principio anni librum conficiant pro deſcribendis contractibus, cui inſcriptio ponatur, vt in nigro. b. d. Tapia.

PRAGMATICA II.

De Notarijs.

SInguli ex dictis notarijs in principio cuiuſlibet anni debent coram Priore in loco matriculæ comparere, & præſentare librum ligatum per numerum chartarum ſignatum, ſculptumque in principio cuiuſlibet chartæ per ſigillum ciuitatis, vel loci prædicti, in cuius libri principio manu eiuſdem notarij ſit deſcriptus titulus infraſcriptus.

Hic eſt liber mei talis notarij, confectus ſub tali Milleſimo, Indictione, Anno Regni Illuſtriſſimi Regis; In quo deſcribentur omnes contractus, teſtamenta, & rogationes, de quibus anno prædicto contigerit me fore rogatum. Ad quorum infraſcribendorum perpetuam fidem præſentem titulum ſcripſi manu propria, ſigno, quo in meis inſtrumentis vti conſueui, ſignaui, & continuò ſignum notarij in principio libri ponatur, & in dies in dicto libro ordinatè ſcribantur totius illius anni dicti notarij inſtrumenta, & rogationes fideliter ſine interlineaturis, remiſſionibus, & caſſaturis, cum omnibus ſubſtantialibus ipſorum inſtrumentorum, & rogationum: & ſi dicti notarij contrafecerint, in decem vncijs qualibet vice puniantur: Præpoſitus vero illius temporis in libro matriculæ deſcribat comparationes dictorum notariorum, & librorum præſentationem ordine ſupraſcripto, ad pœnam ſupradictam: Et quicunque non fuerit repertus in dicta matricula, præſentaſſe in principio anni librum vt ſupra ordinatum, etiam ſi poſtea eum præſentaſſe apparet, puniatur pœna ſupradicta, niſi propter infirmitatem, & abſentiam, vel aliud iuſtum impedimentum impeditus fuiſſet, de quo iuſto impedimento ſtetur relationi, & arbitrio dicti Præpoſiti, &

Colle-

Digitized by Google

Collegij notariorum, cum conſilio vnius ex Iudicibus Magnæ Curiæ, & in alijs locis cum conſilio Capitani, vel Aſſeſſoris.

Soluatur notarijs merces hic taxata. h.d. Tapia.

PRAGMATICA IV.

De Notarijs.

EAndem conſtitutionem T Diui Federici Imperatoris, qua iuſtè prouidet partes ad quarum inſtantiam notarij inſtrumenta conficiunt, ac reuolutionem inſtrumentorum, vt notarijs, de mercede debita ſatisfiat, ampliantes, decernimus, & mandamus per ſingulos officiales ad inſtantiam notariorum exequutionem fieri contra nominatos in dictis inſtrumentis, ad quorum inſtantiam dictæ rogationes factæ apparebunt, vel eorum hæredes, ſine aliquo proceſſu, ad ſimplicem productionem libri notarij, in quo inſtrumentum deſcriptum appareat, ad rogationem dictæ partis, contra quam executio petitur, ad pœnam decem vnciarum, Cameræ Fiſcali applicandam, & ad mercedem ſoluendam prædicto notario, de pecunia officialis, ſi negligens fuerit contra ſupradictam mercedem ſoluere debentes, T merces autem dictorum notariorum taxata intelligatur ordine infraſcripto, pro rogationibus vſque ad 25. vncias, tareni duo cum dimidio, à 25. vſque ad quinquaginta tareni quinque, à quinquaginta vſque ad ſeptuaginta quinque, tareni ſeptem cum dimidio, à ſeptuaginta quinque vſque ad centum, tareni decem, vltra centum, quantacunque ſit quantitas, tareni quindecim. vltra quam mercedem nihil petere poſſint, nec exigere, ad pœnam dupli eius, quod vltra petierint, & exegerint, nec in dicta mercede computetur illud, quod ſupra taxatum apparet proſcriptionibus, & ſubſcriptionibus, & pro ſecundi libri regiſtratione. Et præſens conſtitutio non habeat locum, quantum ad taxationes, & exactiones ſupradictas in locationibus ſimplicibus, & procurationibus, ſeu mandatis.

CA-

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

T FEderici Imperatoris. Hæc eſt conſtitut. Baiulos, & omnes Iudices, ſupra hoc eodem titulo, verſ. proſcription.

T *Merces autem.* Hic deſcribitur ſalarium, quod notarijs competit proſcripturis, quas faciunt, quod hodie malè ſeruatur.

Notarij, & Iudices ad contractus habeant priuilegia cum ſigillo ſub pœna hic ſtatuta. h.d. Tapia.

PRAGMATICA VI.

De Notarijs.

PHILIPPVS &c.

ESſendo peruenuto à noſtra notitia, che li molti notari, & Giudici à contratto eſſercitano loro officij ſenza Priuilegio ſigillato conforme al giuſto, & in pregiudicio del Regio ſigillo, & volendoſi li anni paſſati rimediare à queſto furono fatte prouiſioni, con le quali altramente non ſi è remediato, alche volendo prouedere come conuiene, per il preſente bando ordinamo, & comandamo, che neſſuno debbia eſſercitare l'officio di notaro, ò Giudice à contratto ſenza il Priuilegio ſigillato ſotto pena de falſo, come perſona che eſercita realmente ſenza priuilegio, non eſſendo il priuilegio valido per mancamento del detto ſigillo, & di altra pena à noſtro arbitrio riſeruata, & così ordinamo che neſſuno notario capo di curia debba tenere in ſua Città notario, ò Giudice à contratto, che non habbia Priuilegio ſpedito, & ſigillato come conuiene, ſotto pena di onze cento al detto capo di curia da eſſigerſi inremiſſibilmente, & applicarſi al Regio Fiſco, della qual pena pecuniaria ſe nè darà la terza parte all'accuſatore, il quale ſerà tenuto ſecreto.

Datum Neap. die 28. menſis Februarij 1585.

Don Pedro Giron.

V. Cadena Proregens. V. Lanarius Proregens.

Baſtida de Muñatones Secret. In Bann. pri. fol. 75.

DE OFFICIO, ET NVMERO BAIVLORVM.

Rubr. xxxvij.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HOc nomen Baiuli corruptè legitur ſi Marco Antonio Surgenti credimus lib. 1. de Neap. Illuſtr. cap. 10. nu. 16. tradit enim ipſe non baiulos, ſed balliuos eſſe appellandos, cum hoc nomen à gallis originem trahat, quod apertè legitur in conſtit. galliæ 12. art. 72. quam gloſauit Rebuff. tract. de ſent. execut. art. 15. glo. 1. ad dictam conſtit. quem ipſe non
1 adducit, quod † verbum ab Hebræo balli originẽ trahere dixit idem Rebuff. loc. citat. quòd ſignificat dominus. idque confirmatur ex ijs, quæ tradit Afflict. in conſtit. baiuli locorum,
2 quod ſcilicet † baiuli habeant iuriſdictionẽ ciuilem, & miſtum Imperium, & cum ex traditis per Capic. deciſ 27. baro ſit ille, qui habet iuriſdictionem ciuilem, qui eſt dominus terræ ſequitur, vt balliuus, ſiue baiulus ſignificet idem, quod dominus. Horum officium apud Gallos maioris authoritatis eſſe tradit Caſſan.

Caſſen. in Catalog. glor. mundi 7. par. conſiderat. 19. Apud nos vero ex noſtris conſtitutionibus magna olim fuit, nunc vero exigua eſt. † Cognoſcũt enim de damnis illatis in territorijs 3
occaſione animalium, vel aliter. item etiam de cauſis minimis, & leuibus offenſionibus, ac de furtis minimis, vt in conſtitut. locorum baiuli: ſed apud aliquos baliuos remanſit antiquæ iuriſdictionis facultas, vt apud baliuum Litij, Caietæ, & alios. Recipiunt & ballui obligationes particulariũ perſonarum, ad beneficium aliarum pro qualibet ſumma, quæ ſi accuſentur expediuntur litteræ executoriales realiter, vel perſonaliter, non tamen exigit pluſquam carolenos quindecim pro pœna, & ſic practicamus in baliua Ciuitatis Neap. quæ habet quinque Iudices Patritios Neapolitanos ex ſingulis ſedilibus ſingulos. Habet aſſeſſorem, quem conſtituit dominus baiulationis,

tionis. Habet quoq; actuarios quos ẽt dñs baiulationis cõſtituit. ſuũ habet carcerẽ in quo eius iuriſdictioni ſubditi detinentur, ac ẽt alij carcerati. Creatq; pariter ſubſtitutũ vigore priuilegij à Sereniſs. Regib. Aragoneis cõceſſi, eius iur ſdictio reſtricta eſt ad cauſas ciuiles cumulatiuè cũ M.C.V. reſpectu ciuitatis, & caſalium cuiuſcunque ſummæ exiſtat. quò verò ad cauſas minimas, ideſt infra duos auguſtales, qui nunc ſunt 30. caroleni habet priuatiuè ad M.C. V. vt ex decreto Regiæ Cameræ in barca ſarnetani Et in diebus nundinarum huius ciuitatis, qui ſunt lunæ, & mercurij in foro magno regit tribunal.
4 huius baliuæ, ſiuè baiulationis dominus † eſt Fuluius Conſtantius vir doctiſſimus, & prudẽtiſſimus, qui magnum egit in noſtro Sacro Conſilio Conſiliarium, propter quod, atque paterna Ioan. Ioan. Franciſci Conſtantij ſimiliter Regij Conſiliarij merita inter Regentes ſupremi Italiæ Senatus apud inuictiſſimum Regem noſtrum à Philippo Secundo Regum maximo fuit meritiſſimè cooptatus, ibiq; dum de more benè ſe gereret in Præſidentem Sacri noſtri Conſilij fuit electus ob mortem magni noſtri Præſidis Vincentij de Fraochis, Marchionis Corleti titulo decoratus, & tandem quartus Regius Collateralis huius Regni Conſiliarius deſignatus, cum, & Ioãnes Fraociſcus Cõſtantius eius filius primogenitus habitu Calatrauæ, & Ioannes Hieronymus ſecundogenitus terceotorum ducatorum penſione fuerint decorati, & hæc pro huius rubricæ declaratione dixiſſe ſufficiat, ſicuti etiam pro elucidatione conſtitutionum, remitto me ad Afflict. qui optimè eas gloſauit.

Baiuli cognoſcunt de omnibus ciuilibus cauſis præterquam de feudalibus, cognoſcunt etiam de furtis, ac criminibus leuibus pro quibus non imponitur pœna membri abſciſſionis. d. d. Tapia.

REX GVLIELMVS.

LOcorum a Baiuli, qui à magiſtris Camerarij, & Curia noſtra quandoque in credentiam, vel in extalium baiulationem recipiunt, T ciuiles cauſas b omnes reales videlicet, & perſonales, quæ ſuper feudis, & rebus feudalibus mouentur, ad iuriſdictionem ſuam minimè nouerint pertinere ſuper c minimis etiam

a LOcorum Baiuli. Cognoſcit Baiulus de omnibus ciuilibus exceptis feudalibus cauſis, &c.

ADDITIO. *Adde de materia feudi habetur in c. cæterum. & in cap. nouit. de iudic. c. 1. & 2. de ferijs. cap. verum. & cap. ex parte. de foro compet. cap. quæ in eccleſiarum. de conſtitut cap. cum ſeculum. de iure patro. cap. de forma. 22. q. 5. c. latorem. 23 q. 2.* Superantius.

Item de criminibus leuibus, quæ oon imponunt membri abſciſſiooem, ſicut de enſor ciuitatis, vt in Authen. de defen. ciuit. §. audient. Maius autem eſt officium Baiulorum, quam defenſoris, quia iſte de omnibus ciuilibus cognoſcit in in ni-tum, ille tantum ad ducentos aureos, vt eod. tit. §. & iudicare. ideo dico iſtum habere firmiter mixtum imper um. Nam cum mixti imperij ſint ciuiles, & huic omnes ciuiles committuntur: ergo & cauſæ mixti imperij. Quia indefinita æquipollet vniuerſali, vt ff. de ſeruit. vrb. præd. ſi ſeruitus.

ADDITIO. *Adde l ſi pluribus. ff. de leg 1. glo. in cap. vt circa. de elect. lib. 6. Fallit, quando eſt prolata à teſte, & tunc non æquipollet ſecundum Petrum de Anchar. & Ioan. de Imo. in cap. quanto. de his, quæ fiunt à prælat. Oldr. conſ. 100 incip. In executione. Alexan de Imo. conſ 100. incip. Viſis acutiſſimis diſputationibus in 1. volum. Alex. conſ. 8. incip. In cauſa & lite vertente inter dominos in 2. volum. Alex. conſi. 122. incip. viſo ſuperiore themate. in 3. vol. Alex. conſ. 10. incip. Viſo proceſſu cauſæ vertentis inter dominum Franciſcum. in 4. vol. Alexan. conſil 68. incip. Et dudum diſcuſſo in 2. volum. Alex. conſ. 7. incipien. Super hac dubitatione, in 1 volum. Et iſt hoc conſilium duplicatum, conſi. 198. in 2 vol. Idem Alex. conſil. 66. incipien. Viſo teſtamento. in 2. vol.* Superantius.

Item ſi tantum feudales cauſas excipit, in omnibus alijs permittit, vt C. de procur. l. ſi maritus. cum ſuis ſimil at defenſor non habet mixtum Imperium, vt ff. ad municip. l. ea quæ. ¶ Sed ounquid Baiulus cognuſcit de cauſa ſtatus? dico quòd non, omnino: quia cauſa illa eſt meri Imperij, & capitalis dicitur, & ſoli præſidi committitur, & ſeruitus morti comparatur, vt C. de ped. iud. l. 2. ff. de li. cau. l. t. 2. & 3. & de re iud. ſeruitutem. Aod.

b *Omnes perſonæ.* Sumi poteſt ex hac l. argum. quòd barones debeant conueniri coram Baiulo, ſi noo eſt quæſtio de feudo, & rebus feudalibus. Sed contra, infra de officio mag. Iuſtit. l. ſi. G.

c *Minimis etiam furtis.* Nota hic tria genera furtorum, magnum, minus, & minimum.

ADDITIO. *Adde, quòd immo ſunt quatuor ſpecies furtorum, de quibus enumerat Paul. de Caſt. authen. ſed nouo iure, C. de furtis. & per Ang in l. 1. in princ. ff. eo. tit.* Superantius.

De magno & minori habes ſupra de offic. Iuſtit. l. t. De minimo habes hic. De magno, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter agitur,

ANDRAEAS DE ISERNIA.

LOcorum Baiuli. Hic quærit glo. ſi Baiulus habet mixtum Imperium? Sed expreſſum videtur ſupra de offic mag. Camer qui ſunt Secreti. hodie vendunt baiulationem in genere, in qua tranſit iuriſdictio, quam ipſi Secreti habent, vt ibi dictum eſt. De cauſa verò ſtatus non cognoſcit Baiulus. Nunquid dabit tutorem? Videtur quod non: quia hoc tantum ei committi videtur, cui id nominatim datur, ff. de tut. l. muto. §. tutoris datio. Item eſt permiſſum tantum maioribus magiſtratibus, vt præſidibus, & legatis, & proconſulibus, ff. de tut. & cur. dat. ab his. l. 1. Item defenſor ciuitatis oon dat ei cuius facultates ſunt vltra quingentos ſolidos, vt inſtit. de Attil. tuto. §. pen. Verius dicitur, quòd ſic, etiam ſi pupillus ſit multum locuples, dummodo non ſit feuduum: quia in feudo dat Baiulum ſolus Rex, vt infra de iu. Baiu. l. 1. & de ſucceſſ. l. in aliquibus. in ſi. & hoc, quia omnes cauſæ ciuiles pertioent ad Baiulum: & qui dicit omne nihil excipit, ff. de ſeruit. vrb. præd. l. ſi ſeruitus. licet poſſit exponi, id eſt, omnis generis, ſic inſtit. de ſuſpect. tuto. §. 1. habet ergo pluſquam defenſor, qui vltra trecentos aureos non cognoſcit, in Authen de defen. ciuit §. iudicare. Plus enim, vel non minus eſt recognoſcere de re magni valoris, quàm tutorem dare ei, qui habet magnas facultates: ſed cuiuſcunque facultatis ſint, facultates cognoſcit

CAROLI TAPIAE REGII CONSILARII ANNOTATIONES.

IN *extalium baiulationem recipiunt.* Afflict. hic dicit not. 1. quod baiulatio vendi poteſt, quia † eſt vniuerſitas conſiſtens io pluribus reditibus, idque hodie practicatur, quia in inueſtituris ſit mentio baiulationis, venduntur enim baiulationes cum alijs corporibus feudi, vt eſt videre apud Capyc. in inueſtit. feud. ver. baiulatione pag. mihi 526. qui tradit per iſtam

etiam furtis, T & alijs offenſis. de quibus comprobati pœnam ſui corporis, vel ablationem a membrorum incurrere non deberent, audientiam ſuam impartiri debebunt.

agitur, Iuſtitiarij eſt cognitio: de minori non, niſi criminaliter agatur: de minimo cognoſcit Baiulus. hæc probantur hic, & in præalle. l. s. de offic. Iuſtit. Item quantitas magni furti expreſſa eſt in d.l. 1. C. de officio Iuſtit. de quantitate minoris dic à contrario ſenſu legis, quæ eſt, de verb. ſignif. hæc adiectio. ff. ex quibus cau. ma. l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. De quantitate verò minimi, quantum ad iuriſdictionem, habes. ff. de dolo. l. ſi oleum. §. vlt. & l. idem. & infra de dila. l. 1. Quãtum ad iuriſdictionem, ideò dixi, quia furtum committitur, & furti agitur etiam pro vili gallina, vt inſtitut. de rer. diuiſ. §. gallinarum. ff. de fur. ſi quis vaori. §. ſi quis maſſam. ¶ Sed ego quæro, an pro minimo furto poſſit agi criminaliter? lea enim indiſtinctè dicit pro furto ciuiliter agi poſſe, vt C. quan. ciui. actio præiu. cri. l. 1. ff. de fur. l. vlt. Item habes quòd de furto domeſtico, & leui neque ciuiliter, neque criminaliter agi poteſt. ff. de furt. l. ſi libertus, & de pæn. pœn. l. reſpiciendum. §. furto. ¶ De minori etiam furto ſi ciuiliter agatur, de eo cognoſcet Baiulus, nè remaneat impunitum, cum ad Iuſtit. non pertineat, niſi crimiualiter agatur, vt in l. prædicta, de offic. magiſt. Iuſtit. de minimo verò furto ſecundum leges iſtas, dic vt hi no. G.

a *Membrorum.* Patet hic quod de minimo furto non agitur criminaliter: ſi enim ageretur criminaliter, †pænam corporis, & abſciſſionis membri pateretur accuſatus, vt in Lombar. de fur. l. de latronib. s. & hoc ſicut innuit hoc verbum, negatur. G.

† ADDITIO. *Gloſſa iſta tenet, quòd de minimo furto non agatur ciuiliter: tamen hodie ſecus eſt, vt in c. ad hoc, infra. Ego credo quòd hæc conſtitutio magis habeat reſpectum ad auth. hodie. C. de ſeru. fugit. Item ideo dicit de minimis, quia de magnis nec ciuiliter poſſet cognoſcere, ſupra in conſtit. Iuſtitiarij nomen & normam.* Barthol. de Capua.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

ſcit Baiulus. dummodo non ſit feudalis, vt ſupra dicitur. Item, quia eſt mixti Imperij, vt l. cognitio. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. de quo cognoſcit Baiulus, vt ſupra dicitur. Et ſi dicatur, quod debet nominatim committi, non autem eſt nominatim, quod ſit inter cæteros. ff. de liber. & poſthum l. 2. Dic, quod ſi nominatim committatur, valet, vt in l. cognitio. nec prohibetur ibi, quin detur ei, qui de mixto imperio cognoſcit. ff. de iuriſdict. omn. iud. l. 1. vbi nominatim, & expreſsè dicit, quod qui de mixto imperio cognoſcit, poteſt dare tutorem. ¶ Sed an de ſuſpecto tutore cognoſcit Baiulus? & videtur, q̃ ſic, propter vtilitatem pupillorum, ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſdict. l. cognitio. ff. de ſuſpect. tut. l. 1. §. 1. Alij dicunt contrarium: quia cauſa famæ eſt criminalis quodam modo: quia ea parte accuſati de ſuſpecto non conſtituitur procurator. ff. de ſuſpect. tut. l. planè. in glo. hæc additio non videtur valere, communiter contra, ff. de procur. l. ſeruus quoque. §. publicè. in glo. ¶ In ſecundo genere cauſarum vbi imponitur pæna relegationis, & infrà, ſicut eſt cauſa ingratitudinis, qui accuſatur per procuratorem, eo. tit. l. ſed hæc. §. 1. & l. non ſolum. §. fin. vbi dicitur non facilè dari procuratorem: fortè intellexit, quando arguitur de dolo, & de ſubtractione rerum pupillarium, & loquitur ex parte accuſati, dicit glo. Item in remotione ab ordine dignitatis, & honore conſtituitur procurator. ff. quæ ſent. ſine app. l. 1. & illa grauior eſt, quam remoueri poſſit à tutela, quod poſt ſententiam infamat, quando ob culpam. inſtit. de ſuſpect. tutor. §. ſi quis. & C. de dignit. l. Iudicem. lib. 11. & in d. l. planè. excuſatur ex vlt. quia non accuſauit contutorem de ſuſpecto: quia ignorauit eum malè agere, vt dicit littera: non dicit, quia non potuit per procuratorem. Et ſi poterat per procuratorem, non debebat aſſerere, quod ignorabat. ff. de actio. empt. l. Iulianus. §. 2. Satis æquum dicetur, quòd ille, qui poteſt dare, poſſit remouere, quia & eius eſt corrigere, cuius eſt condere. C. de legib. l. fin. de ſacroſanc. eccleſ. omni. propter vtilitatem pupillorum, vt ſicut plures inuitantur ad accuſandum, ita plures ad iudicandum: durum eſt tamen dicere contra gl. communiter dicentes, prætorem, in Roma, in prouincijs Præſides, & legatos, Proconſules tantum de ſuſpecto cognoſcere. ponit Azo in ſumma, de ſuſpectis tutoribus, & ff. de adminiſtrat. tutor. l. 1. §. ſuſpecti. vbi ponitur nomen Præſidis generaliter, dicit Azo in dicta Summa pro omnibus, quibus defertur ſuſpecti cognitio, qui ſunt Prætor, Præſides, & legati, Proconſul. Leges etiam communiter dicunt, quod eſt actio, vel accuſatio. Item nota tria genera furtorum, magnum ſcilicet, minus, & minimum, vt in glo. De minimis, quæ ſunt vſq; ad duos aureos. ff. de dolo. §. ſi oleũ. & l. ſeq. cognoſcit Baiulus. ¶ Sed vtrum tunc criminaliter agitur? Innuit gloſſa, quòd non, quia eo caſu eſt pæna abſciſſionis membri, vt in Longobar. de fur. l. de latronibus. hæc non videtur ratio ſufficiens: quia Longobar. legibus non vtimur in maleficijs. Erit ergo ratio, quia pæna corporalis imponitur pro primo furto, quamuis modico: quia fuſtigatio, & mercatio ſecundum nouam conſtitutionem iure Romano. in furtis enim animaduertitur extra iudicium, ſeu extraordinariè, alias extra ordinem. ff. de furt. l. fin. & de priuatis delict. l. vltima. ¶ Animaduerſio deſignat pænam in corpore vt ff. de iuriſdic. omn. iud. l. imperium. arbitrio Iudicis, vbi certa pæna non imponitur, ſeu ſtatuitur. ff. de effract. l. 1. §. expilatores, & de pænis l. ſanctio. Et licet non ſit mors, vel membri abſciſſio aliter, tamen pro motu Iudicis caſtigantur fures, vt in Auth. vt nulli iudic. §. penult. quæ eſt, C. de ſer. ſug. auth. ſed nouo. Mens tamen huius conſtitutionis videtur, vt de his minimis delictis cognoſcat Baiulus, etiam ſi criminaliter agatur: quia cum omnes ciuiles cauſæ pertineant ad Baiulum, vt litera dicit, ad quid poneret de cauſa ciuili modici furti, quæ poteſt eſſe vnius gallinæ, inſtit. de rerum diuiſione. §. gallinarum. in ſi. Niſi dicas, quòd ideo poſuit, vt etiam de ciuilibus, quæ infamant, ſicut eſt furti vt ff. de his qui notantur infamia. l. furti. & l. 1. eod. tit. poteſt Baiulus cognoſcere. Vel ideo poſuit, vt Baiulus cognoſcat de furtis: & de huiuſmodi furtis, recipiendo probationes: non tamen vt puniat, ſed vt informet exinde Iuſtitiarium, ad quem habet huiuſmodi malefactores remittere, vt infra l. proxima. & C. de accuſationibus. l. ea quidem. lib. 12. de decurion. l. 2. & ff. de cuſtod. reorum. l. diuus. Vel vt habeat in eis modicam coerctionem, vt ff. de iuriſdict. omn. iud. l. magiſtratibus. ſed illam habent defenſores. ff. de officio eius. l. fin. Vel dic, quòd poſuit pro carcere, in quo poteſt

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

iſtam clauſulam olim concedi iuriſdictionem cauſarum ciuilium.

T *Ciuiles cauſas.* Vide Capyc. loco proximo citato.

T *Super feudis* Olim enim cognoſcebat Mag. Cur. Vic. vt in conſtitut. ſtatuimus, hodiè vero Regia Camera Summariæ, vt diximus in tit. de offic. procurat Cæſar.

T *Et alijs offenſis.* Ea hac conſtitut. confirmabatur opinio illorum, qui dicebant Baiulum portare poſſe arma intus ciuitatem, ex eo quod haber miſtum imperium, cuius tamen contrarium fuit deciſum per doctiſſimum Conſiliarium Fœlicem de

Digitized by Google

ANDRAEAS DE ISERNIA.

teſt ponere huiuſmodi maleficos, donec mittas eos ad Iuſtitiarium, vt infra l.proxi. nam carcer non eſt pæna corporis, qui ad continendos, non ad puniendos maleficos eſt inductus. ff. de pænis. l. aut damna. §. ſolent.licet ſit pæna etiam carcer. C.de cuſtod.reo.l.4. & eſt pæna noxiorũ carcer.C.lib. 10.de exact.tribut.l.nemo.pæna eſt,id eſt,pænalis,vt ſupra dr. Nam etiam vincula non ad pænam, ſed ad cuſtodiam adhibentur.ff.de ædil.edic.l.ſi tamen.§.ei qui.in glo.

L*ocorum.* In glo.not.hic.ibi, ſed ego quæro ſcilicet, ad pænam corporaliter, vel membri abſciſſionem imponendam, & quod hic dicitur, quòd pro minimis furtis poteſt agi

agi criminaliter, intelligas vſque ad pænam fuſtigationis incluſiuè: ergo hæc glo. non facit quæſtionem de minimo furto, per quod imponitur pæna fuſtigationis, ſed de eo furto, per quod imponitur pæna corporalis, vel membri abſciſſio. Barth.de Capua.

In ea. glo.ibi, criminaliter. dic quòd hodie eſt clarum, vt in cap.Regni,quod incipit,ad hoc.& ſi bis eſt commiſſum,eſt pæna furcarum: ſi ſemel,pæna fuſtigationis,cum ſignatione, vt in d.cap. Barth.de Capua.

Sed communis conſuetudo interpretatur illud cap. de tribus minimis furtis. Petrus de Monteforte.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

de Rubeis in anno 1556. teſte Ioan.Vinc.de Anna ſingul.47. permittendo tantum armorum aſportationem extra vrbem. † Hinc etiam fuit dubitatum an Baliuus teneatur ſtare ſindicatui prout alij officiales, quod videbatur affirmandum ex eo quia iuriſdictionem habet, & quia officialis appellatione venit Baliuus, & ex alijs, quæ adducit doctiſſimus Ioan.Vinc. Anna ſing.48.vltra cuius dicta facit tex. expreſſius conſtitut. Regni cum iuſta prouidum §. per ſingulos etiam menſes, vbi per inquiſitionem particularem ſingulis quatuor menſibus, ac per generalem in fine anni procedi mandatur contra Baiulos, idq; apertiſſimè deciſum eſt per Pragm.Regis Ferdinãdi, quæ eſt ſub tit. de offic.Baiuli in lib. Pragm.inquit tñ ſuo tempore nũquã Sac.Cõſ.voluiſſe iudicare,quod poſtea per Pragm. Illuſtriſs.D. Comitis Mirandæ fuit ordinatum,de qua in tit.de ſindic.officialium. Et an à decretis Baiuli appelletur ad Baronem,vel ad Iuſtitiarium,glo.in conſtit.officiorum dicit appellari ad Baronem And.diſputat quæſtionem, ſed cõcurrit cum glo.quam etiam ſequitur Afflict. hic reaſſumendo concluſionem nume.11.

Item fuit dubitatum cum quidam Baiuli Baronis Vitulani quorum officium,(vt diximus) eſt nè animalia damnum inferant

rant in territorijs ciuium, fidaſſent, & admiſiſſent exteros ad paſcendum in territorijs ciuium contra formam capitulorum an de hoc exceſſu cognoſcere deberet Baro, vel M.C.V. quæ ceperat informationẽ,& proceſſerat ad eorum citationẽ comparuit Baro, & petijt remiſſionem: Mag.Cur. decreuit cauſam fore remanendam in Mag. Cur. Vic. ab hoc decreto fuit appellatum,& introducta cauſa in Sac. Conſil.dicebatur pro parte Baronis omninò eſſe remittendos ad eius Curiam ex dictis per glo. And.& Afflict. ad dictam conſtitut. quod à decretis Baiulorum appellatur ad Baronem, & quòd hoc erat decretum per factum probatum, & de grauamine debebat cognoſcere Baro, nec poterat dici delictum quia non reperitur expreſſum hoc delictum. Hæc cauſa non fuit deciſa dum hæc ſcriberẽ quando decidetur ponam deciſionẽ.Et an Baiulus poſſit incidenter cognoſcere de cauſa criminali,quæ incidit in ciuili. & an poſſit iudicare in cauſis minimis abſque cõſilio conſultoris, & an poſſit inſtrumentum liquidari in Curia Baiuli, ſuper his accuratè ſcripſit Camillus Villanus in cauſa vertente in Reg.Cam.Summariæ inter ciuitatem Catanzarij, & Baiulum ipſius,quæ cum non ſit adhuc deciſa tranſcribam quæ ſcripſit in tit. de liquidatione inſtrumentorum, vbi videnda erunt.

Baiulus furem, ſiue exterum, ſiue ciuem quem inuenerit Iuſtitiario tradat, bona autem furis ipſe vendat. h.d. Tapia.

REX GVLIELMVS.

a B*aiulus* Conſtitutio iſta vult, ꝙ ſi Baiulus furem capiat,

BAiulus a ſi furem ceperit, abire ipſum aliquatenus non permittat: ſed ſi quidem fur extraneus ſit, ipſum cum toto ſuo, & re furtiua

tiua Iuſtitiarijs noſtris aſſignet. Si autem eius fuerit, ſeu villicus, fur cum eo quod fuerit furatus, Iuſtitiarijs ſimiliter noſtris aſſignet: res autem mobiles ipſius furis, quaſcunque habuerit, per Baiulos eiuſdem loci fiſci iuribus vendicentur.

piat, ad præſidem remittat puniendum, cõ cor.in Auth.de defen. ci.§.audient. & intellige de fure, qui magnum commiſit furtum, aliàs ipſe poſſet cognoſcere, vt ſupra tit.1.in fi.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

B*aiulus ſi furem.* No. ꝙ in furto publicantur bona mobilia: ſed iure Ro.non, vt in auth.vt nul.iud §.fi.& C.de bo. proſc.auth. bona. & eſt conſtitutio hæc Regis Gul. fortè primi:quia ſecundus dicitur fuiſſe bonus. Vel erat tunc frequentia furtorum,aliàs,furum: ideò exaſperauit pænam,ff.de pæn. l aut facta.§.fi Quod autem dicit gl. ꝙ ſi minimum eſſet furtum,ipſe cognoſceret.Intelligendum eſt. ſi ciuiliter ageretur: quia ſi criminaliter vellent accuſare,neceſſariò haberent eum ad Iuſtitiarium mittere: cum ipſe Baiulus criminaliter cognoſcere non poſſit, vt dictum eſt ſupra,l.prox.¶Sed quid ſi Baiulus,vel magiſter iuratus non capit, ſed recipit cautionem ſub pæna,ꝙ tali die coram Iuſtit. præſentet ſe ad mandatum, & citationem Baiuli,an Iuſtitiarius condemnet eum, vt contumacem,ſicut ſi de mandato Iuſtit.fuiſſet citatus?Dic quòd tenetur ad pænam conuentam in cautione.ff de iud.l.2.§.ſed ſi dubitetur.quæ cautio tenet etiam coram alio præſtita, vt ibi. ff iud.ſol.l.pen. in fi.

ADDITIO. *Aliàs dic, ꝙ citatus tenetur ad pænam corporaliter,*

ter, aliàs tenetur ad pænam contentam in cautione. Cæſar.

ADDITIO. *An & quando & de veritate iſtius dicti, an duret iſta cautio, vide omnino Bar.in l.cum apud.ff iudic.ſolui. col.4. & omnino Alb.in l.2. C de procur.* Cæſar.

Creditur eis, & ſtatur in his quæ facta fuerunt,& pertinent ad eos, argum.C.de accu.l.ſi ea.cum ſimil. Et ſi non fuit adiecta pæna certa, iudex arbitrabitur, & ſtatuet.ff.de cuſt.reor l. ſi quis reum. non tamen Iuſtitiarius banniet eum ex tali citatione, ſeu mandato Baiuli, & magiſtri iurati: quia & ſi ei commiſiſſet Iuſtit. vt citet facientes delicta: nihilominus ipſe, qui debet banniri & condemnari, debet citari. ff.de iudic. l.de qua re. quæ citatio continebit dilucidè à quo,de qua re, & cuiuſmodi quærimonia &c.vt infra de exor. & præpa. iud. l.1.pro quo facit,ff.quod cuiuſque vniuer oom.l.item eorum. §. ſed ſimil. niſi Iudex ſic mandet: quia hoc quo minus tollentum poſitiua contraria pluries videtur in hoc opuſculo. ff. de exer.l.ſed ſi homo,aliàs. l. ſed & hoc.

Ex

Ex conſtitut, cum iuſta prouidum.

* ADDITIO. *An priuata perſona poteſt requirere priuatam perſonam, vt aliquem maleſa-* *ſactorem capiat, & cuſtodiat, donec Iudex eum accipiat. & videtur quòd ſic, vt in Autben. vt liceat matri, & auia §. quia verò. & §. generaliter, ad finem.* De Bottis.

§. Et ad officium * ſuum Baiuli, & Iudices prædicti pertinere cognoſcant, malefactores in ipſis maleficijs deprehenſos, & forbannitos ſine licentia Curiæ redenntes, & ſcientes receptores eorum capere de perſonis, Iuſtititiarijs aſſignandos. Ab alijs autem malefactoribus in terra præſentibus fideiuſſores recipiant, ſi eos dare potuerint, præterquam in criminibus exceptis.

Aut ſi ipſos dare non potuerint, eos perſonaliter capiant Iuſtitiarijs ſimiliter aſſignandos.

Baiuli aſſiſas imponunt, quas quolibet menſe perquirant, pœnas bannorum non vltra vntiam exigant, litigantibus irreuerenter loquentibus coram ipſis auguſtalis pœnam imponant. hoc dicit Tapia.

R E X G V L I E L M V S.

* ADDITIONES. *Scribentes, in cap. Regni, incip. Item præfati Secreti, fol. 102.* Iacob. Anellus de Bottis.

¶ *Et quam iuriſdictionem habeant Baiuli, & an ſint de maioribus iudicibus vide Io. de Amicis, conſil. 42.* Fabius Iordanus.

AD officium Baiulorum * præcipuè volumus pertinere, contemptas aſſiſiarum pœnas ſuper ponderibus & menſuris à venditoribus rerum, & locatoribus operarum exigere, ac irremiſibiliter extorquere. Quas ſi in totum, vel in partem dimiſerint, de bonis ſuis proculdubio fiſco noſtro perſoluent. Habebunt autem apud ſe Baiuli prædicti menſuras, pondera, & aſſiſias ſcriptas per ſe ipſos, & Iudices ſuos, menſe quolibet, cum ſumma diligentia perquirendas, nè diu graſſari valeant per ipſorum negligentiam tranſgreſſores. Pœnas bannorum etiam ab eiſdem, de conſilio Iudicum, & aliorum noſtrorum Regni fideliũ, non T vltra vnciam puniendorum, exigant, & ſine remiſſione recipere non omittant. De quorum bannorum numero fore cenſemus pœnas, per ipſos partibus coram ſe litigantibus T indicendas, quæ forſan irreuerenter ad ipſos, vel inuicem inſolenter in iudicio litigabunt, quæ tamen pœnæ quantitatem auguſtalis vnius per vices ſingulas non excedant.

A N D R AE A S D E I S E R N I A.

AD *officium Baiulorum.* Pœnas aſſiſiarum contemptarum, & ponderum, & menſurarum, ſcilicet iniuſtarum debet Baiulus exigere. Et poteſt imponere pœnam non vltra vnciam in bannis fortè factis, & contemptis officij ſui temporo in alijs vſque ad vnum auguſtalem, ſic infra de pœn. contu. in ciui. cau. l. pænam. in fi.

: Non ſeruatur modus. C. de modo mulctarum, l. eos. & dic quæ dicta ſunt infra, lib. 3. in conſtit. ad legitima pondera.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HAec conſtitutio quo ad aſſiſiam imponendam non ſeruatur, ſed hoc onus decurionibus terrarum eſt impoſitum, de quo tit. de officialibus graſſiæ, Deo dante, dicemus.

T *Vltra vntiam.* Hodie tamen non vltra carolenos quindecim pro pæna exigunt, quod declaratur in Pragmatica prima Regis Ferdinandi ſub tit. de officio Baiuli, quam in fine huius Rubricæ ſituauimus.

T *Indicendas.* Poteſt ergo Baiulus pænam notorij indicere partibus coram ſe litigantibus irreuerenter loquentibus. debetur ergo, & Baiulorum tribunali cultus iuſtitiæ, de quo ſuperius diximus in tit. de cultu tribunal. exiben.

Probibentur Baiuli remittere iuramentum teſtibus. hoc dicit Tapia.

R E X G V L I E L M V S.

CRebra a noſtrorum fidelinm excellentiæ noſtræ relatio patefecit: Quod quidam Bainli noſtri vſque adeò ſuæ baiulationis ᶜ extendunt officium quòd ſacramentales, quos cauſarum qualitatibus per ſententiam iudicum præſtari contigerit, Baiuli ipſi non liceret, vt C. lib. 10. de Decur. l. ſi quis Decur. Vel melius dico quòd Baiulus poteſt compellere Sacramentales venire ad iudicium, vt in iure Longo. qualiter quis ſe defende vt l. Sacramenta. non tamen poteſt.

C *Rebra.* Præſena conſtitutio punit Baiulorum exceſſus in eo, quòd ſacramẽtales remittunt. vt inf. de pe. Ba. in fi.

b *Extendunt.* Hoc verbum innuit, quòd remittere ſacramentales, non pertinet ad officium Baiuli, ergo nec vocare: tunc enim poſſent remittere, & illis ſine licentia diſcedere non eos remittere, vel de eis gratiam facere in præiudicium alterius partis, vt hic dicitur, & arg. ad hoc. ff. de tranſact. cum hi §. ſi prætor. & de reg. iur. nemo poteſt mutare.

ipſi interdum de a gratijs, & ſæpius pecunia recepta remittunt, quod reputantes iniquũ in poſterum prohibemus: Pœnam vnius libræ auri in Baiulum, qui contrafecerit, ſtatuentes.

a *Gratijs.* Sic & prætor † non poteſt gratiam facere cauſæ cognitionis quæ exigitur in tranſactione alimentorum, vt ff. de tranſact. cum hi. §. ſi prætor. nec etiam ſolennitatis quæ exigitur in decreto interponendo in alienatione rerum minorum, rum, vt ff de rebus eorum qui ſub tu. l. magis. §. ſi hæres.

†ADDITIO. *Et ſic no. quòd ea quæ ſunt neceſſaria ad actum, non poſſunt remitti per Iudicem. de quo in l. nemo poteſt. de leg. 1. & per Moder. in alleg. § ſi prætor.* De Bottis.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

C *Rebra.* Alij habent hanc conſtitut. ſupra in tit. de offic. Magiſtri Iuſtit. Sed melius eſt hic, hic punit Bajulos de ipſis ſacramentalibus iure Longobardo inductis. Vtrum impulſentur ſi aliqua ſuſpitio præceſſit, vel ſemiplena probatio, aut non? & aliquis cœpit probare ordinare, deinde impulſit ſacramentaliter an poſſit? Et vtrum tunc cum proteſtatione, vel ſine. Et qualiter iurent Sacramentales, diximus plenè in tit. de contemp. inter dom. & vaſſal. de inueſtit. feud. cap. 3. §. ſimiliter.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAec conſtitutio, vt inquit Afflict. hic eſt conformis iuris communis diſpoſitioni, quæ teſtes prohibet recipi abſq; iuramento, l. iuriſiurandi. C. de teſtibus.

Baiuli iuramentum præſtent iuxta conſtitutionem puritatem, & inſuper quòd pœnas non remittant. h. d. Tapia.

IMPERATOR FEDERICVS.

BAiuli a locorum, & Iudices publicè ſuper iuſtitia miniſtranda ſacramenta præſtabunt, quæ præſtanda per magiſtros Camerarios præmiſſa conſtitutio noſtra decreuit. Illud tamen ſacramento Baiulorum expreſsè vidimus inferendum, vt pœnas * & mulctas veteribus legibus, & noſtris conſtitutionibus comprehenſas ab his, qui in eas inciderint, prout ad ipſorum iuriſdictionem, & cognitionem cauſæ pertinere noſcuntur, nulli omnino gratiæ, & honòri penitus deferentes, ſine diminutione requirant, & recipiant requiſitas.

a B *Aiuli.* Eſt ſinis conſtit. quæ eſt ſupra, puritatem.

* ADDITIO. *Adde an iſta differant inter ſe, vide per Spe. in tit. de ſent. prolat. in §. 1. ver. eſt & quarta ſpecies. & per Archid. in cap. ſtatuimus, in vlt. col. 16. quæſt. 1.* Super.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

B *Aiuli locorum.* Repetit, quod dixit ſupra de offic. mag. Camer. l. puritatem. And. de Iſer.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAec conſtitutio hodie non ſeruatur, quo ad iuramentum iuxta conſtitutionem Puritatem, nam Baiulationes venduntur, vel locantur, præſtant tamen iuramentum de benè, & fideliter adminiſtrando, vt in Pragmatica Regis Ferdinandi, quæ ſituata eſt ſub hoc tit. in fine.

Baiulus, Iudex, & Notarius centeſimam partem valoris litis pro mercede recipiant. h. d. Tapia.

IMPERATOR FEDERICVS.

PRo ſcripturis, & ſcriptoribus ſententiarum, recipiant Baiulus, Iudex, & notarius centeſimam partem æſtimationis rei in litem deductæ: pro iuribus eorum æquis inter eos portionibus diuidendam, & ſuis vtilitatibus applicandam, quam ab actore, vel reo recipiet, qui ſententiam ipſam, ad ſui cautelam voluerit in ſcriptis habere. Salarium autem prædictum inter eas expenſas computari cenſemus, quas præſtandas fore præſcripſimus à victo victori.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAec conſtitutio hodie non ſeruatur, ſed certa quantitas exigitur pro ſcripturis, & decretis iuxta conſuetudinem locorum.

Baiuli tres tantum in quolibet loco eligantur, hijque ſint de locis demanij. h. d. Tapia.

IMPERATOR FEDERICVS.

SAepè a contingit, quod multitudo officialium, qui de facili conuenire non poſſunt, litigantibus in ipſorum rationibus impedimentum inducat. Statuimus igitur, vt tres tantummodo Baiuli, & non plures, in locis quibuſlibet ſtatuantur: & ipſos etiam de demanio, & homines demanij eſſe præcipimus.

a S *Aepè contigit.* Frænat hæc conſtitutio multitudinem Baiulorum, vt vltra tres non ſint concor. in Authen. de teſt. l. 1.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

S *Aepè contingit.* Not. de multitudine, quæ innumeroſa nihil habet honeſtum, vt in Authen de referen. circa fi. aliàs. de ſan. epiſcop. Sic 1. Machab. 3. c. Non in multitudine exercitus eſt victoria. & Veget. lib. 3. nimis aliàs vnus copioſus exercitus magis propria multitudine, quàm hoſtium feritate deprimitur, maximè ſi rudis, & indocta quæ parata eſt ſemper ad cædem. Item not. de tribus Baiulis, corrigitur ſuprà de offic. mag. Camer. quæ dicit vnum. nota etiam de clericis, pro quo eſt. C. de epiſc. & cler. l. placet.

S *Aepè contingit.* Credo, ꝙ hæc conſtitutio intelligatur, quòd tantum tres baiuli conſtituantur ad exercenda iura baiulationis, ſeu dohanæ, quæ continentur ſuprà de ſacra. præ. l. fi. & non loquitur hæc conſtitutio de iuſtitia adminiſtranda: quia in ea vnus tantum Baiulus debet eſſe, & non plures, vt ſuprà de ſacr. præ. l. magiſtri Camerarij in prin. in qua etiam dicitur, quòd baiulatio iuſtitiæ vendi non poteſt, & melius infra de apparitore. l. occupatis. §. ſtatu. & vide, quia D. And. de Iſern. in præallegata conſtit. occupatis, in ſua lect. allegant hanc conſtit. pro contraria, & non ſoluit. Pet. de Monteforte.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILARII ANNOTATIONES.

HAec etiam conſtitutio non ſeruatur cum (vt diximus) ferè omnes baiulationes, aut Vniuerſitatibus, aut Baronibus ſint conceſſæ, qui ad ſui libitum vni, vel pluribus baiulationis officium concedunt, aut locaot.

Contra Baiulos ſingulis quatuor menſibus ex proceſſibus inquiritur, & anno quolibet in fine anni per inquiſitionem generalem, & delinquentes puniantur pœna hic ſtatuta. h. d. Tapia.

Ex conſtitutione cum iuſta prouidum.

§. Per ſingulos etiam menſes quatuor à magiſtro Camerario de Baiulis, Iudicibus, atque notarijs, proceſſibus inquiretur: & demum, anno perfecto, per generales inquiſitores à noſtra Curia deſtinatos exactiſſima fiet inquiſitio contra eos. Qui autem inuenti fuerint per magiſtrum Camerarum ſupradictum, vel inquiſitores culpabiles: videlicet, quòd odio, [1] vel amore, prece, vel pretio alicuius iuſtitiam facere petentibus denegaſſent: Aut per fraudem infra ſtatutum tempus iuſtitiam facere petentibus denegaſſent: Aut per frandem infra ſtatutum tempus iuſtitiam facere detrectaſſent: vel quòd ſuæ iuriſdictioni ſubiectos per [2] vænales ſententias, aut ſimilibus alijs grauaminibus manifeſtis oppreſſerint, vt remiſſa inquiſitione ad magnam Curiam noſtram, de periurio manus mutilatione mulctentur. Et ſi durante officio per Camerarios in manifeſta deſidia inuenti fuerint, non dolo, tertia parte mobilium puniantur.

1 ADDITIO. Odio, vel amore, prece, vel precio. *Adde tex. in c. quatuor modis. 11. q. 3.* Superantius.

2 ADDITIO. Per vænales ſentẽtias. *Adde, quòd Iudex, qui corruptus eſt prece, vel precio, & dedit ſententias, efficitur infamis, vt in l. de eo. & ibi Paul. de Caſt & Doct. C. de pœna iud. qui malè iudica. Et talis facit litem ſuã, ſecundum Bal. in l. properandum. C. de iudic. Immo tenetur ciuitas, vel Princeps, qui creauit illum Iudicem, ſecũdum Ludou. Rom. conſil. 338 incip. in caſu propoſitæ obſulationis aduertendum cenſeo. in 2. dub. quod conſilium ſequitur Iaſ. in l. ſi quis in conſcriben. in 4 col. C. de pac.* Superantius.

Pœna baiulorum non excedat vnum auguſtalem conſtito de damno ſaltim per teſtes, baiulus præſtet iuramentum de benè administrando, per annum exerceat, & ſindicatum præſtet. hoc dicit Tapia.

PRAGMATICA I.

De officio Baiuli.

STatuimus quod in damnis datis perſonaliter, vel cum animalibus, ſiue ex officio, ſiue ad denunciam procedat, ad condemnationem procedere non poſſit, niſi de dictis damnis ad minus per vnum teſtem, cum iuramento innentoris ſeu partis per partem damnificatæ, niſi fortè animalia ipſa, pars ipſa in manu habuerit, quo caſu ſtetur dictæ partis aſſertioni cum iuramento, & ſimiliter ſtetur dicto officiali ſolum ſi dicta animalia inuenerit, ad pœnam quinque vnciarum, applicandarum Cameræ fiſcali pro qualibet vice, quam ad condemnationem aliter proceſſerit, intelligatur damnum dediſſe quicunque in poſſeſſionibus alienis contra Banda, cum animalibus, vel eius animalia, ſine eo paſculare reperta fuerint, nec etiam ſimili pęna poſſit procedere ad exactionem alicuius pęnæ contra damnum dantes, niſi prius fuerit ſatisfactum paſſum. Decernentes pęnam in cauſis ciuilibus coram dicto Baiulo mouendis, non poſſe excedere quantitatem ſortis petitæ, vſque ad quantitatem auguſtalis, etiam ſi quantitas petita exced ret dictum auguſtalem, reſeruato tamen in arbitrio creditoris, ſi pro minori pęna accuſare voluerit, vt hactenus extitit conſuetum, quam pęnam (vt ſupra dictum eſt) exigere non poſſit, niſi poſtquam creditori ſatisfactum fuerit. Et ſi contrafecerit, ſupradictæ pęnæ quinque vnciarum ſubiaceat. Debeatque dictus Baiulus, ad pęnam vigintiquinque vnciarum ſi contrafecerit in introitu officij in noſtra Camera Summariæ comparere, & ſacramentum ſubire de benè. & iuſtè exercendo officium ſuum (omni dolo & fraude ceſſantibus) ibidemque tunc præſentare debeat librum ligatum, cum chartis per numerum ſignatis, & in principio cuiuſlibet chartæ ſculptum ſigno Ciuitatis noſtræ Neapolis, cum inſcriptione tituli in principio dicti libri tali. Hic eſt liber mei talis baiuli, talis anni præſentatus in eadem Camera, in numero tot chartarum, in quo deſcribentur omnia, & ſingula agenda durante tempore dicti anni per me vel officiales meos, ſicque debeant baiuli & officiales prædicti in dicto libro ordinatè ſcribere de die in diem petitiones, denunciationes, accuſationes, citationes, iuramenta, & dicta teſtium, ſententias, condemnationes, declarationes, & omnia & ſingula acta quæ per eos fieri contigerit ad pœnam ſupradictam quoties contrafactum apparuerit. Nec poſſit baiulus ipſe vltra annum in dicto officio reformari, in fine cuius anni debeat ſindicari per Electos Ciuitatis Neapolis, & aliorum locorum, in quibus officium baiulatus prædicti exerceri contigerit. quadraginta dies cum conſilio iuriſperiti deputandi. Et quia vera relatione percipimus nobiles Iudiceſque in Ciuitate Neapolitana cum dictis baiulis ſedere conſueuerunt, interuenire recuſant, propter vtilitatem perſonarum, quæ ad dictum officium deputantur. Volumus, & mandamus in dicto officio deputari perſonas egregias, cum quibus nobiles, Neapolitanos qui Iudices deputabuntur interue-

nire

nire non pudeat. Ritus de eo qui in Magna Curia Vicariæ in cõtumacijs, & vocationibus eorum qui contumaces fuerint obſeruatur coram dictis baiulis obſeruari debeant, & aliter tamquam contumacem procedi non poſſe, ad pęnam dictarum quinque vnciarũ ſupraſcriptam. Et nè fraus aliqua in pignoribus capiendis, tam per dictos baiulos, & eorum officiales, quam per quoſcumque alios in ciuitate Neapolitana, & in quibuſcũque alijs locis noſtræ iuriſdictioni ſubiectis: Volumus quod quicunque baiuli, alguzerij. executores, vel alij officiales, pro executionibus ad pignorum captionem deuenerint, dicta pignora ordinatè ſubſcribere debeant de die in diem in duobus quinternis, deſcribendo qualitatẽ pignoris, quantitatem, pro qua pignus captum fuerit, & à quo, tempus, & locum vnde ceperint. De quibus quinternis, ſingulis tribus Menſibus debeant vnum aſſignare in communi, nec poſſint dicta pignora vendere, niſi citatis dominis dictorum pignorum, & legitimis ſubhaſtationibus præcedentibus. Et publicata fuerunt capitula, leges, & conſtitutiones in Sacro Regio Conſilio penultimo Octobris, anno Domini 1477.

Et eodem die in Magna Curia Vicariæ, & die ſecundo menſis Nouembris eiuſdem anni fuerunt bandita per Sedilia dictæ ciuitatis Neapolitanæ, notificando Principibus, Ducibus Marchionibus, Comitibus, Terrarũ Dominis, Baronibus, & Vniuerſitatibus, vt ad pęnam confiſcationis omnium bonorum ſeruare debeant, ad vnguem prout cantant. Subſcripti ſunt propria manũ Illuſtriſs. & Regij vtriuſque iuris Doctores videlicet, Dux Eſculi manu propria. Lucas Tozolus Vice Protonotarius, vtriuſque iuris Doctor, Regius Conſiliarius. Ioannes Baptiſta de Bentiuolijs vtriuſque iuris Doctor, Regius Conſiliarius. Bernardinus de Bernardinis Amerinus miles Regens Mag. Cur. Vicariæ. Nicolaus Antonius de Montibus vtriuſque iuris Doctor. Angelus de Ricijs vtriuſque iuris Doctor, Regius Conſiliarius. Ioannes Antonius Carrafa vtriuſque iuris Doctor. Iacobus Protonobiliſſimus vtriuſq; iuris Doctor, Regius Conſiliarius. Andræas Mariconda vtriuſque iuris Doctor, Regius Conſiliarius. Paulus Marcheſius vtriuſque iuris Doctor, Regius Conſiliarius. Petrus Trocta vtriuſque iuris Doctor, Regius Conſiliarius. Nicolaus Antonius Orilla vtriuſque iuris Doctor Iudex Magnæ Curiæ Vicariæ. Ioannes Andræas de Zoffo vtriuſque iuris Doctor Iudex Magnæ Curiæ Vicariæ. Franciſcus de Maſtrillis vtriuſque iuris Doctor, Iudex Magnæ Curiæ Vicariæ. Stephanus de Gaieta vtriuſque iuris Doctor. Leo de Sturionibus vtriuſque iuris Doctor, Iudex Magnæ Curiæ Vicariæ. Paris de Puteo vtriuſque iuris Doctor. Colutius Mangionus Legum Doctor.

DE IVRAMENTO AB OFFICIALIBVS PRAESTANDO. Rubr. xxxviij.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 CVm teſte Cicerone de offic. lib. 1. † fundamentum iuſtitiæ ſit fides ad ipſam per optimè adminiſtrandam neceſſarium duxerunt Sacrarũ legum conditores, vt quibus eius adminiſtratio eſſet committenda ante ſuſceptam adminiſtrationem iuramentum præſtarent, ſe officia conſequutos non eſſe pretio, aut præmio aliquo, ipſoſque leges ſeruaturos. Hanc rem ab antiquis Romanis ſeruatam fuiſſe tradidit nobis Alex. ab Alex dier. gen. lib. 4. cap. 6. verſ quin etiam, cuius obſeruationis memor Imper. Iuſtinianus ſpecialem de hoc tradidit nobis conſtitut. in autheo. iuſiur quod præſtat. ab ijs, qui adminiſtr. quod, & ipſe repetijt in Authen. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag. § ſic igitur à nobis, & in l. rem non nouam C. de iud. quod idem decreuerunt Theodoſ. & Valentin. in l. fin. C. ad l. Iuliam repetundarum, & apud Hiſpanos receptum eſt, l. D. Ioannis Secundi quæ eſt. 4. tit. 16. lib. 2. ordination. cuius rei memor Rex Gulielmus conſtit. edidit, quæ incipit puritatem. ſic, & Imper. Federic. aliam, quæ incipit baiuli locorum, & de conſiliarijs habetur iuramentum de offic. S.C. in Pragm. 2. & alij huius Regni, & Reges, & Proreges diuerſas de hac re nobis tradiderunt ſanctiones, ſed cum nihil Iuſtiniani conſtitutioni ſit addendum eam iudicantes exoro, vt ſæpè ſæpius legant, & quæ congeſſit. Iacob. Simanc. lib. 7. de Repub. cap. 16.

Officiales ante ſuſceptam adminiſtrationem iurent ſecundum formam hîc poſitam, h. d. Tapia.

REX GVLIELMVS.

PVritatem, a quam nos ipſi ſectamur, ab officialibus noſtris in iudicijs maximè præſtolamur. ¶ Et vt in pęnam eorum qui contrafecerint vltionis diuinæ iudicium, noſtrę indignationis aculeis aggregemus, præſenti lege ſancimus, vt omnes Camerarij, & Baiuli priuſquam in cabellã, vel credentiam baiulationes noſtras, quas adminiſtrandas ſuſceperint, tactis 1 corporaliter ſacroſanctis Euangelijs, in publico b corporalia ſubeant † ſacramenta, quod purè & ſine fraude: non amore, non odio, non prece, non precio, nec timore, omnibus conquerentibus abſque perſonarum exceptione, prompto zelo iuſtitiam miniſtrare curabunt,

a PVritatem. In hac conſtitutione ponitur forma ſacramenti, quam præſtant Baiuli, & camerarij, concord. in Auth. iuſiurandum quod præſtat. ab his, qui admin.

1 ADDITIO. Tactis corporaliter ſacroſanctis Euangelijs. *Adde glo. in ver. tacta. in clem. 1. de hæreticis. glo. in verbo tactis. in clem. 1. de iureiur glo. in verbo corporali. in cap. vt circa. de elect. in 6. glo. in cap. 1. in §. item ſacramenta. de pace iuram. firm. in verſ. ſub ſeu.* Superant.

b *Corporalia ſubeant ſacramenta.* Collige hic modum, qualiter iurare debeant Baiuli, & Iudices in ingreſſu officij. Nam in ambobus loqui poteſt, per ea

Digitized by Google

ea quæ dicit infra, in dicabunt. & infra, dè offic. Baiu. & etiam de Camerarijs. Sacramentum verò aſſicurationis, quod præſtant vaſſalli dominis eorũ, habes infra de aſſeſſ. do. à vaſſallis. l. vna.

ADDITIO. *Adde tex. in c. quatuor modis. 12. q. 1.* Superant.

* ADDITIONES. *No. ius Longobardum dici commune, ergo omnes debent in Regno viui iure Longobardo, cũ hic videtur derogare iuri cõmuni. de quo no. gl'o. ſup. d quibus com. & Bar. in l. vniuerſis. ff. . . . ibi, Longobarda, id eſt ſi viuunt iure Longobardo, illud præferatur iuri Romano. ſi autem non, tũc ſeruetur ius Romanum. & ita communiter fuit ſeruatum, vt teſtatur, Luca de Penna in l. 1. colum. 7. de conduct. libro vndecimo, vbi tenet quod ius Longobardum non ſit ius commune, ſed ſpeciale. & dicit quòd verba ſecundum iura communia referuntur ad Romana. vide quia pulchrè loquitur.* De Bottis.

¶ *De legibus Longobardis, & quomodo ſeruentur in Regno, vide Andr. in præl ud. feudor. cap. 3. & in cap. 1. §. bona vacantia. quæ ſint regal. & in cap. 1. de pace tenen. §. ſi quis hominem. & in cap. 1. de alie ſeu pater. §. & conſuetudo. vide Maran. q. 2. & Ioan. de Arno. ſingul. 8.* Fab. Iordanus.

a *Plus recipiant.* Aliter dicitur in aduocatis. dic, vt infra de offic. aduo. l. 2.

bunt, & ſecundum T conſtitutiones noſtras: Et in defectu earum, ſecundum conſuetudines approbatas: ac demum ſecundum iura communia Longobarda, * videlicet & Romana, prout qualitas litigantium exegerit, iudicabunt. Curiæ noſtræ Demania, & iura quælibet illæſa ſeruabunt: & quòd ipſa non negligant, nec ea in alios, vllo alienationis, vel locationis titulo transferant, nec per ſe occupabunt, aut occupari permittant, ſed occupata, & detenta ab alijs noſtræ Curiæ nunciabunt. Illud etiam in ſacramento Baiulorũ expreſſum inſerẽdum eſſe volumus: Vt pęnas, ſeu mulctas noſtris conſtitutionibus compræhenſas ab his, qui in eas inciderint, prout ad eorum officiũ, ſeu cognitionem cauſæ pertinere noſcuntur, nulli omnino honori, & gratiæ deferentes, & ſine diminutione requirãt, & recipiant requiſita, nec à partibus, præter ſubſcriptiones ſententiarum infraſcripta quantitate taxatas, non a plus recipiant, niſi quod eſt noſtra conſtitutione prouiſum. Et iurare prædicta faciant Cabellotos ſuos, quòd nil vltra veterem formam & noua ſtatuta requirent, vel ab alijs extorquebunt: Niſi quod eis conſtitutio Regni, & noſtra permiſerit.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

P*Vritatem.* Ponitur ſacramentum officialium, vt æqualiter iudicent.

Prout litigantium qualitas. Nam ille qui viuit iure Francorum iudicabitur per iura Romana, alij per Longob. quæ derogant Romanis legibus, vt hic, & ſupra tit. c. l. vt vniuerſis. Multi tamen non vtuntur iure Longob. in Regno, ſicut Neapoli, & Auerſæ, quos nõ excuſat conſuetudo, quæ tollitur per has conſtitutiones, ſiue præceſſerit, ſiue ſubſecuta fuerit. C. de vſu. l. hos. ver. cæterum. & ſupra in prologo, circa finem. Salerni etiam quidam viuunt iure Romano, & aliqui iure Longob. Sed omnes iſti excuſant ſe, quod ſunt Franci, & iure Francorum viuunt. imò quia ſic ſemper vixerunt, & viuunt, & hoc tollent iſtæ conſtitutiones, vt patet ſupra, de iure Francorum, in iu. ſub. l. 1.

P*Vritatem.* Iſta conſtitutio corrigitur per cap. Item incipiant, & officiales omnes. Ioan. Grillus.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T P*Vritatem.* Iudices, qui iuſtitiam adminiſtrare debent æqua lance id facere tenentur, ad hoc vide. quæ latè diximus ſupra in rubr. tit. de offic. in Regno conſtitut.

Sacramenta. Huius conſtitutionis contextus deſumptus T eſt ex authent. iuſiur. quod præſtatur ab ijs, & cum eo concordat l. 4. tit. 16. lib. 2. ordinat.

Conſtitutiones noſtras. Ad intellectum horum verborum vide, quæ ſuperius diximus tit. de legibus in hac conſtit. verſic. iuſtitiam miniſtrare curabunt.

Huius occaſione quærit Ioan. de Arnono ſing. 8. an Index, qui non iudicauit ſecundum conſtitut. iſtas teneatur de periurio cum iurare debeat, ſe ſeruare conſtitutiones, & capitula Regni, & concludit negatiuè quando caſus de quo agitur requireret celerem expeditionem, neque ſuperior poſſet adiri, & ſic neceſſitate ſugerente.

Iuſtitiarius iuret, quod Deum, & iuſtitiam præ oculis habebit, eamque ſine fraude, ac celeriter miniſtrabit. h. d. Tapia.

IMPERATOR FEDERICVS.

a I*Nter cætera.* Magiſter Iuſtitiarius debet iurare cito expedire lites ſine fraude. de. concor. C. de iud. l. properandum. de agri. & cenſi. l. litibus. Marinus de Cara.

ADDITIO. *Deum & iuſtitiam habendo præ oculis. Adde capit. cum æterni. de re iudic. lib. 6. & in c. omnis. 45. diſtin.* Superant.

INter a cætera capitula, quæ in ſacramento præſtando à Magiſtro Iuſtitiario ſeù Iuſtitiarijs cum adminiſtrationem ſuſcipiunt, cõtinentur, hoc ſpecialiter, & expreſſius volumus contineri, vt Deum, & iuſtitiam habendo præ oculis, vnicuique conquerenti iuſtitiam faciant ſine fraude, & quam citius poterunt, litigantes expedire curabunt.

Traditur

Traditur forma iuramenti ab officialibus praſtandi. hoc dicit Tapia.

REX CAROLVS I. Cap.37.

ITem recipiant* ſacramentum in forma ſubſcripta à quolibet officiali in quocunque officio ordinetur, ſcilicet, quòd per ſe, vel per alium ſub ſpe, vel occaſione habendi huiuſmodi officium non dedit aliquid nec intendit aliquid dare, nec aliquis pro ſe, nec promiſit Iuſtitiario, vel alicui alij officiali, vel alicui pro ipſo, vel vxori, nec alteri perſonæ ſub colore mutui, vel ſub colore fraudis durante officio, nec finito, occaſione promiſſionis primo factæ, ratione officij obtinẽdi.

Simile iuramentum præſtabunt omnes officiales, qui per nos, vel noſtram Curiam creabuntur pro tempore: & niſi iurauerint modo prædicto, nõ poſſint ipſum officium exercere, ſed eadem teneantur pœna qua tenerentur, ſi ſine mandato ſibi officium vſurparent. Ille, qui debet iuramentum prędictum ab officialibus recipere, ſi non receperit, pęnam vnius libræ auri fiſco noſtro componat, & tota forma pręſentis capituli in commiſſione vniuſcuiuſque officialium inſeratur. Officialis autem, qui debet prædictum iuramentum recipere, ipſum in præſentia decem teſtium recipiat modo prædicto. Nomina autem prædictorum teſtium & forma iuramenti prædicti in commiſſione officiali facienda ſpecialiter exprimantur.

ITem recipiant ſacramentum. Iſtud capitulum malè ſeruatur, vt vides in §. ſi male. ¶Nota quòd vnuſquiſque officialis debet iurare forma hic con.ẽta, aliàs non poteſt officium exercere.

* ADDITIO. Item recipiant. *Huiuſmodi cap. meminit Paris in tract. ſindic. in c. officiales, ante car. 2. Vide quia latè ponit de officiali, quomodo debet iurare ante ingreſſum.* De B.

Ibi, *Vſurparent*. Quæ pœna impoſita eſt in conſtitutione, quæ incipit, officia quæ perſonas. vt inſtitu. ali. ſu. ordinis non poſ. pri. li.

Ibi, *Tota forma*. No. quòd tota forma huius capituli eſt inſerenda in commiſſione vniuſcuiuſque officialis. Bartholomæus de Capua.

Ibi, *Officialis*. Facit ad hoc etiam conſtitutio, quæ incipit, puritatem, de ſacram. & cau. præſtan. à Baiul. Idem Barth. de Capua.

ADDITIO. *Adde etiam hic pulchrè Lucam de Penna in l. 1. in 2. colum. ver. item no. C. de muriley. lib. 11. Et vide etiam aliud capitulum infra, incipiens, item quòd prædicti officiales, &c. vbi allegat capitulum iſtud, & mandat quòd tenor huius capituli in omnibus obſeruetur. & Matth. in proœm. conſtit. in 11. q. in 3. col. ver. & exemplum. & in rub. de præt. iur. à magiſtro Iuſtitiario. in ver. officium vſurparent, &c. Quæ autem ſit pœna vſurpatis officium? Dic quòd eſt pœna publicationis omnium bonorum, vt in conſtit. duram, & diram. & ſequitur Matth. in proœmio conſtit. in 12. q. in 3. col. in fine. Et de pœna vſurpantis iuriſdictionem, vide Andream in conſtitutione, terminum. in 1. col. Adde hic, quod iuriſdictio dicitur vſurpari, tex. eſt in c. conqueſtus. ibi, iuriſdictionem vſurpare præſumunt. de foro competenti. cuius vſurpantis iuriſdictionem pœna eſt vt amittat iuriſdictionem in loco quam habebat, vt eſt textus in conſtit. ea quæ ad decus. & voluit Luc. de Pen. in l. ſi quando. in ver. vſurpatione. C. de bon. vacan. lib. 10. & allegat tex. in cap. ſic decet. 25. q. 2. & ſequitur Matth. in conſtit. ſi quis in poſterum. in 3. col. vbi allegat alias cotus. Et alibi dicitur, quòd vſurpans quod ad ſe non ſpectat, punitur de falſo, per Petr. de Auchar. in cap. Apoſtolicæ, de priuileg. in 6. ſequitur Felyn. in cap. tertio loco, in 1. col. de proba. & voluit etiã And. in conſtit. ut. præal. leg. duram & diram. & ſequitur Matth. in d. conſtit. ſi quis in poſterum. in 3. col. Adde etiam quod vſurpatio cadit in rebus priuatis: nam quis dicitur vſurpare rem ſeu fundum, in quo ius vertitur. iſte eſt tex. no. quem ego pondero in l. ſi irruptione. ibi, ideoque vſurpandi quibuſdam loca, in quibus ius nõ habetur, &c. ff. fi. reg. Adde etiã quod vſurpare quis dicitur aliquid, quando illud quod ſibi deberi putat, propria authoritate accipit, & non per Iudicẽ repoſcit. dicit tex. no. in c. quod autem in verſic. vſurpat. 16. q. 6. Adde, quòd dicitur vſurpare iuriſdictionem, & merum, & mixtum Imperium, qui ea exercet ſine licentia regis. tex. eſt in conſtitutio. duram & diram, & ibi ad hoc nota. Matth. in 3. nota. vbi etiam ponit qua pœna puniatur, vide eum omnino. Adde hic, quòd adhoc vt quis dicatur vſurpaſſe iuriſdictionem, oportet, quòd quis ſit vſus iuriſdictione ſaltem per duas vices. Matth. in dicta conſtitutione duram & diram. in 4. nota. Et ibi etiam ponit, quòd vſurpare eſt in malum vſum deducere, vt l. 2. in princip. ff. de adminiſtra. rerum ad ciuita. pertin. cum glo. in ver. vſurpata. Adde hic, quod vſurpare eſt quaſi vſu prauo rem ad ſe deducere. Lucas de Penna in l. 1. in princip. C. de ſtatu liber. lib. 11. refert Matth. in conſtitut. duram & diram. in fine. Adde hic, quòd reperitur vſurpatio licita. Matth. in conſtit. cum ſatis, in princip. per tex. ibi, per vſurpationem illicitam. Vſurpatum enim exponitur, ideſt conſuetudine obtentum. glo. eſt in l. iniuriarum actio, in verbo, vſurpatum. ff. de iniur. l. 2. ibi, oratores autem vſurpationem frequenter vſum vocant. ff. de vſucap. ad idem bonus tex. in cap. 1. de aliena. feudo. ibi, ſed hodie eſt vſurpatum, id eſt conſuetudine abrogatum. & ibi vide quæ ponit Matth. ita Matth. in dicta conſtitut. cum ſatis. Adde quod vſurpare dicitur ille, qui apponit manum rei non ſubiectæ ſuæ parti. Matth. in conſtitut. Iuſtitiarij de cætero, in fine. & alle. ſupra. vide eum.*

In verbo, *officialis autem, &c.* Officialis autem debet iurare in præſentia decem teſtium. verba huius capit. ſignata refert Matth. in conſtit. Baiuli locorum, in 1. not. vbi pulchrè loquitur. vide eum omnino.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILARII ANNOTATIONES.

CIrca hoc capit. eſt animaduertendum, quod hodie hæc forma ſeruatur, cui addenda eſſent, quæ in alijs conſtitutionibus ſupra tradita ſunt de legibus ſeruandis, & alijs, & quod dicitur in ſequenti capitulo, quæ iuramus in Sac. Conſ. quando ad poſſeſſionem nos admittit D. Præſidens in cuius manibus præſtatur iuramentum.

Officiales iurent fidelitatem Regi, & ſe capitula, & conſtitutiones Regni ſeruaturos. h. d. Tapia.

REGINA IOANNA. Cap.185.

ITem quòd omnes officiales in futurum creandi, tam ſcilicet Iuſtitiarij, & Capitanei, quàm Iudices, & aſſeſſores, actorum Cameræque notarij, cum iurant in manibus Prothonotarij, vel Locumtenentis ipſius fidelitatem Reginali Maieſtati, & de officijs ipſis fideliter exercendis, inter cætera iurare teneantur ſeruare præſentia capitula, & alias quaſcunque conſtitutiones, & capitula Regni, quæ eis inquantum commodè fieri poterit, & ſpecialiter præſentia exponantur, & legantur

Digitized by Google

gantur per Prothunotarium, & Locumtenentem prædictum, vel alium de mandato ipſius. Et niſi conſtiterit in Summaria Mag. Regni Siciliæ Camerario, ſeu Locatenentibus ipſius, Cancellario, ſeu Locũtenenti eius de præſtationibus iuramentorum prædictorum, ipſi non faciant deliberari eis littetas officiorum eorundem. *

* ADDITIO. Eorundem. *Ita ſeruatur, quia datur cautio in Regia Camera. vide Afflict. in cap. quoniam, de probib. feud. alien. per Lothar.* De Bottis.

Promoti ad officia præſtent iuramentum, vt infra h. d. Rouit.

PRAGMATICA IV.

De offic. ad part. inſtant. non creand.

CAROLVS V. IMPERATOR.

ET quia ſæpè numero contingit homines inhabiles ambitionis impulſu officijs Iuſtitiæ inbiaræ, quæ tantummodo pecuniæ auxilio conſequi conantur. Cum id in ſubditorum noſtrorum damnum tendat, rectumque Iuſtitiæ cultum propterea maximè turbetur, atque etiam patrimonio noſtro detrimentum pariat: Præcipimus, & expreſsè iubemus, quod in poſterum Conſtitutiones, Capitula, & Pragmaticæ inuiolabiliter obſeruentur ſuper hoc, & ſignanter Pragmatica Neapoli edita à nobis, ſub pœnis in eiſdem contentis, & alijs grauioribus arbitrio noſtro reſeruatis: Declarantes expreſsè, quod eos, qui pecuniam pro dictis officijs recepiſſe detegentur, ad reſtituendum illam compelli omnino volumus, compellendoſque eſſe per præſentes mandamus, eamque ex tunc applicatam eſſe declaramus. Mandamus inſuper ſuper hoc ſeruari capitulum tenotis ſequentis.

Item recipiant ſacramentum in forma ſubſcripta à quolibet prædictorum officialium, in quocunq; officio ordinetur, ſcilicet per ſe, vel per aliũ ſub ſpe occaſione habendi huiuſmodi officiũ, non dedit aliquid nec interdũ aliquid dare, nec aliquis p ſe, nec promiſit Iuſtitiario alicui, alijuè officiali, vel alicui pro ipſo, vel vxori, nec alteri pſonæ, ſub colore mutui, vel ſub colore fraudis durante officio, nec finita occaſione promiſſionis prædictæ, ratione officij obtinendi: ſimile iuramentum præſtabunt omnes officiales: qui per nos, vel per noſtram Curiam creabuntur pro tempore: Et niſi iurauerint modo præfato, non poſſint dictum officium exercere: Eadem teneatur pœna, qua teneretur ſi ſinè mandato ſibi officium vſurparet, & ille, qui debet iuramentum præfatum ab officialibus recipere, ſi non receperit, pœnam vnius libræ auri Fiſco noſtro componat, & tota forma præſentis capituli in commiſſione vniuſcuiuſque officialium inſeratur. officialis etiam qui debet præfatum iuramẽtum in præſentia decem teſtium recipiat.

Idem, quod ſupra diſponitur. Tapia.

REX CAROLVS I. Cap. 14.

OFficiales omnes debent iurare, ſcilicet, Iuſtitiarij, Secreti, Magiſtri Procuratores, & Portulani, Magiſtri Foreſterij, Magiſtri Maſſarij, Inquiſitores, Paſſagetij, Viceadmirati, & Prothontini, Comites, Iudices, notarij, Magiſtri Salis, & omnes alij ſubofficiales eorum cum forma prædicta.

DE SECRETO SERVANDO. Rub. xxxix.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

AD huius Rubricæ intelligentiam vide, quæ tradit Iacob. Siman. libro ſeptimo de Repub. capit. 14. & 15. & celeberrimum tractatum à Dominico Soto eximio Theologo editum.

Prohibentur officiales ſecreta ipſius Curiæ propalare. hoc dicit Tapia.

IOANNA II. Rit. 3.

ITem quòd omnes officiales Curiæ prædictæ teneantur in ſecreto ſecreta ipſius Curiæ tenere, & nemini pandere. Et quòd quando aliquis bannitur, & condemnatur in ipſa Curia, aut Locumtenens vellet aliquem capi de perſona facere, nemini debeant notificare & notificari facere per ſe, ſeu per interpoſitam perſonam.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HVnc Ritum optimè gloſauit Carau. ideo ad eius dicta me remitto, vide tamen aliqua, quæ poſuimus in Pragm. 17. de officio Sacr. Conſ. in fine huius tituli poſita.

Iudices cauſas in ſecreto decidant, votaque non publicent. h. d. Tapia.

EX PRAGMATICA V.

De officio Iuſtit.

Don Raymundi de Cardona in anno 1516.

5. ET più perche intendemo ch'alcuna volta per lo votare, & publicare de lor voti, & parere,

CA-

Digitized by Google

parere, che fanno alcuno delli Giudici, ne ſeguitano molti diſordini, & molte volte ſi fà pregiudicio alla ragione delle parti, & intereſſe al Regio Fiſco, per tanto ve dicemo, & ordiniamo, che da quà auanti per qualſiuoglia cauſa ò queſito colore non permettiate ch'alcuno di voi Giudici dichiari ſuo parere, & voto, ſe prima tutti quelli Giudici, che ſi troueranno nel Palazzo di queſta gran Corte non ſe ritireranno inſieme in ſecreto, & diſcutino, e tutti inſieme vot'no, ſenza far intendere à perſona alcuna la diſparità de voti quando occorreſſe, con fare giudicare quello che vota la maggior parte, come è il douere, & ſolito, & così vogliamo che ſi oſſerui nelle compoſitioni, che s'hauranno da fare, quali vogliamo che ſi faccino, con interuento, & voto dell'Auocato Fiſcale, & non vogliamo altramente.

Propalantes vota priuatione officij puniuntur. h.d. Rouitus.

PRAGMATICA IV.

De offic. Iudicum.

CAROLVS V. IMPERATOR.

CVm vero ex propalatione eorum, quæ in Conſilijs, & Tribunalibus noſtris geruntur, & præſertim votorum, in cauſis, quæ in his tractantur, magnum inconueniens, & obſequio noſtro, & rectæ adminiſtrationi iuſtitiæ ſequi poſſet, volentes huic malo (vt par eſt) debitè mederi, ſtatuimus, & interdicimus, nè cui Conſiliariorum, aut officialium noſtrorum cuiuſcunque auctoritatis aut qualitatis ſit, liceat, liberumvè ſit conſilia, & negotia in præfatis Conſilijs, aut Tribunalibus agitata, & diſcuſſa cuiquam hominum aperire ſeu declarare, neque votorum ſententiam, vel ante, vel poſt deciſionem cauſarum reuelare, volumus etiã quod vota dictarum cauſarum expediendarum illico annotentur, & ſententiæ ipſæ deſuper ferendæ, atque decreta promulganda pro maiori parte votorum ferantur. In ſecus verò facientes vltra iræ, & indignationis noſtræ grauiſſimæ, & priuationis officiorum, pœnas alias noſtro arbitrio reſeruatas exequi mandabimus.

Vota conſiliariorum tam ante, quàm poſt ſententiam prohibet reuelari pœna hic ſtatuta. h.d. Tapia.

PRAGMATICA XVII.

De offic. Sac. Conſ.

REX FERDINANDVS I.

COnſiliariorum vota noſtrorum, tam ante, quã poſt latam ſententiam, arcano velari ſilentio mandamus, qua propter ſi quiſquam, ſiue Conſiliarius, ſiue Conſilij Secretarius, actorũuè Magiſter, aut Hoſtiarius illa detexerint, T priuationis officij pœnæ, atque etiam Maieſtatis noſtræ arbitrio decernendæ teneri volumus.

Extat Pragmatica Cæſareæ Maieſtatis recolendæ per ſecula memoriæ, edita inter alias, atque impreſſa in oppido Madritti, die 11. menſis Nouembris 1539. præcedenti conformis. Quas omnes ſub pœnis in ijs contentis, & alijs arbitrarijs, in eiſdem reſeruatis rigidè explicandis, & exequendis obſeruari præcipimus. Mandantes Conſiliarios omnimodam adhibere dilihentiam votorum notitiam etiam à perſonis in præſenti ſanctione deſcriptis nullatenus haberi.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

CVm iſta Pragm. concordat Rit. Mag. Cur. Vic. num. 3. in quo plura per Carau. Item §. *& perche intendemo*, ex Pragm. 5. de offic. Magiſt. Iuſtit. Item, & Pragm. edita per Illuſtriſs. Comitem Mirandæ, quæ ſubſequitur.

Poſtquam Conſiliarioeum vota in ſecreto proferri ſtatuit Rex Ferdinandus neceſſe erat, vt ipſe reuelantibus pœnam imponeret, oderunt enim peccare mali formidine pœnæ, & optima ratione, nè vota publicentur ſtatuit, vt liberius ſententiam ſuam quiſq; diceret, quod quidẽ in Sac. Conſ. præſer-
1 tim deſideratur ex eius † etimologia cum conſilium dicatur à con- & ſileo, quaſi illud dicatur eſſe conſilium, quod ſimul aliqui plura ſilent, & tacent, vt tradit Luc. de Penna in Rubr. de ſilentiarijs lib. 12. num 2. verſ. poſſet fortè. confert enim maximè ad Rempub. ſeruandam huiuſmodi ſecretum, vt ſenteotiæ, quæ inde oriuntur non ab homine, ſed à Deo, in cuius nomine congregantur, intelligantur prolatæ, quam rem explicauit Valer. Maxim. lib. 2 cap. 1. de inſtitut. antiqu. à Luca de Penna citatus loco allegato, & ab Afflict. in conſtitut. vt vniuerſis nu. 55. & faciunt quæ tradit Marcus Ant. Surg. de Neap. Illuſt. cap. 4 nu. 6. & 7. *quod ſidum, & altum*, (inquit Valerius Max.) *erat ſecretum conciſtorium Reipubl. ſilentij ſalabritate munitum, catus limen intrantes abiecta priuata dilectione, ita dilectionem publicam induebant, vt nondum vnum ſed neminem audiuiſſe crederes, quod tam multorum auribus fuerat commiſſum*, (& paulu ſupra) *adeò, autem magna caritate patria tenebantur, vt arcana conſilia patrum conſcriptorum multis ſeculis nemo ſenator enuntiauerit*, vnde dicit B. Auguſt. *officium ſingulorum ſit non ſolum oculos caſtos, ſeruare, ſed, et linguam*, ſiquidem ex reuelatione ſecreta, odia, recuſationes, iniuſtitiæ, cauillationes oriuntur. Hinc, vt cauti in loquendo eſſemus Illuſt. Miraodæ Comes ſequentem edidit Pragm. per quam ſingulis menſibus ordinauit, vt Præſidens Sac. Conſ. & alij Præſidentes tribunalium monerent Conſiliarios, alioſque Iudices, vt ſilentium ſeruarent, vtque in principio cuiuslibet anni iurarent ſecretum votorum ſe ſeruaturos, quod iuramentum ſimile eſt iuramento, quod à vaſſallis domino præſtatur, qui, vt habemus in cap. 1. de form. fidelit. debent iurare illa ſex inter quæ eſt tutum hoceſt, vt non reuelet ſecreta domini ſui, vt docuit Andr. ibi, & in cap. 1. quib. mod. feud. amitt. alias de feud. dat min. Valuaſor. alia,] quæ ad hanc materiam ſecreti ſeruandi conferunt dicemus infra tit. de offic. Mag. Iuſtit. ad Rit 3. Mag. Cur. Vic.

T *Priuationis officio.* Andr. in d. c. 1. quib. mod. feud. amitt. el ſecondo quærit qua pœna puniatur Conſiliarius, qui reuelat ſecreta Conſilij non hoſtibus Regis, ſed alijs, & reſpondet primo pœna periurij, quia iurauit hoc quando intrauit Conſiliũ etiam ſi non eſſet in damnum Regis, ſed in læſionem alterius, vtputa in damnum Conſiliarij, vel Collegæ dicendo parti talis Conſilium cõtra te protulit: ſatis poſſet dici puniri eum pœna l. ſi quid aliquid §. inſtrumenta, & §. ſi quis inſtrumentum. ff. de pœnis. Hæc ſunt verba Andr. quem ſequitur Luc. de Pen. d. loco verſ. qua autem, & videtur ſequi Nicol. Boer referens Lucam de Penna in tract. de ordin. grad. vtriuſque fori, alias de auth. Mag. Concilij cap. de ordine concitorij

Digitized by Google

ciſtorij Regis verſ.ſed qua pœna veniant puniendi,& Martin. Laudenſ in tract.de conſil.princip.q.1.ideoque alij fabis, alij lupillis ſuffragia dabant, vt cuius eſſet ſententia affirmatiua, vel negatiua ignoraretur, vt refert Alex. ab Alex. dier. gen. lib.4.cap.11.

Et apud Perſas capitali pœna reuelantes ſecreta puniebantur teſte Amiano Marcellino lib. 21. *Vetus*, (inquit) *diſciplina Perſarum ſilentium vitæ periculo ſanxerat*, refert etiam Quintus Curtius lib. 4. *lingua grauius apud Perſas caſtigatur, quam nullum probrum, nec magnam rem ſuſtinere poſſe credunt ab eo, cui tacere graue ſit, quod homini facillimum voluerit eſſe natura*.

EX PRAGMATICA VII.

De ſuſpition.official.

§. ET perche da non eſſerſi tenacemente oſſeruato il ſecreto che ſi deue tenere di quello ſi tratta,& ſi vota dentro della Rota,ſi ſuſpica che ſia la cauſa principale delle ſuſpitioni che ſi proponeno,oltre delle diligenze, che ſi faranno conforme alle Pragmatiche, & diffinitioni di leggi communi, etiam contra quelli, che ſi iattano hauere ſaputo li voti; per maggior ſodisfattione, volemo che li magnifici, & circoſpetti Preſidente del Sacro Conſiglio, Luogotenente della Regia Camera della Summaria, & Regente della gran Corte della Vicaria, il primo di dell'anno,che ſarà di negotij,habbiano da pigliare giuramento à tutti li Conſiglieri,Preſidenti, & Giudici, & altri che ſi trouano preſenti al notare, de ſilentio tenendo, & ſecreto ſeruando, & li predetti Preſidenti, Locotenente, e Regente della Vicaria, & anco li magnifici, & circoſpetti Regenti la Regia Cancellaria, il medeſimo dì habbiano da dare, & preſtare il medeſimo giuramento in mano noſtra. Volemo anco,che ogni primo di del meſe ſe li predetti Preſidente, Locotenente,& Regente ammoniſcano li predetti officiali li ricordino, & auuertano il detto decreto de ſecreto ſeruando: il che volemo s'oſſerui inuiolabilmente, vna con lo diſpoſto, & ordinato per li ſopradetti capi, ordinationi,& ampliationi. Et acciò ſiano à tutti note, comandamo che della preſente ſe ne affigano copie authentiche in valuis delli Regij Tribunali del Sacro Regio Conſiglio, & Regia Camera della Summaria,& gran Corte della Vicaria,& l'originale in valuia della Regia Cancellaria.

Datum Neapoli in Regio Palatio die 31. menſis Octobris milleſimo quingenteſimo nonageſimo quarto.

El Conde de Miranda.

V.Moles Regens. V.Goroſtiola Regens. V.Ribera Regens. Dominus Vicerex Locumtenens, & Capitaneus Generalis. Mandauit mihi Don Bernardino de Barionueuo.

NE OFFICIALES INFERANT GRAVAMINA VASSALLIS. Rubr. XI.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HIc titulus continet tantum grauamina, quæ inferuntur ab officialibus, non autem, quæ à Baronibus, de quo eſt particularis titulus de grauaminibus Vaſſallorum. ibi reperies multa,quæ ad hanc materiam faciunt.

Officiales prohibentur mittere ſubditos pro pecunia ad ærarium deferenda,& animalia capere non ſoluta mercede. h.d.Tapia.

IMPERATOR FEDERICVS.

*ADDITIO. *Adde modernos in cap.Regni, grauamina,nu.37.Nota iſtam conſtitutionem dicentem quòd etiam quòd quis pro ſeruitio publico, ſeu eius animalia mittuntur debet ſolui ſalarium competens,*

OMnes officiales * noſtros abſtinere præcipimus à grauaminibus, quæ noſtris fidelibus hactenus inferebant, mittendo ipſos interdum pro deferenda pecunia ad ærarium noſtrum, ſeu pro quibuſlibet alijs Curiæ no-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

O*Mnes officiales.* Inhibent grauamina ſubditorum ſpecificando non mittas ſubditos ad Curiam, niſi cum pecunia Regis,ne capiant animalia ſubditorum, niſi prius ſoluant mercedem pro vecturis: & punit ſi contra fiat. Omnia hæc

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HAec conſtitutio generaliter loquitur cum omnibus officialibus; licet quo ad pecuniam aſportandam loquatur cum Regijs perceptoribus.

Hæc inquam grauamina, quæ pro Regis ſeruitio inferuntur

tens, quod nota pro officialibus hodiernis mittentibus aſſociantes curſorum, vide c. quæ hominibus noſtri Regni. & cap. quòd nullus officialis, quàm ſubofficialis. De Bottis.

noſtræ ſeruitijs, interdum ipſorum animalia capiendo, & nec ipſis perſonis ſtatutis per Curiam noſtram expẽſas, nec pro vecturis animalium mercedes ſimiliter diffinitas aliquatenus exoluebãt. Quod qui fecerint, de bonis ſuis expenſas, & mercedes eiſdem hominibus, & Curiæ noſtræ tantundem exoluere compellantur.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

hæc & alia continentur in cap. Regis Caroli. & hoc melius clarificatur inf. l. proxi.

ADDITIO. *Vide cap. Regis Caroli, quòd nullus officialis. quod prohibet aliquem mitti proprio ſumptu pro ſeruitio Curiæ.* Cæſar.

O*Mnes officiales.* No contra officiales Regni, qui capiunt animalia pauperum, vt portentur res ipſorum officialium, & non ſoluunt. & loquitur iſta conſtitut. de ſalarijs & expenſis: nam benè poſſunt capere. Pro declaratione huius conſtitutinnis vide cap. quæ hominibus Regni noſtri, &c. quod nullus officialis, quàm ſubofficialis.

Omnes. Not. contra officiales Regni, qui capiunt animalia pauperum, vt portent res ipſorum officialium, & non ſoluũt, & loquitur conſtit. de ſalarijs & expenſis: nam benè poſſunt capere homines, & eorum animalia, dummodo ſoluaot, vt de appa. & eor. ſal. l. ſic, in fi. Barth. de Capua.

In tex. à grauaminibus. Dic quòd grauamen eſt, quia ipſi officiales noo ſoluebant vecturas animalium, mercedes, & expenſas hominum, quos pro ſeruitijs curiæ mittebant: & non intelligas quód grauamen fit in mitteddo homines pro ſeruitijs Curiæ, vel capiendo animalia, quia hæc eis conceduntur, quia ſtatutæ ſunt expenſæ, vt infra de appel. & eo. ſal. l. ſic, in fi. tam pro vecturis animalium, quàm pro expenſis, ſeu laboribus hominum mittendorum pro ſeruitijs Curiæ, vt hic dicitur. Præterea conſtit. punit officiales non ſoluentes vecturas animalium, & alia ſupra dicta in expenſis & mercibus tantummodo, & non in alio, vt hic dicitur. ergo de grauaminibus expenſarum tantum loquitur. Barth. de Capua.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

tur ſubditis prædixit dominus 1. Regum ca. 8. dum ius regium deſcripſit in hæc verba (*hoc erit ius Regis, qui imperaturus eſt vobis filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, facietque ſibi equites, & præcurſores quadrigarum ſuarum, & conſtituet ſibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum ſuorum, & meſſores ſegetum, & fabros armorum, et curruum ſuorum, filias quoque veſtras faciet ſibi vnguentarias, et focarias, et panificas, agros quoque veſtros et vineas, et oliueta optima tollet, et dabit ſeruis ſuis; ſed et ſegetes veſtras, et vinearum reddetus addecimabit, vt det eunuchis, et famulis ſuis, ſed ſeruos etiam veſtros, et ancillas, et iuuenes optimos, et aſinos auferet, et ponet in opere ſuo, greges quoque veſtros addecimabit, voſque eritis ei ſerui, et clamabitis in die illa à facie Regis veſtri, quem elegiſtis vobis, et non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petiſtis vobis Regem.*)

Hæc grauamioa, vt euitaret prudentiſſimus Imperator Federicus hanc edidit conſtitutionem, & de Antonio Pio dicitur, quod ad euitanda grauamina nullas obicrit expeditiones, niſi quod ad agros ſuos profectus eſt dicens (*graue eſt Prouincialibus Comitatum Principis etiam nimis parci*), (vt refert Simanc. de Repub. lib. 3. cap. 18.

Prohibet Imperator ſubditorum animalia ab officialibus capi pro ſeruitio Curiæ, niſi ſalario hic ſtatuto, & pretium animalis mortui mandat ſolui. h. d. Tapia.

IMPERATOR FEDERICVS.

* ADDITIO. *Nota hic ad intellectũ pragmatica de ſeruitijs præſtandis, quia ſi capitur animal ſiuè homine, minuitur ſalariũ hominis: & nimirum, quia robur hominis, ætas & opportunitas tẽporis in operis præſtandis attenditur, vt dicit tex. in l. ſi non fortẽ. §. ſi. libertus. ibi, namq; plerunq; ff. de cond. indeb. & hoc eſt, quod diſponit c. Regni, grauamina, diũ de ſeruitijs præſtandis per homines & per animalia loquitur de ſalario dando per Curiã. & in c. q nullus. & not. q prag. illa quando ſtatuit ſalarium, loquitur de homine cũ animali proprio, & ſic ſi capitur animal alterius & ille cum proprio educit animal alterius, non debet habere ſalarium grani vnius.* De Bot.

ſone, & ciaſcuno d'eſsi inſolidum vnicuique in ſua iuriſdittione, che debbiano, & eiaſcun di eſsi debbia oſseruare & eſsequire, & fare eſsequire, & oſſeruare quanto di ſopra ſtà declarato, ſotto le pene ſopradette, le quali ſi eſsequiranno, & ordiniamo che ſi eſequano contra li tranſgreſsori ſenza eccettioue di perſona alcuna. Et perche ſia la preſente Pragmatica nota à tutti, hauemo ordinato ehe ſe ne affigano copie authentiehe nelli Regij Tribunali di queſta magnifica, & fideliſſima Città di Napoli, & che ſi publichi per li lochi ſoliti di quella, & per tutto il preſente Regno.

Datum Neap. die 29. menſis Februarij 1580.

Don Iuan de Zuñiga.

V.Reuerterius Regens. V.Salernitanus Regens.
V.Salazar Regens. Baſtida de Muñatones Secret.

Præſides prouinciarum, cum Auditoribus, cæteriq; officiales nihil recipiant nomine donatiui, quouis tempore in eorum officijs, vſque ad §. 1. h. d. Ronitus.

PRAGMATICA IV.

De offic. Iuſtitiarij.

CAROLVS &c.

QVamuis per Regias Pragmaticas, & ſignanter per Regiam Pragmaticam Cæſareæ Maieſtatis, fuerit benè prouiſum, & conſultùm populis huius Regni, ne per Regios officiales grauarentur in expenſis, neque ad indebitas etiam ſolutiones compellerentur, & alijs indebitis extorſionibus vexarentur. Verù quia ex varijs querelis, tam Vniuerſitatum quàm particularium, per aliquos Gubernatores Prouinciarum, Auditores, Capitaneos Terrarum, Aſſeſſores, Magiſtros actorum, & alios officiales tam ad adminiſtrationem Iuſtitiæ, quam etiam ad exactionem iurium & pecuniarum ad Regiam Curiam ſpectantium, dictas Regias Pragmaticas non ſolum non obſeruari, ſed etiam exquiſitis fraudibus eas circumueniri intelleximus. Et volentes pro obſeruantia dictarū Pragmaticarum, vt decet prouidere, tollentes quoſcunque abuſus & fraudes, & addendo etiam pœnas contra non obſeruantes inremiſſibiliter à contrauenientibus exigendas, ſtatuimus, & mandamus, videlicet.

In primis quod Gubernatores, & Auditores Prouinciarum, Capitanei, Aſſeſſores, & Magiſtri actorum, & omnes alij officiales Prouinciarum, de cętero non audeant directè, vel indirectè, palam, vel occultè recipere ab Vniuerſitatibus nomine donatiui in ingreſſu, vel digreſſu, vel durante officio aliquam pecuniæ quantitatem, argentum & aurum, ſed ſolum exculentum & poculentum, quod in paucis diebus poſſit conſumi, & iura permittūt, etiam à volentibus, ſub pœnis in dictis Pragmaticis contentis, & vltra volumus, quod teneantur in quadruplum reſtituere, videlicet, Simplum Vniuerſitati, & triplum Regiæ Curiæ, & quod illi de Vniuerſitate, qui interueniunt in dicta donatione, teneantur de proprio tantum inremiſſibiliter ſoluere Regiæ Curiæ.

Probibentur officiales recipere munera ab Vniuerſitatibus. h. d. Tapia.

REX CAROLVS I. Cap. 38.

I*Tem quod Iuſtitiarij, &c.* Not. quòd vniuerſitas non poteſt imponere collectas ſine mandato Regis.

* ADDITIO. Item quòd Iuſtitiarij, Iudices, & actorum notarij. *Nota etiam: nam de eius natura eſt implicare caſum magis dubitabilem vt no. ſcribente in l. qui ſe patris. C. vnde lib. prout hic eſt. nam in cap. hac edictali, ſupra dixerat poſſe recipi ab vniuerſitate, nec meminerat eſculentorum. ergo tacitè videbatur innuere, quòd poſſunt recipere, in principio hic declarando illam dubitationem, dicit quòd nec eſculenta, &c. Et not. quòd vniuerſitates Regni non habent commune, nec poteſt imponi collecta ſinè ſpeciali mandato Regis: licet, vt audio, iſtud malè ſeruatur in Terra Idrunti, & alijs.* De Bottis.

ITem quod Iuſtitiarij, Iudices, & actorum notarij, * & Cameræ ſtipendiarij, & familiares alij, & officiales eorum, ab vniuerſitatibus terrarum nihil omninò recipiāt in pecunia, collectis, ſeu alijs quibuſcunque rebus, etiam eſculenta & poculenta, cum Vniuerſitates Regni nil habeant in communi: Nec collectas poſſint imponere ſinè ſpeciali mandato noſtro. Et ſi contra fecerint, recipientes, pro eſculentis, & poculentis, gagijs vnius anni priuentur, illi, ſcilicet qui habent gagia à Curia, & illi, qui non habent gagia in quadruplum receptorū eſculētorū, & poculentorū Curiæ teneantur. Pro alijs verò muneribus, & donis receptis, noſtro arbitrio puniātur. In numero verò prędictorum familiariū intelligantur vxores, filij, & omnes coniunctæ perſonæ ipſorum. Et idem intelligatur per omnia in Secretis, magiſtris Procuratoribus, magiſtris Portulanis, magiſtris Paſſuum, Inquiſitoribus, magiſtris Maſſarijs, magiſtris Foreſterijs, & alijs officialibus quibuſcunque, & ſubofficialibus, & familiaribus eorundem. Et ſi aliqui officiales habent officium à Curia in gabella, ſicut ſunt Secreti, magiſtri Salis, magiſtri Procuratores, & alij ſimiles officiales, commiſſarij, & ſubcommiſſarij, puniantur

Ibi, *nihil accipiant.* Iſtud malè ſeruatur. cōcordat cum c. Si alios Iuſtitiarios &c. Sed aliqui officiales habēt officia hodie à curia, hodie ſeruatur cōtrarium ſi reciperent eſculenta & poculenta à priuatis perſonis, quia benè poſſent, vt eſt in cap. hac edictali, &c. quod capit. concordat cum iſto, in §. neque liceat. Barth. de Capua.

ADDITIO. *In ver.* cum vniuerſitates Regni, &c. *Vniuerſitates non poſſunt imponere collectas ſinè ſpeciali mandato Regis. hoc cap. alleg. & ſequitur Luc. de Penna, in l. ſi quos, in 2. colum. C. de decur. lib. 10. Ad hoc, quòd præſes in Regno non poteſt imponere collectas ſinè ſpeciali mandato Regis, & tamen ipſe intelligit, niſi in his quorum executio ad ipſius officium pertineret, vt ibi per eum. & hoc cap. allegat etiam idem Luc. in l. fin. in 24. quæſt. C. de qui. mun. no lic. ſe excuſa. lib. 10. vbi latiſſimè examinat an præſes poſſit collectam imponere,*

Ibi,

tur ad rationem prædictam; videlicet quòd ipſi teneantur ſoluere Curiæ quantum pro gagijs ſuis vnius anni recipere deberent pro qualibet vice, ſi haberent ad credentiam à Curia officinm prædictum. Et illud capitulum omnes officiales iurare inter alia ſpecialiter teneantur.

nere, vide ibi ſemper, & vtrobique dicit, quòd hoc cap. eſt Regis Caroli Primi, & hoc limit. ibi Luc. in verſic. & hoc verum niſi &c. niſi pro muris ciuitatis conſtruendis, vel reparandis, vel pro refectione pontium, fontium, aquæductuum, vel viarum: nam tunc poteſt præſes collectam imponere, etiam inuitis ciuibus ſi commodum id eſſe proſpexerit, etiam ſinè ſpeciali mandato Regis, per plura, & rationes vide apud eum. Adde quòd Iuſtitiarij tenentur exigere reſidua collectarum, quamuis aliud ſpeciale mandatum eis propterea factum non fuerit per Curiam Regis: ita Luc. de Pen. in l 3. ver. no. ex hac glo. &c. per tex. ibi. C. de ſuſcepto. & arcar. lib. 10. Hoc cap. capit. etiam allegat Luca de Penna, in l. 1. in fi. C. ne ruſtic. lib. 11. & dicit quòd fiſcales deberent ipſum intueri. De hoc autem, an datia & collectæ poſſint imponi per commune, & vniuerſitatem ſinè permiſſu Principis, vide pulchrum conſ. Bart. in conſil. 180. incip. ſi aliqua poſſeſſio, &c. vbi diſputat pro, & contra: tandem concludit, quòd collectam generalem Cameræ fiſcali applicandam nemo poteſt imponere ſinè permiſſu Principis, ſed collectam ſpecialem vnaquaque ciuitas, vel vniuerſitas pro neceſſitate ſibi imminente poteſt imponere, & allegat iura, vide eum omnino, & tene menti. V. M. A.

Idem diſponitur quod in cap. præcedenti. b d. Tapia.

REGINA IOANNA. Cap. 277.

ITem quòd prædicti officiales Iuſtitiarij, ſcilicet, Capitanei, Iudices, actorumque notarij, ſtipendiarij, & alij officiales eorum nulla recipiant dona ab vniuerſitatibus Terrarum & locorum cõmiſſorum eis officiorum, nec etiam expenſas, nec eſculenta, nec poculenta etiam à ſponte dantibus, nec aliqui recipiant huiuſmodi dona, ſub eo prætextu, quòd non accedant ad Terras, & loca ipſorum, neque etiam recipiant à ſpecialibus perſonis Terrarum, & locorum officiorum eorundem, niſi tantummodo eſculenta, quatenus eis per conſtitutiones, & capitula Regni permittuntur, & non vltra.

Officiales prohibentur ab vniuerſitatibus munera recipere. b. d. Tapia.

PRAGMATICA I.

De Muneribus officialium.

FERDINANDVS &c.

CVm multa ſint quæ Reges, & Principes ſumma diligentia, & cura prouidere oporteat, vt Regna, & Imperia quibus diuinitus præſunt rectè gubernentur, illud nobis præcipuè curandum eſse videtur, vt eorum ſubditi ab oppreſſionibus, & indebitis grauaminibus releuentur. Cum itaque nuper ad noſtram notitiam peruenerit, officiales, & Capitaneos adminiſtrationi iuſtitiæ per nos ordinatos, vltra prouiſionem, & ſalarium eis taxatum, varijs modis, vel lucri, vel donatiui nomine à vaſsallis noſtris pecuniam extirpare, & interdum plures perſonæ, ac ciues, vt gratiam, & fauorem ipſorum officialium adipiſcantur eiſdem dona, & pecunias ex publico procurant: nè ſubditi noſtri prædicti, extorſionibus, & indebitis ſolutionibus iam dictis continuè grauentur, & officiales ipſi qui pro tempore fuerint prouiſioni tantummodo ipſis ordinatæ, vel taxandæ contenti remaneant, & acquieſcant, remoti penitus ab omni ſpe alicuius alterius lucri, vel donatiui, ſed in ipſa adminiſtratione iuſtitiæ ſemper intenti, & ſolliciti ſint. Nec non etiam vniuerſitates, terræ, caſtra, loca, ciues, & homines in illis habitantes, & incolatum ducentes, non poſſint, nec valeant amicitias, & ſuffragia, & fauores ipſorum officialium, ſibi hac ratione vendicare, & acquirere, cum erogatione bonorum & rerum vniuerſitatum pauperum, pupillorum, viduarum, & miſerabilium perſonarum, quæ dictis ſuffragijs, fauoribus, & amicitijs, vt poſſint in eorum priuatis commodis, & ad proprios vſus conuertere, cum derogatione iuſtitię, & adminiſtratione ipſius, quinimmo, vt illa rectè, benè, & diligenter vt decet omnibus æquè, & ſinè exceptione aliqua miniſtretur, volumus, & præſentium tenore, noſtra ex certa ſcientia proprio motu, & deliberatè, & conſultò, ordinamus, atque decernimus quod deinceps in futurum, & in perpetuum, officiales, & Capitanei prædicti per nos ordinandi, & deputandi, ſeu iam deputati in adminiſtratione iuſtitiæ, prouiſione ſolummodo ipſorum ordinata, vel alias taxanda per nos, contenti remanere debeant, eamque tantummodo conſequantur, & illam habeant indiminuire in terminis ſolitis, & conſuetis, iuxta noſtras ordinationes, & Pragmaticas, nec vltra prouiſionem prædictam directè vel indirectè aliquid lucri vel donatiui ab vniuerſitatibus accipere debeant, nec ipſæ vniuerſitates, ciues, & habitantes, eadem donatiua, & lucra procurare debeant, ſeu habeant. Quinimmo ab hoc omnino abſtineant, & cauere debeant, declarantes expreſsè de eadem certa noſtra ſcientia, quod ſi quis officialium prædictorum præſenti noſtræ ordinationi, diſpoſitioni, & Pragmaticæ contrauenerit, ab officio, & adminiſtratione iuſtitiæ ipſo facto ſuſpendatur, pœnamque vnciarum quinquaginta incurrat. Ciuitates autem, terræ, caſtra, & loca, ac vniuerſitates, priuati ciues, & habitantes, ſub pœna vnciarum centũ irremiſſibiliter exigẽdarum, & Fiſco applicandarum, cum reſeruatione etiam pęnas ipſas augendi, & cõmutandi, prout nobis melius viſum fuerit, & placebit, iuxta demerita cõtrauenĩetis pro arbitrio noſtro reſeruamus. Dat. in ciuitate noſtra Capuæ, per magnificũ virũ Andream Mariconda Locumteñ. Fundorum Comitis, &c. die 3. Auguſti 1490. Regnorum noſtrorũ anno 34. Rex Ferdinandus.

Iulius de Scortiati Locũtenens Magni Camerarij.

Dominus Rex mandauit mihi Ioanni Pontano.

Gubernatores Prouinciarum prohibentur donatiua, & alia ab Vniuerſitatibus accipere, neque frumentum, & alia victualia ſibi conduci facere. h.d. Tapia.

PRAGMATICA III.

De Muner. offic.

CAROLVS V.

GVbernatores prouinciarum neque donatiuũ hactenus ipſis dari conſuetum à ciuitatibus, neque munera cuiuſcunque generis, aut qualitatis, etiam rerum comeſtibilium, à ſuis Prouincialibus, etiam ſpontè offerentibus accipiant, neque per eos, neque per interpoſitas perſonas, neque eos ad portandum, conducendumque ſibi frumentum, ordea, ligna, paleas, vel alia quæcunque pro ſuis munitionibus compellant; & cum diſcurrunt viſitando Prouinciam, neminem ad aliud, quam ad ea quæ Regiam Pragmaticam eis accipere licet, aſtringant. circa quod dictam Pragmaticam, aliaſque obſeruantias Regni legitimas, mandamus obſeruari.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAec Pragm. quoad receptionem donatiuorum hodie ſeruatur, quantum vero attinet ad victualia aſportanda, vidi inquiſitum quendam Prouincialem Gubernatorem, qui tamen fuit abſolutus per Mag. Cur. nec fuit facta magna vis ſuper hoc ex eo, quia probata fuerat conſuetudo Prouinciæ, quæ (vt ſupra diximus) in prima huius tit. conſtit. facit licitum, quòd alias eſſet prohibitum.

DE SALAR. OFFICIAL. ET TRIGESIMA.
Rubr. XLII.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILARII ANNOTATIONES.

HIc titulus de ſalario officialium neceſſario poſt præcedentem, ne munera recipiant ſituandus eſt, cum enim puris manibus debeat iuſtitia miniſtrari neceſſarium eſt, vt qui eius adminiſtrationi incumbit habeat vnde ſe alat iuſta illud Apoſtoli 1. ad Corinth. 9. ſi ſpiritualia ſeminamus, temporalia, quare non metemus, & qui altari ſeruit de altare viuere debet.
1 Nec diſſimile eſt argumentum cum † iuſtitiam miniſtratores, Sacerdotes ſint tex. in l. 1. ff. de iuſt. & iur. & iuſtitiæ ſacrificium acceptiſſimum Deo, quod cecinit Dauid Pſ. 50. in fine, tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, quod pluribus alijs elegantiſſimis verbis, & rationibus tradidit, & authoritatibus confirmauit Luc. de Pen. in l. 2. C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 12. num. 8. & 9 & alia tradidit Azeued. ad l. 16 tit. 15. lib. 2. ord oat. Quis autem Primus fuerit, † qui iudicibus ſalaria ſtatuerit Marcus Antonius Surgens de Neap. Illuſtr. cap. 17. lib. 1. num. 22. tradit fuiſſe Peſcennium Nigrum Principem Romanum, de qua materia A. fict. Carau. & Ioannes Ant. de Nigris ad Conſtitutiones, Ritus, & Capitula hoc tit. ſituata, quæ cum ab ipſis plenè ſint enarrata, nec materia altiorem indaginem requirat, cum hodie ſint in hoc Regno ferè omnia immutata, & omnibus officialibus certum ſalarium conſtitutum, ſicco (vt aiunt) pede pertranſeam, aliqua tamen quam breuiſſimè attingamus. 2

Trigeſima ſolui debet Iudici pro quocunque iudicio coram ipſo agitato excepto ſi pro commodato, mutuo, & depoſito denegato, quod fallit in ciuitate Neap. Meſſanæ, & Salerni, vt in conſtitutione ſequent. circa tamen. h.d. Tapia.

IMPERATOR FEDERICVS.

COnſtitutionum a prædeceſſorum noſtrorum defectum neceſſario ſupplemento ſupplentes, quæ in certis tantum quæſtionibus, & perſonis, commodato videlicet, mutuo, & depoſito, Baiulos tertiariam recipere b ſtatuebant, nec de alijs aliquid: ſanctiones ipſis non modicam malignandi materiam offerebant. Statuimus, vt de cauſis alijs,

a *Conſtitutionum.* In quacunque re, vel in contractu, excepto mutuo, depoſito, & commodato, tenetur condemnatus ſoluere trigeſimam Baiulo, vel ab vtraque parte, ſi tranſactio interuenit. Plus accipiens punitur in duabus libris auri. Quantum autem de iure communi licitum ſit iudicibus accipere, patet in Auth. de iudi. §. ne autem. In prædictis tribus caſibus accipiet à conuicto tertiariam, à confeſſo enim, niſi vt ſupra de mutu. & co. Sed nunquid à confeſſo recipiet trigeſimam in cæteris contractibus? videtur, quod non, quia quod ibi in territorio, hic in trigeſima videtur ſore dicendũ, cum ſit eadem ratio. ſed quod hic dicit accipi à tranſigentibus, & ſic tranſactio pro victoria habetur, arg. ff. manda. l. fin.

b *Statuebant.* Supra de depo. & mu. & com. l. Regiæ Maieſt.

a *Quan-*

ANDRAEAS DE ISERNIA.

COnſtitutionum. In tribus contractibus, mutui, commodati, & depoſiti loquitur ſuprà eo. l. Regiæ. ſi habeat iuriſdictionem Baiulus in litigijs aliarum rerum quarumcunque, habet Baiulus trigeſimam à damnato. Sed ſi tranſactum eſt ab vtro-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HAec conſtitutio, vt ſuperius diximus in Rubr. hodie non ſeruatur, nõ enim trigeſima, nec aliquid pro ſubſcriptione, aut viſura proceſſus recipiunt officiales, vt Regentes, Conſiliarij, Præſidentes Regiæ Cameræ, Iudices Mag. Cur. Vic. & Audi-

alijs, tam mobilium, quàm immobilium, & quarumcunque rerum, quæ non cadunt in nomen contractuum prædictorum, ſi perſonali qualibet, vel alia actione reali petuntur, T trigeſima tantum a quantitatis, b vel æſtimationis rei petitæ Baiuli ipſi exigant, c & recipiant d à damnato, e cum cauſa per ſententiam decidetur: ſicut iudicia-

a *Quantitatis.* In perſonali.

b *Vel æſtimationis.* In reali. In actione verò iniuriarum ſeruatur, aliter vt dicitur infrà, qualiter iudi l. 1.

c *Et recipiant.* Nè labor ſit ſinè mercede, vt in Auth. de iudi. coll. 6. § nè autem. Sed an in principio, aut poſt latam ſententiam? videtur, quòd medietas in principio, & medietas in fine exigi debeat, argum. prædicti. § contra quod, in fine, ſicut hic dicitur. ſed dicas, quod ſtatim lite cōteſtata faciat Iudex ſe cautum de ipſa trigeſima in pecunia, vel in pignore: & lata ſententia inter Ipſum & Baiulos diuidatur, vt infra, qualiter Iudex. de iudic. l. 1. & trigeſima ab his petenda, in ver. ſtatuimus.

d *A damnato.* Id eſt, victo reo, videlicet, vel ab actore. Non enim à ſolo reo quando damnatur hæc trigeſima dari debet, ſed etiam ab actore, quando vincetur actor, & reus abſoluetur: quia non debet plus licere actori, quàm reo, ſicut dicit regula iuris. & immò æqualitas debet ſeruari in iudicijs: præcipuè circa huiuſmodi ſportulas, de quibus hic dicit, vt C. de fru. & li. expen. l fin. & de prox ſacr. ſcrin. l in ſacris. circa fi. vbi dicit æqualitatem litigatoribus volumus obſeruari. lib. 12. & ideò expoſui damnato, id eſt victo: nam propriè reus dicitur damnari, cum vincitur: ſed actor cum perdit, & reus abſoluitur, dicitur victus. C. de pet. hær. l. fin. §. ſi autem ex contractibus, & in fi. vbi dicitur, quòd ſi petitor fuerit victus. & ff. de pign. ſi ſuperatus. & de re iudi. l. ſæpè §. ſi ex duobus, & C. de iud. l. properandum. §. ſi autem. Vel dic, quòd etiam actor poteſt dici damnatus, cum perdit: nam abſolutio rei, damnatio eſt in actore: ſicut & libertas dicitur ſeruitus iſto reſpectu, vt ff de ſerui. vrb. præd. l. 1.

e *Cum cauſa per ſententiam.* In duobus hic corrigitur per inferiorem conſtit. circa iuſtitiæ, &c. videlicet in eo, quòd hic dicit trigeſimam recipi à damnato. Recipi enim debet ab vtraque parte. Item in eo quod dicit trigeſimam recipi poſt ſententiam: debet enim recipi ita, quòd ſit de ea cautum ſtatim libello oblato, id eſt, in ipſa litis conteſtatione, prout vtrunque patet in præallegata conſtitu. in nouis adiectio. quæ ſunt ibi. & concor. in Authen. de iudic. §. nè autem, nè labor ſit ſinè mercede, & argum. ff. de re milit. l. 4. § ſed & ſi menſor. & ita tenetur in aliquibus partibus Regni. Quòd iſta etiam trigeſima, quæ ſoluitur Curiæ, vel Baiulo, debet ſolui ab vtraque parte, maximè quia hic ſe refert ad illam conſtitut. cum circa. Vel ſi vis dicere, quòd hæc conſtitut. non corrigatur in aliquo, ſed trigeſima Baiulorum poſt ſententiam, ſemper à ſolo victo præſtetur: ſicut in alijs multis Regni partibus obſeruatur: dic, quòd eſt ratio diuerſitatis de trigeſima Baiulorum ad trigeſimam iudicum: quia cum iſta trigeſima Baiulorum ſoluatur poſt ſententiam, vt hic, victus victori tenetur in expenſis, vt C. de iudic. properandum. §. ſi autem. & in Auth. de

ANDRAEAS DE ISERNIA.

vtroque, habet eam. Hæc trigeſima ſoluitur Baiulo poſt ſententiam. Alij dicunt, quòd recipitur ab vtraque parte: & quòd ſtatim libello dato, ſcilicet in ipſa conteſtatione litis. Et in his duobus dicunt corrigi iſtam conſtitutionem per ſequentem, ſcilicet, cum circa. in hoc conſiſtit tota virtus. ¶Gl. quærit vtrum à confeſſu recipiatur trigeſima? & dicit fore dicendum, quòd cum ſit eadem ratio, ergo idem ius. Item certè vbi ante litis conteſt. reus non confiteretur datur libello, ſed ſtatim, quòd fuit in iudicio, & Iudex non laborauit, nec actori diſpendium aliquod pertulit ſinè ſui fatigatione. Tunc videtur dicendum non deberi trigeſimam aliquam Curiæ. nam iſta conſtitut. non iudicat ſed facta eſt ad ſupplendum dictam conſtitut. Regiæ. Sed illa trigeſima, aliàs tertiaria illius conſtitutionis non exigetur dicto caſu, quando confitetur: ergo nec in iſtis, de quibus hæc conſtitut. loquitur ſupplendo, quia interpretans habet locum vbi interpretatum, vt in Auth. de fil. ante do. inſtru. nat. circa finem. quamuis actor laborauit in faciendo reum citari in iudicio. pro quo ſoluit citatori, & ſententia commonitoria, ſententia dicitur. C. de exhib. re. l. neminem. & de epiſc. & cler. l. cum clericis. & lib. 10. de agric. & cenſ. & de prin. & agen. in re. l. fin. lib. 12. Quamuis labor & ſumptus actoris non ſit conſiderandus, quantum ad trigeſimam Iudicis ſoluendam, quæ debetur pro labore ipſius Iudicis, non actoris, vt in Authen. de iud. §. nè autem labor, & licet Curia fatiganerit faciendo eum citare per ſeruientem, qui eſt ad gagia Curiæ, hæc modica laboratio non debet attendi. ff. de impen. l. omnino. & commodo. l. in rebus. §. poſſunt. At ſi dato libello confiteretur animo conteſtandi litem, & litigandi, tunc ſecus. & ſic intelligendum eſt, quod dicit glo. in d. l. Regiæ. quia per confeſſionem facta eſt litis conteſtatio, vt no. de lit. conteſt. l. 1. Sed ſi Iudex poſt confeſſionem prædictam factam non animo litem conteſtandi videat confeſſum ſatisfactionem diffugere: Vel alia ex cauſa ante præceptum de ſoluendo, & det præceptum de ſoluendo, vt ff. de iudi.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Auditores prouinciarum, licet reſpectu inferiorum iudicum, & aſſeſſorum ſoluantur ſportulæ, & aliquid pro viſura proceſſus.

T *Trigeſima.* Hodie † exigitur hæc trigeſima, quando com-
1 promittuntur cauſæ in arbitros, quia ſalarium non habent, quod tradit Luc. de Pen. in l. in ſacris, nu. 18. in fine, C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 12. Specul. tit. de Arbitris, §. ſequitur, &
2 Bart. in l. fin. C. de agent. in rebus lib. 12. † Quid autem ſint ſportulæ poſt Azo. in ſum. C. de ſport. num. 8. tradunt Luc. de Pen. in d. l. in ſacris C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 12. num. 11. & Alciat. lib. 3. diſputatioo. cap. 17. qui declarat pecuniam eſſe, quam litigantes deponebant, vt qui in cauſa ſubcubuiſſet eam perderet Iudicis, vel Fiſci commodis applicandam.

3 Quid autem ſi vnus † officialis exerceat duo officia, an ei debeatur vtrumque ſalarium affirmatiuè reſpondit Bald. in l. binos. C. de aduoc. diuerſ. iudic. in fi. & in l. ad ſcribarum, C. de appellat. & Iacob. de Beluiſ. & Angel. in Auth. vt Iudices ſinè quoquo ſuffrag. §. illud, & dixit Paris de Puteo in tract. de ſind. in ver. ſalarium nu. 1. & 2.

Quid autem ſi aliquis † officialis eſſet ſuſpenſus ab admini- 4
ſtratione officij, an ei ſalarium medij temporis debeatur, dic quod in hoc articulo tres caſus ſunt diſtinguendi, primus eſt in officiali ſuſpenſo abſque cauſæ cognitione, ſed tantum ad finem, vt facilius poſſit contra ipſum inquiri, & hoc caſu ſi non alias fuerit priuatus, dicendum eſt ſalarium deberi ex quo per eum non ſtetit adminiſtrationi incubere ad tex. in l. qui operas, ff. locati. Bart. in l. libertus, §. inquæſt. ff. ad municipales, quem ſequitur Paris de Put. in tract. ſindicat. in ver. accuſatores.

Secundus caſus eſt in officialibus ſuſpenſis pro certo tempore in pœnam, & tunc poſſet dici ſalarium non deberi, ex quo illis debetur ratione ſeruitij, ſed qua pœna ſuſpenſionis opera-

Digitized by Google

de Iud. §. oportet, vbi de hoc. coll. 6. dolo peteret victus, quod victor ſoluat medietatem huius trigeſimæ, quod iam liquet ſe ei reſtituturum, vt ff. de re iudic. in condemnatione. §. fin. & de doli exceptio. l. dolo. Imò melius eſt, vt euitetur circuitus, quod recta via integra hæc trigeſima exigatur à victo, vt argum. ff. de legat. 2. cum ab vno. & argum. ff. de condi. indeb. l. dominus teſtamento cum ſimil. ibi no. non ſic liquet in trigeſima iudicum, quæ ſoluitur in ipſa conteſtatione litis, vt dictũ eſt. Et no. quòd poſtquam Iudex recipit trigeſimam, non debet recipere ſubſcriptionem pro ſententia, vt infra in præalleg. l. cum iuxta. Vel dic vt ibi in adiectionibus ſuis. Et eſt ratio,

cialibus a nouella noſtri numinis conſtitutio introduxit. Si verò cauſa tranſactionis remedio decidatur, tũc ab vtraque parte litigantium recipiant trigeſimam ſupradictã. Baiulus autem contra prædicta, vel aliquod ſupradictorum veniens, quæ in noſtris & Regum aſſiſijs continentur, b præter periurij pœnam in c articulis iuriſiurandi contẽtam, de quo d diuina ſententia condemnatur, duas libras auri puriſſimi ærario noſtro ſe nouerit illaturum.

ratio, quia trigeſima Baiulorum ſoluitur lata ſententia, ſed trigeſima iudicum ſoluitur in conteſtatione litis.

a *Nouella.* Infrà qualiter iudi. iudic. per. & videas nouam conſtitut. infra duorum principum.

b *Præter periurij pœnam.* Quæ eſt poſita infra de aleatoribus. l. 3. & in Lombar. de periur. l. Deo.

c *Articulis.* Qui poſiti ſunt C. de iur. calũ. l. 2.

d *Diuina ſententia.* Hæc pœna diuina non excludit legitimã. ſic & in C. de Summa Trinitate, & fide Cathol. l. 2. in fi. & ſup. eod. puritatem. Alibi vero legitima nõ excludit cæleſtem, vt C. de don. ſi quis argentum. §. vlt. in fi. adde circa materiam iſtam, quod no. in iure Longobar. de prohi. ali. mi.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

iudi. l. ſi debitori. videtur quod habeat trigeſimam: laborauit enim, & ſic poteſt hæc glo. intelligi. nam præceptum de ſoluendo ſententia dicitur, à qua poteſt appellari, vt dicunt Moderni, vt ff. de mino. l. ait prætor § non ſolum. aliàs §. quid tamen. dummodo non malitioſè, ſeu aſtutè det præceptum de ſoluendo, vt ibi. nam trigeſima, &c. hac ſola de cauſa, tunc ad iniquum compendium trahetur actor, vt C. pro empt. l. fin. quoniam ſi reus confeſſus paratus ſit ad ſatisfaciendum infra dictum tempus, ita quòd non ſit actor cum ſacco paratus. ff. de ſolu. l. quod dicimus aut ſi procurat, vt actor dicat ſe contentum, & non inſtet plus, nec proſequatur, vitabit trigeſimã, quia præceptum non dabitur, ſi actor non vult. Nam finis per præmiſſa impoſitus eſt liti: ſed vbi Iudex nihil laborat, non habebit. Qui enim non laborat, non manducat. ff. de damno infecto. l. quamuis.

ADDITIO. *Adde l. ſi ex duobus. ff. de noxa. cap. fin. 2. q. 3. et in cap. ſi impius, de pœn. diſt. 4.*

Et præmia debentur labori, atq; virtuti. C. de ſtatu. & imag. l. fin. De Tiro. l. 2. lib. 12. ille vero, qui tranſigit non confitetur, imò facit rem dubiam. ff. de tranſactio. l. ideo aliud ſtatuitur in tranſigente. in illo etiam bonus Iudex laborat, ſcilicet, vt partes concordentur. Quid enim aliud agit prætor, &c. ff. de oper. no. nunciat. l. 1. §. vnde quæritur. Boni quidem prætoris eſt hoc. ff. ſi cert. pet. l. quidam. Et ſi dicatur, quod tranſigens fatetur, ſicut qui paciſcitur. ff. de his qui notantur infamia. l. quoniam. non ſequitur, imò eſt contrarium ei, qui confitetur tranſigens. nam ſi fatetur, vt dictum eſt, ſinè damno erit, vt dicit conſtitutio Regni. Quando reus venit ad iudicium, quia citatur, ſed non aliàs animo litigandi agnoſcens veritatem, & confitens non laborauit, tunc Iudex, & ſic non habebit trigeſimam. Vnde ſi petat à Iudice, quare vocatur, non per hoc habet animum litigandi. C. de litis conteſtatio. l. 1. in princ. ſic non videtur conſentire in Iudicem qui edi genus ſibi poſtulat actionis. ff. de iud. l. nõ videtur, vt ſciat vtrum debeat cedere, vel contendere ff. de edendo. l. 1. in princip. & ſi fortè citator domi expreſſit, quod debet fieri, ſcilicet, quomodo, & de quare, coram quo, & cætera ſupra, de exordijs & præpara. in l. edictorum, fortè non intellexit: vel non retulerunt ſibi illi de domo, vel vult melius ſcire à Iudice. Nam vox præconis paucis innoteſcit. ff. de in integrum reſtitutione. l. diuus. hæc cognitio ſi expectet & recipit libellum, vel proponitur contra ſe, quando eſt cauſa vbi non datur libellus, & tunc confiteatur, ſatis videtur inde, quod vult litem conteſtari, vt in glo. not. & qui confitebitur ſe mutuo recepiſſe: poteſt probare quod ſoluit, vel aliud ſimile. C. de probationibus. l. 1. Quamuis enim difficile ſit probare animum litem conteſtandi, vel non. ff. de interrogato. actio. l. quia probari poteſt, & probatur per ea quæ quis agit, & dicit. C. de teſtam. l. non codicillum. ſicut interiora probantur per exteriora. de acquit. rer. dom. l. 2. §. illud. tunc debebit trigeſimam, cum conteſtetur, vt in litis conteſtatio. vt d. §. ne autem. Dom. Andr. de Iſer.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

operatur, quòd pro certo tempore non ſeruiat, conſequens erit, vt nec ſalarium recipiat Barto. in l. cum allegatis, C. de re
5 milit. lib. 12. vbi not. illam legem contra † clericum ad tempus ſuſpenſum, quod lapſo tempore non debetur ei præbenda præteriti temporis, quod ſequitur ibi Iacob. Rebuff. & facit optimè l. 1. C. de re milit. lib. 12. & ibi declarat Ioan. de Piatea, faciunt etiam, quæ tradidit Bart. in l. Mæuia num. 3. ff. de annuis legatis, & in l. diem functo, ff. de officio aſſeſſoris.

Tertius caſus eſt in officiali ſuſpenſo, qui poſtea fuit per ſententiam priuatus, quo caſu poſſet dubitari an ei debeatur ſalarium decurſum à die quo fuit ſuſpenſus vſque ad ſententiam priuationis, pro negatiua facit, quia clarum eſt, quod ſuſpenſio proceſſit ex eius culpa, prout exitus demonſtrauit, & ſic ſalarium non debetur, ad quod faciunt allegata ſupra in ſecundo caſu, & tradidit glo. in cap. paſtoralis, §. verum in ver. ſubtrahuntur extra de appellat. quæ ponit quæſt. in † excommu-
6 nicato, & concludit quod ſi iuſtè fuerit excommunicatus non poterit fructus medij temporis petere, & allegat tex. in d. l. cum allegatis, C. de re milit. lib. 12. & hoc idem ibi concludit Abb. num. 22. Imol. & Bald. ibidem num. 19. qui etiam concludit, quod etſi Iudex non ſubtraxit fructus excommunicato medij temporis, ſed eos excommunicatus percepit, debet reſtituere, faciunt etiam, quæ tradidit Barto. & Doct. in l. diem functõ, ff. de offic. aſſeſſor. vbi Bart. & Alexan. num. 31. concludunt quòd priuatus ab officio ob propriam culpam, pro tempore, quo fuit in adminiſtratione toleratus debet habere ſalarium, qui ſeruiuit, ergo ſi non ſeruiuit, quia fuit ſuſpenſus, non debet habere ſalarium à ceſſante ratione, quòd † argu- 7
mentum eſt in iure validiſſimum l. quod dictum, ff. de pact. eſſet enim contra omnes iuris regulas, vt quòd culpa ſua officium non exercuit debeat ſalario gaudere pro tempore quo non exercuit ad tex. in l. 1. & l. cum allegatis, C. de re milit. lib. 12. vbi glo. Bart. Ioannes de Plat. & cæteri in milite capto ab hoſtibus, & reuerſo concludunt, quod ſi culpa ſua fuit captus non debeatur ei ſalarium temporis, quo fuit apud Hoſtes, ſin autem abſque culpa, ſed caſu debetur ſic, & in caſu iſto.

A quo debeatur ſalarium facit primo, quia officiales ſtipendiati dicuntur locaſſe operas ſuas pro certa mercede, & ſic integrum ſalarium eis debetur, & ſi operas non præſtant, dũmodo per eos non ſteterit ad tex. in l. qui operas, ff. locati, ſicq; licet

licet officialis fuerit ab adminiſtratione ſuſpenſus, cum hoc proceſſerit non ex eius voluntate, ſed coactè ſalarium habere deberet.

Præterea quando ex aliquo delicto eſſent bona confiſcanda, ſi in confiſcatione requiritur ſententia, & non fit ipſo iure, eo caſu fructus percepti poſt delictum vſque ad ſententiam, non auferuntur per ſententiam, & non veniunt in confiſcatione, ita tradidit gloſ. in §. 1 in Authent. de inceſt. nupt. in ver. imminere in fine gloſ. & Doctor. in cap. ſicut ad extirpandum extra de cohabit. cleric. & mulier, & in cap. cum ſecundum de hæret. in 6. Card. in clem. conſtitutionē. §. cæterum in fine de elect. poſt Innoc. in cap. cum noſtris extra de conceſſ. præb. & Felyn. qui cæteros cumulat in capit. de quarta nume. 31. de

de præſcript. Ad hoc igitur vt de delictis † officialis puniri poſſit neceſſariò debet conuinci ad tex. in l. ſi aliquid, C. de ſuſcept. lib. 10. & ibi not. Luc de Pen. & in l. 1. & ibi glo. C. de ſuperexact. lib. 10. Ergo neceſſaria eſt ſententia iuxta ea, quæ tradidit Bald. in authent. habita nume. 46. verſ. conclude C. ne filius pro patre, dum dicit, tunc dicitur pœna imponi ipſo iure, & non eſt neceſſaria ſeoteotia, quando lex ita illum caſum pronunciat, vt non ſit dare medium inter ſententiam, & pronunciationem, quod etiam ſequitur, & refert Alexan in addit. ad Barto. in l. 1. ff. de his, qui not. infam. Sed hoc caſu, (vt dixi) opus eſt, quod officialis conuincatur. Sequitur vt ſententia non extendatur ad fructus, ſeù ſalaria debita poſt delictum vſque ad ſententiam. 7

IMPERATOR FEDERICVS.

* ADDITIO. *Aſſiſiſus legis non compilationes, ſed compalatios, id eſt, Iudices Baiuli, ſic di-*

CIrca tamen compilationes * Neapolis, & Straticotis Salerni, ſcilicet Meſſanæ, quibus cognoſcère licet de criminibus de ſpeciali, & antiqua prærogatiua, & Regni noſtri obſeruatione digno ſcitur eſſe conceſſum, ordinatione conſtitutionis præſentis nihil volumus innouari.

dictos quòd in palatio ius dicerent. Infra tamen in conſtitut. cum noua. Compares dicti videntur. Fabius Iordanus.

Iubet Imperator iuſtitiam ſecundum conſtitutiones Regni miniſtrari, ſententias gratis proferri, ſalarium conſtituit, trigeſimam exigi permittit, quam deberi etiam de compoſitionibus cauſarum criminalium conſtituit. b d. Tapia.

IMPERATOR FEDERICVS.

C*Vm circa*. Poſt Regoum in pace reformatum vult Imperator iuſtitiam reformare, quæ eſt pacis ſocia: & repulſis iudicibus, qui erant pro tēpore inuaſionis Regni, mandauit creari alios Iudices, quos monet vt ſecūdum iura iudicent, & ferant ſententias incorruptas. Debent enim habere Iudices manus mundas, vt in Auth. de mand. Princip. in fi. 1. colum. & non vendere auro iuſtitiam, vt in Auth. vt iudi. ſinè quoquo ſuffra. §. neceſſitatem. in fi. § Ne tamen labor iudicum ſit irremuneratus, Auth. de iudic §. ne autem. & hoc in fi. vult quod poſſint accipere ſemel in cauſa à partibus eſculenta & poculenta, & trigeſimam totius æſtimationis litis. Et hoc

CVm a circa * iuſtitiæ tramites imperialis clemētia oculos ſuæ prouiſionis aduertit, & ſui regiminis extollit faſtigium, armando legum munimine imperatoriam maieſtatem, & ſubiectorum grauamina, & oppreſſiones releuat, qui ſola b poſt Deum magnificentiæ Principis lenitate reſpirant. Diſcreta itaque viciſſitudine temporum, dum poſt bellorum ſtrepitus, obtenta victoria, ſuccederet quies pacis, ad hoc ſe noſtri nominis principalis ingenij erexit prouiſio, † vt paci iuſtitiam ſociaret: Ad quod itaque dum perpenſæ deliberationis conſilio vacaremus diſtin-

hoc habet locum, vbi agitur petitorio. Sed vbi agitur poſſeſſorio, concedit eis ſexageſimam, quæ trigeſima, vel ſexageſima ſoluetur eis poſt cauſam finitam ſententia, vel tranſactione. Item habebunt ſimilem partē de cōpoſitionibus maleficiorum, & etiam rerum in corporalium, ſcilicet iurium, vel ſeruitutum, ſi fuerint pecuniæ, & differt hæc conſtitutio ab illa, quæ eſt ſupra de trigeſi. exhi. quia illa Baiulo, hæc iudicibus prouidet.

* ADDITIO. *Contra hanc conſtitutionem vide Luc. de Penna in lege annonas C. de eroga. milit. anno. col. 2. lib. 12* De Bottis.

b *Poſt Deum*. Imperator enim poſt Deum eſt communis pater omnium ſubiectorum, vt in Auth. neque virum, quod ex do. eſt. ad finem. colla. 8. & concord. ſupra de feu. impo. l. vlt. aliàs fidelium noſtrorum.

a *Pra-*

ANDRAEAS DE ISERNIA.

C*Vm circa*. Primo repetit de numero Baiulorum, ſupra eod. l. ſæpè. Repetit etiam quod officiales habeant manus mundas, ſic ſupra de officio Iuſtitia. l. puritatem, & quod iudicet ſecundum has conſtitutiones, & in earum defectu ſecundum conſuetudines approbatas, vt ſupra ead. l. & eod. tit. l. vt vniuerſis. plenè dictum eſt. Item vult vt Baiulus, & Iudices

ces recipiant trigeſimam, de hoc plenè dictum eſt ſupra. l. conſtitutionem. & l. Regiæ. Hæc eſt quædam additio circa litteram quæ dicit ſalaria dari Baiulis & iudicibus, & ſtatim ſequitur, ſtatuimus etiam vt trigeſimam &c. Et ſic videtur quòd vtrunque habeat, ſcilicet ſalarium & trigeſimam; quia verbum, Etiam, videtur implicare, vt vtrunque debeatur. C. ſi tutor

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

MVlta ad huius conſtitutiones initium exornandum diximus tit. de legibus, vbi videnda erunt.

Vt

T *Vt paci iuſtitiam ſociaret*. Iuxtà illud Profetæ Pſal. 84. iuſtitia, & pax oſculatæ ſunt.

Non

ſtincta poſt modum moderatione a præſcripſimus, quot, & quales Baiuli, Iudices, atque notarij per vrbes ſingulas, iuſtitiam miniſtrarent, videlicet, vt his, quos dudum inuaſorum Regni noſtri per diuerſas prouincias concreauit iniquitas, penitus antiquitatis, & ipſorum loco de mandato noſtro duobus, aut tribus, aut quinque in locis aliquibus, qui contractibus tunc interſint, & vno tantummodo, qui vna cum Baiulo cauſas examinent & decidant, viris prouidis & fidelibus ſubſtitutis, vt in noui Regis victoria, nouella iuſtitiæ b propago conſurgat, qui iuxta tenorem noſtrarum conſtitutionum c, & iura, d & conſuetudines e approbatas cauſas audiant, auditas examinent, & à gratiarum & munerum ſordibus abſti-

ſtinentes, de puræ conſcientiæ gremio gratuitas ſententias proferant, T non vænales: nihil omnino præter eſculenta, & * poculenta, f ſemel tantum in cauſis, per ſe vel per alium à litigatoribus capientes. Sed de munificentiæ noſtræ gratia g ſalarium à T Curia noſtra recipiant, prout vnicuique prædictorum in locis ſingulis per noſtram excellentiam eſt prouiſum. Statuimus etiam vt h trigeſimam partem quantitatis in petitione deductæ, vel æſtimationis petitæ rei ſub ſacramento partis & taxatione iudicum i ex vtraque parte litigantium, poſt diffinitiuæ ſententiæ calculum, vel cauſas tranſactione, vel amicabili compoſitione, deciſas, pro iudicaturis ſuis, & ſubſcriptionibus conſequantur,

a *Præſcripſimus.* Supra in quarta conſtitutio. quæ incipit, in locis Demanij.

b *Propago.* Simile infra in l. vltima huius li. ad laudem.

c *Et iura.* No. quandiu locus eſt legi, non eſt ad conſuetudinem recurrendum, vt 1. diſt. conſuetudo. & arg. ff. de auro & argen. leg. pediculis. §. argento, & ad idem. ff. de leg. & Senatuſcõ. l. de quibus, in princ. & concor. ſupra de ſerui. vi. co. & Baiu. vt vniuerſis. & de ſacra. à Ba. & Ca. præſt. l. puritatem.

d *Et conſuetudines.* Nam ita debet iudicare Iudex, vt hic, & ſupra in octaua conſtitutio. quæ incipit vt vniuerſis & ſingulis. & ibi notatum eſt de hoc.

e *Approbatas.* Non ſeruabis hic ordinem litteræ, nè nouis & nouiſſimis legibus contradicat. quid enim primò ſequi debeat Iudex in pronunciando, quid ſecundò, & tertiò, & deinceps, habes ſupra, de offic. mag. Iuſti. l. vlt. Nouo etiam iure primo iudicet Iudex ſecundum legem, ſcilicet non ſcriptam, dein de ſecundum ius, ſcilicet, ſcriptum, vt in Authen. coll. 3. de defen. ci. §. interim. & ibi. q. præſt. ab his. §. æquus. & hoc ex eo probatur, quia conſuetudo legi derogat in eo loco, in quo inducta eſt, dummodo conſuetudo ſit poſterior lege, quod dic, vt in ſum. quæ ſit lon. conſuet. §. quantum. Ordinem nanque ſcripturæ ſeruamus, quoties quæritur quis homo, cui primæ perſonæ debeat præferri in aliquo obtinendo, vt ff. de vſufr. quoties. Vbi autem hoc non quæritur in perſonis. Sed hoc, an valeat ſcriptura ante ſolutionem: & in quam cauſam debeat accepta fieri pecunia, & qualiter debeat ferri ſententia, aut quo ordine, non ſpectamus ordinem ſcripturæ, ſed ius, vt ff. de leg. 3. cum pater. §. fidei. ff. de ſolu. in his. & eſt ratio, quia prælatio ex ordine conſideratur, an valeat aliquid vel non de iure. Ponit hic qualiter Iudex iudicare debeat, ad hoc vt ſententia iuris conſequatur effectum, ſupra vero de ordine diuerſorum iudicum.

* ADDITIO. *De officialibus recipientibus victum ab vniuerſitatibus, quòd condemnentur in quadruplum, vide cap. Caroli I. in lib. Baratucij, cap. 12 lib. 12.* Fabius Iordanus.

f *Semel tantum.* Sic C. de poſtu. quiſquis. §. nemo ex his. vbi dicit quod ſibi ſemel officij, &c.

g *Salarium à Curia.* Quod dicit de ſalario, corrigitur infra titu. 1. cum iuxta.

h *Trigeſimam.* Supra de offic. mag. Cam. & Baiu. in fi. tit. Trigeſimã partem, ſcilicet vnam pro ſe, de qua loquitur hæc conſtitutio: & alteram trigeſimam pro procura. de qua loquitur præcedens conſtitutio, &c.

i *Ex vtraque parte litigantium.* Eſt enim hoc ſecundum vetera iura: Sportulæ namque quæ dantur iudicibus debent ab vtraque parte præſtari, vt in Auth. de iudi. & vt nulla § ne autem circa

ADDITIO. *Adde an ſportulæ dentur ordinarijs? vide per Doct. in cap. cum ab omni. de vi. & hone. cler. & an ſportulæ dentur arbitro? vide per Spec. tit de arbi. in §. ſequitur. Bart. in l. fin. C. de princ. agen. in re. lib. 12. & an ſint hodie interdictæ de iure*

ANDREAS DE ISERNIA.

tutor vel curator. in l. etiam. Sed non eſt verum, quia habentes ſalaria à Curia nihil pro ſe recipiunt, ſed omnes trigeſimæ, obuentiones, & prouentus ſunt Curiæ quæ dat ſalaria, ſuprà eod. l. cùm iuxta quam quidam ſicut glo. habent poſt iſtam & verbum, Etiam, implicat ad verbum, Statuimus. ſiuè enim ſubſequatur hanc vt glo. habebat: non tolleretur præcedens. ff. de leg. non eſt nouum. & l. ſequen. ſiuè præcedat. Leges enim non corriguntur, niſi quando expreſsè dicitur. Vnde ſcio quæſitum, an idem in alijs officialibus, vt Iuſticiarijs, iudicibus, actorum notarijs, & cæteris ſalarium habentibus à Curia? Et communis ſententia ſeu opinio eſt, quòd habentes ſalarium, non habent trigeſimam, cùm ſit eadem ratio, ergo idem ius, per ea, quæ aliàs notantur in glo. in ſimili in Auth. de iudi. §. ne autem labor. Per hoc patet, quòd quædam conſtitutio, quam habent quidam hic, & incipit, pro ſcriptura autem corrigitur per præmiſſa.

In actione iniuriarum. Iure Romano, dicit glo. quòd de eo, quod eſt petitum. ff. de iuriſdict. omn. iud. l. cùm quædam. §. quoties.

Sexageſimam. C. de iure emphy. l. fin. in illo iure illius legis dicitur de quinquageſima. Hæc conſtitutio, & ſuprà eo. l. conſtitutionem, & l. Regiæ. videntur loqui in Baiulo Demanij Regis Gulielmi, & Imperatorum condentium has leges: An idem fit in Baiulo Comitum & Baronum, & feudatariorum, & eorum Iudicibus, vt recipiant trigeſimam per iura? quod videtur, quia pro labore datur trigeſima eis, ſicut & ſportula, vt in Authen. de iudic. § nè autem labor. & hi laborant in cauſa, ſicut & Baiuli, & Iudices Demanij. Econtrà quòd non: quia Comites, & Barones, & feudatarij ſunt ordinarij vaſſallorum, vt in Authen. de quæſtoribus. §. ſi verò. & diximus in titulo, quid ſit inueſtitu. in principio. Sed ordinarij. ſicut epiſcopi cauſas committendo, & delegando ipſi de ſuo debent ſatisfacere pro labore eorum: & non poſſunt hi expenſarum nomine, vel alia cauſa exigere quicquam à litigante: nam

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T *Non venales.* Quod dixit Didac. Perez in l. 16. tit. 15. lib. 2. ordinat.

T *A Curia noſtra.* Debet enim Rex ſalarium Iudici ſoluere ex reditibus Regni, quæ ſibi pro iuſtitia miniſtranda præſtantur

tur & a ſtatim oblato b libello, & parti porrecto in pecunia, vel in pignore pro Curia noſtra, & pro ſe, demum lite ſententia, vel tranſactione finita, triceſimam inter ipſos æqualiter diuidendam Baiulus, Iudex, atque notarius, pro ſcriptionibus, & ſubſcriptionibus ſuis conſequantur. Præterquam in actione iniuriarum, in qua de eo tantum, quod in taxatione & condemnatione deducitur, vigeſima perſoluatur. Verùm ſi poſſeſſionis in iudicio ſola reſtitutio poſtulatur, tunc ſexageſimam tantum recipiant, c reliquam trigeſimam ſub deciſione pleniſſima in petitorio percepturi, æſtimatione poſſeſſionis cum ſacramenti ſolennitate præhabita, vt eſt dictum, vt ſic cum qualitate cauſæ viciſſitudo ſalarij compenſetur: & Iudices Curiæ non cogantur laboribus vacuis laborare. De compoſitionibus maleficiorũ etiam, quæ priuatis perſonis, vel parti Reipublicæ inferuntur, eandem partem à partibus, vel officialibus Curiæ iudicib. percepturis, circa quaſi poſſeſſionem iurium his omnibus quæ in iudicijs poſſeſſionum rerum corporalium duximus obſeruandis: Ad cuius ſalarij præſtationem partes, aut ſpontè præſtitis, vel ſuffragio Curiæ receptis pignoribus protinus arceantur.

vt cano. vide in d. cap. cum ab omni. per Doct., & per Innoc. in c. 1. de plus petitio. Superantius.

Nam æqualiras hinc inde ſeruanda eſt, vt C. de proximis ſacrorum ſcriniorum. l. in ſacris, & de fru. & lit. expen. l. vlt. & argum. ff. de arbi. ſi de meis. Soc ibi, in fine. 1. reſpon. & l. ſi cum. §. penult. Sportulæ autem quæ executoribus dantur à reo præſtantur, vt inſtitut. de actio. § tripli. & ſupra de offic. magiſt. Camerar. & Baiu. l. Regiæ Maieſtatis. & l. vlt. in prioc. & infra, de extraor. præpa. iud. l. ſæpè. excipias hoc iure in trigeſima, quæ debetur Baiulis ab vtraque parte, ſi cauſa tranſactionis remedio deciſa datur, vt de offic. magiſt. Cam. & Baiu. l. vlt. circa ſio.

a *Statim libello oblato.* Concor. cum auth. offeratur, ſed de conſuetudine exigitur litis conteſtatio.

b *Libello porrecto.* Scilicet in conteſtatione litis, vt in Authen. de iudic. §. ne autem. collat. 6. & ideo dicit, ſtatim: quia ſecundum iura iſtarum conſtitutionum ſtatim libello oblato ſequi debet litis conteſtatio, vt infra de dila. & ex immunir. l. dilationes in iudicio hactenus obſeruatas, & ſic in ipſa litis conteſtatione quæ ſtatim ſequitur. Simile dicitur in litigatore, quòd in continenti in triduo proximo poteſt reuocare errorem Aduocati, quia videlicet, cauſa ſic de facto triduo tantum durauit, cum aliàs vſque ad ſententiam reuocaret, vt C. de erro. aduoc. l. fin. non ergo Baiulus, & Iudex deberent in ipſo inſtanti eſſe cum ſacco pararo: ſed iſtud (ſtatim) cum aliquo temporis temperamento intelligatur, vt ff. de ſolutio. quod diximus, & l. ratum videlicet. vſque ad lit. conteſtat. vt dixi.

¶ Nam ante litis conteſtatio. partes liberè poſſunt à lite diſcedere, & pacta, vel tranſactiones impunè, & ſinè diſpendio facere in cauſa ciuili, vt infra de tranſaction. inter partes. l. ſpontè.

c *Reliquam.* Scilicet trigeſimam, & aliter eſt in tex. trigeſima.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

nam habent redditus, & iura epiſcopalia, per quæ ſunt debitores iuſtitiæ, extrà de vita & honeſt. cleric. cap. cum non ab homine. in glo. de offic. ordin. cap. inter cætera. hæc ratio ſic eſſet in regnante Barone, Comite, & Feudatario: quia Reges habent iura Regni, & redditus, vt iuſtitiam ſeruent inter ſubditos, & habent feudatarij, præter exactiones indebitas, & extorſiones, & ſubuentiones debitas in quinque caſibus conſtit. quamplurimum. propter quod iuſtitiam debent procurare eis miniſtrari. Sed per iſtas conſtitutiones & iura Romana, quibus ſoluuntur ſportulæ. C. de agent. in re. l. fin. cum ſimilibus. aliud ſtatuitur: & ſic debentur Baiulo Regis in Demanio. eadem ratio eſt in Baiulis & iudicibus Baronum: & ſic videmus vti, & ſpecialiter de contraria conſtitutione Regni: per quod idem videtur in trigeſima: quia interpretatio habet locum, vbi interpretatum, vt ſupra dictum eſt: nam feudatario feudum datur cum iuribus, iuriſdictionibus, terraticis, ſeù territorijs, hominibus aliàs omnibus, &c. ſicut dicit forma priuilegiorum. Territorium dicitur à terteodo, iuriſdictionem importans. ff. de verb. ſign l. pupilli. § territorium. Et idem eſſet, ſi ſimpliciter daretur feudum: quia eſſet Iudex hominum, vt d. §. ſi verò. per iſtas generalitates. ¶ Et quia debentur labori, ſi Rex, Comes, Baro, vel feudatarius, ſi de cauſa cognoſcerent, haberent trigeſimam, cùm ſint Iudices. Aliud ergo eſt iure Cano. ſpecialiter ſtatutum in hoc. Quando verò petitur, & Iudex impetratur & datur à ſuperiore ordinario, impetrans dat expenſas ſi proficiſcitur extra domicilium: etiam iure canonico, vt d. cap cum non ab homine. dicit glo. Et ſi ambo impetrent actor & reus, vterque præſtat. dicit Innoc. extra de reſcrip. cap. præſenti. Ideo ſi vniuerſitas Demanij, vel Baroniæ, vel Caſtri feudales eligant Iudices: & Rex & feudatarius cõfirment. in iſtis videtur minus dubitabile, quod habere debent trigeſimas. Licet enim confirmans videatur dare Iudices in Authen de deſen. ciui. §. interim. de verborum ſignificationib. l. lege obuenire. nihilominus dant electores ſinè quorum electione non confirmantur, nec dantur. C de defen ciuit. l. deſenſores, & non ſunt paria ſemper confirmare, & dare. ff. de iuriſd. omn. iud. & quia. in glo. & in exemplo huius l. Et videtur eſſe, ſicut in prædio plurium, vbi ſi vnus concedat viam, deinde alij, per conceſſionem vltimi confirmantur conceſſiones præcedentium, quæ tamen non poterant reuocari ante vltimam conceſſionem. & ſic videtur habere ab omnibus viam. Licèt vltimò concedens videatur confirmare præcedentes. ff. de ſerui. ruſt. præd. l. per fundum. patet etiam ex eo quod capitulum ſede vacante, non poteſt conferre, ſeu confirmare beneficia ad collationem epiſcopi pertinentia. extra ne ſede vacan. c. illum. lib. 6. & eo. tit. c. fin. confirmare tamen poteſt præſentatum à patrono de maio. & obe. cum olim. & c. his quæ. & no. Hoſt. ne ſede vacan. circa ſi & ſic qui non confert, confirmat. & habere dicitur à patrono licet prælatus confirmet. Et confirmare vnus ſinè alio non poſſet.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

tur, vt tradit poſt Luc. de pen. in l. annonam, C. de erogation. milit. annon. lib. 12 Greg. Lopez l. 2. tit. 4. par. 3. ſubdens, quod ſi Rex mittat correctorẽ, ſeù capitaneũ, & Iudicem in aliquã ciuitatem maximè non petitum, ipſe Rex debet ſibi præſtare ſalarium, nõ autem ſubditi, niſi Rex ad præſtationem eſſet inhabilis, vt quia feruentib. bellis in Regno fructus, & prouentus ſolitos non perciperet.

Salarium

Salarium officialibus ſtatuitur ex omnibus trigeſimis, atque prouentibus noua forma hic tradita. h.d.Tapia.

IMPERATOR FEDERICVS.

CVm iuxta prouidum, & ſalubre conſilium antiquorum viam præcidere cupiditatibus cupientes, de Camera a noſtra, ſalaria Baiulis, iudicibus, atque notarijs exhibenda, non iniuſta recompenſatione, prouidimus: vt obuentiones omnes, quæ de trigeſimis pœnis legitimis, ſeu iudicialibus mulctis, damnis, aut quibuſlibet ſimilibus aliquibus noſtris fidelibus inferuntur, Baiulis, ſeù iudicibus ipſis obueniunt, integrè noſtris ærarijs applicentur, de quibus omnibus magiſtri Camerarij per ſingulos menſes* cum Baiulis diligentem rationem expurgent: & relictis ſibi

ſibi pro ſe Iudice, atque notario pro rata temporis ſtatutis expenſis, quod ſupererit, pro Curia noſtra ſeruetur. Et vt cuiuſlibet peculatus via cuilibet præcludatur, & modus: Prouidimus, vt obuentiones prædictæ, ſub infraſcripta forma, per præfatos Baiulum, Iudicem, & notarium recipiantur, & receptæ ſeruentur, videlicet, in ſcrinio vno tres claues diuerſas, & foramen obliquum ad immiſſionem auri, habente: quarum prædictarum quilibet vnam apud ſe retineat, vbi percepta pecunia reponatur: quod non, niniſi in præſentia Magiſtri Camerarij per omnes prædictos, aut ipſorum aliquem valeat aperiri.

a *CVm iuxta de Camera.* No. quòd qui habet ſalarium de Curia, non debet habere trigeſimam, aliàs ſecus, vt ſup. de ſalar. iudi. & trigeſi. eo. l. cũ circa.

* AD-

* ADDITIO. *Ex hoc tex credo, quod ſumpta eſt illa forma, ſcilicet, quòd ſingulis quatuor menſib. mittuntur quinterni ad Summariam, continentes prouentus omnes acquiſitos per eos ratione officij, & ita ſeruatur in magna Curia, quod Iudices accipiunt prouentus computandos cũ eorum prouiſione.* De Bottis.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

CVm iuxta. No. quòd Iudices Baiuli, & notarij, alijque officiales habentes ſalaria à fiſco, quibus debent eſſe contenti, vt in auth. iuſiuran. quod præ. ab his. circa medium. & ideo non lucrantur trigeſimam, ſed eam, & omnes obuentiones, & prouentus omnes debent eſſe Curiæ. Item no. puniri mutilatione manus propter periurium, ſicut infra in penult. rub. huius libri de blaphæ. Deum, aliàs, de periurio. l. eos qui ſcienter.

Ad officium Baiuli. Aliàs eſt lex, & repete quod dixit ſupra eo. l 1. & 2. & facit. C. de epiſc. & cler. l. raptores.

Receptatores ſcienter. Dolus. n. exigitur in delictis, qualiter tem receptatores puniantur, dicetur inf. de foriud. l. pęna. §. fi.

Cum

CVm iuxta prouidum. In tex. de periurio. No. Iudicem qui denegat facere iuſtitiam, puniri pæna periurij, cum & quilibet Iudex iurare debeat. cuilibet interpellanti iuſtitiam miniſtrare, vt in Authen. vt iuſiuran. quod præſt. ab his qui admi. recip. & in Authent. vt differentes iudic. §. ſi vero. alibi dicit lex, quod tenetur ad reſtaurationem damni, & perdit dignitatem. ſeù aliter punitur, iuxta motum Principis, vt in Authen. de quæſto. §. ſuper hoc, vt litig. in. §. finali, & vide ad hoc. C. ad offic. ciui. iud. l. fin. & de epiſcop. & cler. authentica, ſtatuimus. & de mand. Princip. §. ſi tibi. de trien. & ſemiſ. §. is quoque. & de pace iuram. fir. § Iudices. Barthol. de Capua.

Idem, quod in præcedenti conſtitutione ſtatutum eſt. h.d. Tapia.

REGINA IOANNA Rit. 9.

ITem quòd Locumteneus, Iudices, magiſtri actorum, & ærarius teneantur quolibet menſe in fine ipſius menſis facere diuiſionem de pecunia prouentuum inter officiales dictæ Curiæ, & dare, ſeù dari mandare, & ſolui vnicuique ratam ſibi contingentem, prout antiquitus in ipſa Curia facere conſuetum, & obſeruatum extitit.

Prohibentur Iudices pro ſubſcriptionibus aliquid accipere, excepto pro examinatione teſtium. h.d.Tapia.

REGINA IOANNA. Rit. 14.

ITem a quòd Iudices ipſarum Curiarum, & cuiuſlibet ipſarum non audeant recipere, & extorquere pro ſubſcriptione, & manus impoſitione in proceſſibus fiendis, nec pro deciſione quarumcunque cauſarum, & pro ſententijs per ipſam Curiam ferendis, ſeù aliter modo quocunque, T excepto pro examinatione teſtium de trigeſimis, cauſarum commiſſarum eiſdem: tunc enim recipiat quantum de iure eis permittitur, & ſecundum laudabilem & antiquum Ritum Curię prędictę, & non vltra, nec alio modo, & ſi contrafecerint, incidant in pœnam quinquaginta ducatorum auri fiſci commodis applicandam.

a *ITem quod Iudices ipſarum Curiarum, et cuiuslibet ipſarum, &c.* In ver. *pro ſubſcriptione &c.* Adde glo. in cõſtit. conſtitutionem. in ver. cum cauſa. in fi. & ibi, ibi ſequitur Matth. in 4. q. M.

In eo. in ver. *cauſarum, &c.* Sequitur Matthæus in conſtit. cum circa. in 3. col. ver. an autem Iudex, &c. ſubdit quòd ita obſeruant hodie iudices magnæ Curiæ Vicariæ authoritate huius Ritus. Matth.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

EXcepto pro examinatione teſtium. Hodie nihil poſſunt accipere, vidi tñ in Sac. Conſ. fieri depoſitum vnius ducati, quando coram Reg. Conſ. inſtatur teſtes recipi; ego tamen numquam recepi, & ita alios feciſſe traditum eſt mihi.

quan-

Dupli-

Digitized by Google

Duplicantur gagia de fiſcali pecunia Iuſtitiario, & alijs officialibus pœna nonupli ſtatuta contra ſurripientes pecunias Regias. b.d.Tapia.

CAROLVS II. Cap.186.

AD hoc volētes. Ibi, *quadrupli.* In ſi.c. Cũ iſto concordat con ſtit.Regni, quæ incipit, apud Iuſtitiarios. Barth.de Cap.

AD hoc volentes vt Iuſtitiarij, Iudices, & actorũ notarij eorundem manus ſeruent in officiorum ſuorũ exercitio mundiores, nec vlla eis ad corruptionis lapſum ſuperſit occaſio, quam ob paucitatem gagiorum ſuorum eis per Curiam ſtatutorum hucuſque, receptionem munerum vetitorum, vel exactioné aliam minus ſibi forſitan eſſe, quo tamen, iudicio extimabant illicitam, pręſenti edicto robur perpetuum valituro, ſtatuimus, quòd eiſdem Iuſtitiarijs, iudicibus, & notarijs huiuſmodi ſolita Gagia ex nunc de fiſcali pecunia duplicentur. Et ſi qui eorum in receptionem, vel exactionem prędictã, ſeù pecunię Curię ſubtractionem deliquerint: pro his quę fiſco ſubtraxerint, nonupli; pro his verò quę illicitè ſuſceperint à priuatis, quadrupli pœna mulctentur, pręter corporales pœnas eis pro noſtro arbitrio infligendas.

AD hoc volentes. ¶ In tex. ibi (duplicentur.) Nota hæc verba gagia duplicata, & de pecunia fiſcali ſoluta &c. quare nimirum ſi tunc temporis per iuſtitiam Regnum regebatur. hodie verò: quia gagia ſimplicia ſunt diminuta. Et pro littera Iudicis & exequutoria ſoluitur vncia vna. Et eandem dominus auariſſimus ad multa mala induxit Reginas in cõtrarium obſeruantes. ¶ In tex. ibi (pro his quæ fiſco ſubtraxerunt eſt pæna nonupli) eorum verò, quæ à priuatis eſt pæna quadrupli, vt hic, & in authen. vt iudices ſinè quoquo ſuffr. §. ſicut, colla. 2. ſic etiam in caſtellanis indebitè exigentibus eſt pæna nonupli, vt in conſtit. Regni ſi quis caſtellanorum, & infra cap. magiſtro iuſtitiario, num. 143. de iure verò communi ſi ſurripitur à publico, eſt pæna quadrupli, vt C. de his qui ex publi. ratio. mutu. pecu. accepe. l. 1. lib. 10. & C. de cenſi. l. qui grauatos. & l. perequatores. lib. 11. & in auth. vt Iudices ſinè quoquo ſuffra. §. ſic igitur. in ſi. Sed cum ſurripuerit ex publico videtur diſtinguendum, aut ſurripuit, quod eſt acquiſitum, & eſt pæna quadrupli. aut de acquirendo, & tunc eſt pæna dupli. Si verò ſurripuit & mutuat alij, aſſerens ſe habere mandatũ, & tũc propter hoc falſum exutus bonis omnib. perpetuò damnetur exilio, vt d. titu. de his qui publi. ra. l. 10. & vide. C. ad leg. Iulia. pec. l. 1 & ff. eo. l. ſuo. 4. fin. Cui autem hæc pæna quadrupli applicetur, videtur, quòd medietas curiæ, & medietas parti. l. 1. C. ad l. Iul. repe. Sed melius videtur, quòd tota applicetur fiſco, vt in dictis legibus apparet. Sed ſi non ſurripuit, ſed omiſit exigere, vel imponere, diſtingue, aut per negligentiam, & tunc ad ſimplum, aut per corruptionem, & tunc ad quadruplum, vt l. Iudices, & ibi glo. C. de anno. & trib. lib. 10. & C. de his qui ex offi. quod admi. conueni. l. 1. lib. 11. & vide. C. de cẽſibus. l. perequatores. lib. 11. quæ omnia nota contra ærarios regios hodiernos & alios exactores collectarum & iurium fiſcalium, qui ex nimia paupertate paruo tempore pluſquam ſupra diuites fiunt, & domini caſtrorum propter eorum vſurpationes. Sebaſtianus de Neap.

ADDITIO.

AD hoc volẽtes. Circa illud, quod ponit Sebaſt. hic. Qualiter puniantur, qui habent pecuniam ex adminiſtratione publicarum pecuniarum, vide Ang. Aret. in §. fin. Inſtit. de publ. iudic. Et latè vide Pari. in tract. ſindi. de modo, & forma ſindi §. ſindicantur etiam officiales de ſubtractis, vbi qualiter puniantur ſubtrahens pecuniam fiſci. Et quid de actuario, de omnibus vide ibi latè, & eundem Parid in d. tract. ſindi. in verbo officialis. col. 3. Et ibi quid de officiali, & actuario, qui non ſcribit prouentus in libro, qualiter teneatur, vide Par. in d. tracta. in verbo prouentus, & in d. §. ſindicantur etiam.

Ioan Ant. de Nigris de Ciuitate Campaniæ. I.V.D.

Ex Cap. Neap. In anno 1496. Cap. 32.

REX FEDERICVS.

ITem ſupplicano ſi degni V.M. togliere, & leuare tutti pagamenti de triceſime ſe pagano, tanto in lo Sacro Conſiglio, in la Regia Camera della Summaria, quanto in Vicaria, & in qualſiuoglia altra Corte in Napoli, & la Maeſtà Voſtra prouederà alli officiali di dette Corte. Pl. Reg. M.

Ex dictis Cap. Neapol. in anno 1503. Cap. 53.

REX FEDERICVS.

ITem ſi degni togliere tutti pagamenti de triceſime, ſportule, ò qualunche altro pagamento ſi ſoleno eſigere il Regio Sacro Conſilio, Camera della Summaria, gran Corte della Vicaria, & in qualſinoglia altro tribunale di dette Maieſtate, & prouedere à ſpeſe di detta Regia Corte delle prouiſione di detti officiali, accioche liberamente poſſano miniſtrare la giuſtitia. Placet pręfato Domino Locumtenenti generali, de triceſimis, & alijs indebitis ſolutionibus.

Officiales Regij trigeſimas non recipiatur, nec ſportulas pro deciſione cauſarum. b.d. Reuitus.

PRAGMATICA I.

De trigeſimis.

FERDINANDVS &c.

VNiuerſis & ſingulis fidelium noſtrorum commodis, & eorum onera, quatenus pręſentium temporum conditio patitur, remouemus, & quidem vt eis à Iudicibus vbique per noſtrum hoc Sicilię Regnum ad iura reddendum. ſiuè merita cauſarum, vel earum articulos vobis, vel alijs referendum deputatis gratis iuſtitia miniſtretur, quibus de ſuis ſtipendijs (quibus eſſe debent contenti) prouidere intendimus.

Tenore pręſentium de certa noſtra ſcientia, noſtroque motu proprio ſtatuimus & ordinamus, quatenus de cetero Iudices omnes vbique per dictum hoc Regnum propterea deputati in quibuſcumque iudicijs, tribunalibus & foro quocunque, etiam in noſtro Concilio, noſtraque Camera Summariæ, à perceptione, exactione, ſiuè receptione trigeſimarum, ſalariorum, ſiuè ſportularum quarumcumque, pro cognitione, relatione, ſeu deciſione cauſarum quarumcumque & cuiuſuis articuli, tam in principalibus, quàm appellationum ſiuè ſupplicationum cauſis recurſus, ſiuè quęrellę, & alterius cuiuſuis cauſarum, prorſus, & omnino de cętero ſe abſtineant, abſtinereque debeant.

Nihil de cętero perinde recipiant, quoniam ab huius exactione, atque ſolutione pręmiſſorum pręhdictos noſtros fideles, & alios quoſcumque coram pręhdictis litigantes, cauſas pręhdictas quomodolibet

bet habentes earundem tenore pręſentium liberos facimus, & immunes reddimus, & perpetuò fieri ita eſſe volumus, conſuetudine contraria non obſtante quacunque. Volentes & decernentes expreſsè præmiſſa locum habere tam in cauſis pendentibus quam futuris, quibus vt præmittitur gratis iuſtitiam miniſtrari volumus, atque mandamus, excipimus tamen à prædictis curijs Baiulorum, in quibus Regni conſtitutiones de curijs ipſis expreſsè in his diſponentes, iuxta ipſarum tenorem præmiſſis non obſtantibus. Obſeruetur inſuper cũ pro exactione iuris exituræ hactenus ſtatuti, quod ab antiquis temporibus exactum fuit, & exigebatur in paſſibus circa Regni confinia conſtitutis, ac in locis pro huiuſmodi iuris exactione, ſiuè ſolutione deputatis pro rebus, quarum exactio, ſiue ſolutio iuris huiuſmodi fuit hactenus, ac erat de dicto Regno prohibita, quæ pro rebus ipſis & alijs, quarum omnino abſque Regiæ Curię licentia prohibearur exactio, exacta diligentia cuſtodiebatur, plurimum tam Regnicolæ, quàm exteri vexati fuerunt & vexabantur, tam pro rebus ipſis in eiſdem paſſibus perquirendis, pro quibus tranſeuntes ſæpe ſpoliari cogebantur per nonnullos, & vſque ad interulas perquirebantur, quam etiam ex eo quod & non prohibita quandoque tranſeuntes in paſſibus ipſius auferebantur, & etiam quandoque extrahi prohibita auferebantur, ijs qui ignorabant morem Regionis, & paſſuum ſtatum, & paſſus ipſos extrahenda deferebant, qui & ſi quandoque ad Curiam Regiam recurſum habent ablata huiuſmodi recuperarent, non ſinè tamen ipſorum vexatione, ſumptibus, & intereſſe, dum eas recuperari contingebat, ipſa procedebat recuperatio, multaque etiam quibus Regnum ipſum abundabat extracta fuiſſent, quæ pro iure prædicto & vexationibus, quæ in obtinendis litteris, ſiuè apodixis extractionis eorum per extrahentes incurrebant, minimè hactenus propterea extracta fuerunt, non abſque damno & intereſſe fidelium noſtrorum Regni prędicti: Nos propterea huiuſmodi vexationibus, oneribus, damnis, & incommodis tam noſtrorum fidelium, quàm etiam exterorum, finem temporibus prædictis imponere volentes, tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, noſtroque motu proprio pro libertate hominum Regni prædicti, fidelium noſtrorum dilectorum, & etiam exterorum in dicto noſtro Regno Sicilię, & ad commercium ampliandum in Regno prædicto pro ipſius Regni decore, ac fidelium noſtrorum commodo, conſtitutiones omnes, capitula, & ſtatuta, tam noſtrorum prædeceſſorum quàm noſtri ſuper huiuſmodi prohibitione, & exactione iuris prædicti hactenus editas, caſſamus, irritamus, & annullamus. Volentes & decernentes expreſsè, & licentiam omnibus & ſingulis concedentes, quod de Regno prædicto per paſſus prædictos quoſcumque, & quemlibet eorũ, etiam ſi ius exituræ pro rebus inde extrahendis alijs quibuſuis, aut cuiuſuis conditionis, dignitatis, & gradus exiſterent, quos hic pro nominatis, & expreſſis haberi volumus, atque decernimus cõpetere: In quibus etiam certis ex cauſis mentem noſtram mouentibus, quas hic pro ſufficienter expreſſis ſimiliter haberi volumus, hęc procedere, vel locum ſibi vendicare decernimus, liberè & abſque ſolutione iuris hactenus pro huiuſmodi exactione ſtatum extrahere poſſint, & valeant quęuis victualia, & legumina, arma, mulos, equos cuiuſuis ſtaturę, boues, vaccas, porcos, oues, caſtratos, arietes, iumenta, ſeu quęque alia animalia, & res alias ad graſſam pertinentes, vtpotè carnes ſalatas, caſeum, recotum, oleum, & huiuſmodi pinguia, piſces, & quęuis alia animalia, quorum etiam hactenus prohibita erat extractio, vtpote aurum, argentum lauoratum, ſiuè non lauoratum, ſiuè in virgis, ſeu plactis, ſiuè in pecunijs & monetis quibuſlibet, cuiuſuis ſpeciei, ſiue cunei. Ita vt de cętero & in perpetuum huiuſmodi extractio, liberè, licitè, & impunè procedat.

Volentes & iubemus expreſsè, vt, ſi quiſquam pro huiuſmodi extractione induxerit exigendum aut exigi proinde fecerit, ſiuè permiſerit, ipſo facto pœnas incurrat, quas noua, & illicita vectigalia imponentes, ſiuè exigentes de iure incurrunt: Mandantes propterea Spectabilibus & Magnificis huius Regni Magno Camerario, eiuſque Locumtenenti, & Pręſidenti Regię Camerę noſtrę Summarię, Collateralibus, Conſiliarijs fidelibus noſtris dilectis, quatenus tenore pręſentium, quas pro libertate, & releuatione hominum Regni prędicti ab illatis hactenus ſibi propterea grauaminibus fieri iuſſimus, prout expedire viderint, publicari mandent & faciant, & prouideant quod premiſſa efficaciter obſeruentur, & ſi qui fuerint pręmiſſorum in aliquo tranſgreſſores, in eos, prout expedire viderint, procedant, & puniendos exinde puniant, taliter quod eis cedat ad pœnam, & alij à tranſgreſſione huiuſmodi eorum coerceantur exemplo. In cuius rei teſtimonium, &c.

Datum in terra noſtra Fogię per Magnificum virum Lucam Tozolum, &c. Die 20. Iunij 1471. Regnorum noſtrorum anno 14.

Rex Ferdinandus.

Paſchaſius Garlon. Dominus Rex mandauit mihi Antonio de Petrutijs. N.A. de Monti. Locumtenens Magni Camerarij.

Salarium augetur quo ſiat contenti officiales Regiorum Tribunalium, nec alia percipiantur, h.d. Tapia.

PRAGMATICA II.

De trigeſimis.

PHILIPPVS &c.

ET quia pręcipua debet verſari cura circa perſonas officialium, mandamus omnibus officialibus noſtris, vt rectè eorum officia adminiſtrent, & officialibus iuſtitię, vt iuſtitiam colant, liberi ab omni odio & amore, ab omni corruptione & timore ius dicant & decernant, ex hac enim cauſa numerum Conſiliariorum Sacri Regij Conſilij & Iudicum magnę Curię Vicarię, vbi pręcipuè iuſtitia miniſtratur, augeri mandauimus, vt ſin-

certi-

cerrimis eſſet iudicijs, quod plurimorum ſententijs confirmaretur: Maius etiam ſalarium dictis Conſiliarijs dari mandauimus, vt omnis tollatur occaſio à recto iudicio deuiandi.

PRAGMATICA III.
De trigeſimis.
PHILIPPVS.

RENouamus etiam Pragmaticam ſanctionem factam per quondam Catholicam Maieſtatem Regis Cattholici aui & patris noſtri colendiſſimi.

Datum in Villa Vallis oleti 26.Februarij, anno à Natiuitate 1510. Tenoris ſequentis.

Nos Ferdinandus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ citra & vltra Farum, Hieruſalem, Valentiæ, &c.

Decet iuſtum Regem quidem, immo valde neceſſarium eſt, ſemper, & continuò cogitare, atque animaduertere, & amplecti ea quæ cultui, & adminiſtrationi iuſtitiæ ſunt conuenientia, & neceſſaria, vt rectius, & abſque perſonarum exceptione, illa inter ſuos ſubditos gubernetur, miniſtretur, & fiat, nam per iuſtitiam Reges regnant, populi abũdantur, Regna conſeruantur, & augentur, atque etiam ex aduerſo vias exquiſitas cum quibus iuſtitia claudicare poteſt pro viribus deſtruere, euertere, expellere volentes, atque huic tam ſanctæ cogitationi ſingularem effectum dari, iuſtitiamque inter ſubditos, & alios ab Altiſſimo nobis commiſſos æqua lance miniſtrari, & quod ſuum eſt vnicuique rectius, & ſecurius tribui, hac edictali Pragmatica ſanctione perpetuò ſtatuimus, ordinamus, & in vim perpetuæ legis edicimus inuiolabiliter obſeruandum eſſe de cętero nulli Conſiliariorum noſtrorum reſidentium cum Illuſtr. Vicerege, & Locumtenente generali noſtro in præſenti Siciliæ citra Farum Regno, Conſiliariorumque Locumtenenti, Protonotario, ac dictorum Sacri noſtri Regij Conſilij de Santa Clara, Conſiliariorumque, Locumtenenti, Præſidenti, & Rationali noſtræ Regiæ Cameræ Summarię, Conſiliariorumque Regentis Vicariæ, Iudicum Magnæ Curiæ, & aliorum quorumcumque officialium, & miniſtrorum prædictorum tribunalium, & etiam aliorum vniuerſorum, & ſingulorum officialium noſtrorum præſentium, & futurorum in prædicto Regno liceat, neq; aliquo pacto aut via permittatur directè, vel indirectè, ſeu quobis quæ ſito colore, etiam ſub nomine Aduocatorum, Auditorum, Conſultorum, aut alijs quomodocumque, & qualitercumque accipere, conſequi, & habere aliquam penſionem, prouiſionem, gagia, ſalarium, ſeu lucrum, aut ſtipendium à quibuſuis Vniuerſitatibus, Collegijs, & ſingularibus perſonis cuiuſuis ſtatus, dignitatis, & pręeminentiæ fuerint. ſed contententur, & illos contentari volumus de ſalarijs, gagijs, & emolumentis, & alijs ordiuariè, & iuxta ſtylum eis pertinẽtem, ſub pœna priuationis officiorum ſuorum, & alia grauiori, arbitrio noſtro, ſeu Illuſtr. Viceregis, & Locumtenentis generalis noſtri reſeruato.

Hanc itaque noſtram edictalem Pragmaticam ſanctionem, ſtatutũ, ordinationem, & in vim perpetuæ legis edictionem, & inuiolabilem mandati obſeruationem prædicto Illuſtriſſimo Viceregi, & Locumtenenti noſtro generali, & Magnificis dilectis Conſiliarijs, Regentibus noſtram Cancellariam, declarantes, & intimantes ex animo Regali noſtro carius, & ſtrictius quo poſſumus præcipientes, dicimus, & mandamus, quatenus ipſa omnia, & ſingula deſuper contenta teneant firmiter, & obſeruent, tenerique, & obſeruari faciant inuiolabiliter per quoſcumque omni dubio exceptione, & contradictione quacunq; repulſis, ipſaque omnia, & ſingula intimari faciant ſupradictis officialibus, & Tribunalibus, & alijs vniuerſis, & ſingulis officialibus noſtris, in forma debita, & de dicta intimatione actum confici ad perpetuam rei memoriam, vt ijdem officiales noſtri de ſupradictis nullam valeant ignorantiam allegare, ſed omnibus patefaciant, & præcipiant, atque effectualiter efficiant per vniuerſos, & ſingulus ea omnia, & ſingula inuiolabiliter teneri, & euſtodiri, ſi omnes prædicti, & alij quicumque, præter iræ, & indignationis noſtræ incurſum, pœnam decem mille ducatorum auri, Curiæ noſtræ quoties contrafactum fuerit irremiſſibiliter exigendorum, & applicandorum, cupiunt euitare. In quorum omnium, & ſingulorum teſtimonium præſentes fieri iuſſimus, noſtro magno Sicilię citra Farum ſigillo in dorſo munitas.

Dat. in Villa Vallis Oleti, die 26. menſis Februarij, anno à Natiuitate Domini 1510.

Yo el Rey.

V. Auguſtinus Vitus Locumtenens Protonotarij, & Magni Camerarij.
V. Generalis Theſaur. V. Conſeruator generalis.

Dominus Rex mandauit mihi Michaeli, Peremd. Almazan. Quam ad vnguem iuxta ſui ſeriem, & tenorem obſeruari mandamus.

PRAGMATICA IV.
Eodem titulo.
CAROLVS V. IMPERATOR.

ET vt etiam vaſſallos noſtros ab officialium exceſſibus liberemus, Mãdamus, & ſtatuimus, vt officiales noſtri tam maiores, quàm minores nihil poſſint à partibus recipere pro ſententijs, decretis, ſiuè interlocutorijs, ſeu remiſſionibus, ſeu examinationibus teſtium. neque etiam, aliud etiam candelarum nomine, vt aliquos auaritia docuit, ſed, contenti ſalarijs ſuis iuſtitiam ęqualiter adminiſtrent, Secretarios etiam, Magiſtros actorum, Scribas portionis, commentarienſes, ſiue carcerarios, etiam ſi in caſtris carcer delatis eſſet deputatus, nolumus aliquid à partibus etiam ſpontè dantibus recipere, pręter illas ſolutiones, quę ſecundum Regni Cõſtitutiones, Capitula, & Pragmaticas, & Pandectas eis recipere licet. Et, qui cõtrafeeerint, vltra pœnas à iure Conſtitutionibus Regni, & Capitulis ſtatutas, pœna arbitrio Viceregis infligenda puniantur.

Officia-

Officiales, & Capitanei ad iuſtitiam deputati nihil vltra ſalarium taſſatum recipiant, h.d.Tapia.

EX PRAGMATICA IV.

De commiſſarijs non deſtin.

§. ALiam vero Pragmaticam per Sereniſſimũ Ferdinãdum editam,continentiæ,& tenoris infraſcripti animadnertimns.

Cum multa ſint, quæ Reges, & Principes ſumma,diligentique cura prouidere oporteat, vt Regna, & Imperia, quibus diuinitus præſunt rectè gubernentur, illud præcipuè nobis curandum eſſe videtur,vt eorum ſnbditi ab oppreſſionibns,& indebitis grauaminibus releuentur, cum itaque ad noſtram notitiam peruenerit,officiales,& Capitaneos adminiſtrationi iuſtitiæ per nos ordinatos, vltra prouiſionem, & ſalarium eis taxatum varijs modis,vel lucri,vel donatiui nomine à vaſſallis noſtris pecuniam extirpare, & interdum plures perſonæ,ac ciues vt gratiam, & fanorem ipſorum officialium adipiſcantur, eiſdem dona, & pecunias ex publico procurent. Nè ſubditis noſtri prædicti extorſionibus, & alijs ſolutionibus indebitis iam dictis continuè grauentur,& officiales ipſi,qui pro tempore fuerint, prouiſione tantummodo eis ordinata,vel taxãda contenti remaneanr, & acquieſcant,remoti penitus ab omni ſpe alicuius alterius lucri vel donatiui,ſed in ipſa adminiſtratione iuſtitiæ ſemper intenti,& ſolliciti ſint, nec non etiam Vniuerſitates,Terræ,Caſtra,Loca,Ciueſque,& homines in illis habitantes,incolatum ducentes, nè poſſint,& valeant amicitias, ſuffragia, & fauores ipſorum officialium ſibi hac ratione vendicare, & acquirere cum erogatione bonorum, & rerum Vniuerſitatum,pauperum,pupillorum,viduarum, & miſerabilium perſonarum,quæ dictis ſuffragijs, fauoribus, & amicitijs, vt poſſint in eorum priuatis commodis, & ad proprios vſus conuertere cum derogatione inſtitiæ, & adminiſtratione ipſius, quinimmo vt illa rectè, & benè, & diligenter (vt decet)omnibus æquè,& ſine exceptione aliqua miniſtrentur. Volumus,& præſentiũ tenore,noſtra ex certa ſcientia,motu proprio,deliberatè & conſultò, ordinamus, atqne decernimus, quod deinceps in futurum in perpetuum, officiales,& Capitanei prædicti,per nos ordinandi,& deputandi,ſeu iam deputati in adminiſtratione iuſtitię prouiſione ſolummodo ipſorum ordinata, vel alias taxanda per nos contenti remanere debeant, eamque tantummodo conſeqnantur, & illam habeant indeminutè in terminis ſolitis & conſuetis,iuxta noſtras ordinationes,& Pragmaticas, nec vltra prouiſionem prædictam directè vel indirectè aliquid lucri vel donatiui ab Vniuerſitatibus recipere debeant, nec ipſæ vniuerſitates,ciues, & habitantes, eadem donatiua & lucra procurare debeant, ſeu habeant, quinimmo ab hoc omninò abſtineant & cauere debeant, declarantes expreſsè de eadem certa noſtra ſcientia,quod ſi quis officialium prędictorum præſenti noſtræ ordinationi, diſpoſitioni, & Pragmaticæ contrauenerit, ab officio & adminiſtratione iuſtitiæ ipſo facto ſuſpendatur. pœnamque vnciarum quinqnaginta incurrat; Ciuitates autem, Terræ,Caſtra,& loca, ac Vniuerſitates, priuati ciues,& habitantes, ſub pœna vnciarum centum, irremiſſibiliter exigendarum, & Fiſco applicandarum, cum reſeruatione etiam pęnas ipſas augendi & commutandi, prout nobis melius viſum fuerit & placebit, iuxta demerita contra contrauenientes, pro arbitrio noſtro reſeruamus.

Datum in Ciuitate noſtra Capuæ,per Magnificum virum Andræam Maricondam Locumtenentem, Fundorum Comitis &c. die 3. Auguſti 1490. Regnorum anno trigeſimoquarto.

§. Hanc ſimiliter ad vnguem ſeruari mandamus,& illi addentes prætere a,ſancimus, atq; ordinamus,vt Syndici,Electi, & alijs quarũnis Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & locorum officiales, priuati ciues,& alij habitantes,qui Capitaneis,officialibus, commiſſarijs, quocunqne vocabulo nuncupatis,aliquod contra formam & tenorem ſupraſcriptarum Pragmaticarum dederint per ſe ipſos vel interpoſitas perſonas,aut eorum vxoribus, filijs, & alijs eorundem poteſtate ſubditis, ipſoqne iure incurrant in pęnas in ſupraſcripta ſanctione deſcriptas, neque his contenti cum tam longe,lateque ſerpere, & increbreſcere hoc malum in dies conſpeximus, ita vt nullæ ſuperiorum Regum conſtitutiones,quæ tot in illud editæ,promulgatæque ſunt, ſufficientes remedium ei adhibere potuiſſe videantur,ſancimus & mandamus, vt nedum in prædictorum computis de datis & expenſis offieialibus prædictis ratio aliqua habeatur, verum etiam pęnis, quibus veri fures atque latrones puniuntur,virtute conſtitutionum, Capitulorum, & Pragmaticarum Regni ſubijciantur,qui vero infra menſem à die contrauentionis prędictę noſtrę Pragmaticę computandum,dum data & accepta reuelauerint & probauerinr, veniam mereanr,nec hiſce ſubijciantur pęnis. His conſequens eſt, vt, creſcente in dies horum Commiſſariorum auaritia, & extorſionibus, noua vſque remedia adinuenire, vera etiam corrigere, ſi opus fuerit, abſurdum non ſit quin neceſſarium, & ſuperiorum Legumlatorum inſtituto comprobatum: neque enim omnia vno & eodem tempore excogitari nedum percipi poſſunt. Quare Pragmaticam alias editam tenoris ſeqnentis confirmamus.

Officiales antem noſtros,& Commiſſarios vt ſupra deputatos, ſi contigerit eos per hoc noſtrum Regnum pro aliquo Regio ſeruitio iter facere, & portauerint patentes litteras a noſtris Illuſtri Viceregis,cum ꝑ nullos alios dictas patentes expediri volumus, virtute dictarũ litterarum nihil aliud ab Vniuerſitatibus etiam ſponte dantibus recipere volumus, niſi ſtantiam,lectos, & paleam,& hoc pro tranſitu tantum,& non vltra,& id qnidem moderatè,& ſinè concuſſione; corrigentes, quod ad lectum,ſtantiam, & paleam attinet, ſtatuimus vt poſt hac nulli omnino prædictorum Commiſſariorum ſine officialium, qnacunque poteſtate & anthoritate pollentinm,liceat prædictam ſtantiam,

lectos,

lectos,& paleam accipere, neque aliud quodeunque etiam minimum, à quacunque perſona contrafacientibus eaſdem pœnas ſubituris, quæ per ſupraſcriptas Pragmaticas conſtitutæ ſupra ſunt; reuocantes quaſcunque patentes per nos & alios prædeceſſores noſtros expeditas;

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAec Pragmatica non ſeruatur, nam iſti officiales ſportulas recipiunt, nec quidem ſeruari poſſet propter modicum ſalarium, quod nec pro aſſenſu ſufficeret.

Gubernatores, & Auditores prouinciarum nihil vltra ſalarium taſſatum recipiant, ſiuè ad partis, ſiue ad Fiſci inſtantiam per prouinciam inceſſerint. h.d.Tapia.

EX PRAGMATICA IV.

De trigeſimis.

§. QVia vero hactenus in graue populorum damnum irrepſit, vt ab Auditoribus Prouinciarum, qui propter commodiorem iuris adminiſtrationem & populorum ipſam gubernationem in Prouincijs deſtinantur, ne ob leuem, inanemque cauſam neceſſe ſit, Prouincialibus ex remotis fortè Regni partibus, ad ſupremũ hoc Tribunal multis ſumptibus confugere, cum per Prouinciam mittuntur, pro aliquo negotio explicando, præter conſtitutum eis à Curia ſalarium dietæ, quas pro dicti negotij executione impendunt vſurpatæ ſint, ad quas partes deuenire neceſſe cogebant, dum in cauſis expediendis tantam negligentiam eo vſque partibus oſtenderent, donec de itinere ab eiſdem requirerentur. Præterea ſtatuimus, atque decernimus, vt poſthae prædictis Gubernatoribus, Auditoribus, & Fiſci patronis nullæ dietæ ſoluantur, ſiuè ad partium inſtantiam, ſiuè curiæ miſſi fuerint, verùm contenti ordinario ſalario, quod eis à curia, ob ius in decretis, commiſſiſque ſibi Prouincijs dicendum conſtitutum eſt, efficiant, ne ex eo, quod tenentur, præmiũ conſequantur. quod ſi quis ex eis inuentus fuerit, qui aduerſus Pragmaticæ huius ſanctionis prohibitionem, aliquid pro dictis prædictis accepiſſe probetur, officio priuetur, bienuio exulet, & partibus quadruplum exoluat.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HAec Pragmatica non ſeruatur, nam tam Fiſcus. quàm partes ſoluunt aliquid pro dictis etiam quando extra locum, vbi Regia Audientia reſidet ad alium accedunt, Fiſcus enim ſoluit Auditoribus vſque ad ſummam carolenorum viginti incluſo ſalario pro qualibet dieta, & partes ad quorum inſtantiam accedit ſoluunt carolenos triginta ſex vltra ſalarium, Regijs autem Conſiliarijs, ac Iudicibus Mag.Cur.Vic.ſalarium fuit auctum ab Illuſtriſſimo Comite Mirandæ, & omnibus per Illuſtriſſimum Comitem de Lemos, vt in Pragm. ſequent.

PRAGMATICA LXIII.

De offic.Sac.Reg.Conſ.

DOn Ioannes de Zunica Comes Mirandæ Marchioque Labagneſæ, & in præſenti Regno præfatæ Regiæ, & Cattholicæ Maieſtatis Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus generalis, &c. Conſueuerunt Regij Conſiliarij dum accedunt ſuper faciem loci extra territorium huius Ciuitatis Neapolis pro eorum ſalario recipere ſcutos auri tres pro ſingulis diebus vltra victum, & mercedem pro lectica, & equis, & cum ad noſtras aures peruenerit quod inde orta eſt occaſio maximam quantitatem pecuniarum erogandi, præcipuè cum accedunt ad inſtantiam vniuerſitatum, quæ etiam per ſuos miniſtros fraudantur, ſuper quo ad releuandos Regios ſubditos prouidere volentes (vt conuenit) ad moderandas immoderatas expenſas, & fraudibus obuiandum præſenti Pragmatica perpetuò valitura.

Conſiliarij, & Præſidentes Reg.Cam.Sum. extra ciuitatem non amplius quam octo ducatos pro omnibus expenſis pro qualibet die recipiant. h.d.Rouitus.

§. Decernimus, atque ſtatuimus quod hinc antea non poſſint Conſiliarij, & Præſidentes Regiæ Cameræ Summariæ recipere pluſquam ad rationem ducatorum octo pro quolibet die in quibus includantur mercedes lectiearum, & equorum, & expenſæ pro ipſorum victu, & famulorum. Ita vt non poſſint aliud quidquam recipere à quocunque etiam minima, & à ſponte dantibus. Mandamuſque T qđ in interpoſitione decreti pro acceſſu interueniat Magnificus & Circumſpectus Præſidens Sacri Regij Concilij, & aliter decretum interpoſitum ſit ipſo iure nullum. Volumus etiam quod quando accedunt ad inſtantiam vniuerſitatum debeat per Sacrum Concilium antequam Conſiliarij diſcedant ab hac Ciuitate taxari numerus perſonarum vniuerſitatis, quæ debent Conſiliarium comitari, & eorum ſalarium, quodque non accedat niſi vnus Aduocatus, & vnus Procurator, inhibemus prædictis Conſiliarijs, & Præſidentibus, nè ſimul comedant cum partibus, Aduocatis, & Procuratoribus, aut Agentibus.

T HAec Pragmat. eſt etiam poſita ſub tit. de acceſ. offic. ſuper fac. loci. Tapia.

Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ in ducatos ſex pro quolibet die extra Ciuitatem taxantur. h.d.Rouitus.

§. Salarium vero Iudicum Magnæ Curiæ Vicariæ taxamus, & limitamus in ducatis ſex tantum cum

enm eiſdem conditionibus. Et ita mandamus inuiolabiliter obſeruari ſub pœna Regiæ indignationis.

Datum Neapoli in Regio Palatio die 14. menſis Aprilis 1587.

El Conde de Miranda.

V. Moles Regens. V. Lanarius Regens.

V. Berricanus Proregens. Dominus Vicerex, Locumtenens & Capitaneus Generalis. Mandauit mihi Baſtida de Muñatones.

Immunes fiunt vniuerſitates, & particulares Regni ab onere hoſpitandi quoſcumque officiales tàm Regios, quàm Baronales, & etiam nouæ militiæ: necnon ab milites onere præſtandi eiſdem ſtantiam ſtramen & lectum, ſeu alia vtenſilia. h.d. Rouitus.

PRAGMATICA VIII.

De commiſſarijs, & execut.

PHILIPPVS &c.

DOn Ferdinandus de Caſtro, & Andradæ Comes de Lemos, & de Andrada, Marchio Sarriæ, & Comes Villaluæ, ac in præſenti Regno prætatæ Regiæ, & Cattholicæ Maieſtatis, Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis &c.

Hauendo la Maeſtà del Rè N.S. di Felice memoria inteſe le grauezze, che patiuano l'Vniuerſità di queſto Regno, per conto degli alloggiamenti, ſpeſe, & altre angarie di commiſſarij, così dependenti da noi, come dalli Regij Tribunali di eſſo Regno, Capitani, Barricelli, e Soldati di Campagna; e non meno da' proprij Sindici, Eletti, & altri che maneggiano l'entrate di eſſe vniuerſità, i quali con l'occaſione di commiſſarij, ſotto colore di ſpeſe loro miniſtrate, pongono in eſito molta maggior ſomma, ripartendola frà di eſſi furtiuamente à proprij commodi. Onde le pouere vniuerſità ſi ritrouano di maniera oppreſſe da i debiti, che con difficoltà poſſono ritronar forma di releuarſi; Sciſſe ſotto la data de' 27. di Genaro 1596. Ordinando ſi conſideraſſe, che ſpedienti per beneficio del Regno, in ciò ſi poteſſino pretendere. Et l'iſteſſo nel general parlamento, che nel medeſimo anno ſi celebrò, fù da parte di queſta fideliſſima Città, Baronaggio, e Regno ſupplicato all'Illuſtre Conte di Oliuares noſtro predeceſſore.

Noi dunque per obedire à gli ordini della prefata Maeſtà, per quel che al noſtro officio appartiene, e per debitamente compiacere anco à queſta fideliſsima Città, Baronaggio, è Regno, & acciò l'vniuerſità non ſiano più afflitte, e conſumate dalle grauezze degli alloggiamenti, e dalla rapacità di coloro, che miniſtrano le loro entrate. Conſiderando quanto per remedio di queſti mali ſi ſia altre volte proueduto, inſin dal tempo degli Sereniſſimi Rè d'Aragonia, con Prammatiche, le quali ſono ſtate renouate con l'aggiunta di altre Prammatiche per altri Vicerè noſtri predeceſſori; & vltimamente per l'Illuſtre Don Gioan Manrique di Lara vnite, & ordinato oſſeruarſi à 26. di Ottobre 1558. Hauendo ſopradiciò maturamente diſcuſſo, ci ſiamo deliberati con il voto, e parere del Regio Collaterale Conſiglio appreſſo di noi aſſiſtente, di far la preſente Prammatica, in confermatione di altre per il detto Don Gioan Manrique fatte, e preciſamente fù queſto particolare, da oſſeruarſi per ogni tempo inuiolabilmente. con laquale ordinamo, e comandamo, che dal dì della publicatione di eſſa auante. I commiſſarij, tanto quelli che da noi ſi depnteranno, quanto del Sacro Regio Conſiglio di Capuana, e della Regia Camera della Summaria; della gran Corte della Vicaria, Conteſtabili, Viceammiranti, & altri ſudditi della corte dell'Illuſtre Grand'Admirãte, officiali della Regia Scriuania di Ratione, pagatori della Regia general Teſoreria, commiſſarij della Zecca; Auditori, Aduocati fiſcali, Procuratori fiſcali, e qualſiuoglia altro miniſtro, ò commiſſario delle Regie Audientie, Capitani, & Aſſeſſori delle terre, così demaniali, come di Baroni, quando loro ſi parteno dal luogo doue reſidono, & vadono alli caſali delle loro giurisdittioni; De i precettori prouinciali, e maſtri di camere, dohaniero, credentieri, auditore, cauallari, & altri officiali della Regia dohana delle pecore, e gouernatori delle razze; maſtri Portolani, Capitani, & Alfieri del Battaglione, quando loro vanno, ò mandano à viſitare, e riconoſcere li ſoldati delle loro compagnie, ora ſiano Capitani, & Alfieri d'Infanterie, ora della Caualleria del Battaglione; commiſſarij così di campagna contra delinquenti, come di contrabandi, capitani, baricelli, e ſoldati di campagna, abbaleſtrieri, frati giurati delle dette audientie, & altri officiali, & miniſtri di qualſiuoglia Tribunale del preſente Regno, tanto quelli, che prima della publicatione della preſente ſono ſtati deputati, e ſi ritrouano nell'eſercitio delle loro commiſſioni, quanto quelli, che dopò ſi diputeranno, e loro comitiue, e creati, non poſſano, ne debbiano in modo alcuno alloggiare in dette vniuerſità, ne à quelle dimandare, ò riceuerne ſtantie, ſtrame, e letti, ne altra coſa, ancor che foſſe per lo ſolo vitto; mà ne i lor biſogni ſi prouedano con proprij denari, come à punto ſuol fare ogni paſſaggiero, e perſona priuata. Di maniera, che non poſſano domandare coſa alcuna, ne l'vniuerſità, ſiano obligate à darle, ſotto pena à i contrauenienti, ſe ſaranno nobili di tre anni di relegatione, & à gli ignobili di tre anni di galera. Ordinamo di più all vniuerſità, che quando ne i lor luoghi capiteranno alcuni di detti officiali, e commiſſarij, Capitani, e ſoldati, (come di ſopra) con qualſiuoglia commiſſione, & ordine, non li debbia alloggiare à ſpeſe di eſſe vniuerſità, ne di particolari, ma oſſeruino puntualmente quanto qui s'ordina, e comanda, ſotto pena à gli Sindici, & Eletti, che contraueneranno del quadruplo; applicando per vna parte all'vniuerſità, e per l'altre tre parti al fiſco, e di tre anni di Galera, eſſendo ignobile, e tre anni di relegatione à' nobili. Con conditione però, che s'alcuno di eſſi frà termine di vn meſe reuelerà il vero habbia à godere indulto per la pena della ſua contrauentione.

Digitized by Google

Augetur ſalarium Commiſſarijs, & omnibus officialibus pro dietis, quibus vacent Cameræ ciuitatem ſiue ad inſtantiam Fiſci ſiue partium. h.d. Rouitus.

§. Et perche la prouiſione, che ad alcuni di detti commiſſarij ſi paga, ſenza la commodità hauuta inſino à hoggi da i popoli potrebbe pretenderſi da loro non eſſer baſtante, per la qual cauſa ſi crede, che la Prammatica ſuddetta di Don Giouan Manrique, non habbia hauuta eſecutione; Ordinamo che i Dottori, etiam che ſiano Auditori Fiſcali di prouintia, i quali ſi deſtinano à prendere informatione, ò ad altro meſtiero ſi come per lo paſſato ſono ſtati pagati, quando ſi mandano per lo Regio ſiſco à ragione di dui ducati, ſi paghino nell'auuenire à ragione di tre il giorno. E come quando ſono ſtati ſpediti à requeſta di parte, ſi ſono pagati à tre ſcudi il dì, al preſente ſi paghino à quattro; Li Rationali della Regia Camera, e Procuratori fiſcali di quella, e della gran Corte della Vicaria a ragione di ducati tre il dì quando vanno pro fiſco, e quando ad inſtãtia di parte ſcudi quattro, & à i Maſtridatti in capite del Sacro Conſiglio, Regia Camera, & Vicaria criminale à ragione di ducati dui il dì ad inſtantia del fiſco, & di docati tre ad inſtantia di parte. E quelli che non ſono Dottori, quando s'inuiano à inſtantia del Fiſco, à i quali per lo paſſato ſi ſono pagati a ragione di otto carlini il dì, ſi paghino dodici. E gli officiali della Regia Scriuania di Ratione, e Teſoreria generale, che ſi mandano per pagare la gente di guerra, ò per altro effetto, ſi come prima hanno hauuto di prouiſione carlini otto, habbiano per l'auuenire carlini ſedici il giorno, a i capitani di campagna s'aſſegni vn ducato il giorno, a i lor ſoldati a piede ducati ſei il meſe, & a quelli a cauallo ſette. A gli agozini, che s'inuiano con li commiſſarij ad inſtãtia del fiſco carlini tre, e quando vanno à inſtantia di parte carlini cinque.

Commiſſarij Præceptorum omninò prohibentur quicquam exigere ab Vniuerſitatibus, ſeù ab illarum debitoribus pro dilatione in executione facienda. h.d. Rouitus.

§. Et eſſendo (che bene ſpeſſo ſuole accadere) che i commiſſarij, i quali da i Percettori prouinciali, e da coloro, che tengono comprati pagamenti fiſcali ſi diputano arriuando con le loro cõmiſſioni all'vniuerſità, e non ritrouandole pronte al pagamento, ſogliono da gli Amminiſtratori di quelle riceuere alcune quantità di denari per trattenere l'eſecutioni per alcun tempo, e ſi conſegnano parimente in mano loro alle volte liſta de i cittadini debitori dell'vniuerſità, acciò nell'interim vadano da quelli eſigendo in beneficio di eſſa, da i quali ancora, perche tengono in potere l'eſecutioni ſi rimborſano altre ſumme, di modo, che oltre il ſalario loro ſtabilito per le Regie Prahmatiche, & ordini vengono ad eſſer pagati ab extra dalle delle dette vniuerſità, non meno, che da i detti debitori per le dilationi, che danno. Ordinamo, e comandamo per la preſente per obuiare à ſimili ſpeſe, che detti commiſſarij in neſſun modo debbiano farſi pagare, ma procedano all'eſecutioni,

ncl-

nella forma, che ſarà ſtato loro ordinato. E gli officiali dell'Vniuerſità nou debbiano pagare per cagion delle predette dilationi coſa alcuna, ſotto pena à i nobili di tre anni di relegatione, & à gli ignobili di tre anni di galera, con l'iſteſſa conditione però à riſpetto degli Amminiſtratori detti di ſopra, che reuelando fra vn meſe ſiano liberi della contrauentione; ma che dalle parti debitrici ſi debbiano far pagare quello, che competerà per l'eſigenze, che ſaranno alla ragione, che l'vniuerſità ſogliono pagare ad altri per tal eſattioni. Et perche gli Sindici, & Eletti, & altri, che maneggiano l'entrate del publico, contro il tenore ſtabilito per le Prammatiche, & ordini Regij (come di ſopra) ſogliono mettere quaſi indifferentemente in eſito ne i conti loro le partite de i denari dati alli cõmiſſarij per detta cauſa, dicendo hauerli ſpeſi in altri affari, perloche ſi rende più difficile la proua della contrauentione, di quanto in ciò viene ad eſſere ſtabilito.

Adminiſtratores Vniuerſitatum mutantes cauſam exitus in aliqua partita ſuarum computorum puniantur pœna falſi, confiſcationis bonorum, & redduntur in incapaces officiorum. hoc dicit Rouitus.

§. Ordinamo, e comandamo ſimilmente, che in modo alcuno debbiano ponere ne i loro conti vna partita per vn'altra, mutando la cauſa, ſotto pene di falſo, confiſcatione de i loro beni, è che in ogni tempo reſtino priui, & incapaci dell'amminiſtratione di dette vniuerſità. Et quantunque da noi ſi habbia à deputar per l'integra oſſeruanza della preſente Prammatica commiſſario delegaro particolare, nondimeno à maggior cautela, acciò non ſi laſſi per non hauer notitia di caſtigare i transgreſſori. Ordinamo di più à tutti Capitani di città, terre, e luoghi del preſente Regno, che quando alcuni di detti commiſſarij, ſoldati di campagna, & altri (come di ſopra) contraueneſſero al tenor di queſta, ne debbiano ſubito pigliare diligente informatione, & à noi quanto prima inuiarla.

Officialis cuiuslibet loci in ſua iuriſdittione capiat informationem de contrauentione, & tres teſtes ſingulares faciant plenam probationem. h.d. Rouitus.

§. Ordinando ſimilmente per la preſente alla Regia Camera della Summaria, & à tutti commiſſarij di Redentione, & à ciaſcun'altro, che ſi ſia deputato à veder conti di vniuerſità, che non debbiano in neſſuna maniera ammettere, ne far buono quello, che per cagione di detti alloggiamenti, e dilationi ſi vedrà ſpeſo, è che ne mandino auiſo à noi di quanto in ciò haueranno ritrouato di contrauentione.

Augetur ſalarium pro dietis etiam maioribus officialibus vt intus. h.d. Rouitus.

§. Dichiarando di più, che in tutti li caſi ſuddetti, tre teſtimoni, etiam che depongono di tre atti ſingolari, inducano legitima proua, e conuittione. Et attalche da queſta Prammatica non reſti eccettuata perſona, ò officiale alcuno; ma coloro, che ſon primi in officio, prima ſiano ancora in

obe-

obedire à eſempio degli altri, li ſuddetti ordini, volemo, e coſi eſpreſſamente ordinamo, che ſia per appunto oſſeruata da i Conſiglieri del Conſiglio di ſtato, Regenti la Regia Cancellaria, dal Preſidente, e Conſiglieri del Sacro Conſiglio di Capuana, dal Luocotenente, e Preſidenti, & Auuocato fiſcale della Regia Camera della Summaria, dal Regente, Giudici, & Auuocato Fiſcale della Vicaria, da i Gouernatori delle Prouintie; & à i Conſiglieri del Conſiglio, & à i Preſidenti, e Fiſcale della Regia Camera, & Auuocato Fiſcale della Vicaria, ſi habbiano à dare ducati ſei il giorno quando vſciranno per ſeruitio del Regio fiſco, coſì come per lo paſſato ſi pagauano à ducati tre; Et requiſitione di parte ſi diano ducati diece. E vogliamo, che ſotto l'iſteſſa maniera di paga reſpectiuè vadano li Gouernatori di Prouincie. I Giudici della gran Corte habbiano quando anderanno ad inſtãtia del fiſco ducati quattro, come prima haueuano tre il giorno; Et à richieſta di parte di parte ſi paghino à ducati ſei, ſi come per lo paſſato hanno hauuto ducati quattro; alla qual ragione ſi paghino ancora i commiſſarij generali cõtra deliuquenti di campagna. Et perche potrebbe accadere ſotto preteſto, & ſcuſa del riſpetto di perſone tali, gl'officiali dell'vniuerſità fingeſſero occaſione di hauer ſomminiſtrato loro qualche coſa eccendente il tenor della preſente Pragmatica, perche della qualità di eſſe, non ſi deue preſumere contrauentione à loro ſtabilito; Ordinamo, che occorrendo à ſcoprirſi in ſimil fatto partita alcuna per piccola che fuſſe, ſiano i contrauenienti aminiſtratori dell'vniuerſità puniti irremiſſibilmente, con le ſopradette pene. Ordinando, e comandando à tutti, e ſinguli officiali, e Tribunali del preſente Regno, che debbiano, e ciaſcuno di eſſi debbia hauer particolar penſiero dell'oſſeruanza della preſente Pragmatica, che tal'è noſtra volontà.

Datum in Regio Palatio Neap. die 31. menſis Octobris milleſimo ſexcenteſimo.

El Conde de Lemos.

V.Goroſtiola Regens. V.de Ponte Regens.
V.Caſtellet Regens. Dominus Vicerex Locumtenens, & Capitaneus Generalis, mandauit mihi Andreæ de Salazar Secret.

Seruientes in caſtris, & alij nihil recipiant pro ſeruitijs Curiæ. h.d.Tapia.

REX CAROLVS II. Cap.196.

S*eruientes*. Iſtud ca. malè ſeruatur hodie in Regno. Barth. de Capua.

SEruiẽtes in caſtris noſtris, vel alibi ad gagia Curiæ deputatos, cum in auxilium collectarum ſuper recollectione collectæ, vel pro alijs Curiæ ſeruitijs tranſmittuntur, quicq̃ pro expenſis, vel labore ipſorum exigere, aut recipere nolumus, ac eis exhiberi per alios penitus inhibemus, cum quicquid taliter eis dari eſt ſolitum, in fidelium damnum conſueuerit retorqueri.

CA-

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HOc cap. ſeruatur à militibus campaneæ, quoad ſeruitia Curiæ, ſed quando concomitantur Regios officiales pro ſeruitijs partium, tunc debent recipere ſalarium, vt per prouiſiones Collateralis Concilij eſt ordinatum.

Salaria officialium ſoluantur in Regia Theſaureria. hoc dicit Rouitus.

EX PRAGMATICA VI.

De offic. iudicum.

IOANNA, ET CAROLVS V.

§. ITem, quod omnia ſalaria quorumcumque officialium præſentis Regni, tam maiorum quàm minorum, quouis titulo cenſentur, omniaque etiam, & quæcunque debita, quæ Regia Curia legitimè ſoluere tenetur, ſoluantur in Regia generali Theſauraria prædicti Regni, & non per conſignationem. exceptis illis, quibus per legitima, & valida Priuilegia aliter ſolui debuerint, quæ quidem Priuilegia, ſi quæ fuerint, in ſuo robore volumus permanere.

Salaria officialium ſoluantur in Regia Theſaureria, Prouincialibus Gubernatoribus, & Auditoribus per perceptores Prouinciarum. h.d.Tapia.

PRAGMATICA LX.

De offic. Procurat. Cæſaris.

PHILIPPVS &c.

ILluſtres & Magnifici viri Collaterales Conſiliarij Regij fideles dilectiſſimi.

Tra gli altri capi che per Sua Maeſtà ci ſono ſtati ſcritti in vna ſua lettera della data del primo di Maggio da Mandrit, ve n'è vno del tenor ſequente videlicet.

Commiſſarii quid ſeruare teneantur pragm.4.de commiſſ.non deſtin.tit.de commiſſ.reg fol.373. & §. item ſi ſupplica ex prag.7.de offic.mag Iuſt.tit.eod.fol.474. Ipſorum ſalarium.vide in ver.ſalarium. Tenentur oſtendere litteras commiſſionales exceptis caſibus expreſſis, & cõtra inobſeruantes ordinarij locorum informationem capiant. cap.imprimis ex capit. Neap. tit. de commiſſ Reg. fol.375. Non deſtinentur coniuncti officialib. prag.9. de offic.iudic.tit.eod. fol.eod. Pro examinandis teſtibus per prouintias non deſtinentur niſi neceſſitate vrgente & eo caſu Doctores eligantur, § Itẽ quod quando ex prag. 4.de offic.iuſtit.tit.de off.Iuſt.fol.362. Habiles deſtinentur, & de ipſorum defectu ordinantes teneantur cap. Regni 62.tit.de commiſſ.Reg.fol.371. Ipſos deſtinantes nihil pro commiſſionibus recipiant, nec pro alijs, cap. Regni 63.ibid. Niſi pro vrgenti cauſa, & cum expreſſa Proregis licentia, & pro cauſis expreſſis non deſtinentur prag.8.de commiſſ.non deſtin.& capit ſi ſupplica, & capit. Neap.tit.eod.fol.372. Sint contenti ſtantia, lecto, & palea prag.2.de commiſſar.&c.ibid. De illis deſtinandis in M.C. tractatur mane, & veſperi etiam dieb.feſtiuis §. che ogni di ex prag.44.de off m.Iuſt.tit.de off.m. Iuſt.f.182. Fraudem facientes nonupli pœna plectuntur, §. item quando accadeſſe ex prag.39.de offic. M.Iuſt.tit.de offic.capit. cuſt.ciuit.fol.341. Nec per ſe nec per alios bona exequuta emant, §.item che detti ex d.pragm.39. tit.eod. fol. 342. Non poſſunt de nuo in eadem prouincia deſtinari, ſed alius eligi debet §.item che vno ex d prag.39 ibid. Deſtinandi pro examinandis teſtibus ad inſtantiam fiſci proponantur in banca ab Aduocato fiſcali, §. circa lo capo ex prag.43.tit.de offic.Aduoc.& Procur.fiſcal.fol.187. Deſtinandi vero ad partis inſtantiam fiſco audito §.& quãto ex prag.44 ibid.

Commiſſarii contumaciarum in criminalibus quod ſeruare teneantur ritu 132.tit.de commiſſar.contumac.fol.337. Reos à bannis liberare valent ſolutis tantum tarenis 16.acceptiſque fideiuſſoribus rit.135.eod.tit. fol.335. Cum bannitis componere poſſunt rit 136.ibid. Fideliter eorum exerceant officium ritu 137.ibid. Infra ſtatutum tẽpus exactionis inſtrumẽta, & pecuniam ad M.C.V.tranſmictant ritu 139.ibid. Per prouincias deſtinentur contra contumaces pro exactione pœnæ, qui infra quinque menſes in longinquis partibus, & infra tres in propinquioribus redant computa perceptori prag.31.de off.mag. Iuſtit. tit. eod.fol.eod. Principe inconſulto non expediantur ibidem. Quinque tantum per tribunal approbati eligantur qui extorſiones non faciant fideliter exerceant. apocas de recepto conficiant, & in quinterno deſcribant. §. & più eiuſdem prag.31.fol.338. Noti, & idonei eligantur, poſt regreſſum computa reddant cum fiſci, & iudicis interuentu; prouentus, & pignora à perceptore in libro deſcribantur extra Neapolim non ſint vltra quatuor, intus verò duo §.item acciò ex d.prag.31.fol.eod. Apocas exactionis ab exequutionem paſſis procurent, ac rationem reddant de geſtis cum interuentu Aduocati, vel procuratoris fiſcalis, & perceptoris, §.item ordinamo ex d.pragm. 31.fol.eod. Singulis menſibus dent computa exactionis cum cauſa, loco, tempore, & perſona, nummoſque conſignent perceptori cum interuentu credenzerij, §.item che turti ex d.prag.31. fol.339. In fine decem menſium dent computa perceptori Magnæ Curiæ, qui illa infra quatuor dies videat, & introitum faciat in libris, ex lib.bannorum M.C.V. § item finiti eod.tit. fol.eod. Poſt regreſſum ſtatim conſignent commiſſionem perceptori, & ſchedulã contumaciarum & pœnarum ipſis traditam tempore diſceſſus, §.item che ritornato ex lib. bannorum M.C V. fol.339. Singulis duobus menſibus mictant pecunias exactas in poſſe perceptoris prouentuum, §.item ſi ordina ex prag.39 de offic mag.Iuſti.tit.de offic.Capit.cuſtod. ciuit. 342

Commiſſarius cauſa legat integrum dictum teſtis ex prag. 39. de off.M. Iuſt.§.de hauer.tit.de off.M. Iuſti. 278

Commiſſiones deputatis tantũ commiſſarijs fiant, vel ad inſtãtiam partis officialibus locorum, §.item conſiderandoſi ex lib.bannorum M.C.V tit.de offic. Capitan. cuſtod. ciuit. fol.339. De capiendo aliquem regiſtrentur prag.24.de off. M. Iuſti. tit.de actuar. M.C.V. 314

Compoſitiones moderatè fiant, nec moderatio reſeruetur, §. item quod ex prag.4.de off.Iuſti.tit.de off.m.Iuſt.fol.362. Fiãt in banca fiſco audito, nec pænæ corporales mutentur §.item ꝙ Gubernator el r. ex prag.6.de off.Iuſt.tit.de off. Iuſti.fol.363. Abſque Proregis ordine in ſcriptis vltra 500 aureos non fiant.prag.9.de offic procur. Cæſar. tit. de offic.proc Cæſar.fol.197. Quæ fiunt in Regijs audientijs perueniant in poſſe magiſtri Cameræ prag. 60. de off. procur.Cæſar.tit eod. 225

Computa infra ſtatutum terminum in Regia Camera præſententur cum cautelis pœna tranſgreſſoribus in dicta pragm. 10.& 29.de off.procur. Cæſar. tit de offic. procur Cæſar. fol.198 & §. & vlterius ex pragm.37.eod.tit.& pragm. 31. eod.tit.& § item ne adminiſtratores ex pragm.19.eod.tit. fol.199. Introitum, & exitum diſtinctum continere debent pragm.42 de off.procur.Cæſ.tit.eod. 200

Computa adminiſtrantium pecuniam vniuerſitatũ poſſunt ab vno ex Præſidentib.Reg.Cam.dirimi relatione habita à rationalib.prag.15.de off.proc.Cæſ.eod.tit. 203

Condennati ad remigandum à curijs Baronum tranſmittuntur ad Regias triremes prag.7.de Baronib.tit.de offic.& autho rit.Baron. 472

Coneſtabuli Neap.& Auerſæ de cuſtodia ciuitatis nocturna tãtum ſe intromittant niſi aliter fuerit eis demandatum, nec eorum aſſertioni creditur, & pœna contrafacientibus ſtatuitur cap.Regni 55. item coneſtabuli tit.de off. Capit. cuſtod.ciuit. 344

Iuſſiarii tribus horis ſingulis diebus in S.C.aſſiſtant, & poſt prandium per duas horas domi Aduocatos, & Procuratores audiant § ſacri noſtri, ex pragm.14.de offic.S.C. tit.de off.S.C.fol. 157. Quales, & quanti eſſe debeãt prag.2. eod tit fol.144. Singulis duobus menſibus mutent aulas ex d.prag 2.§ magnifico fol 146. Ordinatim ſedeãt & altero deficiente ſequens ſubrogetur, prag. 3. eodem tit. ibid. Cauſas infra duodecim vntias ſinguli decidere poſſunt, §.item quod cauſæ ex prag 41.de offi.S.C fol.152. In aula proponere, vel reſpondere non poſſunt, ſed Præſidis, vel Decani aulæ onus eſt, prag.8.eod. tit. fol 153. Doni incidentia decidant niſi aliud eis videatur, pragm.16. de off.S.C.fol.157. Horum vota propalare prohibetur prag.4.de off.Ind.tit.de ſecreto ſeru.fol.456. Die iouis relationes audiant M.C.V. & cætera negotia omitteant ex libro notamentorum S.C.prag. Cardinalis Granuela. tit.de off.S.C.fol.161. Alia officia inconſulto Prorege nõ exerceant ex d.lib.notam.S.C fol.163. Debitoribus dilationes concedere prohibentur ex dicto lib. notament. ibid.

Conſtitutiones in Regno ſeruandæ legibus, & conſuetudinibus aduerſantibus ſublatis in conſti. poſt mundi machinam tit de nouo Philippi C compon.fol.8 Super manutentione iurium fiſcalium editæ ſeruentur. §. volumus ex cap. 257 tit.de off proc.Cæſ. 87

Conſultationes cum voto omnium præſidentium in banca fiãt, & vota notentur idemque in bilancijs ad Regem tranſmittendis ſeruetur prag.1.de off procur.Cæſar.tit.eod.fol.182. & eſt §.præcipimus eiuſdem prag. 183

Contractus publici a notarijs à Rege creatis celebrentur prag. 2.de contractibus, tit.de off.notar.& Iud. 437

Contumaciæ pœna in ciuilibus quæ? Rit.133.tit.de commiſſ cõtumac.fol.337 Eſt tantum vnius tareni, & ſi plures ſint inſolidum obligati. §.item oltra ex prag.39.de off. M.Iuſt. tit.de off.Capit.cuſt.ciuit. 341

Contumaciæ non vendantur. ſed ad illas exequendas deſtinetur fida perſona, §. perche intendemo ex lib bannorum M.C V.fol.339. & §.algunos, ex pragm.19. de off. M.Iuſt. tit.de commiſſ.contumac.fol.340. Et banna notentur à magiſtris actorum in libro, & à criminalibus in proceſſu, §.item che tutti ex prag. 2. de off. M. Iuſti. tit. de Actuar. M.C.V.fol.312. Ipſarum libri, & inferni in archiuio conſeruentur, §.item che tutti libri ex prag.23. de offic.M. Iuſti.eod.tit.fol.314. Liſta ſingulis hebdomadis magiſtris actorum exhibeatur, & cum libro contumaciarũ comprobetur, §.item paraque ex prag.39.de off.M.Iuſt.eod.tit. fol.317. Incuſata contumacia vllo termino expectato proceditur in cauſa prag.18.de off.Sac.Cõſ. tit. de off.S.C. fol. 158

Contumacium bona occupata, & reperta in vicinorum domibus exequantur conſtito oretenus, quòd ſint ipſorum §.tiẽ per euitare ex prag.39.de off.M.Iuſt.tit.de off. Capit. cuſt. ciuit. 343

Contumaces pro cauſis criminalibus capiantur de perſona, & aſportentur ad carceres M.C.V. vel aſſignentur officialibus locorum nomine M.C. § item quanto ex d.pragm. 39. tit. eod.fol.342. Publicentur in eorum oppidis per proclama, §.item quelli eiuſdem prag.fol.343. Prouinciarum notentur in regiſtro particulari ab actuario menſis, §.item s'ordina. tit.de actuar.M.C.V. 310

Copiarum cum originalibus collatio præſentibus ijs quorum intereſt fiat pragm.26.de off.S.C.tit.de off. procur. Cæſar. fol. 166

Curia regitur etiam abſente Locumtenente, non autem abſentibus iudicibus, & Notarijs Rit. 64. Item Curia ipſa tit. de off Mag.Iuſt.fol 281. De ordine in ipſa ſeruando ex prag 39.§.& viſto de off.M.Iuſt. fol.279. Dum regitur procuratores aſſurgant, & ſileant. §.item per remediare ex prag.32.de off.M.Iuſt.tit.de cultu trib.exhib.fol.94.& ritus 103.& 104.fol.95. Quælibet Regni à M.C exemplum ſumere debet conſti.nihil veterum, tit.de legib. 77

Curſorum pedeſtrium numerus deletus prag. 1.de off.mag.poſtar.§.ſemo &c.de off mag Poſtarum.fol.425. Curſores ſeruiant cui eis libuerit in d.prag. § de più perche. fol. eod. Contrabanna verò non extrahant in d.pragm. §.vogliamo. 426

Cuſtodes paſſuum in confinibus Regni eorum officium exerceant, & intra loca prædicta homines, animaliaque non capiant, nec ſub officiales deputent, & contrauenientes puniuntur capit Regni 74.tit.de cuſtodibus paſſuum, & graſſia. 236

D

DEcima integrè ſoluenda etiam de feudalibus in conſtit. Quanto cæteris tit.de Decimis fol.70. Et pro præterito cap.Regni volumus 91. tit de legibus fol.91. De bonis etiam fiſcalib. nũ lis deductis litteris impetratis ibid. Et in cap.Regni, & quia 18.tit.de decimis.fol.76. Tempore ſtatuto ſoluenda cap.Regni Item ſtatuimus 93. tit.de decimis.fol.75. & in cap. Regni. Et quia 187. tit. eod. fol.76. Ab inuitis exigitur per Prouinciarum Iuſtitiarios, & renitentes coguntur. ibid.

Decreta non publicantur antequam fuerint firmata. § Item vogliamo il 3.ex prag.21.de offic. mag.Iuſti.tit.de Actuar. M.C.V. 312

à *Decretis* vnius, vel duorũ Iudicum M.C.V ad conſocios appellatur, & ſententiæ proferuntur coram magiſtro actorum in ritu 250.tit de off mag.Iuſt. 181

Defenſa abſque Regia conceſſione factæ dirimantur prag.1. de ſalar.eorum qui mictuntur. §.& cum in tit. de off.mag. foreſtar. 234

Doctorandus qualis, & quid habeat probare in §. ad doctoralis tit.de offic.mag Cancell. fol.409. Modus in doctoractu ſeruandus in §.modum ibid. & quid pro doctoratur ſoluatur in §.quo finito, ibid. Ad hunc gradum abſque matricula, & niſi per ſtatutum tempus quis ſtuduerit non admictitur in prag Illuſtr. &c. Hauendo per virtù tit de off.mag.Cancellar.fol.420 & in pragm. Illuſtriſſ. eod.tit.fol.421. Fallit in eo, qui extra ciuitatem ſtudijs operam dedit in pragm Illuſt.&c. Per virtù d'vn ordine in eod.tit. 421

Doctores Regia tribunalia non niſi togati ingrediantur prag.1. de Doctor habitu tit.de veſtibus official.fol.50. Neapolitani infra quod tempus collegij admiſſionem petere debeant in decreto Collegij tit. de offic. mag. Cancellar. fol. 423

Dohana ſecreti, & quæſtorum magiſtri de Theſauris, naufragijs, ac bonis ſine ſucceſſore decedentium cognoſcunt eng ſtit.Dohanæ de ſecretis tit.de off.procur.Cæſar.fol.179. De excadentialibus bonis abſque ſpeciali mandato non cognoſcunt pœna contrauenientibus in dicto Capit. Regni. Item cum inquirere 64. tit.de off. proc.Cæſ. 181

E

ECcleſia vacante tribus ſapientibus eiuſdem cura committitur vſque ad ſucceſſo is Aduentum in conſti. Peruenit tit.de nou.Philipp.C.componen. fol.12. Bona ſtabilia cenſui Curiæ ſubiecta non niſi ex permutatione inter viuos acquirit, ex vltima voluntate autem tranſlata infra annum vendat, mobilia verò licitè quærit in conſtit. Prædeceſſorum tit de ſacroſ eccleſ.ac priuileg.ear. fol.14. Bona cenſui ſubiecta cum onere quærit, libera autem acquirere non prohibetur, capit. Item ſtatuimus 99 tit. eod. fol. 14

ad *Eccleſiam* confugiens inuitus non extrahatur, niſi in caſibus à iure permiſſis cap. Item ſtatuimus 95. tit. de his, qui ad eccleſ.confug. 67

Eccleſiarum priuilegia ſeruentur in cap. Vniuerſis 18.tit.de ſacroſ.eccleſ.ac priuileg.ear.fol.13. & in cap. Item ſtatuimus 101. tit.& fol.eod. Vaxalli eidem ad perſonalia ſeruitia obligati abarore abſque Prælati licentia officia non recipiant cap. Item ſtatuimus 100.tit. eo. fol. 14. Subditi ad perſonalia ſeruitia obnoxij ſi aufugiant à Prælatis reuocantur.cap.Item ſtatuimus 108.tit.eod. 15

Eccleſiaſtici criminis cognitio ad Prælatos, ipſorumque miniſtros ſpectat, cap.Item ſtatuimus 104. tit.de epiſc. & cler. fol.22. Officiales in laicos iuriſdict.non exerceant pragmat. 3. de iuriſdictioni non turbandis, tit. eodem, fol.eod. Victualia ex proprijs territorijs, vel redditibus peruenta liberè abſque ſolutione extrahũt, pro emptis vero ius Dohanæ ſoluant ſub certa forma in cap. Item ſtatuimus 97. tit.de epiſc.& cler. 23

Eccleſiaſtica perſona de bonis à laicis per contractum peruentis in collectis contribuunt pragm.3. de cler. ſaluat. tit.de epiſc.& cler.fol.34. Cæterique à iuriſdictione Regia exempti

Digitized by Google

INDEX

exempti ad officia adminiſtranda non admictantur prag. vnic.de eccleſ.perſon.tit.de epiſc.& cler.fol.18.& 19
Eccleſiaſticarum perſonarum Domus ab hoſpitijs ſunt immunes cap. Item ſtatuimus 96.tit.de epiſc.& cler. 28
Exactio dirictuum Regiæ Cancellariæ non fiat ante ſubſcriptionem prouiſionum in prag.2.de off.ſecret.§.abuſum,& in §.volumus tit.de offic.magni Cancellar. 405
Exactiones notentur in imargine libri,& fiat notamentũ quantitatum,perſonarum,locorum,& temporum exactionis, ac fiant apocæ de recepto, §.Item che detti Commiſſarij, ex prag.39.de off.mag.Iuſt.tit.de offic.Capit.cuſtod. 341
Exactores contumaciarum infra decem menſes pœnas in ſchedula eis aſſignata notatas exigant, alias de proprio ſoluant ex lib.Bannor.M C.V. tit. de commiſſar.contum. 340
Examinator non ſuſpectus eligatur, & pro quolibet teſte grana decem recipiat prag.9.de ordin.Iudic.tit.de offic. examin.teſtium. 172
Examinatores 40. à Præſide approbati eligantur,& Conſiliarij teſtium examini non interſint de ordine Ducis de Alcalà incip.cauſarum expeditionem tit.de off.S.C. 171
Examini Conſiliarij interſint, ſi tamen teſtes abfuerint Iudicis arbitrio,vel locorum ordinarijs committatur,vel actorum notarius deſtinetur pragm.15. de off. S.C.tit.de offic. Sac.Conſ. 173
Exequutio contra contumaces facta vnico incantu vendi poteſt,& non reperto ibi emptore, alibi extrahatur, & vendatur, §. Item accioche,prag.39.de off.M.Iuſt.tit.de off. Capit. cuſtod,ciuit.fol.341. De cauſis fiſcalibus non fiat, niſi de licentia Regentis, vel fiſcalis §. Item quòd ex prag.31.de offic.M.Iuſt.tit.de commiſſ.contum. 338
Exequutores cum iuramento Vniuerſitatis exequutiones faciant §.Item conſignata,fol.338 Non exigant alias pœnas vltra notatas in ſchedulis illis traditis.§ Item ſe ordina fol.eod.Non faciant lineaturas in ſchedulis aſſignatis abſq; cauſæ expreſſione §.Item per le lit e ibid. Debitores prouentuum,& contumaces ducant ad carceres M. C. vel officialibus locorum conſignent.§.Item quando ibid. Poſſunt fiſci debitores relaxare ſub fideiuſſoria cautione, ipſorum periculo capienda de ſe præſentando in M. Cur. §.Item li damo. ibid. Exequutionem faciãt ſuper omnibus bonis debitorum §.Item debiamo eod tit.fol.341. Non exigant vltra quãtitatem in pragmatica taxatam ſub pœna relegationis,pragm 7.de commiſſar. tit. de commiſſ. Regijs. 375
Exequutoriales litteræ per actuarium cauſæ expediantur, & ab eiuſdem fideiuſſiones recipiantur ex decreto Sac. Conſ. in lib.notam.S.C.in illis apponatur clauſula de qua in pragm. Caroli V.eod.lib. 168
Expenſæ quæ pro extrahendis bonis exequtis fiunt,præcapiãtur ex prætio ipſorum,§.Itẽ che ex prag.39. de off.M.Iuſt. tit.de offic.capit.cuſtod.fol. 343. Erogatæ in reparationibus nauigiorum apprecientur cum interuentu Admirati,vel Viceadmirati, vel ab eius ſubſtituto cap. Admirati 77.tit.de offic.mag.Admirati.fol.384. Quæ erogantur in conſtructione triremium notentur in tribus libris cap.1. Curiæ Admiratiæ tit.eod. 389
Expenſarum taxatio fiat per vnum ex Iudicibus M. C. V. ex pragm.7.de offic.mag.Iuſti.§.Item che hauendoſi. 275

F

F*Amiliares*, domeſtici,& commenſales Admirati. vide in ver Admirati.
Feneſtra in Monaſterium monialium aſpectum habẽtes claudantur prag.3.de monial tit.de monial. 50
Fideiuſſiones captæ eodem die, vel ſequenti notificentur Iudicibus,& perceptori M.C.V. Rit. 33.tit.de Actuar. M.C.V. fol. 315
Fides infirmitatis carcerati notificetur fiſco ante habilitationem ex lib bannorum M.C.V. 277
Filij, fratres,ſeu vxores non puniendi pro aufugientibus à triremibus.cap.Item prædicti Admirati tit. de offic.mag.Admir. 386
Fiſcus autor laudatus cauſam ad Regiam Cameram auocat pragm 12.de offic.procur.Cæſar tit.de off. procur. Cæſar. fol.201. & cap. 26. inſtructionum Caroli V. tit. & fol. eod. Item vbi agitur de inueſtitura feudorum, vel vbi iura Regiæ Cameræ ſunt offenſa prag.13. de off. procur. Cæſar.tit .de off.procur.Cæſar.fol.202. In cauſis ipſum tangentibus audiatur eod.tit. 207
Fiſci Aduocatus in cauſis appellationum teſtes recipit coram ipſo ex prag.6.de offic.mag Iuſti.§ Hauendo hauuto tit.de off mag.Iuſt. 281
Foreſtæ antiquæ deſcribantur, & à nouis ſeparentur, & ſuper eiſdem editæ leges ſeruentur. cap. Illa quidem 191. tit. de off.magiſt.Foreſtar. 233
Foreſtarum fines annotentur, & ſeruetur in eis Capitulum 84.incip.magiſtri Foreſtarum in cap, Item ſtatuimus 136. tit de offic. magiſt.Foreſt. 233
Fortudicationum proceſſus elapſo anno ſtatim Iudicibus conſignentur, qui ad ipſorum expeditionem procedant prag. 26.de offic.mag.Iuſt.tit.de Actuar.M.C.V. 314

G

G*Abellarum* venditiones fiant coram duobus Præſidentibus Reg.Cam.& non per Locumtenentem ſolum prag. 4.de off.procur.Cæſar.tit de off.proc Cæſ.fol.189. Gabellarum, & aliorum iurium in venditione ſeruetur forma tradita in cap.60.& cap.Item eadem 61.eod tit.de off. proc Cæſ. 126
Gabellæ ſollemniter locentur in Reg. Cam. cum interuentu Theſaurarij generalis prag.7.de off.Quæſtor.gen.tit.de off. Quæſt.gen. 242
Galea vide in verbo triremes, & in verbo nauigia.
Gratiæ, & litteræ ſuæ Maieſtatis legantur in collaterali Conſ. vide in verbo literæ.
Gubernatores prouinciarum prohibentur famulos prouinciales aſſumere poſt ſuſceptum officium, ante verò aſſumptis, nec pro, nec contra iuſtitiam miniſtrent, de commiſſis ante,ſecus vero de iniurijs eius durante officio illatis. §. Et illud ex conſtit.Iuſtitiari, per prouincias tit. de offic Iuſtit. fol.354. Ab vniuerſitatibus donatiua accipere, & victualia ſibi traduci facere prohibentur prag.3. de Munerib. official.tit.ne officiales munera recipiant.fol. 69. Cognoſcunt de feudis non quaternatis §. Deinde ex conſtit. Iuſtitiarij per Prouincias tit.de offic.Iuſt. fol.354. & conſt. Præſides eod.tit.fol.356. Percurrant loca ſuæ iuriſdictionis, eaquè latronibus, & delinquentibus expurgent, ipſoſq; in loco delicti puniant in conſt. Iuſtitiarij non per Cal.eod.tit.& fol. Per Prouintiam tranſeuntes nihil ab vniuerſitatibus recipiant pragm.1.de off.Iuſt.tit.de off. Iuſt.fol.360. Nec vltra taxatum ſalarium &c. Vide ver. officiales Prouinciales. Reſideant in locis ſolitis,cap.In primis ex cap.Neap.tit.de off.Iuſt. fol.359.
Gubernator, & Auditores prouintiarum prouentus ab alio, quàm à Magiſtro Cameræ non accipiant §. Item quòd Gubernator il ſecondo ex prag.6.de off.Iuſt.eod.tit.de offic.Iuſtit. 363

H

H*Abilitationes* carceratorum fiant in banca audito fiſco, §.In lo habilitare ex prag.43.de off.mag.Iuſt.tit.de off. Aduoc.& Proc.fiſcal. 288
Hæreſis crimen maximum, & publicum in conſt. Inconſutilem tit.de hæreticis.fol.51. In crimine per inquiſitionem proceditur.ibid. Conuicti per Eccleſiaſticos Iudices erroribus abiuratis in gremium Sanctæ matris Eccleſiæ reuertantur,pœniſque varijs afficiuntur.ibid. Inquiſiti delecti veniam à Principe poſtulare non poſſunt, ibidem.
Hæreticorum complices, & fautores bonis omnibus ſpoliati perpetuò relegantur in conſtit. Patarenorum tit. de hæreticis. fol.58. Filij perpetua infamia notantur,ac ad honores inhabilitantur.ibid. Filij reſtitutionis beneficium conſequuntur,ſi hæreticum occultum detegerint ead. conſtit §.Si tamen. 60

I

I*Mperator* offert ſubiectis diſtinctos officiales creare in criminalibus, & ciuilibus cauſis, in conſtit.Non ſine grandi tit. de official.in Regn.conſt. 100
Infirmi carcerati qualiter ſint excarcerandi ex pragm. 29 de off.mag.Iuſt.§.Item ordinamus tit. de offi. mag. Iuſtit. 276

Infir-

Digitized by Google

Informationes omnes conſeruentur in arca duabus clauibus clauſa,& duo conficiantur libri prag.21. de off. proc. Cæſ. tit.eod. 509

Inquiſitionis forma contra officiales in cap.Regni 160. Vulgaris famæ proloquium tit.de ſindic.official. 491

Inſtrumenta Baronum non conficiantur à notarijs eorum vaxallis in cap.Regni 189. Nō ſine prudentis tit.de off.notar. & Iudic.fol.442. Liquidantur ita in curia Magni Admirati ſicut in M.C.V.in cap. Item volumus 14 tit. de off. mag.Admir. fol 391. Confeſſionata non nocent conſtit.In cauſis tit. de off. procur.Cæſ. 177

Iudei Eccleſiarum vaxalli à laicis non turbentur cap.Item ſtatuimus 109. tit.de Iudæis, fol.63. Nec eis grauamina inferantur ibid. Nec officia eis commictantur. ibid. Coram Iudice Regni agunt, & conueniuntur ex cap.Neap.51.tit.eod fol.63. Non habent ius congrui ex cap.Neap.52 fol.eod. In ciuitate Neap. non niſi triduo commorentur, & ſignati incedant, ex cap. Neap. cap.53.tit.& fol.eod.& in pragm.1.de Iudæis,fol 64. In loco à Chriſtianis ſeparato habitare coguntur in prag. 2.de Iudæis tit.& fol.eod. Ad Nondinas accedentes coloratum pileum gerant prag.3. eiuſdem tituli. 65

Iudex laicus de eccleſiaſtico crimine non ſe intromictat, nec Prælatos in ipſorum cognitione impediat,conſti.Maieſtati noſtræ tit.de epiſc Audientia, fol.43. A cognitione cauſæ adulterij ſe abſtineat, niſi per vim fuerit commiſſum, ibid.

Iudices M.C.V. vltra quatuor duo alij adhibentur prag. 1. de offic.mag.Iuſt.tit.eod.fol.272. Quolibet anno mutentur ibid.prag.39.de offic.mag.Iuſt. fol.eod. Congregentur hora decimanona Rit.12. fol.eod. In palatio M.C.V.tribus horis de mane, & tribus de veſperi interſint prag.4.de offic mag Iuſt.tit.eod.fol.273. Et §.Carolus fol.274. Duo ipſorum in qualibet hebdomada deſtinentur pro examinandis teſtibus,& illis cauſæ commictantur Ritu 83.fol.eod. Vota cauſarum proferant audito fiſco, & per omnes Iudices ſubſcribantur, & diſſentientes in particulari libro ſcribantur,ſic fiat in decretis de torquēdo,& duo ipſorum interueniant in tortura ex pragm. 5. de off.mag.Iuſt.§.Item che detti tit.de offi.mag.Iuſt. f.275. & ex prag.39 §.Tambien ordenamos eod.tit fol.277. Ipſis votantibus nemo aſſiſtat ibid. Euntes per Regnū ad inquirendum contra alios nihil recipiant, niſi ad partis inſtantiam vacauerint ex prag 7 de off.magiſt.Iuſt.§ Item che lo Regente tit.præcitato fol 276. Non expediant mandata de capiendo niſi viſa informatione ibid.§. Item che neſſuno. Non exeant ab hac ciuitate inconſulto Prorege Rit.7.Item quod nullus officialis fol. eod. Die Iouis referant cauſas in Sac. Conſ. pragm.10. de offic. mag.Iuſt.fol.277. Vnus ex ipſis aſſiſtat apud Regentem ipſius Rit.15 Item quod nullus de off mag.Iuſt. 280

Iudices ciuiles non prouideant ſuper allegatis aduerſus citationes criminales ex prag.14.de offi. mag.Iuſt.§ & quamuis tit.de off mag.Iuſt fol 278. Non retineāt in eorum domibus ſcribas,ex prag ead.§. Cumque Iudices fol.eod. Nihil recipiant pro examinandis teſtibus ex prag.6. de off. mag Iuſt.§.Item che gli Giudici tit. eod. fol.283. Teſtes audiant per vnam horam in diebus non feriatis, & per duas in feriatis in cauſis ſibi commiſſis, ibid.§. Hauendo hauuto fol.eod. Sibi ipſis cauſas non commictant Rit. 36.tit.de Pedan.Iudic. fol.291. Ciuitatem non egrediantur niſi pro grauibus negotiis. Cum licentia Proregis, & in reditu relationem faciant de geſtis,pragm.3. de commiſſar.non deſtinand tit de commiſſ Reg fol.373. In diſcuſſione cauſarū vbi fuerint comuncti Aduocati nō interueniant, nec clam conſulant in §. Item gl'anni paſſati ex prag.1.de cauſis decidendis tit. de offic Sac. Conſ. fol. 356. Cauſas in ſecreto decidant, vota que non publicent ex prag 5.de off.mag.Iuſt. § & più de ſecreto ſeruando fol.455. Sindicentur per electos Neap. in prag.2. de ſindic. official. Item ſuppliceano tit. de ſindic. official. fol. 491

Iudices pedanei non ſint vltra decem, & approbentur per M. C.V. ex prag.12 § Item che da qua auanti de off. M. Iuſt. tit.de pedan.Iudic. fol.295. Ipſis non interuenientib. non commictuntur cauſæ ex prag.15.de off. magiſt. Iuſtit. §.Item vogliamo tit.de pedan.iudic.292. Qualiter cauſas debeant referre in M.C.V. Rit.126.Item obſeruat. 292

Iudices certi in prouintijs, & qualibet ciuitate pro iuſtitia miniſtranda creantur,qui ſint annales in conſti. occupatis tit. de official.in Regn.conſti.fol.103. Perpetui,& ad beneplacitum reuocantur,& annales eſſe iubentur in cap. Electionem 173.tit.eod.fol.106. & in conſti.Iudices vbique eod.tit.fol.118.& in prag.5.de offic.Iudic. fol.120. In menſe Septembris initium ſumant d. cap. electionem. In terris demanialibus ſint annales ex cap.Neap.cap.39 eod. tit.fol.107. Idem in officialibus Baronum ſeruandum, in prag.5.de Baronibus tit.& fol.eod. Secundum leges, & in loco iudicij iudicare debent ibid. Tres conſtituuntur ad emendanda damna ſubditis illata per ſtipendiarios, & familiares in cap.Item quòd tres 181.tit.eod. 117

Iudices ad quos cauſæ remictuntur à M. C. V. tenentur in ea rationem reddere conſt.ſtatuimus tit.de offic. magiſt. Iuſt. fol. 540

Iudices in quibus criminibus ex officio, vel ad denunciationē procedere debeant,Rit.311.tit.de actuar.M.C.V.f.315. Secundum Regni Conſtitutiones cauſas decidere, ſententiaſque gratis proferre habent in conſt. cum circa tit. de ſalar.offic. fol 472. Eis ſalarium à Curia Regia ſtatuitur. ibid. Trigeſimam exigere, & de cauſarum criminaliū compoſitionibus poſſunt.ibid. Pro ſubſcriptionibus nihil accipiant, præterquam pro teſtium examinatione rit. 14 Item quod Iudices tit. de ſalar.offic. 475

Iudicum, & actuariorum numerus in M. C. V. conſtituitur in rit.2.In primis tit.de official.in Regn.conſti.fol.129. Ipſi & Auditores prouinciarum creentur cum interuentu Regentium,vide in verb.officiales.

Iuſtitiarij Prouinciæ officium eſt de delictis omnibus cognoſcere, illaque punire, vbi venit imponenda pæna mortis, vel mutilationis membri. De ſpreta defenſa portatione armorum,& de cauſis ciuilibus In defectum Baiulorum, & aliorum habentium ciuilem iuriſdictionem in conſti. Iuſtitiarij nomen tit.de off.Iuſt.fol.349. Cognoſcunt etiam de feudis planis, & de tabula, non autem de quaternatis ibid. Non impediant Baiulos in eorum officio cum ſeparatam habeant iuriſdictionem in conſt. Iuſtitiarij de cetero eod.tit.fol.351. In ingreſſu officij mandent Baronibus ne merum, & mixtum Imperium exerceant nec in criminalibus ſe intromictant, in cap. Item quòd Iuſtitiarij 184.eod.tit.fol.351. In cauſis pupillorum.viduarum, aliarumque miſerabilium perſonarum cognoſcāt cap.Quia nullus 305.eod.tit.fol.353 Dum prouincias diſcurrunt non vltra tres vel quattuor, permaneant, niſi maxima neceſſitas vrgeat in §.& quia ex cap.25.eod tit. fol.358. Proprias prouincias diſcurrāt, eccleſijs,pupillis,alijſque ſuccurrant, atque delinquentes puniant, cap. Quia decretum 42.eod.tit.fol.358. Officium in Terris Baronum exercere poſſunt cap.Item quia 281.eod tit. & in cap.vt exercitium 245. fol.359. Inquiſitiones ſuper criminalibus non commictant, alia vero officia idoneis non familiaribus commendent, cap. Item Iuſtitiarij 36.eod.tit. fol. 360. Non procedant contra illos quorum cauſæ fuerunt per prædeceſſores deciſæ,cap.Item ſi quæ 40 fol eod. Litteras Regias debitè exequutioni demandent, nec pro litteris ſigillandis aliquid exigant, cap.Item quando 45.eod. tit. fol 361. Neminem capiant, aut actum iudiciarium exerceant,abſque conſilio Iudicis ipſiſque contrafacientibus reſiſtere licet,cap. Item quòd prædicti 180.fol.eod. Ad tormenta,& condemnationes abſque conſilio Iudicum non procedant,cap.Item quòd 45 fol.eod. Abſque licentia diſcedētes dupplicatum ſalarium ſoluant pro dieb. quibus abfuerint, §. Item ſtatuimus, ex cap.Statuimus rit. Quoties 215.tit.de offic.Iud.fol.376. Quomodo iuramentum præſtent,in conſt.inter cetera. fol.4.3. Prouincias viſitent,conſtit.Capitaneorum de off. magiſt.Iuſt. fol.165. Vbi vide alias prærogatiuas ipſius officij. Tam ipſi quam alij officiales Regni debent ſoliciti auxilium præſtare Reg.Cam.in conſt. Iuſtit. tit. de off. proc. Cæſ. 525

Ius Francorum,ac Longobardorum in iudicijs hactenus ſeruatum, ſignanter reſpectu contumaciæ tam in criminalibus,quam in ciuilibus aboletur in conſti. ſpeciale tit. de legibus.fol.91. Iuramentum ab officialibus probandum vide verb. officiales.

Iurati, & officiales aſſiſtant commiſſarijs,§.Item che li giurati,ex prag.39.de off.M.Iuſt.tit.de off.Capit.cuſt. 342

Iuriſ-

I N D E X

Iuriſdictio Iudicis loci ceſſat adueniente M.C.V. ad illum conſtit.honorem tit.de off. M.Iuſt. 258

L

LEx paribilis ſeruata ad occulta delicta purganda ab Imperatore tollitur in conſt leges quæ tit. de leg. 90

Leges nouas condere ad Imperatorem pro temporis,& ſtatus qualitate pertinet conſt.nihil veterum tit.de legib.fol.77. Quænam in Regno ſeruandæ in 9. Iuſtitiam ex conſt.puritatem tit.de legib. fol.79. In primarijs ciuitatibus, & vbi Iuſtitiarius reſidet publicandæ cap. Item prædicta tit. eod.fol.81. Nouas ad ſubditorum commoditaté condere, & collapſas reſtaurare procerum Regni accedente Concilio Rex Carolus Secundus decreuit io cap. Regina Iuſtitia 193. tit.de legib.fol.81. Tā editæ, quam edendæ ſeruantur, & contra inobſeruantes à perſonis deſtinatis procedatur cap.Item ſtatuimus 138. tit.de legib.fol.83. & cap.Item quòd prædicti 288.eod.tit. fol.88. Nouas ad Regni pacem, ad officialium aliorumque concuſſiones refrenandas Carolus ſecundus promulgandas pollicetur cap.Deſiderijs 91.eod.tit.& fol. Per Carolum Primum & Secundum editæ confirmantur cap.Salubrem 212.tit.de legib.fol.eod. Legum nouiter conditarum copia Prælatis,Baronibus, Vniuerſitatibus tranſmittenda, cap. Item ſtatuimus 138.tit. de legib. 83

Liber votorum M.C.V. ſeruatur cum duabus clauib. ex prag. 59.de off.M.Iuſt.tit de off.M. Iuſt. 275

Licentia exercendi Piraticam artem non niſi à Magno Admirato,& præſtita cautione impartiuntur, cap. Neminem 3. Curiæ Admiratiæ tit.de off.mag.Admir. 389

Liniaturæ non fiant in libris curiæ abſque ordine, §.Item ordinamo ex prag.22.de off.mag.Iuſt.tit.de Actuar. M.C.V. fol. 312

Litteræ, & gratiæ Sacræ Maieſtatis legantur in Collaterali Cōſilio cap.8.ex cap.Neap.le gratie tit.de off.magni Cancell. fol.400. Quæ Gubernatori, & Auditoribus diriguntur iuſtitiam continentes communicentur cum Regijs Auditoribus, non autem quæ ſoli Gubernatori diriguntur, §.prætèrea ex pragm 9.de off.Magiſt.Iuſt.fol.365. Exequutoriales contra fiſci debitores ſingulis menſibus cōſignentur in prag.22 de off.mag.Iuſt.tit.de Actuar.M.C.V. fol.312. Litteræ M.C.V. & citationes ſigillo Regio iuſtitiæ debent ſigillari conſt.literas de remiſſione tit. de off. mag.Iuſt. 257

Liſta inquiſitorum qualibet hebdomada fiſci patrono detur bannitorum,& condemnatorum Perceptori,& fiſco,§.Itē che ogni ſettimana ex prag.21.de off.M.Iuſt.tit.de Actua. M.C.V.fol.313. Condemnatorum non niſi per actuarium fiat ad inſtantiam perceptorum, §.Item accioche ex prag.22.de off.mag.Iuſt.tit.eod.de Actuar.M.C.V. 312

Locationes Gabellarum fiant in Reg.Cam.ſollem iter,& cum interuentu Generalis Theſaurarij prag. 7. de off. Quæſtor. gener tit.de off.Quæſt.gener. 242

Locumtenens,& Præſidentes Reg.Cam. non poſſunt expedire mandata Theſaurario pro expanſis erogandis in cauſis, niſi ad ſummam ducatorum quindecim, nec pro eodem negotio fieri poteſt dupplicatio prag.51.de off. proc. Cæſar.tit. de off proc.Cæſ. 210

Locumtenenti aſſerenti ſe habere mandatum à domino Prorege de aliquo componendo non creditur prag. 59. de offic. proc.Cæſ.fol.197. Committat in banca computa rationalibus, & notetur per notatorem, & actorum magiſtros,§.Item mandamus ex cap.9.tit.de offic.procur. Cæſ. fol. 208

M

MAgiſtri Actorum Sac.Conc.non exerceant abſque probatione eiuſdem S.C.prag.24.de off. S. C. tit. de offic. S.C.& ſalar.actuar.f.164. Conficiant librum in quo ſidetuſſiones annorentur ex decr.Sac. Conſ. tit. de offic. & ſalar. Actuariorum S.C fol.169. Curent,vt acta cauſarum in quibus pœna fiſco venit applicanda eidem notificentur, §.Item quod cauſas ex prag.22.de off.mag.Iuſt.tit.de act. M.C.V. fol.312. Puniuntur ſi ipſorum culpa teſtes in termino non recipiantur pragm.10.de ordine iudit. tit. de off.examinatoris teſtium. 17

Magiſtri Camerarij cognoſcunt de cauſis ciuil. in ſua prouincia ad requiſitioné baiulorum vel ipſorum defectu, & inter baiulos,& gabellotos,& de appellation. iudicum in conſti. officiorum tit.de off.proc.Cæſ.fol.190. Aſſiſiam imponunt in conſtit.magiſtros eod.tit. fol.191. Baiulationes vendere prohibentur, ſed eas perſonis idoneis exteris commictant in conſtit.mag.Cam.tit.eod.fol.193. Baiulorum proceſſus reuideant:baiulos, & notarios officia exercere renuentes cogant, & iuramentum ab ipſis recipiant,ibid. Caſtellanis, & ſeruientibus ſtipendia ſoluant in conſti.Inter multas tit.de off.proc.Cæſ.fol.175. Iuriſdictio ipſius in Regno inter fiſcum, & priuatum limitatur in conſti.cauſas eod.tit.f.177. Exercent iuriſdictioné alias ſecretis, & quæſtorib.cōmiſſam à porta Roſeti citra in conſti.præſenti lege decernimus.vt officium eodem tit.fol.193. Locandi,vel committendi doanas Regias,& gabellas facultatem habent in conſti.mag.Cam. tit.de offic.proc.Cæſ.fol.193. Prouinciales partitas minutas diſtinctè non in genere in exitum ponant pragm. 16.de off.proc.Cæſ.eod.tit. 228

Magiſtri foreſtarum extra foreſtas homines ſuſpectos de venatione in foreſtis non capiant, ſed tantum in locis prohibitis repertos cap.Magiſtri 84.tit.de off.magiſt. Foreſt.fol. 232. Nouas foreſtas non faciant, & Iuſtitiarij region. antiquarū foreſt.notit.habeāt cap. Itē boues 85.eo.tit. 233

Magiſtri Maſſarij ſint diuites,& idonei, rationemque curiæ reddant,& pro fraude qua pœna plectantur cap.Item prædicti 72.tit.de off.mag.Foruſt.fol.235. Maſſarias faciāt in terris curiæ, nec particulares dominos moleſtent cap. Item quod prædicti,fol.& tit.eod. Magiſter maſſarius non amplius quam duos maſſarios,& vnum curatulum conſtituat, eoſque perquirat infra duodecimum lapidem cap. prouiſum eſt 70.tit.& fol.eod.

Magiſtri Portulani.vide in verb. Portulani.

Magiſtri paſſuum, aliiq; officiales infra certum tempus ſub official.idoneitatem Regi denuntient,& electos, abſq; cauſa non amoueant in cap. Item Magiſtri 57. tit. de offic.in Regno conſtit. 116

Magiſtri poſtarum officij exercendi forma pragm. 1. Perche tanto de off.mag.poſtarum, tit.de off.mag.poſtar. 424

Magiſtri poſtarum diligentia, & fide in litteris Regijs recipiendis,& mittendis vtatur,§.In primis ex dicta prag.in d. tit.& fol. Fact apud Car.Reg.non publicet, §. Di più ibid. Curſores per particulare ſeruitio abſq; licentia nō expediat,§.Voghamo,& §.ſequenti ibid. Decimam tantum à curſoribus exigat, §.Et perche intendiamo ex d. prag.eod.tit.fol.425. Det notitiam Proregi perſonarū Neap.per poſtas accedentium §.Et perche ex dicta prag. eod.tit.fol.424. Licentia faciendi coniitiuis equeſtres vel pedeſtres per Regnum nun ... in prag.1. Per l'Illuſtre de offic.mag.poſtarum eod.tit. fol.426. Particularium litteras Proregi inconſulto non conſignet, §. Voghamo ex pragm.1.de off.mag.Poſtarum eod.tit.fol.424 Solutio poſtarum ex prag.1.§.Et perche,tit.de off. magiſt. poſtarum. 426

Magiſter Iuſtitiarius editiones omnes præcipiat quæ ad ipſius officium ſpectant prouideat, alias ad libellenſem Imperialem remittat conſtit.præcipimus tit.de off. mag.Iuſt. fol.258. Non faciat accuſationes proponi à ſuis familiaribus cap.Item ſtatuimus 119.eod.tit. 268

Magna Cur.Vic cognoſcit de crimine læſæ Maieſt.feudis quaternatis,de cauſis pupillorum, & viduarum, & appellationum:ſed gradatim, & iudices ad quos cauſæ remittantur de illis rationem in ea reddant conſtit ſtatuimus de offic. mag Iuſt.fol.249. & rit.52.& 50.eod.tit.fol.251. & in §.appellat.eod.tit.fol.265. Cognoſcit de exceſſibus officialium officio durante cap.Reg.132. Item ſtatuimus 12. tit.de ſind.offic.fol.185. Cognoſcit de exceſſib. offic. conſtit. mag.Iuſt.eod.tit. de off. mag.Iuſt.fol.262. Et rit.49.fol.262. Non tamen cognoſcit de delicta Sindicorum, Electorum, Camerariorum, & Baiulorum,pragm. 49.eod.tit.fol.263. Cognoſcit de cauſis comitatuum, magnorum feudorum, & caſtrorum conſtit. Magnæ Curiæ noſtræ tit.eod.fol.256. Cognoſcit de delictis Comitū, Baronum, & Vniuerſitatum conſtit. Capitaneorum. §. Cognoſcere de off M.Iuſt.fol.264. & rit.46.eod.tit.fol.267. Habet iuriſdictionem in toto Regno ibid. Cognoſcit de guerra mota priuato carcere, & omnibus alijs pœnis fiſcal.rit.47. Item quod curiæ ipſæ de off.mag.Iuſt.f. 280. Item de præſentat.inſtrumentorum rit.54. ibid. Item de

de exceptione excommunicationis rit.61.eod.tit.f.281. Cognoſcit etiam de pluribus alijs, vt in cap. Iniunxit nobis tit.de off.mag.Iuſt.fol.263. De donat. à Cur. abſque mandato factis non cognoſcit in rit.57 & 58. tit. de offic. procur. Cæſ. fol.178. Eius litteræ, & citationes ſigillo Regio Iuſtitiæ debent ſigillari conſti, litteras de remiſſione tit.de off.mag.Iuſt.fol.257. Eius ſententiæ foriudicationis ſeruantur in area cum duabus clauibus pragm. vnica de ſent.foriudic.eod.tit. fol.271. In ea tractetur de commiſſarijs deſtinandis mane, & veſperi etiam diebus feſtiuis. §. Che ogni di ex prag.44.de off.mag. Iuſt. tit.de off. mag. Iuſt.fol.281. Iudicum numerus augetur qui ſint annales, & diuerſis temporibus mutentur prag. 1. de offic. mag. Iuſt. tit. de official. in Regno conſtituendis, fol.103. Non delegat cauſas quoad cauſæ cognitionē, rit.125.de offic.mag.Iuſt.fol. 82. Poteſt procedere contra delinquentes ex proceſſu informatiuo cap. Si cum ſceleratis eod. tit. fol.268. Non tamen contra Neapolitanos cap.35. Item atteſo ex cap. Neap fol.270. & cap.67.eiuſdem libri fol.271. Quolibet anno per ſex hebdomadarum ſpatium in vna ex region. Regni reſideat, quæ deſcribentur in cap. Inſuper ad fidelium 184.eod.tit.fol.268. Ritus ipſius inuiolabiliter obſeruentur alijs in contrarium annullatis rit.1.Ioanna 2. tit. de nouo Philippi C.compo.f. 20. Si aliquā Regni ciuit. accedat facit ceſſare iuriſdict. iudic.ordin.ipſius loci conſt Honorem tit. de offic. M.Iuſt. fol.258. Magna Cur. regitur de veſperi rit.205. eod. tit. 274

Magnus Admiratus. vide in verbo Admiratus.

Magnus Cancellarius. vide in verbo Cancellarius, & quid ad eius officiales ſpectet. vide in verbo officiales.

Mandata quæ fiunt perceptori ſubſcribantur ab aduoc. fiſc. & ſi aliquid in contrarium occurrit proponatur in banca, §. Circa li mandati ex prag.43. de off.M.Iuſt.tit. de off. Aduoc. & proc.fiſc. 287

Marinarij cominantias, & panaticam habent in galeis, & periti eligantur cap. Item prædicti Admirati 79 tit. de offic. mag.Admir.fol.384. Marinarij aufugientes à triremib. plectuntur, cap. Item marinarij 8 . eod. tit. 386

Medicorum collegij fundatio, & priuilegia, vide in verbo collegij.

Memorialia decretentur à Regentib. vide in verbo Regētes. Memorialia grauaminū in triduo præſententur pœnes acta prag.61.de off.S.C. 159

Milites cum Iuſtitiarijs ambulantes per Prouincias homines non capiant abſque Iuſtitiarij mandato, nec aliquid ab vniuerſitatibus recipiant niſi ſub certa forma, cap. Item ſtipendiarij 48.tit.de Capitaneis campaneæ. 369

Militibus paleam, aliaq; ab Vniuerſitate recipiētibus, certum pretium taſſatur, cap. De palea 169. & ſeq.eod.tit. f.370. Militum ſeruitiorū informationes per Regentes fiant præuia licentia Proregis pragm. 3. Per la Maeſtà de off Secret. tit.de off. mag Cancell. 406

Miniſtri pecuniarij non reddentes computum infra ſtatutum tempus in Regia Camera ab off. ſuſpendantur prag. 10 de off.proc.Cæſ.tit.de off.proc.Cæſ.fol.198. Apud ſe pecuniā fiſcalem retinentes dupli pœna plectuntur prag.46.eod.tit. fol.219. Subtrahentes pecuniam Regiam capite puniuntur conſtit. Officiales, tit.de off.Quæſt gener fol.137. Miniſtri pecuniarij vide in ver. theſaurarius, in ver. Perceptor, & ver.Officiales.

Monaſteriorum aſpectus ex conuicinis locis prohibetur, feneſtras claudi mādatur, ædes domus tegulis cooperiātur prag. 3.de monialib tit.de monialib. 50

Moniales à monaſterio exeuntes, nec domi recipere, nec aſſociare permittitur, §. Et perche ex prag.1.de monialibus tit.de monial.fol.48. Monialium alloquutio, & ad monaſteria acceſſus abſque licentia prohibetur prag.1.de monial.eod.tit.& fol.& prag.2.fol.49. & prag.4. eiuſdem tit. fol. 50

Mulieribus in iudicio audientia denegatur, quibuſdam caſibus exceptis conſt. Mulieres tit.de cultu tribunalib.exhiben 96

N

NAuigia qua forma ſint reparanda traditur in cap. Admirati 77.tit.de off.magni Admir.fol.384. Abſque prohibitis mercibus nauigantia non moleſtentur, prohibitas verò inuehentes, vel ad hoſtes nauigantia capiantur, & Curiæ dentur, cap. Item prædicti 83.tit.de off.mag.Admir. fol. 386

in *Nauigiorum* reparatione nemo cogatur aliquid de proprio expendere ſub pœna, cap. Admirati 77. tit.de off. Mag. Admirati. 384

in *Nauigijs* conſtruendis nemo cogatur inuitus, cap. Item ſtatuimus 134.tit.de off.M.Admir. 387

ex *Nauibus* naufragantibus quid applicetur magno Admirato. vide in ver. Admirato.

Neapolitani non poſſunt torqueri ex proceſſu informatiuo ex cap. Neap. cap. Item atteſo tit. de offic. mag. Iuſt. fol. 270. & cap. Item atteſo in la gran Corte tit.eod. 271

Nominationum renunciationes deſcribantur pœnes acta eadem die, vel ſequenti ad pœnam euitandam prag. 60. Per S.R.C.tit.eod. 160

Notarij matriculentur alias non exerceant prag. 1. de Notarijs tit.de offic.Notar.& Iudic fol.444. In principio anni librum conficiant cum inſcriptione prag.2.de Notar. tit.& fol.eod. Eorum pandecta, & merces taxatur prag. 4. de Notar. eadem conſti.tit.de off.Notar.& Iudic. fol.445. Habeant priuilegia cum ſigillo pragm.6.de Notar. Eſſendo peruenuto tit.& fol.eod.

Notariorum, & Iudicum numerus taxatur, & niſi à Rege, & de terris demanij non creantur in conſtit. in locis demanij tit.de off.Notar.& Iudic. fol.435. A Rege tantum creati publicos contractus celebrare poſſunt prag.2.de contractibus. Semo informati tit.eod.fol.437. Certis diebus exceptis ſinguli ſui copiam faciant in conſtit. Baiulos tit.eod.fol.438. Et infra hebdomadam inſtrumenta reaſſumant in §. huic conſtit. tit.eod.fol.439.& in prag. 3. de Notar.conſtit.eod.tit.fol.441. Et niſi in illis quibus interfuerint inſtrumenta conficiant cap. Item caueant 46.tit.eod.fol.442. Nullitas aduerſus ſententiam, vel decreta Saē Conſ. allegata exequutionem impedit ſi incontinenti probetur in pragm. Quæ præſenti de off. Sac Conſ. tit.de off.Sac.Conſ. 150

Nullitates aduerſus ſententias, vel decreta Sac. Conſ. proponens.& ſuccumbens mulctatur in prag. Caroli V. Quamplurimum tit.& fol. eod.

O

OBligationes infra tres dies regiſtrentur, §. Item che li maſtridatti de actuar.M.C.V.fol.312. Acenſentur ad partis inſtantiam, regiſtrentur, & conſeruentur in archiuio prag.24.de offic. mag.Iuſti.tit.eod. 313

Obligationum libri non amoueantur à proprio loco niſi ab actuarijs prag.23.de off.M.Iuſt.eod.tit.& fol.

Oblati qui ſe, & ſua religioni obtulerunt habitum deferant, & in proprijs domibus non commorentur Religioſorum priuilegio non gaudent cap. Priuilegia 100. tit. de oblatis fol. 46. In bonis feudalibus, aut cenſualibus Religioſorum priuilegio non gaudent.ibid.

Officia et officiales p intermedias pſonas petere ſub pœna prohibētur prag.1.de offic.& q ijs prohibētur tit.de official.in Regn.conſti.fol.121. & in prag.3.eiuſdem tituli. f.122. Vendi prohibentur, ſed idoneis conferantur pragm.2.eod. tit.fol.123. Regnicolis conferenda ex cap.Neap Ferdinandi Secundi cap.4. fol.109.& cap.14. fol.eod. Regis Catholici 25.& 26.Carol.V.cap.27.28.& 29.fol.eod. & in prag.1 de officior. prouiſ. facienda Regnicolis fol. eod. & in cap.1 Regis Philippi Secundi incip. Atteſo che fol.111. vſque ad fol.114.

Officiales Regiæ Cancellariæ, quæ obſeruare habeant prag.2. Cum totam de offic.Secret.tit.de offic.mag.Cancellar.fol. 404. Fideles, & habiles eligantur in prag. citata §. Quoniam.fol.405. Qui non exigant directus ante ſubſcriptionem prouiſionum, §. Abuſum & ſeq.fol.eod. Pro prouiſionibus Curiæ nihil exigant, à priuatis autē idem quod ſcribæ regeſtri in d.prag.2. §. Hi ſcribæ fol.406. Quatuor horis demane, & ſic veſperi aſſiſtant in d.pragm. §. Quoniam. 406

Officiales ante ſuſceptam adminiſtrationem iuramētum præſtare debent in conſt. Puritatem. fol.452. Forma iuramenti ab ipſis præſtanda in cap.Regni 37. Item accipiant, fol.454. Regi fidelitatem, capitula, & conſtitutiones ſerua-

Digitized by Google

